Ayuntamiento de Madrid

R
103

Sig 37-3

Ayuntamiento de Madrid

# CANONICARVM VTRIVSQVE FORI, TAM EXTERIORIS, QVAM INTE-rioris animæ, quæſtionum

*LIBER PRIMVS ET SECVNDVS.*

AVTHORE D. IOANNE GVTIERREZ Canonico Doctorali Ciuitatenſi.

*AD LICENTIATVM PAVLVM DE Laguna, Indiarum, totiuſq; noui Orbis Præſidem ampliſsimum.*



CVM PRIVILEGIO.

Madriti, Apud Ludouicum Sanchez, Anno M.D.XCVII.

Expenſis Franciſci Lopez Bibliopolæ.

BIBLIOTECA MUNICIPAL MADRID

Ayuntamiento de Madrid

# CANONICARVM VTRIVSQVE FORI, TAM EXTERIORIS, QVAM INTERIORIS animæ, quæſtionum

*LIBER PRIMVS ET SECVNDVS.*

AVTHORE D. IOANNE GVTIERREZ
Canonico Doctorali Ciuitatenſi.

*AD LICENTIATVM PAVLVM DE Laguna, Indiarum, totiusq; noui Orbis Præſidem ampliſsimum.*



CVM PRIVILEGIO.

Madriti, Apud Ludouicum Sanchez,
Anno M. D. XCVII.

Expenſis Franciſci Lopez Bibliopolæ.

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

# Taſſa.

YO Iuan Gallo de Andrada, eſcriuano de Camara de ſu Mageſtad, de los que reſiden en el ſu Conſejo, doy fee, que auiẽdoſe viſto por los ſeñores del vn libro, intitulado, el primero y ſegundo libro de las Canonicas queſtiones, compueſto por el Doctor Iuan Gutierrez, Canonigo de la Doctoral de la ſanta Yglesia de Ciudadrodrigo, taſſaron cada pliego de los dichos libros a tres marauedis, y dieron licencia para que a eſte precio ſe puedan vender, y mandaron que eſta taſſa ſe ponga al principio de los dichos libros, y no ſe puedan vẽder ſin ella. Y para que dello conſte di la preſente, en Madrid, a veintitres de Abril, de mil y quinientos y nouenta y ſiete años.

Iuan Gallo de Andrada.

---

Eſte libro tiene dozientos y ſetenta pliegos, que conforme a ſu taſſa, monta veintiquatro reales, menos ſeis marauedis en papel.



Ayuntamiento de Madrid

# ERRATA.

PAgina 12.col.2.lin.8.ſe: lege ſis: 22.2.44.ſuſpenſos in,terdictos ſuſpenſos,interdictos 52.24. 5.Regio: lim Regis olim 139.1.44.cui ſo cui ſol- & 45:luit uit 160.1.18.ratulit ratum 196 1.12. in verb. ſed nouo,ibi valeat: ergo. At in verſ.Sed nouo.At 196.1.15.ex nunc ex tunc 207.2.13.Albertus Albericus 239.2.35.ſuſfireātur ſufferentur 272.2.47.co,non dico,non 275.1.37.violēti volenti 301.2.2:& eſt 303.1.29.illuo illu 348.1.43.canonicis canonis 354.1.antep ni illa in illa 371.2.7.dūt dicent 372.1.31.afflictus aſſictus 374.2 33.hoſt hoc 375.2.15 nio no 385.2.22.CAPVT XXXIX. CAPVT XXXVIII.

## *LIBER SECVNDVS.*

435.2.2.probatur:vt in probatur in & lin.6.reuocare,vt reuocare 438.1.36 ac hac 450.2.38 requiritū requiritum 451.1.27.ſeluan.ſyluan. 455.1.17 nientes tes & lin. 9.ci poſsit poſsit 457.1.25.perſequēs per conſequens 465.2.3.arbitrio arbitro 466.2.15.in l.in ſin. in.l.ſin. 481.1.9 ſancti non. ſanctimon. & lin.37.abſtenues abſtemiæ 500 2.21.fructus fructuum 505.1.1. ipſam actio aliqua: & ideo ante ipſam 514.1.1 Eccleſiaſtici cum renuntiatione de Eccleſiaſtici renunciatione 5:3:26.irreti irretiti 529.1.6. cauſalis caſualis 539.1.antep.ſarnicas ſarcinas 548.1.14.procedens procidens 552.1.11.caſu ad caſu 556.2:8.irregularitas irregularitatis & lin.32.vt id ne id 567.1.31.principium Principium 569 2.11. iuxta extra 575.1.22.pre per 581.1.36.amicæ amitæ 596.2.17.in.d.Regia in.d.l Regia 610.2.30.in inttineribus in itineribus 612 2.1 accepi accipi 615.1:20.ratio ratione 639.1.4.merietis meritis 641 1.35.affectibus effectibus 660.2.10.reſtituendam reſtituendum 661.1.11.pignus dignum 665 1.25.adul e adul. 666 2 40:commiſſet commiſsiſſet 669.2.41.à locum contra adulterium locum cōtra adulterium 671.1.27.aduerſos aduerſus 671.2 20.erij erit 674 2.37.&,am etiam 677:2.35.agent egent & lin 37 præponitur poſtponitur 679.1.17 cōſtituto conſtitutio 697.2.2:quanuis quauis 698:2.6.beneficijs beneficij 701.2.26.grattij gratijs 703.1.29.cauris cautius 711.2.13.etiam de etiam 715.2.40.exprima- expri- 717:2,8.vocatio vacatio 723.2.40 inter ſan- inter conſan- 745:1.29.abſque & & abſque & lin:21:mendati mēdatos 759.1.39.quantum quantam 763.1:34:ſuſtituit ſuſtinuit 766:2,43:differentia differentiam 779.1:42.comuniter communem 781.2:36.dicens dicenti 793.1:33.nouam nonam 802:2.41.caſo caſu 811:2:7.acquiri acqui- 819.2:38.prædicta prædicto 827:1:29:dici oblatio oblatio 827.1.28.efferre offerre 828.1.12 ſus ſuis 835.2:11 probauit improbauit 864.1.23.rior riori 864.2.41 ſum ſuum 866,2:32.vel pro vt pro 870 2.46.ſi res ſi eſt res 878.1:20.ſecundum ſecundam 883.1.32.nos non 883.2.vlt. apud lib apud Ioſeph lib. 884.1.45 inmemineret immineret 889.1.6.ſententia ſententiam 902:2.6.citat in citat)in 904 1.31.agnorauerit agnouerit 907 1.17.vt hæ vt hære- 919 1.47,tes,ta 923.2.17.dif diffe- 938 2.39 Iam poſteriorem la poſteriorum 941 1.46.iudicio iudico 941.2.46.prohibitionibus probationibus 945.2 8.partem patrem & lin.30.quia quod 951.1 45.iniuſtam iuſtam 955.2.4.poſſet poſſe 959.2:19 ſancierunt ſanxerunt

*Iuan Vazquez del Marmol.*

Ayuntamiento de Madrid

# LICENTIATO PAVLO DE LAGVNA, INDIARVM, TOTIVSQVE noui Orbis Præſidi ampliſsimo, Ioannes Gutierrez, Canonicus Doctoralis almæ Eccleſiæ Ciuitatenſis S. P. D.

*SICVT Illi facere ſolent, qui Principis alicuius beneuolentiam, & familiaritatē experti ſunt, vt quicquid boni habent, quanuis ſit exiguum, in ipſum cōferant: quidquid vero aduerſi accidat, ad eundem referant, vt ipſius patrocinio depellatur, id ipſum mihi Indiarum, Præſes ampliſsime hoc tempore video contigiſſe. Iam enim (niſi forte excidit) memoria tenes, quanta noſtra fuerit, non amicitia ſolum, ſed etiam familiaritas, eaque ſanè ſtrictiſsima, cum olim Salmanticæ in eiſdem ſtudijs verſaremur. Neque ſolum in eadem, vt dixi, Academia, eodemq́ gymnaſio, ſed eadem quoq́ domo, ijſdem parietibus, ac pene dicam cubiculo continebamus, vt vel ipſa etiam Academia, ipſa ſtudiorum ratio, & facultas, ipſi demum parietes ad amicitiam non inuitarent modò, ſed etiam traherent. Succeſsit deinde aſsidua inter nos ſtudiorum communicatio, animorum coniunctio, vt illud Quintiliani certiſsimum eſſet, non minus inter ſe conſentire ijſdem ſtudijs, quam ijſdem ſacris initiatos. Neſcio enim quo pacto literarum ſtudia mirifice animos copulant, atq́ vt ita dicam, conglutinant, vt veluti cognatio quædam ingeniorum & mentium contrahatur. Cum ergo beneuolentia iſta tua mihi ſemper patuerit, & amicitiæ nexus diuelli nos inuicem minime patiatur: quicquid mihi domi naſcitur, qualecumq́ illud ſit tuo, propemodum iure tibi vēdicas, quemadmodum quicquid aduerſi accidere potuit, tua benignitate, atq́ authoritate depellis. Ecce tibi duos Canonicarum quæſtionum libros, quos exiſtimaui doctoſsimo Præſidi dicari oportere, & quod viri docti huiuſcemodi maxime muneribus delectentur, & quod hoc officium meæ erga te voluntatis leges amicitiæ vetuſtiſsimæ ſuo iure poſtulare viderentur. Accedit eodem, ita demum inuidiorum calumnias poſſe depelli, ſi tuis auſpicijs dicatos libros, tanquā rem ſacram violare non audeant, & docti quiq́ magis probent volumina, quæ tuo nomini viderint illuſtrata. Vale, Præſes ampliſsime. Madriti Kalendis Aprilis, Anno M. D. XCVII.*



Ayuntamiento de Madrid

# AD LECTOREM.

QVI A diſputando facilius veritas inuenitur. l. munerũ. §. mixta. ff. de muner. & honor. l. cum quidam. vbi Iaſ. in ſexto. notabil. num. 8. ff. de liberis, & poſthumis. in l. Oſſidius. ff. de legat. 3. l. ſecunda. §. his legibus. ff. de origine iuris. & inquit Præpoſit in c. 1. de eo qui ſibi, & hære. ſuis maſc. nu. 1. quòd vbi emergit graue dubium non debemus paſsim reſpondere, ſed põderare, & diſputare articulum, quod bene notare debent conſulentes ſecundum eum, veritas enim ſæpius examinata magis ſplendeſcit in lucẽ, cap. graue. 35. quæſt. 9. gloſ. verb. poſtquam. in cap. cum Ioannes eremita. de fide inſtrumen. Iaſ. in l. iubemus. colu. 2. nu. 8. C. de iudic. quia, vt inquit Apoſtol. 2. ad Corinth. 12. virtus in infirmitate perficitur. capit non omnis. 5. quæſt. 5. & vexatio dat intellectum. Iſaiæ. 28. Hoſtienſis in ſumma, de poenitentijs & remiſsio. §. quæ interrogationes. colu. 3. Hinc dicebat Leonardus quem refert Caccialup. in titul. de modo ſtatuendi, charta 5. verſi. octauo conſulo, nihil eſſe ad res ſubtiles cognoſcendas, atque diſpiciendas, quod plus valere poſsit, quàm diſputatio: quare vulgare eſt illud dictum Bald. in l. precibus. C. de impuber. & alijs ſubſtit. colu. 5. verſi. modo contra. n. 33. quòd quaſi ferro viam aperit, qui per contraria tranſit, & inquit Philoſoph. in 3. Metaphyſicorum, quòd veritatem inquirentes ſine dubitatione, ſimiles ſunt neſcientibus, quo ire debeãt. & in. 7. Ethicorum, quòd non ſufficit verum dicere niſi etiam cauſa falſitatis aſsignetur, & in 1. Topicorum, potentes ad vtranque partem dubitare in ſingulis, ſpeculabimur verum & falſum: Sol reuerberatus fortius calefacit, vt inquit Adrianus Papa in quodlibet. quæſt. 6. colu penult & clauus repercuſſus fortius ſtringit: oppoſita enim iuxta ſe poſita magis eluceſcunt, vt ait Philoſoph in 2. de coelo & mundo & nuſquam veritas clarior eminet, quam ſuo admota contrario, ita Amedeus in Dialogo de Amicitia charta. 23 & ſequenti. Id circo ſæpè dicebat Iaſ. nihil eſſe tam obſcurum in iure quin ſi deducatur in diſputationem, veritas inueniatur. & Ioannes Mirandula in Apologia, charta. 2. inquit, quòd antiquis & omnium ætatum Philoſophis certiſsimum fuit; nihil ad conſequẽdum quam quærebant veritatem ſibi eſſe potius, quàm vt eſſent diſputationis exercitatione frequentiſsimi: diſputatio enim eſt cribrum veritatis, ſuauiſsimus animæ cibus, nihil habens ingrati, vt dicit Antonius Citadin. inter illius opera in epiſtola, incip. concluſionis ad finem. dum agit de ente, & vno: & inquit Adrianus Papa in quodlibet. quæſt. 3. colu. 1. poſt Hieronym: quòd nihil certius deprehenditur eo, quod diſputationis dente teritur: quæ omnia, cum experimento compertã haberem, vt pote qui hac methodo ſcribendi dudum in meis Practicis Quæſtionibus ſuper legibus Regijs Hiſpaniæ vſus fuerim, poſt diuerſum quem in prioribus Commentarijs repetitionum, iuriſque allegationum, & in conſilijs, alijſque ſcriptis prius elegeram, modo eundem diſputandi in hoc opuſculo Canonicarum controuerſiarum reaſſumere volui, perſpiciens quanto præſtantius veritas deprehendatur ex huiuſcemodi ſtylo diſputationis, atque ſcribentis, quod ſit talentum facilius detegatur, an inordinate procedat, vel confuſe, quod omnino eſt abhorrendum, quia ſapientis eſt ordinare ſecundũ Aretin. conſi. 67. diligenter & mature: an verò noua, & inaudita adducat, vt faciũt moderni ſubtiles: ſed hi ſæpiſsimè acuitate ingenij facilè in falſitatem labuntur, ita enim extenuare ſoliditatem iuris nituntur, vt ab alijs ſeligantur, atque præcellentes, & ſingulares videantur, quod ſubtilitatis modo à veritate penitus diſcedant: quinimo phantaſias ſequendo, totum mundum reuoluunt, & tantum volunt ſubtilizare, quòd ſe ipſos non intelligant, vt de Doctoribus Papienſ. refert Paul. in l. hac conſultiſsima. §. finali numer. 3. C. de teſtament. An verò denique, & ſi noua omnino non inueniat, ab alijs tamen inuenta, vel cultu reddat blandiora, vel accumulatione vberiora, nonnullis interdum nouiter ſubtili ingenio additis, vt iuuent, & proſint cuicunque etiam faſtidio ſtomacho grauiorum lectione: quod ſat erit teſte Salomone. Sæpê enim poſt macellum & adipem, etiam blãdiſsima oluſcula & fluuiales piſciculi appetibiles ſunt. Raro enim qui inſiſtit inuentioni, ordinationi vacare poteſt, & difficilior eſt ordinatio, quàm inuentio, ſecũdum Felinum. in cap. quæ in eccleſiarum.

Ayuntamiento de Madrid

*ſiarum. in fine. de conſtitutionib. Hæc enim eſt, quæ honorem fecit Accurſio, Speculatori, Ioanni Andreæ, Bartolo, Alexandro, Iaſon, Felin. & alijs qui hunc ſtylum ſunt ſequuti, & ex noſtris Cohiſpanis, grauiſsimis viris Roderico Soarez, Gregorio Lopez, Couarru. Antonio Gom Petro Peralta, D. Anton. de Padilla, Ludouico de Molina, & alijs pluribus. remotis, qui contrarium inordinate, & confuſe ſcribendi modum ſunt ſequuti, quos ſciens omitto: illos verò imitari cupiens, hos Canonicarũ Quæſtionum libros vobis expono, qui vtinam ita placeãt, quemadmodum animus meus placere paratus eſt: quòd ſi aliud fortè contingat, æquo animo ſufferte, quandoquidem ipſe laborem paſſus ita facere decreui. Valete.*

Quæ in his libris ſcripta ſunt, omnia Sanctæ Romanę Eccleſię Catholicę cẽſurę & iudicio ſubiecta eſſe volo, nec ab ea me vel minimũ voluiſſe diſcedere quiſquam cogitet: quòd ſi aliquid huiuſmodi deprehendatur, id non ex animo dictum, ſed elapſum, iam nũc pro recantato haberi libens volo.

Ayuntamiento de Madrid

# Suma del priuilegio.

LA Mageſtad del Rey don Felipe nueſtro ſeñor, tiene concedido priuilegio al Doctor Iuan Gutierrez, Canonigo de la Doctoral de la ſanta Ygleſia de Ciudadrodrigo, para que el ſolo, y quien ſu poder huuiere, y no otro alguno, pueda imprimir eſte libro, q̃ ſe intitula, primero y ſegundo libro de las Canonicas queſtiones, por tiempo y eſpacio de ſeis años, ſo graues penas, como parece por ſu Real cedula, dada en Aranjuez, a veintidos dias del mes de Março, de mil y quiniẽtos y nouenta y ſeis años, Refrendada de don Luis de Salazar ſu ſecretario.

Ayuntamiento de Madrid

# ELENCHVS CAPITVM

## Canonicarum quæſtionum Doctoris Ioannis Gutierrez Canonici Doctoralis Ciuitatenſis, primi & ſecundi libri.

*CAP. Primum, Excommunicati, qui vitandi, vel non, pag. 7. & ſeq.*

*Cap. ſecundum, An excommunicatus à iudice poſſit per confeſſarium abſolui virtute Bullæ Cruciatæ, vel Iubilei, ſatiſfacta parte in vtroque, vel tantū in interiori foro. pag. 52. & ſeq.*

*Cap. tertium, An virtute Bullæ Cruciatæ abſolui poßit quis ab irregularitate. pag. 59. & ſeq.*

*Cap. quartum, Quo iure procedat cōmunis praxis, qua iudices eccleſiaſtici præcepta iudicialia ſub pœna excommunicationis pro futuris culpis ſolēt decernere. p. 65. & ſeq.*

*Cap. quintum, Parochus an poſſit abſoluere ſibi ſubditum à ſententia excōmunicationis maioris à iure lata, nulli reſeruata p. 79. & ſeq.*

*Cap. ſextum, Abſoluere quis poſſit à ſententia excōmunicationis minoris. pag. 86. & ſeq.*

*Cap. ſeptimum, De taurorum agitatione. pag. 90. & ſeq.*

*Cap. octauum, Extrauagans ambitioſæ, de rebus eccleſiæ non alienandis, inter extrauagantes communes, declaratur. pag. 107. & ſeq.*

*Cap. nonum, Extrauagans cùm deteſtabile, de ſimonia, inter communes declaratur. pag. 113 & ſeq.*

*Cap. decimū, De interdicto eccleſiaſtico, ceſſationeq; à diuinis. pa. 117.*

*Cap. vndecimum, De monitorijs generalibus, earumq; praxi pag. 123.*

*Cap. duodecimum, De pœnis permanentium in excommunicatione per mēſem, & vltra pag. 145. & ſeq.*

*Cap. decimumtertium, De irregularitate ex homicidio occulto proueniente. pag. 152. & ſeq.*

*Cap. decimumquartum, De monialibus, an ex alijs cauſis iuſtis, præter tres contentas in conſtitutione Pij Quinti, poßint à monaſterio exire. pag. 161. & ſeq.*

*Cap. decimumquintum, De copula interueniente ante impetratam diſpenſationem à ſummo Pontifice inter conſanguineos, vel affines ad contrahendum matrimonium commiſſam ordinario loci, an vitiet diſpenſationem, ſi de illa nulla facta fuerit mētio. pag. 163. & ſeq.*

*Cap. decimumſextum, De ſpadone, cui ambo teſticuli abſciſsi ſunt, an poſsit matrimonium contrahere. pag. 163. & ſeq.*

*Cap. decimumſeptimum, Papa an poſsit diſpenſare, vt matrimonium ratum, & non conſummatum per copulam, diſſoluatur. pagin. 180. & ſeq.*

*Cap. decimumoctauum, De matrimonio de præſenti cōtracto à duobus*

im-

Ayuntamiento de Madrid

impuberibus, vel à pubere & impubere, maioribus tamen ſeptēnio, ſolenniter coram parocho & teſtibus, vtrùm poſt pubertatem interueniente copula, cohabitatione, amplexibus, vel oſculis, ratificetur, abſque eo quòd eadem ſolennitate repetita de nouo celebretur. pag. 192. & ſeq.

Cap. decimumnonū, Ordinarius eccleſiaſticus, an tuta cōſcientia poſſit abſque vlla cauſa remittere denūtiationes in matrimonijs cōtrahendis requiſitas. pag. 200. & ſeq.

Cap. Vigeſimum, Pater an iuſtè abſque peccato poſſit impedire matrimonium filij, abſque eius voluntate contrahendum, cum diſparis ſtatus & conditionis fœmina. pagin. 206. & ſeq.

Cap. vigeſimumprimum, Verba illa, Non habebo aliam vxorē, vel non ducam aliam, vel aliquam in vxorem, niſi te, vel, Non erit mihi alia vxor, niſi tu, quid inducāt. Et quid de alijs, de quibus in hoc capite. pag. 214. & ſeq.

Cap. vigeſimumſecundum, De matrimonio, vel ſponſalibus contractis inter conſanguineos, vel affines ſub conditione, ſi Papa diſpenſauerit. pag. 224. & ſeq.

Cap. vigeſimumtertiū, De impedimēto affinitatis ex illicita copula proueniente, & quis diſpenſet ad petendum debitum. pag. 233. & ſeq.

Cap. vigeſimumquartum, De diuortio inter virum & vxorē ex cauſa ſæuitiæ. pag. 241. & ſeq.

Cap. vigeſimumquintum, An maritus propter publicum vxoris adulterium poſſit, ipſa viuente, clericus in ſacris effici. pag. 245. & ſeq.

Cap. vigeſimumſextum, De ætate ſingulis ordinibus eccleſiaſticis requiſita. pag. 251. & ſeq.

Cap. vigeſimūſeptimū, Approbatus in vno Epiſcopatu ad audiendas cōfeſſiones, an poſſit virtute Bullæ Cruciatæ in alio Epiſcopatu eligi in confeſſarium, abſque noua approbatione huius Epiſcopatus. pag. 259. & ſeq.

Cap. vigeſimumoctauum, Beneficia vacantia intra quod tempus prouideri debeant. pag. 266. & ſeq.

Cap. vigeſimumnonum, An aliqua recipi poſſit pro adminiſtratione ſpiritualium. pag. 270. & ſeq.

Cap. trigeſimum, An vnusquiſque teneatur in Dominicis & alijs diebus feſtiuis in propria parochia rē diuinam audire, hoc eſt Miſſam. pag. 279. & ſeq.

Cap. trigeſimumprimum, An circunſtantia feſti ab eo qui peccatum mortale commiſit eo in die, ſit neceſſariò confitenda ſacerdoti. pagin. 288. & ſeq.

Cap. trigeſimumſecundum, Monaſterium, an ex eludat ſubſtitutū ſub conditione vocatū, ſi inſtitutus ſine liberis legitimis & naturalibus deceſſerit, vel ſine liberis ex ſe legitimè deſcendētibus, vel ex ſuo corpore procreatis. pag. 298. & ſeq.

Cap. trigeſimumtertium, De penſione eccleſiaſtica, an debeatur pro rata tēporis, necne? pag. 319. & ſeq.

Cap. trigeſimumquartum, De reme-

dio

Ayuntamiento de Madrid

dio cap. reintegranda. 3. quæſt. 1. coram quo iudice ſit proponendũ, & an competat contra bona fide & titulo poſsidentem, & an in iudicijs poſſeſſorijs appellatio locum habeat. pag. 333. & ſeq.

Cap. trigeſimumquintum, De confraternitatibus diſciplinatorum, ſeu confratrijs, an ſint loca religioſa, necne, deque alijs in propoſito, pag. 361. & ſeq.

Cap. trigeſimumſextum, An ſucceſſor prælati, alterius ve beneficiati, vel maioratus, teneatur ſtare locationi prædeceſſoris, nomine proprio, & in ſui vtilitatem factæ. pag. 368. & ſeq.

Cap. trigeſimumſeptimum, De ſtuprate virginem ad quid teneatur? pag. 376. & ſeq.

Cap. trigeſimumoctauum, De vxore quæ falſo ſibi partum alienum ſuppoſuit, & de adultera, quæ filium ex adulterio inſcio marito cõcepit, ad quid teneatur in foro conſcientiæ. pag. 385. & ſeq.

Cap. trigeſimumnonum, De vendentibus carius ad creditum quàm in promptu res communiter valeat, & de minori ementibus anticipata ſolutione. pag. 398. & ſeq.

Cap. quadrageſimum, De reſtitutione, an differri poſsit, vbi debitor habita ratione ſtatus & dignitatis grauiſsimam pateretur ex reſtitutione iacturã. pag. 416. & ſeq.

## LIBER SECVNDVS.

CAP. Primum, De teſtamẽtis eorũ qui religionẽ poſtea ingrediuntur, vel quæ poſt ingreſſum cõduntur. pag. 424. & ſeq.

Cap. ſecundum, An iudex delegatus poſsit cognoſcere de nullitate ſuæ ſententiæ diffinitiuæ, vel reſtitutionem in integrum aduerſus eam concedere. pag. 460. & ſeq.

Cap. tertium, De his qui mortem ſibi conſciuere. pag. 469. & ſeq.

Cap. quartũ, De ebrietate prohibita præcipuè clericis, & de eorum pœnis, & de vino plura differuntur. pag. 479. & ſeq.

Cap. quintum, De clerico homicida. pag. 497. & ſeq.

Cap. ſextum, De homicidio caſuali. pag. 528. & ſeq.

Cap. ſeptimum, De concubinatu, eiuſque pœnis. pag. 576. & ſeq.

Cap. octauum, An ſingularis ſucceſſor eccleſiæ teneatur ſtare colono, vel inquilino. pag. 590. & ſeq.

Cap. nonum, De rebus inuẽtis, quæ certo domino carent. pag. 608.

Cap. decimum, De receptis & promiſsis ob cauſam fornicationis. pagin. 618. & ſeq.

Cap. vndecimum, De electione & prouiſione beneficiorum eccleſiaſticorum, ac ſecularium officiorũ. pag. 632. & ſeq.

Cap. duodecimum, De vidua ſtuprũ committente. pag. 665. & ſeq.

Cap. decimumtertium, De alienatione per conceſsionẽ in emphiteoſim rerum eccleſiæ vltra tempus permiſſum

Ayuntamiento de Madrid

miſſum facta, an in aliquo teneat. pag.671. & ſeq.

Cap.decimūquartū, An iuſte inſtitui poſsint primogenia, de quorū natura & ſucceſsione. pag.677. & ſeq.

Cap.decimumquintum, De falſitate, ſubreptione & obreptione cauſæ finalis, & impulſiuæ in precibus principi factis cōmiſſa, deq; veritate in eiſdē tacita. pag.695. & ſeq.

Cap.decimumſextum, An ſententia excommunicationis lata abſque vlla citatione ſit nulla, vel valida, licèt iniuſta. Item an & quando per appellationem ſuſpendatur excommunicatio, & quando non. pag.732. & ſeq.

Cap.decimumſeptimum, De literis cōmendatitijs, quas reuerendas vocant, an ſpirent re integra morte concedentis, & an Vicarius generalis Epiſcopi eas concedere valeat. pag.743. & ſeq.

Cap. Decimumoctauum, De vſura, quod ſit omni iure prohibita, & an ſit crimen mere eccleſiaſticū, vel mixti fori. pagin.750. & ſeq.

Cap.decimumnonum, De manifeſtis vſurarijs. pag.772. & ſeq.

Cap.vigeſimum, De pœna conuentionali, an iure & in cōſcientia ſecure exigi poſsit. pag. 780. & ſeq.

Cap.vigeſimumprimum, De decimis, quo iure debitæ ſint, & alijs in materia & praxi frequentibus. pagin. 791. & ſeq.

Cap.vigeſimumſecundum, De requiſitis ad votum obligatorium ſub peccato mortali, & vtrum in ſolo voluntatis propoſito perficiatur. pag. 832. & ſeq.

Cap.vigeſimum tertium, De ſimonia. pag.848. & ſeq.

Cap.vigeſimumquartum, An liceat condemnato ad mortem ſe defendere, ſi poſsit. pag.875. & ſeq.

Cap.vigeſimumquintum, De conditione illa adiecta legato, ſi non nupſerit, an ſit reijcēda in foro animæ, ita vt nuptijs ſequutis legatum peti, aut retineri ſecurè poſsit. pagin.887. & ſeq.

Cap.vigeſimumſextum, Hæres antequam legatarius agnouerit legatum, an id præſcribere poſsit. pagin.904. & ſeq.

Cap.vigeſimumſeptimū, De his qui in alienis fundis ſcindunt & capiunt ligna, aut in alieno prato oues ſuas, aliaue pecora paſcunt. pag.900. & ſeq.

Cap.vigeſimumoctauum, De venatione & piſcatione, an poſsit iuſtè prohiberi à principe, aliiſq; dominis temporalibus inferioribus, & an capta per venationem vetitā ac prohibitam, ſint in foro exteriori, vel conſcientia reſtituenda ante cōdēnationē. pag.918. & ſeq.

Cap.vigeſimumnonum, An liceat iudici iudicare ſecundum allegata & probata cōtra veritatem, quā priuata ſcientia nouit, necne? pagin.938. & ſeq.

Cap.trigeſimum, An iuſtè quis ob alterius culpam puniatur. pag. 944.

LAVS DEO.

Ayuntamiento de Madrid

# INDEX RERVM ET VERBORVM ORDINE ALPHABETICO digeſtorum, quaſcumque materias & quæſtiones quàm breuiſsimè, easque ſub ſuis rubricis locatas facillimè complectens.

## A

ABSENTES Ab Eccleſia pro vtilitate ipſius, lucrátur etiam diſtributiones quotidianas.cap.1.nu.144.lib.1.pag.50.

Abſentem non citatú diuinæ atque humanæ leges iudicare prohibent.Cap.16.num. 9.lib.2. pagina 50.

Abraham iam prouectę ętatis factus, seniorem ſeruum ſuum adiurauit, ne de filiabus Cananæorum filio ſuo Iſaac vxoré acciperet; ſed ex terra & cognatione ſua, & idem propè præcepit Iſaac filio ſuo Iacob.cap.20.nu.15.lib.1. pag.108.

Abſolutus in animæ iudicio, etiam pœnitētia peracta, poteſt in exteriori foro accuſari & puniri, cap.2.num. 13.libro 1.pagina 55.

Abſolutus ab excommunicatione, in qua permanſit per tempus prohibitum à l. 1. tit.5.de los deſcomulgados, lib.8.nouę collect.regię, an poſsit poſt abſolutioné pœnis ab eadé l.impoſitis puniri?cap.12.num.8.& ſeq.& num. 19. aſsignatur concordia, lib.1.pag.146.& 149.

Abſolutus in foro pœnitentiali, non remanet abſolutus in exteriori, quin de eo crimine puniri poſsit, cap. 12. num. 16. lib.1.pag.148.

Abſoluerè aliud eſt quàm diſpenſare, cap.3.num.4.lib.1.pag.60.

Abſoluere qui poteſt, in foro conſcientię diſpenſare non poteſt.cap.3. num.1.libro 1.pag.60.

Abſolui an quis poſsit virtute bullæ Cruciatæ, ab irregularitate contracta ratione peccati.cap.3.nu.1.&ſeqq.lib.1.pag.59.

Abſolui an poſsit excommunicatus à iudice per confeſſarium, virtute bullę Cruciatæ vel iubilei, ſatisfacta parte in vtroque foro.cap.2.num.1.& ſeq. præcipuè nu.10. 11.& 12.lib.1.pag.52.& 54.

Abſolutio à cenſuris in vtroque vel in altero foro, virtute iubilei facta, intelligitur tantùm quoad effectum conſequendi iubileum, eò autem conſequuto, cenſura reincidit.cap.2.nu.19.libro 1.pag.57.

Abſolutio in foro conſcientię tantùm, parte non ſatisfacta, parum prodeſſe poſſet ad conſequendum iubileum, contradicente parte vel parocho, aliove ſacerdote, cui excommunicatio innoteſceret. cap.2.num.20.lib.1.pag.58.

Abſolutio ab irregularitate ratione peccati contracta, eſt reſeruata Summo Pontifici.cap.3.num.2.lib.1.pag.59.

Abſolutio vel diſpenſatio ab irregularitate, non continetur in generali conceſsione abſoluendi à quibuſuis peccatis, cenſuris, & pœnis.cap.3.nu.3.lib.1.pag.60.

Abſolutio ab irregularitate contracta ratione peccati, quæ virtute bullæ Cruciatæ fieri poteſt, procedit tantùm in foro interiori, ſecus in exteriori.cap.3.num.7. lib.1.pag.62.

Abſolutio ab excómmunicatione eſt meri imperij.cap.5.num.26.libro. 1.pag.84.

Abſolutio à ſententia excommunicationis maioris, eſt reſeruata ſolis Epiſcopis. cap.5.num.27.lib.1.pag.84.

Accipere vel dare aliquid pro ſuſtentatione ſpiritualia adminiſtrátium, licitú eſt, ſecundùm ordinationem Eccleſię, & cóſuetudinem approbatam, ac conſtitutiones Epiſcoporú, qui taxare poſſunt quáto ſtipendio ille dignus ſit, qui tali ſeruitio Eccleſię mancipatur, dum tamen abſit emptionis vel venditionis cogitatio. cap.29.nu.3.lib.1.pag.270.

Accipiens beneficium non curatum, hæſitans & non deliberans permanere in eo ſtatu, ſatisfaciés tamen eius oneribus, an peccet.cap. 5.num.27.lib.2.pag. 504.

Acta in Concilio Conſtantien.& Baſileſ.

circa damnationem quorumdam articulorum hæreticorum, & cauſas beneficia les, ac cenſuras approbata fuerunt authoritate Apoſtolica, & quomodo hoc intelligatur.cap.1.nu.2.&15.lib.1.pag.8. & 16.

Actus omnes ab occultè excommunicato geſti, ſiue ſint ciuiles, ſiue ſpirituales, ſunt validi.cap.1.num.81.& ſeqq. lib.1. pagina 34.

Actus in dubio potius debet interpretari vt valeat,quàm vt pereat. cap.2.num.4. lib.1.pag.53.

Actus à principio nullus, accedente poſteà conſenſu incipit valere, prout ex tunc. capit. 18. numero [illegible] libro 1. pagina 196.

Actus contra iuramentum factus, non eſt nullus, ſed validus, licet contrafaciens ſit periurus.capit.8.numero 35.libro 2. pagina 599.

Actus ſi non valet vt fit, nec valebit vt fieri poteſt, vbi agitur de obligatione contrahenda in his quæ pendent à voluntate duorum.cap.13.nu.3.lib.2.pag.672.

Actus quidam ſunt directè & immediatè tendentes ad mortem ex propria natura: alij verò mediatè, & ex accidenti ad mortem opportuni & proximi, vt hîc declaratur.capit.24.numer. 20. libro 2. pagina 882.

Actio pœnalis oriens ex contractu,tranſit ad hæredem,etiam iure ciuili attento,ſi dolus commiſſus in contractu, vel circa contractum,purgatur per actionem oriẽtem ex illo contractu,& non per actionem aliunde deſcendentem: natura contractus eſt, vt actiones ab eo deſcẽdentes tranſeant ad hæredes, & ideò meritò ipſi tenentur.cap.18.nu.58.&59.lib. 2.pag.767.

Actio pignoratitia an præſcribi poſsit 30. annis à ceſſatione oblationis debiti.capit.26.nu.6.lib.2.pag.905.

Actio hypothecaria à tertio poſſeſſore cõtra creditorem, quo tempore præſcribatur?cap.26.nu.8.lib.2.pag.905.

Adrianus Sextus Pontifex maxi.vtriuſque iuris peritiſsimus, ſimul & Theologus, quid reſponderit, cùm ab eo peteretur diſpenſatio matrimonij rati, & non conſummati.cap.17.num.39. libro 1.pagina 161.

Aduerbium Ex tunc,licet ſit præſentis tẽporis, futurum tamen denotat effectũ. cap.4.nu.21.lib.1.pag.79.

Aduocatus,medicus,confeſſor, obſtetrix, & alij ſimiles non tenentur reuelarè ſecretum ſibi communicatum ad præceptum ſuperioris,nec id debent facere,niſi in caſibus, de quibus hic.cap.11.num. 58.lib.1.pag.136.

Aduocatus in dubijs vbi ſunt diuerſæ opiniones probabiles , poteſt defendere quamlibet earum.cap.13.num.24. lib.1 pag.158.

Aduocatus licitè poteſt defendere quem noxium ſcit, ſi noxium conſtat eſſe ex proceſſu.cap.29.nu.18.lib.2.pag.

Adulter, qui ex aliena vxore filium ſuſtulit,an teneatur marito & alijs hęredibus aliquid reſtituere?cap.38.num. 37. 38. & 39.lib.1.pag.394.& 395.

Adulter,cuius ob cauſam maritus ſuã vxorem occidit,an ſit irregularis.cap.6.nu. 39.42.lib.2.pag.536. & 537.

Aequiparatio ceſſationis à diuinis, & interdicti generalis, non in omnibus procedit,ſed in caſu tantùm de quo in Clem. 1.de ſenten.exco.c.10.nu.7.lib.1.p.119

Aetas ſingulis ordinibus iure antiquo requiſita.cap.26.nu.1.lib.1.pag.252.

Aetas triginta annorũ requiritur ad Epiſcopatum.cap.26.nu.39. lib.1.pag.258.

Agitatione taurorũ prohibuit Pius V. ſuo motu proprio,Romæ dato Calend.Nouẽbris,anni 1567.c.7.nu.1.& 2. ſed ante quibuſdã idẽ placuit ex rationibus, de quibus nu.2. & ſeqq.alijs contrariũ, vt in nu.9.eiuſd.cap.lib.1.pag.90.& 92.

Alieni parochiani, qui proprio contempto parocho ad aliam eccleſiam accedũt ad Miſſam audiendam in Dominicis & alijs feſtiuis diebus, eijciendi ſunt ab eccleſia,& ſacerdos admittens eos, cõmittit quodammodo furtum, & rapinam.c.30 num.5.& 6.lib.1.pag.280.

Alienatio quocumque titulo à delinquẽte bonorum facta, vbi ipſa prohibetur, eſt nulla,ſiſcuſq; ea repetet, atq; vendicabit à poſſeſſoribus poſt ſententiam. cap.5.nu.74.lib.2.pag.519.

Alimẽta nõ ſunt miniſtrãda ex redditibus beneficij clerico actu & ſolẽniter depoſito,& exauthorato militia ſacerdotali, ſed tantũ depoſito verbaliter per ſentẽtiam.cap.1.nu.97.lib.1.pag.37.

Alimenta exhibẽda nõ ſunt ex redditibus beneficij clerico ſuſpenſo propter contumaciam, à qua poteſt reſipiſcere,& nõ reſipiſcit:ſicut nec excomunicato.cap.1 nu.100.lib.1.pag.38.

Ali-

Ayuntamiento de Madrid

# INDEX.


Alimenta excommunicato ex redditibus beneficij exhibenda ſunt, quoties excõmunicatus eſſet impeditus ex aliqua cauſa abſolutionẽ petere, vel obtinere, etiamſi eã petat, vt hîc c.1.nu.101.lib.1.p.38.

Alimẽta miniſtranda ſunt excõmunicatô, ex fructibus beneficij in caſu extremæ neceſsitatis, ne fame pereat. cap. 1. num. 102. lib. 1. pag. 38.

Alimenta ſunt miniſtranda ex redditibus beneficij clerico depoſito, & ſuſpenſo à beneficio propter crimen, excõmunicato autẽ minimè, etiamſi is egenus & pauper ſit. c. 1. nu. 96. lib. 1. pag. 37.

Ammon Dauidis filius cũ Thamar deperiſſet, cubauit cum ea, & deinde exoſam eã habuit odio magno nimis, ita vt maius eſſet odium, quo oderat eam, quàm amor quo antea dilexerat. cap. 20. num. 19. lib. 1. pag. 206.

Ammon in conuiuio Abſalon tumulẽtus vino, eo quod violaſſet Thamar ſororẽ ſuã, occiſus fuit. c. 4. nu. 6. lib. 2. p. 479.

Annales & triennales poſſeſſores poſt annũ & triennium ſunt tuti in beneficialibus per regulas Cancellariæ. cap. 34. nu. 74. lib. 1. pag. 352.

Agens quod lex iubet, non peccat, ſecus qui agit quod lex humana permittit. c. 11. nu. 18. lib. 2. pag. 638.

Aggrediens aliquid illicitè, quod eſt cauſa vt alium occideret propter ſui defenſionẽ neceſſariam, non ſolùm peccat id agendo, ſed etiam eſt homicida, quando opus illud illicitum erat quædam via ad homicidium perpetrandum. cap. 6. nu. 44. lib. 2. pag. 538.

Anniculus non ſtatim vt natus eſt, ſed trecẽteſimo ſexageſimoquinto die dicitur, cap. 26. num. 7. lib. 1. pag. 253.

Anima pretioſior eſt omnibus rebus. c. 9. nu. 7. lib. 1. pag. 114.

Animæ omnes diœceſis ſunt cõmiſſæ ſub põteſtate Epiſcopi. c. 27. num. 25. lib. 1. pag. 264.

An, & quando quis teneatur ad damni reſtitutionẽ in foro exteriori & conſcientiæ ex culpa lata & leui, & leuiſsima. c. 6. nu. 90. lib. 2. pag. 574.

An cuncta ſint conſilio deliberanda ad votum, quorum ignorantia cohibere hominem poſſet à vouendo. cap. 22. nu. 5. lib. 2. pag. 833.

Animalia retineri poſſunt ob ſumptus alimentorum eis præſtitorum. cap. 8. nu. 57. lib. 2. pag. 604.

Antiſtes, qui in propoſito habet, aut omnia beneficia, aut pinguiora conſanguineis conferre, etiam dignis, non eſt ſecurus, & vix poteſt à peccato mortali excuſari. c. 23. nu. 62. lib. 2. pag. 869.

Antonius à Corduba circa intellectũ mot' proprij improbatur. cap. 23. num. 83. libro 2. pag. 873.

Anteceſſor eccleſiæ parochialis, qui eius omnes fructus percepit; debet ſoluere ſucceſſori ſeruienti congruam ſuſtentationem. capit. 33. numer. 3. libro 1. pagina 320.

Appellatio ab excommunicatione conditionali, medio tempore interpoſita, ſuſpendit excommunicationem. cap. 4. nu. 24. lib. 1. pag. 71.

Appellatio præd. caſu ſatis eſt quod interponatur ante conditionis, vel diei euentum, etiam poſt lapſum decem dierum datorum ad appellandum, alias regulariter. capit. 4. numero 25. libro 1. pagina 71.

Appellatio præd. non ſuſpendit excommunicationem, quoties debitor ab initio conſenſit, vt poſt diei vel conditionis aduentum poſſet excommunicari; ſi non ſolueret. cap. 4. num. 26. libro 1. pagina 71.

Appellatio ex cauſa probabili intra terminum executorialium, vel monitorij interpoſita ſuſpendit effectum eorumdẽ. capit. 4. numero 27. libro 1. pagina 71.

Appellatio poſt excommunicationem prolatam interpoſita, non ſuſpendit excõmunicationis effectum, ſed appellatione non obſtante ſententia excommunicationis operatur effectum ſuum executionis quem ſecum habet, & poteſt iudex à quo, eum denunciare & publicare excommunicatum, vt ab alijs euitetur. capit. 16. numero 23. libro 2. pagina 739.

Appellare licet de iure canonico à quacũque ſententia in poſſeſſorio lata. capit. 34. numer. 87. pag. 355. Fallit tamen in interdicto retinendæ, ſi notoriẽ conſtat de poſſeſsione actoris, reuſq; nihil perẽptorium alleget contra eum, vt ibidem num. 88. lib. 1. pag. 355.

Appellare non licet, etiam de iure canonico in poſſeſſorio extraordinario. c. 34. nu. 96. lib. 1. pag. 357.

Appellare an liceat à ſententia lata in remedio cap. reintegranda. 3. quæſtio. 1. c. 34.


A 2 num. 86

Ayuntamiento de Madrid

num.86.& numeris ſequentibus præcipue num.89.93.94.& 95.lib.1.pag.354 & ſequent.

Appellare non poteſt notorius ſpoliator, etiam attenta benignitate iuris canonici. capit.34.numero 95. libro 1. pagina 357.

Appellare licet à prima ſententia lata in poſſeſſorio de iure noſtro regio, ac pro inde, pendente appellatione, non eſt mandanda executioni.cap.34. num.97. & 98.lib.1.pag.357.

Appellare non licet de iure ciuili, neque canonico, à ſententia miſsionis in poſſeſſionem ex l. final. C. de edicto diui Adrian. tollend. niſi conſtet de notoria iniuſtitia.cap.34.numero 99.& 101.lib. 1.pag.

Appellare non licet à ſententia lata in remedio, quod Hiſpani del interim vocát de iure ciuili.capit.34. nume.108.quod etiam non licet de iure canonico, ibidem num.109.lib.1.pag.359.

Appellare licet hoc caſu de iure noſtro regio, niſi conſtaret de notoria iuſtitia appellati, & malitia præſumpta appellantis.capit.34. numero 110.libro 1. pag.359.

Appellare non licet hoc caſu, ſi periculum eſſet in mora, & ſic cauſa celeritatem deſiderante, tunc enim ne partes ad arma & contentionem accedant, iudicis officio incumbit componere, ne id fiat.cap.34.numer.111.libro 1.pagina 359.

Appellatione ſententiarum veniunt excómunicatio, ſuſpenſio & interdictum.c.5. num.32.lib.1.pag.85.

Appellatione pendente à ſententia lata ſuper miſsione in poſſeſsionem bonorum in fauorem hæredis, non fit reuocatio attentatorũ in regijs prætorijs Hiſpaniæ, ſecundùm vſum forenſem receptum.c. 34.num.100.lib.1.pag.358.

Appellatione partis ſimpliciter, licet in dubio veniat dimidia: dictio tamen, Aliqua, vel aliquid, verificatur in minima parte.capit.13.numero 2. libro 2. pagina 672.

Appellari valet à ſententia lata in remedio l.ſi quis in tantam.C.vnde vi.c. 34.nu. 90.lib.1.pag.356.

Appellari non poteſt de iure ciuili à ſententia in poſſeſſorio lata, quoad effectum ſuſpenſiuum, ſed tantùm quoad deuolutiuum, quare non dicetur attentatum hoc caſu, ſi ſententia prima in poſſeſſorio lata, appellatione non obſtante exequatur.capit.34.num.91.& 92.libro.1. pag.356.

Appellari, & de nullitate ſententiæ dici bene poteſt in poſſeſſorio, etiam de iure ciuili ratione inordinati proceſſus, & reſtitutio in integrum peti contra prædictã ſententiam.capit.34.num.94. libr.1.pagina 357.

Appellans ſaluo iure nullitatis, quid velit ſentire.capit.2. numero 4.libro 2. pagina 461.

Appellans non dicat, Appello, ſaluo iure nullitatis, ne ex hoc ſibi obijciatur reſeruaſſe nullitatem, ſed dicat: No haziédo alguno lo que en ſi es ninguno.c.2. nu.5.lib.2.pag.461.

Apices iuris non ſeruantur in foro eccleſiæ.c.11.nũ.18.lib.1.pag. 128.

Apoſtoli fuerunt coniugati, ſed verius eſt, excepto Petro, non probari aliquem ex Apoſtolis fuiſſe coniugatum. c. 25. nu. 10.& numer.11. quid de beato Ioanne Apoſtolo? libr.1. pag.246.

Apoſtoli, vt ex traditione eccleſiæ habemus, poſt Paſsionem Domini diuiſerũt prouincias, & vnuſquiſque ibat ad prædicandum Euangelium Chriſti in prouinciam, quæ ſibi ſorte obtigerat. c.27. nu.10.lib.1.pag.261.

Apoſtoli non ſe intromittebant in alterius prouinciam, præter Paulum, quanuis poſſent, ac valerent.c.27.numero 11. lib.1. pag.261.

Apoſtoli omnes erant ac fuerunt vniuerſales Pontifices totius orbis, eandemque poteſtatem habebant (ſub Petro tamen) in vniuerſum mundum, quanuis non haberent ſucceſſores in eandem præter Petrum.capit.27.numero 12. libro 1.pagina 261.

Approbatus in vno Epiſcopatu, an virtute bullæ Cruciatæ poſsit eligi in confeſſarium in alio, ſi non ſit in eo approbatus.c.27.num.1.pag.259.& ſequentibus. Affirmatiua probatur vſque ad nu. 6.ſed eo numer. & ſequentib. contraria eligitur lib.1.pag.261.

Approbatus tantùm à ſuo ordinario ad audiendas confeſsiones, licet facultas vel iuriſdictio abſoluendi ſibi data non ſit ab eodem, poteſt eligi in confeſſarium virtute bullæ. capit.27.numero.22. pagina 264.& quæ differentia ſit inter vtramque licentiam, ponitur ibidem.numer.

Ayuntamiento de Madrid

mer. 23.& 27.lib.1.pag.264.

Approbatus qui eſt idoneus ad audiendas confeſsiones alicuius certæ perſonæ, non ex eo cenſebitur idoneus ad alios, vel quæcumque loca.capit.27.num.18. lib.1.pag.262.

Approbatio confeſſarij, vt idoneus iudicetur ab ordinario loci, vbi cõfeſsiones auditurus eſt, fieri debet.c.27. num.7. lib.1.pag.261.

Approbatio confeſſarij ea tantùm mente fit, vt in proprio Epiſcopatu approbatis profit, non verò in alio.c.27. nu.15. lib.1.pag.262.

Arbitrio iudicis relinquitur, quando tanta ſit ſæuitia viri, vt vxori prouideri nõ poſsit remedio cautionis.c.24.num.10 & 11.lib.1.pag.243.

Arbitrio iudicis Apoſtolici relinquitur, quæ cauſa vel qualitas falsò expreſſa, vel veritas occultata mouerit leuiter vel grauiter, aut notabiliter Principem ad concedendum in ſpecie prædictæ communis ſententiæ.capit.15.numer.44.lib.2. pag.705.

Arbitria redacta ſunt ad inſtar iudiciorũ. cap.2.num.32.lib.2.pag.466.

Arbiter poſtquam laudauit functus ex officio ſuo, ſiue bene, ſiue male; etiamſi per errorem pronunciauerit. cap. 2.nu. 31.lib.2. pag.ibidem.

Argumentum á contrario ſenſu in iure nõ procedit, quoties ſenſus contrarius eſſet contra legem, vel canonem, neque etiam quando ex eo ſequeretur correctio iuris.capit.22.numero 23. libro 1. pag.232.

Argumentum de maiori ad minus, locum non habet in diſpenſatione iam facta. c. 15.nu.126.lib.2.pag.727.

Argumenta in caſu capit. cum diœceſi.de vſuris.appellantur indicia, vel aliæ aperiſsimæ & vrgentiſsimæ probationes. capit. 19. numero 19. libro 2. pagina 777.

Arguere non licet à ratione non expreſſa, c.15.nu.72.lib.2.pag.713.

Articulus mortis quis dicatur remiſsiuè. capit. 1.numero 66. libro 1. pag.31.

Arma & inſignia, quæ in maioratuum creatione imponuntur, Reipublicæ vtilia ſunt, vt hîc, capit.14.numer.11. lib. 2.pag.680.

Arreptio itineris ad Papam ſuper cauſa, quæ coram ordinario vertebatur, habetur pro appellatione, ſi eam coram Papa grauatus proſequatur.c.16.num.22. lib.2.pag.739.

Artifex ex ferro furtim ſublato enſem faciens, non erit irregularis, ſi emens ab eo enſem hominem occiderit.c.6.num. 155.lib.2.pag.559.

Audiens Miſſam à ſacerdote exiſtente in crimine notorio, non peccat mortaliter. capit.1. numero 46. libro 1. pagina 24.

Audire Miſſam, vel ſuſcipere Sacramenta eccleſiaſtica à notorio concubinario, iure communi non licebat, etiam ſine monitione ſuperioris: hodie ſecus, niſi clericus publicus concubinarius fuerit nominatim publicè denunciatus per prælatum, vel ſuſpenſus, vt euitetur.c. 1.nu. 44.& 45.lib.1.pag.23.

Auditor generalis Cameræ Apoſtolicæ, vrbis Gouernator, Vicarius, Senatus, Mareſcallus, & Auditor contradictarum, qui in Romana Curia pro ordinarijs iudicibus reputantur, ſuas ſententias nullas reuocare, & ex integro renuntiare poterunt, vt hîc cap.2.num.27. libro 2. pag.465.

Auditores ſacri Palatij Rotæ non poſſunt cognoſcere de nullitate ſuæ ſententiæ definitiuæ, quia quantùs in cognoſcendo habeant ordinariam poteſtatem, in pronuntiando tamen & definiendo habent delegatam.cap.2.numer.15.lib.2. pag.463.

Aues & cætere beſtiæ feræ, & piſces maris vel fluminum occupantis fiunt, quando in ſua plena libertate capiuntur, ſecus vero ſi aues habeant vel portent aliqua ſigna contraria.cap.9.numer.3.& 5.libr.2. pag.609.

Auth.de ſanctiſsimis Epiſcopis.§. ſed & hoc præſenti, loquitur in monaſterio capace bonorum.cap.1.num. 68. libro 2. pag.443.

Authentica ſi qua mulier.C.de ſacroſanct. eccleſijs.& l.17.titul.1.partit.6.cum ea concordans, licet in deſcendentibus ſolum loquatur, ad aſcendentes tamen ex paritate rationis extendende ſunt. c. 1. num.96.lib.2. pag.450.

Authoritas beati Pauli ad Rom.7. declaratur.c.12.nu.16.lib.2.pag.667.

## B

BAptiſmi Sacramentum an in caſu extremę neceſsitatis liceat recipere à præ-

 ciſis

ciſis ab eccleſia,& hæreticis. c. 1. num. 55.& quid in ſacramento pœnitentiæ,in articulo mortis,vbi alius miniſter deeſt. ibid.num.55.& ſequent. & num. 61. & ſequent.lib.1.pag.27.vſque ad 30.

Beatus Hilarius fuit vxoratus & Epiſcopus,& habebat filiam & vxorem exiſtẽs Epiſcopus,& quidam Genebaldus fuit etiam vxoratus & Epiſcopus. c. 25. nu. 9.lib.1.pag.246.

Beatus Apoſtolus ad Epheſ. 5. in criminis ebrietatis deteſtationem inquit: Nolite inebriari vino,in quo eſt luxuria. cap.4. nu.12. lib.2.pag.480.

Beatus Apoſtolus Paulus mulieres ſobrias eſſe præcipit.capit.4.numer.23.libro 2. pag.481.

Beatus Paulus maximè abhorrens fornicationem,præcipit eam fugiendam, & alia plura in propoſito dicit.c.7.num.8. lib. 2.& exhortatio authoris circa idem. c. 7.nu.9.lib.2.pag.567.

Beneficium Principis,ſiuè priuilegium eſt latiſsimè interpretandum.c.2.nu.3.libr. 1.pag.53.

Beneficium nullus prima tõſura initiatus, aut etiam in minoribus ordinibus conſtitutus,poteſt obtinere ante decimum quartum annum.c.26.num.33. lib.1. pagina 257.

Beneficia ſunt bona eccleſiaſtica.c.8.num. 16.lib.1.pag.

Beneficium curatum habens, non poteſt audire alienas oues ſine licentia expreſſa vel interpretatiua proprij parochi. c. 27.nu.21.lin.1.pag.263.

Beneficium & officium eccleſiaſticum nõ ex affectu carnali,ſed diſcreto iudicio in perſona magis idonea diſpenſandum eſt.cap.23.numero 10.libr 2. pagina 635.

Beneficium ſimoniacè acquiſitum renunciandum eſt cum fructibus, de quibus hîc, & quid ſi per ignorantiam ſimoniacè ſit acquiſitum.c.23.nu.14. & 15.libr. 2.pag.851.

Beneficia eccleſiaſtica ex bonis communibus populi, veluti ſtipendia & præmia virtutis & literarum inſtituta ſunt, eccleſiç miniſtris propoſita,vel ſecũdũ Ledeſ. ſunt diſtribuenda iuxta eccleſiarum vtilitatem,quia illorum redditus ſunt inſtituti propter eccleſias,& non propter cõditiones miniſtrorum.c.11.num.4. & 5. lib.2.pag.634.

Beneficia ſimplicia an neceſſario ſint dig- moribus conferenda.cap.11.nu. 12.lib. 2.pag.635.

Bis peccat,qui diem Dominicum ſcortis,rixis,& pugnis,alijſque obſcœnis agit, vt docet Concil.Colonienſ. cap. 31. num. 6.ſed illud Concil.non eſt generale,ſed tantum prouinciale, nec eſt approbatũ à Sede Apoſtolica,& in materia iuſtificationis errauit,vt ibid.numer.36.lib.1. pag.289.& 296.

Bigamus ſi per eccleſiaſticum iudicem cõdigna pœna non fuerit punitus, poteſt per ſecularem iterum puniri.cap.12.numero 12. Idem eſt in blaſphemo, quanuis his caſibus moderanda ſit pœna.ibidem nu.13.14.lib.1.pag.147.

Bibere multum & immoderatum, multorum malorum cauſa eſt. c.4. numero 2. lib.2.pag.479.

Bona confraternitatum poſſunt ad libitum alienari per corpus earundem, abſque ſolennitate requiſita à iure canonico in alienatione rerum eccleſiaſticarum.c.35 numer.16.& vide num.22.& 23. libr.1. pag.363.& 365.

Bona hæreditaria ſiue legatum per profeſſionem monachi teſtatoris, ſtatim ad inſtitutum heredem vel legatarium pertinent,ſi monaſterium ſit incapax bonorum:quod ſi eorum ſit capax, hereditas vel legatum, morte naturali ipſius monachi,ad hæredem vel legatarium pertinebit in eius vita ad monaſterium. c. 1. nu.47.lib.2.pag.435.

Bona monachi, qui infra annum probationis deceſsit in monaſterio capaci bonorum teſtamento non condito,nec renũciatione legitimè facta, an acquirantur eius venientibus ab inteſtato, vel monaſterio.c.1.numero.101.cum ſequentib. lib.2.pag.453.

Bona ingredientis monaſterium decedentis intra annum probationis,an pertineat ad monaſterium,vel ad veniẽtes ab inteſtato ipſius nouitij, præterquàm in domibus monalium,vt in numer.109.& hodie in reliquis bonis.cap.1. num.105.& 109.& 110.libro 2.pagina 454. vſque ad finem.

Bona occidentis ſe, ſtantibus hæredibus deſcendentibus quocumque modo,cauſa,vel tempus,ſe occidat ad fiſcum minimè pertinent, ſed ad ſuos hæredes deſcendentes.capit.3.numero.33. libro 2. pagina 475.


Bona

Ayuntamiento de Madrid

Bona delinquentis an ſint tacitè obligata, & hypothecata fiſco, vel parti cui debet applicari? c.5.numer.56.& ſequentibus, lib.2.pag.515

Bona ſtatim commiſſo delicto læſæ maieſtatis, confiſcantur ipſo iure.c.5.nu.66. lib.2.pag.518.

Bona in noſtro regno hodie confiſcantur ipſo iure in crimine læſæ maieſtatis, & adminiſtratio, & dominium bonorum tollitur, & alienatio prohibetur, tàm titulo oneroſo, quàm lucratiuo, à die com miſſi delicti.capit.5.numer.67. libro 2. pagina ibidem. Idem in crimine hereſis, quidquid aliàs diſponat l.4.in fin.titulo 26.parit.7.de cuius intellectu agitur in numer.69.cap.5.nu.63. pagin. ibidem. Idem eſt in peccato nefando contra naturam.c.5.num.21.lib.2.pag.503.

Idem in alijs caſibus, in quibus bona confiſcantur ipſo iure.c.5.numer.72.lib.2. pag.519.

Bona maioratus an pro eiſdem alienari poſſint.capit.5.numero 87. 88. libro 2.pagina 521.

Bona inuenta, quę Hiſpaniæ dicũtur, Moſtrencos, in locis, & oppidis dominorũ, Ducum, Comitum, & Marchionum, ac ſimilium, competunt Cameræ Regiæ, etiam in foro conſcientiæ, niſi ex priuilegio vel conſuetudine aliud appareat. c.9.num.17.lib.2.pag.613.

Bona vſurarij an iure ſint tacitè hypothecata pro vſurarum reſtitutione, capit.18 numero 42.& 43.libro 2.pag.763.

Breue Sixti Quinti ſuper agitatione taurorum, non ſuſtulit ordinarijs locorum facultatem procedendi contra clericos agitationibus taurorum intereſſentes. capit.7.num.41.lib.1.pag.103.

Bulla Cruciatę quid operetur vltra ius cõmune circa facultatem eligendi confeſſorem approbatum ab Ordinario.c.27. num.29.lib.1.pag.265.

C

CAmera Apoſtolica, cuius ſunt fructus ſedium vacantium Epiſcopatuum, ſoluit penſiones ſuper ipſis reſeruatas.capit.1. numero 118. libro 1.pagina 42.

Canonicatus, cæteræque prębendę horum Regnorum, quamuis pinguiſsimi ſint, ſemper in Romana Curia ęſtimantur in valore annuo vigintiquatuor ducatorũ auri de Camara, & non plus.c.1.nu.122 lib.1.pag.42.

Canonici Ciuitatenſes abſentes ab vrbe pro negocijs Eccleſię, ex conſuetudine lucrantur diſtributiones quotidianas. capit.1. numero 146. libro 1.pagina 51.

Canonici & alij beneficiati acceptantes iuriſdictionem aliquam Apoſtolicam, ſi ob eam cauſam excommunicentur, lucrari debent fructus ſuarum prębendarum, vt hic capit.1.num.151.libro 1.pagina 52.

Canonicus, Prouiſor, ſeu Vicarius generalis Epiſcopi, ſi ob eam cauſam excommunicetur, lucratur fructus ſuæ præbendę, præmaximè ſi ſtatuto Eccleſię id caueatur.capit.1.numero 148.& ſequen.libro 1.pag.51.

Canonicus, vel alius capitularis an poſsit aliquando pro illa vice votum ſuum caſſare. capit.11.numer.87.libro 2.pagina 662.

Capitulum eccleſiaſticum, quo fructibus prębendę vacantibus fruitur, an pro illo tempore teneatur ſoluere penſionẽ authoritate Apoſtolica ſuper ipſis conſtitutam? cap.1.numer.109. & ſequentibus. Sed prędmaximè eam ſoluere non tenetur, quando eſt reſeruata ſuper fructibus & diſtributionibus quotidianis prębendę, ibidem numero.121.libro 1. pag.40.& 41.

Capitulum eccleſiaſticum percipiens medietatem fructuum duorum primorum annorum nouorum reſidentium vigore ſtatuti, vel alterius conceſsionis, tenetur ſoluere dimidiam partem penſionis ſuper ipſis fructibus reſeruatæ. c.1.num. 119.lib.1.pag.42.

Capitulum eccleſiaſticum fructus prębendę vacantis iure proprio, propter perſonalem reſidentiam iure non decreſcendi percipit, atque eis fruitur tanquam proprijs, ſuiſque prębendis addictis.c.1. nu.120.lib.1.pag.42.

Capitulum eccleſiaſticum tenebitur ſoluere penſionem præbendę vacantis, vſq; ad quantitatem fructuum, quos percipit diſtinctè à menſa capitulari, vt in exemplis hic poſitis.cap.1.numer.123.lib.1. pagina 43.

Capitulum eccleſiaſticum tenetur adimplere ſuis ſumptibus, atq; ſoluere onera prębendę vacantis eidem cohęrentia. cap.1.



Ayuntamiento de Madrid

# INDEX.

Cap. 1. numero 124. Ad idem tenetur fructus percipiens ex priuilegio Apoſtolico beneficiorum vacantium primi vel aliorum annorum, ibidem numer. 127. Inique & contra ius, expenſe ſiue ſalaria horum onerum ſucceſſori imponuntur, non obſtante conſuetudine contraria, ibidem num. 128. Et quid in expenſis factis in affigendis edictis, & alijs pro electione facienda Magiſtralium & Doctoralium prębendarum, ibidem num. 129. lib. 1. pag. 45. & 46.

Capitulum quomodo habeat expenſas factas pro electione prelati, duplex praxis refertur cap. 1. numer. 130. libro 1. pagina 47.

Capitulum ſede vacante, deficientibus alijs bonis poteſt recipere mutuum inſtante neceſsitate pro negotio electionis prælati. c. 1. nu. 132. lib. 1. pag. 47.

Capitulum ſede vacante ſuccedit generaliter in iuriſdictione prelati ſui, & etiam in adminiſtratione temporalium & ſpiritualium, & habet iuriſdictionem ordinariam à iure communi, poteſt iudices dare ac conſtituere, & omnia quę ad iuriſdictionem pertinent expedire. c. 11. nu. 10. lib. 1. pag. 125.

Can. 7. Seſsionis 14. ſacri Concil. Trident. intellectus. c. 1. nu. 73. lib. 1. pag. 33.

Cap. 3. de reformat. Seſsio. 21. ſacri Concil. Trident. & c. 3. de reformat. Seſsio. eiuſdē conciliantur. capit. 1. num. 106. lib. 1. pag. 39.

C. 9. in principio, de reformatio. Seſsio. 24. ſacri Concil. Trident. declaratur cap. 13. num. 18. & numer. 27. & 29. libr. 1. pag. 156. & 159.

C. 9. ad fin. de reformat. matrimo. Seſsion. 24. ſacri Concil. Triden. declaratur c. 20 num. 32. lib. 1. pag. 212.

C. 15. de reformat. Seſsione. 23. Concil. Trident. declaratur c. 27. nu. 23. & nu. 28. lib. 1. pag. 259. & 260. & 264.

C. 14. in Decreto, de reformat. ſeſsion. 24. ſacri Concil. Triden. refertur c. 29. nu. 27. lib. 1. pag. 276.

C. 4. in Decreto, reformat. matrimo. Seſsio. 24. Concil. Trident. allegatur & declaratur c. 30. nu. 7. 33. & 34. libro. 1. pag. 280 & 285.

Cap. vnic. §. qui vero. de cleric. non reſid. in 6. & c. cùm non deceat. de elect. eod. lib. quæ videntur contraria, circa diſtributiones quotidianas lucrandas abſentibus pro vtilitate eccleſiarum concordia & intellectus. c. 1. nu. 145. lib. 1. p. 50.

Cap. Romana. §. caueant. de ſenten. excom. lib. 6. interpretatur. c. 4. nu. 8. lib. 1. p. 67

Cap. à nobis. el 1. de ſenten. excom. intellectus. c. 4. nu. 9. lib. 1. pag. 67.

Cap. 5. inſtructionis primę Hiſpalenſis declaratur, vt procedat in hæretico occulto peraccidens. c. 13. nu. 8. lib. 1. p. 153.

Cap. cùm ſocietas. 27. q. 2. interpretatur c. 17. nu. 24. lib. 1. pag. 186.

Cap. ex parte. de ſponſal. iuncta ſua glo. cō muniter approbata intellectus. c. 21. nu. 31. lib. 1. pag. 221.

Cap. ſi quis diuinis. in princip. 30. quæſt. 5. intellectus cap. 21. numer. 32. & ſeq. lib. 1. pag. 222.

Cap. ſuper eo. de conditio. appoſit. inducitur, vt probet cōmunē ſententiā Theologorū aduerſus Canoniſtas, quod matrimoniū per verba de præſenti cōtractū ſub aliqua cōditione, licet honeſta, nō perficiatur ſtatim adueniēte cōditione, abſq; nouo conſenſu. c. 22. n. 22. lib. 1. p. 231.

Cap. fin. cum ſimil. de ſententia & re iudic. loquens in matrimonio, dote, ſeu teſtamento, locum habet in quacumque alia cauſa fauorabili, prout eſt monaſterij, ſeu eccleſiæ. cap. 32. numer. 70. libro 1. pag. 318.

Cap. petimus. 11. quęſtione. 1. intellectus c. 34. num. 27. lib. 1. pag. 341.

Cap. cauſam quę. el 2. qui filij ſint legitimi. intellectus cap. 34. numero 28. lib. 1. pagina 341.

Cap. vltim. de iudic. intellectus. c. 34. nu. 29. lib. 1. pag. 341.

Cap. reintegranda. 3. quęſtion. 1. non tollit legitimam præſcriptionem, ſed loquitur in fauorem bonę fidei poſſeſſoris, contra malęfidei poſſeſſorem. c. 34. num. 67. lib. 1. pag. 351.

Cap. Epiſcopi. 3. q. 1. & c. eccleſia. 3. q. 2. in illis verbis, Et à quibuſcumq; &c. intelliguntur de malę fidei poſſeſſoribus. c. 34. nu. 75. lib. 1. pag. 352.

Cap. 1. de adulterijs, diſpoſitio in noſtro regno de communi ſtylo & conſuetudine ſeruatur in practica. cap. 37. numer. 6. lib. 1. pag. 377.

Cap. 22. Exodi, & cap. 1. de adulter. in illis verbis, Dormieritq; cum ea, quomodo intelligātur, cap. 37. numero 13. libro 1. pag. 378.

Cap. officij, de pœnit. & remiſ. intellectus. cap. 38. numer. 15. 16. & 17. libro 1. pag. 388. & 389.

Capi-

Ayuntamiento de Madrid

# INDEX.

Capitull, in ciuitate, & nauiganti, de vſurili tere referuntur. c. 39. num. 1. & numer. ſeq. per totum cap. late declarantur, vbi num. 5. intellectus Magiſtri Palacio ad illa iura exploditur. libro. 1. pagin. 398. & 399.

Cap. 26. de regula. & monialibus ſancti Cōcilij Tridentini ſeſsio. 25. an ſeruandum ſit in teſtamento. c. 1. num. 26. & ſeqq. lib. 2. pag. 410.

Capit. 16. de regularibus, & monialibus ſacri Concil. Tridenti. ſeſsionis. 25. licet loquatur tantùm quando nouitius, vel nouitia, exeunt à religione ante profeſſionem, idem tamen videtur hodie dicendum ex ratione in eo expreſſa, quando nouitius, vel nouitia decedit in religione infra annum probationis, vt bona ipſius minime ad monaſterium pertineant, &c. capit. 1. numer. 111. libro. 2. pag. 499.

Capitulum Eccleſiaſticum ſede Epiſcopali vacante, an & quando has reuerendas dare poſsit. capit. 17. numer. 13. lib. 2. pag. 745.

Capit. ad decimas, de reſtitutione ſpoliatorum in. 6. tunc obtinet, cum aduerſus agentem eſt iuris præſumptio, & ea palam reo ſuffragatur, ſecus verò ſi pro reo illa iuris præſumptio non adſit, licet ipſa exiſtat contra agentem. cap. 21. num. 75. lib. 2. pag. 813.

Capit. fin. de ſimonia, loquitur in ſimonia prohibita iure poſitiuo, & in prohibita iure diuino, & in vtroque foro, capit. 23. numero. 36. 37. libro. 2. pagin. 858.

Capit. final. de ſimonia, in ſecunda parte loquitur, & procedit in acquiſitis ab vtraque parte per ſimoniam mentalem, capit. 23. numer. 45. libr. 2. pag. 862.

Cauſa quæ dicatur parua, & quæ magna, relinquitur arbitrio iudicis. c. 11. n. 62. lib. 1. pag. 138.

Cauſæ magnæ dicuntur reſpectu perſonarum, nam inter aliquos cauſa decē librarū eſſet magna, & inter aliquos cauſa cētum florenorum eſſet parua. c. 11. n. 65. lib. 1. pag. 138.

Cauſā magnæ ſæuitiæ eſſe ſimilem cauſæ fornicationis, vt ob eam quoque fieri diuortium debeat. c. 24. n. 21. li. 1. pag. 244

Cauſæ cognitio requiritur, vbi quis ſuo arbitrio cauſā finire poteſt. c. 19. n. 8. & iure, ratione, & æquitate diffinire eam debet. ibid. n. 9. lib. 1. pag. 203.

Cauſa aliqua rationabilis requiritur, vt ordinarius remittere poſsit denunciationes requiſitas ad celebrationem matrimonij. c. 19. n. 6. lib. 1. pag. 203.

Cauſa vitandi diſcordiam, & diſsidiū, iuſta & rationabilis eſt, vt monitiones remittātur, & vt ab ſponſalibus recedatur. cap. 20. nu. 17. & 20. lib. 1. pag. 209.

Cauſa poſſeſſoria rei ſpiritualis, vel quaſi ſpiritualis, temporalis eſt. c. 34. num. 18. lib. 1. pag. 338.

Cauſa poſſeſſoria in beneficijs Eccleſiaſticis ſpiritualis dicitur, ac proinde ad iudicem eccleſiaſticum pertinet. c. 34. num. 24. lib. 1. pag. 340.

Cauſæ eccleſiaſticæ de rebus ſpiritualibus, vel quaſi ſpirituales cenſentur, ac proinde tractandæ & examinādæ ſūt apud iudices eccleſiaſticos, nō verò apud ſeculares. c. 34. n. 25. lib. 1. pag. 340.

Cauſa beneficialis habens admixtam proprietatis rationem, proculdubio tractari non poteſt apud iudicem ſecularem, ſed omnino apud eccleſiaſticum. c. 34. num. 26. lib. 1. pag. 340.

Cauſa poſſeſsionis & proprietatis nihil commune habet, intelligitur quoad acquiſitionem, & inquiſitionem, non vero quoad cognitionem. c. 34. nume. 30. lib. 1. pag. 341.

Cauſa occiſionis ad hoc vt operetur irregularitatem, oportet eſſe propinquā, & immediatā. cap. 4. numer. 97. lib. 2. pagina. 492.

Cauſa propinqua eſt illa, quæ damnū dat, non accedente alia extrinſeca cauſa. c. 6. nu. 19. lib. 2. pag. 532.

Cauſa finalis quæ ſit. cap. 15. nu. 1 lib. 2. pagina. 695.

Cauſa impulſiua quæ ſit. cap. 15. numer. 2. lib. 2. pag. ibidem.

Cauſa ea propriè dicitur quæ finalis eſt, impulſiua autem cauſa abuſiua, & impropria eſt. cap. 15. numer. 15. libro. 2. pagina. 699.

Cauſa finalis eſt fons cauſarum, & præſumitur finalis illa, quę ſecundùm iuris ordinem debet eſſe finalis. cap. 15. num. 16. lib. 2. pag. 699.

Cauſa finalis ſubſtantia appellatur, & forma. c. 15. nu. 17. lib. 2. pag. ibidem.

Cauſa finalis eſt primum principium intentionis, licet ſit vltimum executionis. c. 15. nu. 18. lib. 2. pag. ibidem.

Cauſa finalis apud ſapiētes optima habēda, & ea prima præcipuaque cauſarum atq; potentiſſi-

potentiſsima eſt.c.15. nu.19.lib.2.pag. ibidem.

Cauſa expreſſa in diſpẽſatione ſemper præſumitur eſſe finalis.cap.15.nu.104. libr. 2.pag.723.

Cauſa iuſtæ in curia ad diſpenſandũ ad cõtrahẽdum matrimonium. cap.15.n.107. lib.2.pag.723.

Cauſa diſpenſationis ceſſante,quando ceſſet vel non diſpenſatio.c.15.nu.132.lib. 2.pag.729.

Cautio idonea ad hoc,vt vxor ſeparata à viro propter ſæuitiam ei reſtituatur,intelligitur fideiuſſores,pignora,vel fortè iuramentum,ſi hoc magis timeat vir.c.24.n. 3.lib.1.pag.241.

Cautio idonea in propoſito ,vt vſurarij ad ſacram ſepulturam admittantur,intelligitur fideiuſſoria,vel pignoratitia,nõ autẽ ſimplex cautio,niſi iure fideiuſſorẽ, vel pignora dare nõ poſſet idq; ſit veriſimile.c.19.nu.4.lib. 2.pag.773.

Cadauer eius,qui ſe ipſũ occidit,furca ſuſpendi non debet.cap.3. num.22.libr.2. pag.473.

Capta per venationem vetitam,aut à dominis prohibitam , an ſint in foro iudiciali & conſcientiæ ante condemnationẽ dominis reſtituenda.c.28.num.18.& ſeqq. diſtinguũtur tres caſus , nu.22.& ſeqq. & num.19. quid ſi à iudice prohibita ſit venatio.lib.2.pag.921.ibid.

Capta tempore nimium,vel cum inſtrumentis aptis ad ferarum depopulationem, & in ſimilibus caſibus contra prohibitionem legum,non ſunt reſtituenda in animę iudicio,licet ſic capiẽs puniri poſſit. cap.28.nume.48.lib.2.pag. 929.

Captus iniuſte poteſt abſque vllo peccato à carceribus fugere,data ſibi fugiendi opportunitate: quinimò inique damnatus ad mortem ſi aliter non poſsit eam euitare, quam effugiẽdo carcerem, vinculaque rumpendo,poterit , idque abſque peccato,facere.capit.24.numer. 33.34.lib.2.pag.884.

Captus iniuſte ſi aufugit,in foro exteriori non tenetur aliqua pœna , imò capite punitur,ſi cum ſit iniuſte captus,non fugit, vt in numero. 37. vbi quod nec cuſtos de fuga huius tenetur. capit.24. nu.36.lib.2.pag.ibidem.

Captus iniuſte & damnatus ad mortem, qui aliter euadere non poteſt iniquam pœnam, an poſsit cuſtodes carceris occidere.cap. 24. numer. 38. & ſequentibus.lib.2.pag.ibidem.

Cardinalis vel alius procurans beneficium alteri propter donum , vel ſeruitium ab eo receptum , ad hoc vt liberetur ab obligatione ad antidora, qua illi tenebatur,an & quando committat ſymoniam, capit.23. numero. 74. libro. 2. pagin. 871.

Caſus eſt cauſa agens præter intentionem, ſicque caſualia ſimpliciter ſecundùm illam rationem nihil habent culpæ,capit. 6.numer.2.libr.2.pag.528.

Celebrans tempore interdicti,efficitur irregularis,non verò qui celebrat tempore ceſſationis à diuinis,quanuis multi in hoc vltimo contrarium teneant , vt in numer.8.capit.10. numer. 4.lib.1.pagi. 118.

Celebrantibus diuinas laudes in eccleſiaſtico officio , & proceſsiones facientibus aliquid dari poteſt, & quandoque annui redditus ad hoc aſsignantur, non quaſi pretium , ſed quaſi ſuſtentationis ſtipendium : ſi autem hæc pacto interueniente fierent,aut cum intentione emptionis , aut venditionis,ſymoniaca eſſent.capit.29.numer.22.& 23. libro. 2. pag.275.

Cenſus,collecta,decima,& penſio,ſunt onera realia. cap.1.numer. 111.libr.1.pagin.40.

Ceſſatione à diuinis durante,nulla die,nullo caſu,nulloque modo Miſſa, aut officia diuina celebrari permittebantur ante deciſionem text. in capitulo alma mater.§.in feſtiuitatibus,de ſententia excommunicationis.lib.6.cap.10. numer. 11.lib. 1 .pag.120.

Ceſſationis à diuinis & interdicti generalis æquiparatio non in omnibus procedit,ſed in caſu tantum , de quo in Clementina.1. de ſententia excommunicationis. capit. 10. numer. 7. libr.1.pagina. 119.

Chirurgus laicus peritiſsimus,prohibitus tamẽ à iudice ad tempus vti ſuo officio aliqua ex cauſa,quæ nõ reſpiceret imperitiam artis,ſed pœnam aliunde inflictã, ſi non obſtãte prohibitione huiuſmodi, eodem officio vtatur,atq; ob aliquã inciſionẽ perfecte & ſciẽtificè factam,culpa ægroti mors ſecuta ſit,nõ erit ob hoc irregularis.c.9.n.29.lib.2.pag.534.

Citatio per edictũ præſũptiuã ſciẽtiã inducit,quæ nõ ſufficit.quãdo vera notitia exigitur. c.34.n.36.lib.1.pag.342.

Citatio

# INDEX:


Citatio videtur à Deo omnipotẽti duxiſſe originẽ.c.16.n.3.lib.2.pag.734.

Citatio quatenus cõtinet defenſionẽ,eſt de iure naturali.c.16.n.4.lib.2.pag.ibidem.

Citatio etiam fomẽtũ habet à iure canonico.c.16.n.8.lib.2.pag.ibidem.

Citatio eſt de ſubſtantia ordinis iudiciarij, eiuſque defectus vitiat proceſſum.c.16.nu.11.lib.2.pag.735.

Citatio requiritur,etiam ſi à partibus ſit data poteſtas arbitris ſententiandi etiam ipſis abſentibus,niſi adijciatur etiam nõ citatis,alias erit nulla.c.16.nu.12.lib.2.pag.ibidem.

Citatio iure canonico requiritur, & trina monitio,vel ex cauſa, vna pro tribus,cũ diſtinctis dierum interuallis ad excommunicationem proferendam.c.16.n.14.lib.2.pag.ibidem.

Citatio ſeu monitio quæ requiritur ad excomunionẽ proferendam,perſonalis eſſe debet.c.16.n.15.lib.2.pag.ibidem.

Circunſtantia tẽporis feſti, in quo peccatũ lætale eſt admiſſum,an ſit neceſſariò ſacerdoti confitenda.c.31.per totum.nu.1.&ſequentibus,vbi in fine capitis reſoluitur,partem negatiuam eſſe veriſsimã, atq; communi calculo Doctorum probatam,quanuis laudabile ſit prædictam circunſtantiam ſacerdoti propalare, præter quã ſi peccatũ cõmiſſum ea mente ab aliquo eſſet,vt feſtum violaret.libro.1.pagin.288.

Circunſtantia temporis ſacri peccati admiſſi,an ſpecialiter rationi repugnare videatur.c.31.n.2.&.num.31.lib.1.pag. ibidem.& 294.

Circunſtãtiæ,quæ ita peccatũ adaugent, vt ex paruo magnũ,vel ex magno maius efficiant,an ſint confitẽdę.c. 31.n.25.26.& 27.lib.1.pag.292.

Circũſtãtia virginitatis,ſi volũtas fornicãdi non peruenit ad actum,an ſit neceſſariò confitenda.c.31.n.28.lib.1.pag.293.

Ciuitatenſi à tẽpore immemoriali prædia, & fũdi mẽſę capituralis atq; fabricę eiuſdẽ Eccleſiæ ad noue annos locantur.c.8.n.11.&idem in Caurienſi ciuitate, ibidem.n.12.lib.1.pág.209.

Ciuis interdictus ſi ſe ipſũ alibi cauſa vitandi domiciliũ trãſtulerit,immunis erit ab eo interdicto.c.30.n.101.lib.2.pag.526.

Ciuibus interdictis,& hi interdicti cẽſebũtur qui in locum aliorum ciuiũ poſt ſententiam ſucceſſerunt in eam ciuitatẽ domicilium transferentes.capit.30.numer.9.lib.2.pag.

Ciuitas quæ proprium Epiſcopum occiderit,licet omnes ciues,nec peccati,nec criminis rei ſunt,priuatur honore,& dignitate Epiſcopali.c.30.n.11.li.2.pag.ibidẽ.

Clauſula ſi ſenſeris te grauatum,compareas reſponſurus,inſtificat excommunicationem,nam ſi reus coparcat,reſoluitur in ſimplicem citationem.c.4. num.18.lib.1.pag.69.

Clauſula ſi preces viritate nitantur,ſemper eſt intelligenda appoſita in reſcriptis Papæ,etiam ſi non apponatur.cap.15.num.52.lib.2.pag.7,0.

Clericus an citari poſsit per edictum generale,ſi ſua intereſſe putauerit.c. 34.n.31.& ſequent.lib.1.pag.341.

Clericus cõparẽs virtute dictæ citationis dicitur cõparere vt actor, nõ vt reus,ſic q; ſua cõparitio eſt volũtaria,non vero neceſſaria.c.34.n.32.lib.1.pag. 342.

Clericus citatus à iudice ſeculari per edictũ non cogitur comparere.c.34.nu.33.lib.1.pag.ibidem.

Clericus citatus per edictum iudicis ſecularis ſi cõpareat,& ſe poſsidere alleget,poterit etiã priuilegiũ ſori deducere, declinareq; iuriſdictionem iudicis,&ad ſuum eccleſiaſticum remitti petere. c. 34. nu. 37.lib.1.pag.ibidem.

Clericus virginem ſtuprans deponi debet. c.37.nu.3.lib.1.pag.377.

Clericus nõ bis peccat ſingulis diebus,quibus ſemel mortaliter peccat.c.31. num. 21.& 22.lib.1.pag. 291.

Clericũ cõtinget peccare quãdo alij clerici precibus horarijs incũbũt,atq; incũbere debẽt,nõ tamẽ ob hoc bis ille peccabit.c.31.n.22.lib.1.pag.ibidem.

Clericis etiã ante motũ ꝓpriũ Pij V.nõ licebat tauris intereſſe.c.7.n.6.li.1.pag.ibidẽ.

Clerici nõ debẽt intereſſe ludis,oſtentationibus,duellis, executionibus dãnatorũ ad mortẽ,clandeſtinis matrimonijs,& alijs voluptuoſis, ſeu inhumanis actibus laicorũ.c.7.n.7.lib.1.pag. ibidem.

Clericus ludũ mortaliter malũ ſpectãs peccat mortaliter.c.7.n.8.lib.1.pag. ibidem.

Clericus depoſitus nõ habet facultatẽ,neq; eſt in ſua manu,vt à depoſitione liberetur,excõmunicatus autẽ ſec⁹, vt abſoluatur,ideò illi dãtur alimẽta, huic vero minime.c.1.nu.99.lib.1.pag.38.

Clericis,tam regularibus, quam ſecularibus, beneficiatis, vel in ſacris ordinibus conſtitutis prohibitũ eſt hodie quibuſcũq; diebus taurorum agitationibus intereſſe ſub pœna excommunicationis


non

non tamen eſt latæ ſententiæ,ſed ferendæ.c.7.n.16.& 17.lib.1.pag.95.
Clerici tauroru agitationibus intereſſētes, an peccent mortaliter, vel venialiter tantum?late dicitur.c.7.nu.18.& numer.ſequent.lib.1.pag.96.
Clerici occulte mutatis veſtibus facieq; tecta vidētes tauros agitari,grauius peccāt c.7.n.34.p.101.idq; hodie non licet,vt ibid.nu.38.lib.1.pag.103.
Clerici in duobus caſibus videntes taurorū agitationes excuſantur.c.7.nu.42.& 43. lib.1.pag.104.
Clericus celebrans poſt completam ab altera parte ſimoniam ante implementū alterius,non incurrit irregularitatem.c.9.n. 15.caſus practicatus,ibid.num.17.lib.1. pag.116.
Clericus celebrans tempore interdicti efficitur irregularis, non verò qui celebrat tempore ceſſationis à diuinis quàuis multi in hoc vltimo contrarium teneant.c. 10.nu.4.& 8.lib.1.pag. 118.& 119.
Clerici accedentes ad Sedem Apoſtolicam pro negotijs ſuarum Eccleſiarū integre recipere debent fructus ſuarum præbendarum.c.1.nu.143.lib.1.pag. 50.
Clerici in conuiuijs debēt ſe oſtendere honeſtos,ſobrios in cibo,& potu & verbis nu.48.quod honeſtati, ita debēt ſtudere,vt nec fabulas inanes ibi referant. c. 4.nu.49.lib.2.pag.484.
Clerici inconuiuijs non debent aliquos ab bibendum cogere,vel ſe aliena precatione ingurgitare,neque plauſus,& riſus,& fabulas inanes ibi referre.c.4.nu.50.lib. 2.pag.ibidem.
Clericos adeò in potu ſobrios eſſe oportet vt vltra trinam vicem bibere nō debeāt, & clericus hoc non ſeruans peccat.nu. 52.ſed hoc tantum intelligitur quando appetitus naturalis vltra non exegit. c. 4.nu.53.lib.2.pag.484.
Clerici à crapula & ebrietate diligenter abſtineant,inde vinum ſibi temperent, & ſe vino:& alia in propoſito. c. 6.nu.54. lib.2.pag. ibidem.
Clerici debent vinum aqua temperare.c.4. nu.56.lib.2.pag.ibidem.
Clericus bibens vinum purum,peccat mortaliter,niſi ex cauſa aliud faceret,quia vinum eſt minus potens.c.4.nū.57.lib.2. pag.485.
Clerici in conuiuijs nō debent inuitare alios ad bibendum,hoc eſt brindar. c.4. nu.58.lib.2.pag.ibidem.
Clerici in conuiuijs non debēt ſe obligare ad æquales potus,hoc nāq; maxime pernicioſū eſt.c.4.n.59.lib.2.pag.ibidem.
Clericus non debet priuari beneficio, nec etiā ſuſpendi propter crapulā,vel ebrietatem,ſi vult agere pœnitentiam.c.4.n. 65.lib.2.pag.486.
Clericis eſt prohibitū ingredi tabernas,niſi peregrinationis, vel itineris neceſſitate cōpulſis.c.4.nu.67.lib.2. pag.ibidē.
Clerici poſſūt habere tabernas,& etiā vēdi facere vinū in domo,dūmodo per alios id faciāt.c.4.n.73.lib.2.pag.487.
Clericus homicida volūtarius non eſt ipſo iure beneficio eccleſiaſtico priuatus,ſed per ſentētiam priuādus.c.5. nu.6.lib. 2. pag.498.
Clericus homicida interim quod beneficio nō priuatur per ſententiā fructus eius licite recipit atq; conſumit, ita quod neque iudex eoſdē fructus in ſententia poſſit fiſco adiudicare,ſiue ſint extantes,ſiue conſumpti.c.5.nu.8. contra numeris ſeqq.vbi limitatur quod eſt prædictum. lib.2.pag.499.
Clericus homicida poſteà deſeruiens beneficio, vel dignitati,non priuatur fructibus niſi à die accuſationis vel inquiſitionis,niſi delictum ipſi iure miniſtrare impediret,vel priuatio beneficij pro eo ipſo iure induceretur.c.5.nu.10.& 11.lib. 2.pag.500.
Clericus quoties propter crimē damnatur ad reſtitutionem fructuum,ſolum condemnatur ad reſtitutionem perceptorū non verò qui percipi potuerunt.c.5.nu. 28.lib.2.pag.504.
Clericus homicida interim quod nō priuatur beneficio,poterit id renūciare,&procedit etiā in renūciatione in fauorē certæ perſonæ,& procedit etiā poſt cōcluſum in cauſa ante ſententiam, & etiam poſt eam,ſi eſt ab ea legitime appellatū. c.5.num.29.30.cum ſequentibus,& 37. & 38.lib.2.fol.507.& 510.
Clericus homicida condemnatus pœna perpetui carceris,ſi tamen per ſententiā nō priuatur beneficio poteſt illud reſignare etiā ſi expectās Apoſtolic. illud acceptauerit.c.5.n.36.lib.2.pag.510.
Clericus homicida ante ſētētiā priuationis beneficij,poteſt ei renūciare,etiā ſi alius id prius impetrauerit in euentum priuationis nume. 39.Limitatur ſi in impetratione appoſita fuerit clauſula expreſſa quod renūciatio litepēdete facta cedat in vtilitatem

Ayuntamiento de Madrid

tatē impetrātis.c.5.n.40.lib.2.pag. 511.
Quid quando huiuſmodi renunciatio, vel reſignatio beneficij ſit cum ignorantia impetrantis ipſius, vel ſcienter.c.5.num. 41.42.lib.2.pag. ibidem.
Clericus propter crimen priuatus à canone beneficio ipſo iure, non poteſt ei renunciare.c.5.nu.44.lib.2. pag. 512.
Clericus priuatus beneficio ipſo iure à canone propter non promotionem intra annum ad ſacerdotium, non poteſt illud reſignare, vel retinere in conſcientia.c.5.nu.45.lib.2.pag. 513.
Clericus periurus priuandus eſt per ſententiam beneficio eccleſiaſtico, nō tamē eſt ipſo iure priuat⁹.c.5.n.95.lib.2.pag.523
Clerici qui ſunt crimine periurij irretiti, non merentur regere eccleſias.c.5.nu. 5.lib.2.pag.ibidem.
Clericus in minoribus ordinibus conſtitutus beneficium eccleſiaſticū habens irregularis eſt, ſi ex Chirurgie officio, cui operā dat, aliquis moriatur, etiā abſq; eius culpa: hoc tamē eſt intelligēdū, quoties egrot⁹ moritur ex cauſa alicuius adustionis, vel inciſionis à Chirurgo illate, alias ſecus etiā in laico, aut clerico minoribus beneficiū eccleſiaſticum obtinente.c.6. nu.22.23.24.lib.2.pag. 535.
Clericus adulter occidens inuaſorem cum moderamine incul patæ tutelæ, an ſit irregularis.c.6.n.43.lib.2.pag. 538.
Clericus præſtās opē oppreſsis, vel obſeſſis iniuſte, & adiuuans eos, qui repellunt iniuriam proijciendo lapides, & huiuſmodi, nō eſt irregularis, dūmodo ipſe nemiē occiderit.c.6.n.50.lib.2.pag.539.
Clericus abſq; irregularitatis nota & pœna poteſt intereſſe bello iuſto, & hortari milites ad pugnā, & quomodo hoc intelligatur.c.6.n.52.lib.2.pag. ibidem.
Clericus an poſsit bellum gerentibus arma portare.c.6.n.53.lib.2.pag.540.
Clericus in ſacris conſtitutus non erit irregularis, ſi pugnauerit in bello iuſto, & neminem occiderit, aut mutilauerit, etiam ſi in eo conflictu fuerunt plures occiſi, aut membris mutilati: idē eſt ſi ipſe percutiat vel vulneret, ſi clarū eſt quod ex tali percuſsione nō fuit ſecuta mors, vel mutilatio: licet alij in pugna illa per alios ſint mortui. Quid ſi hoc caſu clericus ad hortetur ad victoriam generaliter, & percutiat multos proprijs manibus, & efficiat, vt cōmilitones eius ope, & hortatu multos occidāt, an ſit irregularis.c.6.n. 54.55.56.lib.2.pag.ibidem.
Clericus in minoribus conſtitutus poteſt abſq; peccato in bello iuſto propria pugnare manu ſicut laicus, neq; ex hoc eſſet irregularis, dummodo aliquē non occideret, neque membro mutilaret.c.6.nu. 57.lib.2.pag.ibidem.
Clericus in neceſsitatis articulo non peccaret arma ſumendo in bello, vbi dupliciter diſtinguitur articulus neceſsitatis, & an tunc ſit irregularis, ſi aliquē occidat, vel mutilet.c.6.n.58.lib.2. pag.ibidem.
Clericus miniſtrans balliſtā, enſem, lanceā vel alia arma in conflictu pugnantibus, an & quando ſit irregularis. c. 6.nu.76. cum ſeqq.lib.2.pag.545.
Clericus venans, aut balliſtas exercēs, ſi aliquem caſu occiderit, an & quando ſit irregularis.c.6.nu.84.85.87.88. 89.libr. 2.pag.546.& 547.
Clericus etiam licite venās, ſi tamen id faciat tēpore quo diuinis intereſſe tenetur peccat.c.6.n.86.lib.2pag.ibidem.
Clericus percutiēs nō læthaliter aſportantē rē Eccleſiæ, ex qua percuſsione ille fugere nō potuit, & ob id occiſus fuit, eſt irregularis.c.6.n.91.lib.2.pag.ibidem.
An idem ſit dicendum in eo, qui latronem res ſuas aſportantem percuſsit, &c.c. 6. nu.92.lib.2.pag.ibidem.
Clericus introducēs meretricē per tectū in domū ſuam, ſi decidēs ipſa moriatur, vel abortiat, an ſit irregularis. cap. 6.nu.94. lib.2.pag.548.
Cleric⁹ mittēs puerū ad equitādū equum, vel ad flumen, monens, vt ab eo caueret & tamē ſubmerſus eſt, an ſit irregularis. c.6.nu.95.96.lib.2.pag.ibidem.
Clericus dans operam rei bellicæ, licet imprudens, & neſciens alium præter ſuam intentionem occidat, eſt irregularis: itē & is qui torneamenta atq; alia pugnæ ſimulacra, quæ clericis ob periculum homicidij ex ſuo genere interdicta ſūt exercet.c.6.n.103.lib.2.pag.549.
Clericus præſēs vindictæ ſāguinis, an ſit irregularis.c.6.n.163.lib.2.pag.561.
Clericus mercās illicite, & caſu aliquē occidēs, vel ludēs ludo ei interdicto, an ſit irregularis.c.6.n.165.lib.2.pag.ibidem.
Clericus qui pro ædificatione Eccleſie vel domus vocabit aliquem in adiutoriū, qui caſu interijt ruens cum aliquo ligno, an ſit irregularis.c.6.n. 167.lib.2.pag.562.
Clerici, maximè in ſacris cōſtituti, & ſacerdotes pro laicis pudicitia præeminere debēt: cap.

Ayuntamiento de Madrid

capit.7.numer.1.& ſequentibus, libr. 2. pag.566.

Clerici licet votum caſtitatis explicitũ non emittant, nec ſit eſſentialiter annexum ordini ſacro debitum continẽtiæ, conſtitutione tamen Eccleſiæ tenentur ſeruare.c.7.n.2.lib.2. pag. ibidem.

Clerici fornicantes duplici culpa maculantur.c.7.nu.3.lib.2.pag.ibidem.

Clericus in ſacris conſtitutus fornicando ſimpliciter quinq; crimina committere dicitur ſecundùm DD. nempe adulterium, ſacrilegium, ſtrupum, inceſtum, & contra naturam.cap.7.num.37.38.& ſequentibus probatur, quoad adulterium, lib.2. pag. 573.

Quoad ſacrilegium probatur hic.c.7.num. 40.lib.2.pag.

Quoad ſtuprum, idem numer. 41.libr. 2. pag.

Quoad inceſtum idem, numer.42.libro. 2. pag.

Quoad contra naturam idem, numer.43. lib.2. pag.

Verius & receptius eſt contrarium, nempè quod clericus in ſacris fornicando cum muliere ſoluta, tantũ committat ſimplicis fornicationis crimen, non verò cætera ſupra enumerata, vt nuncupatim probatur nu.48.cum ſeqq.d.cap. 7. nu.44. lib.2.pag. 574.& 575.

Clericus in ſacris propriè non cõtrahit matrimonium cum Eccleſia, neque etiam canonicus cum præbenda.c.7.num. 48. lib.2.pag. ibidem.

Clericus concubinarius cum ſoluta deponi non debet, ſed tantũ ſuſpendi ab officio & beneficio ad tempus.cap.7. nu. 53.lib.2. pag. 576.

Præterquam ſi fornicatio habeat inſignem deformitatem, vt adulterium, inceſtus, ſtuprum, & ſimilia.c.7.nu. 55.libro. 2. pag. ibidem.

Secundo limitatur in clerico rem habente cum moniali, is enim deponendus eſt, idem.nu.56.lib. 2. pag.

Tertio limitatur, in clerico matrimonium de facto contrahente cum ſoluta, idem, nu.57.lib.2.pag. ibidem.

Et an pro fornicatione continuata idem, nu.58.lib.2.pag. ibidem.

Pro crimine cõtra naturã deponitur, idem, nu.59.lib. 2. pag. ibidem.

Cognoſcens filiam ſuam ſpiritualem, idem, nu.60.lib. 2. pag. ibidem.

Idem in cognoſcente eam quæ propter Sacramentum pœnitentiæ eſſe cœpit ſibi filia ſpiritualis, idem.n.61.lib.2.fo.578.

Idem in ſacerdote cognoſcente parochianam ſuam, idem.n.65.lib. 2.pag.ibidem.

Et eam quam tenuit in Sacramento cõfirmationis, idem, nu.64. lib. 2.fol.ibidem.

Idem in religioſis fornicantibus, vt in nu. 66.libr. 2.pag. ibidem.

Idem in Epiſcopo fornicante ſecundũ aliquos, ſed verior & communis ſẽtẽtia eſt in contrarium in hoc, vt in num. 67. libr. 2.pag.ibidem.

Probari tamen teſtibus debet hoc crimen in prædictis caſibus, quibus pœna depoſitionis pro eo imponitur, alias ſi in occulto reuelatur ſuperiori, mitiori pœna delinquens puniendus eſt, idem.nu.62. libr. 2.pag.ibidem.

Clericus ob ſimplicem fornicationem arbitrio ſui iudicis punitur, & ſacrũ Cõciliũ Tridentinũ quid in hoc diſponat refertur.c.7.nu.68. lib. 2.pag. 559.

Clericus concubinarius in propoſito dicitur, qui ſolutam mulierem, & corruptam nulloſibi ſpiritualis vel carnalis cognationis vinculo coniũctam domi retinet, cũ qua conſueuit carnaliter commiſceri.c. 7.nu.71.libr.2.pag. 581.

Clericus poſt monitionem præmiſſam cõcubinam non dimittens, publicus concubinarius reputatur.c. 7.n. 78.lib. 2. pag. 584.

Clericus publicus concubinarius, ſi ante pœnitentiam celebret, an ſit irregularis. cap.7.numer.83.cum ſequentibus, lib. 2.pag. 585.

Clericus propter aliquod crimen ſuſpẽſus, quoad ſe, & quo ad alios irregularis eſt, ſi nondũ cauſa ſuſpenſionis ſublata, proprio fuerit vſus officio, cap.7. num.84. idem eſt de diaconis & ſubdiaconis, vt in nu.85.libr.2.pag.586.

Clericus ſuſpẽſus ab homine, vel à iure, cui pœnam directam & propriam delicti etiam ad tempus certum, vel donec pœniteat, ſi celebret durante ſuſpenſione, erit irregularis.capit.7.n.86. lib. 2.pag. 587.

Clerici in ſacris contrahentes de facto matrimonium; quibus pœnis afficiantur remiſsiue.c.7.n.87.lib. 2.pag. ibidem.

Clericus qui principaliter ob lucrandas diſtributiones quotidianas præſens eſt diuinis officijs, peccat, & ſimoniam committit. capit. 15.numer. 8.libro. 2.pag. 696.

Clericus

Ayuntamiento de Madrid

Clericus volens potius diuinis officijs intereſſe in ſolemnibus diebus propter maius lucrum, quàm in alijs, ſi hoc principaliter faciat ob cultum diuinum, non peccat. capit. 15. numer. 10. libr. 2. pagina 698.

Clericus ſi poſt legitimam appellationem à ſe interpoſitam, de qua confidit, de facto excommunicetur, cùm de iure non ſit excommunicādus, ſi interim celebret, non erit irregularis. c. 16. nu. 25. libr. 2. pag. 739.

An hoc etiam procedat, quando lapſo termino ad appellationem à iure vel à iudice ſtatuto proſequendā, eā proſequitur. ibidē, nu. 26. & ſeqq. lib. 2. pag. ibidem.

Quid ſi ſit in hac ſpecie poſtrema iā publicè denunciatus hic celebrans: limitatur communis præcedens ibidē nu. 33. lib. 2 pag. 742.

Clerici vſurarij pœna remiſsiuè. c. 18. nu. 11. lib. 2. pag. 752.

Clerici hæredes defuncti an teneantur vltra vires hæreditarias, ſi inuentarium nō confecerunt. c. 18. nu. 73. lib. 2. pag. 771

Clerici an pœnam conuentionalē poſsint exigere vltra quam intereſt, & quid in eccleſiaſticis. c. 20. nu. 15. & 16. lib. 2. pag. 785

Clerici decimam decimarum ſoluere tenētur Romano Pontifici, & quo iure. c. 21. num. 10. lib. 2. pag. 794.

Clerici etiam eccleſiarū rectores, decimas tenētur ſoluere. c. 21. n. 52. lib. 2. p. 807

Clerici à ſolutione decimarum poſsūt eximi conſuetudine vel præſcriptione. cap. 21. nu. 53. lib. 2. pag. ibidem.

Clerici poſſunt præſcriptione legitima ſe à ſolutione decimarum liberare, & quo modo hoc intelligatur. cap. 21. num. 59. lib. 2. pag. 808.

Clerici an poſsint ſibi præſcribere decimas ab alijs ſoluendas? cap. 21. num. 60. lib. 2. pag. 809.

Clerici, ſiue monachi an poſsint reum in actu executionis ſententiæ pœnam mortis continentis, ſi aliquo caſu ceciderit in terram, liberare, atq; defendere, & eripere à manib' familię, & in eccleſiā cū introducere. c. 24. n. 43. lib. 2. p. 885.

Clerici eripientes condemnatum à manu familiæ, quando ſint puniendi, & quando non. c. 24. nu. 45. lib. 2. pag. 886.

Clericis prohibita eſt iure humano venatio ſaltuoſa, quæ fit in ſyluis per ſaltus, non quieta, ſed clamoſa cū ſtrepitu canū & accipitrum, & falconum. capit. 28. numero 16. libro 2. pagina 920.

Clerici illicitè venantes non tenentur ad captorum reſtitutionē in foro cōſcientiæ, neq; quod capit laicus tēpore quo ſibi eſt prohibita venatio, nempè die feſto, ne impediatur ab officijs diuinis. c. 28. nu. 47. lib. 2. pag. 929.

Collatio beneficij facta ſub pacto de aliquid ob id dando, eſt nulla, etiamſi pretium non tradatur, ſed tantùm promittatur. c. 9. nu. 9. lib. 1. pag. 115.

Contrariū tamē, tā reſpectu nullitatis collationis, quā excōmunicationis, praxis recepit, ibidē nu. 10. & 11. lib. 1. pag. ibidē.

Collatio beneficij irregulari facta, ipſo iure eſt nulla. c. 5. nu. 92. lib. 2. pag. 522.

Collatio beneficij facta excōmunicato, ipſo iure eſt nulla. c. 5. nu. 93. lib. 2. p. ibidē.

Collatio beneficij facta à Papa excōmunicato, præcedēte abſolutione àquibuſuis excōmunionis, ſuſpēſionis, &c. vt cōmuniter de ſtylo curiæ fit per illā clauſulā, Teq; abſoluentes, valet, &c. c. 5. nu. 94. lib. 2. pag. 523.

Collatio beneficij periuro facta, eſt nulla ipſo iure. c. 5. nu. 97. lib. 2. pag. ibidem.

Hoc tamē procedit, quoties quis eſſet per ſentētiā declaratus periur', & poſteà fieret ei collatio, & nō alias, quia ante ſentētiā facta collatio eſſet valida. c. 5. nu. 98. lib. 2. pag. ibidem.

Collatio beneficij periuro facta, nulla eſt ipſo iure, quādo infamia hęc periurij notoria ſit, non aliàs, prout contingit eſſe poſt ſentētiam. c. 5. nu. 99. lib. 2. p. ibid.

Collatio beneficij periuro facta authoritate literarū Apoſtolicarū ad beneficia, eſt nulla. c. 5. nu. 100. lib. 2. pag. ibidem.

Collatio beneficij, vel electio, & muneris platio digno facta, omiſſo digniori, valida eſt in vtroq; foro, nec reſcindi ex hoc poteſt, quāuis prouidens peccet. c. 11. n. 13. & 16. lib. 2. pag. 637. & 638.

Quod procedit, etiāſi ante electionem, vel promiſsionē denūcietur electoribus, vt digniorē eligāt, & á cōtraria electione ab initio appellatū, ibi. n. 14. lib. 2. p. ibi.

Etiamſi electores iurauerint eligere digniorem, quanuis aliter faciendo, ſint periuri, ibidē nu. 15. libr. 2. pag. ibidem.

Collatio beneficij indigno facta, eſt nulla in vtroq; foro, & ſic prouiſus per appellationem, priuabitur beneficio, & damna inde ſecuta tenetur reſarcire. cap. 11. numer. 45. lib. 2. pag. 649.

Collatio ſacrorum ordinum, & ſimilia, an ſint

Ayuntamiento de Madrid

ſint de lege diœceſana, vel iuriſdictionis.cap.17.num.20.lib.2.pag.746.
Collatio beneficij ſimoniacè facta eſt ipſo iure nulla ab initio, ac proinde nullũ ius tribuit ei cui fuit collatum.cap.17.num.23.cum ſeq.lib.2.pag.747.
Quid in collatione ignoranti ſimoniacè facta, vſque ad nu.30.lib.2.pag.ibidem.
Collator ſi poſtquam contulit vni beneficiũ, mutata voluntate alteri beneficium idem contulerit, peccabit, & non valebit collatio, & tenebitur ad reſtitutionem, etiam ſi ſecundus eſſet longè dignior.c.11.nu.81.lib.2.pag.660.
Collecta, decima, cenſus & penſio, ſunt onera realia, obligantque poſſeſſorem. c.1.nu.111.lib.1.pag.40.
Columbas occidens intra vel extra leucæ ſpatium à columbario, an ad reſtitutionem teneatur.cap.28.num.25.cum ſeq. num.56.lib.2.pag.930.
Columbas deducens ab alterius columbario, ad proprium attrahẽs, ad quid teneatur.cap.28.num.53.& 54. libro 2. pagina ibidem.
Columbæ quæ in priuatis columbarijs nũ triuntur, occidi non poſſunt ab alijs. c.28.nu.57.lib.2.pag.ibidem.
Columbarium an & quando liceat habere, c.28.num.57.lib.2.pag.ibidem.
Colonus in caſibus in quibus per ſingularem ſucceſſorem expelli poteſt, poterit rem retinere, donec ſibi reſtituatur penſio, ſi fortè eam anticipatam ſoluit. Idem pro melioramentis.cap.8.num.19.lib.2 pag.594.
Committens inceſtum, ſi ſit iuuenis, nõ ex hoc ei licebit debitum coniugale exigere, vel vxore mortua cum alia de nouo contrahere abſque diſpenſatione, quanuis iuuentus iuſta cauſa ſit eam impetrãdi.cap.23.nu.7.lib.2.pag.235.
Communis ſenſus verborum in dubio attendendus eſt, ad ſciendum quem valorẽ habeant in matrimonijs contrahendi..cap.21.nu.3.lib.1.pag.214.
Cõmunis ſenſus verborum præualet propriæ dictionis ſignificationi. cap.21.nu.4.lib.1.pag.ibidem.
Communis opinio in dependentibus ab interpretatione prudentium plenè excuſat, & ſequenda eſt, nec ab eo recedere licet, niſi ſit euidenter falſa.c.9. nu.14. lib.1.pag.115.
Communis ſenſus illorum verborum, Nõ ducam in vxorem, niſi te, & ſimilium, videtur eſſe, vt inducant matrimonium de præſenti, alij exiſtimant, vt ſponſalia de futuro inducant, alij diſtinguũt.cap.20. num.7.& 12.lib.1.pag.207.& 208.
Tertia opinio tenenda ponitur ibidem numer.13.& nu.18.lib.1.pag.209.
Communis vſus loquendi ſemper attendi debet.c.32.nu.47.lib.1.pag.310.
Compellens nimia prece & importunitate colluſorem, tenetur eidem ad reſtitutionem lucratorum, ſicut is qui vi aliquem trahit ad ludendum.cap.37. num. 18.lib.1.pag.379.
Concilium Conſtantienſ.circa excommunicatos vitandos, vel non, refertur, item & Baſilienſe.cap.1.num.1.6. & 7.& nu. 14. reſoluitur verum eſſe in Concilio Conſtantienſi ſub Martino V. celebrato editam fuiſſe ſaluberrimam conſtitutionem, iuxta literam & ſenſum dict. nu.1.relatam, & quanuis inter acta eiuſdem Concilij ipſa non extet, eſt tamen hoc receptiſsimum apud crebriores & grauiores auctores, & in dict. numer.14. reſolutio præcedentium ponitur, l.br.1. pag.7.& 10.& 14.
Concilium Conſtantienſe, dum excipit duos caſus quibus non licet communicare cum excommunicatis, non loquitur neque procedit in articulo mortis, ſed regulariter extra illum.cap.1.nu.60. lib.1.pag.29.
Concilium Lateranenſe ſpatium ſex menſium præfiniuit ad prouidendas præbẽdas, cæteraque beneficia eccleſiaſtica, quo tranſacto capitulum prouidere iuſſit, & è contra, data negligentia capituli, vt Epiſcopus prouideat.cap.28.num.1. lib.1.pag.266.
Concilium Lateranenſe præfiniens ſemeſtre tempus ad prouidendas præbẽdas, procedit, quando quis diſtulit per negligentiam, ſecus ſi per impotentiam iuris, vel facti, etiam ex culpa ſua prouenientem, & ideo ſi pendente termino ſuperueniat impedimentum, tota dilatio debet redintegrari.cap.28.num.5. libro 1.pagina ibidem.
Concilio Toletano permiſſum erat habere concubinam, id eſt vxorem minus ſolenniter ductam, his, qui iuſta vxore carebant. Conciliũ Toletanũ.XIII.c.1.refertur.ſ.prius.num.36. in verſ. quirto & vltimo.cap.30.nu.47.lib.2.pag.539.
Cõditio, ſi ſine liberis deceſſerit, monaſterium ingrediente grauato, pro impleta & non

& non ſcripta habetur.c.32.nu.3. lib.1. pag.299.

Et an hoc procedat in foro conſcientiæ,ibidem.nu.5.lib.1.pag.ibidem.

Conditio debet adimpleri in ſpecifica forma, atq; ad vnguem obſeruari, nõ vero per fictionẽ.c.32.n.9.lib.1.pag.306.

Conditio quæ auertit à matrimonio carnali reijcitur.cap.32.numer. 13. libr.1.pagina.ibidem.

Et fortiori ratione reijcienda eſt illa,quę à matrimonio ſpirituali deterret. ibidem, nu.14.lib.1.pag.ibidem.

Cõditio in maioratibus adiecta,vt in eis nõ ſuccedant monachi,neq; presbyteri,valida eſt.c.32.n.30.lib.1.pag.306.

Conditio mixta non continetur ſub ſimplici.c.32.n.42.lib.1.pag.309.

Conditio ſi Papa diſpenſauerit, tacite non poteſt intelligi in matrimonio de præſẽti de facto pure contracto inter conſanguineos,vel affines abſq; ea conditione, ac proinde ſi ſimpliciter & pure contrahant,incurrunt in pœnam excommunicationis, ſecus in ſponſalibus de futuro inter eoſdem pure contractis,quia forte poteſt in eis tacite intelligi præfata conditio.c.22.nu.25.lib.1.pag.232.

Cõditio illa ſi patri placuerit,in cõtrahẽdis matrimonijs honeſta,ac valida eſt,nõ vero turpis.c.20.n.16.lib.1,pag.209.

Conditio contrahendi matrimonium inter conſanguineos, vel affines in ſecundo gradu conſtitutos,quanuis iudicanda ſit impoſsibilis, nedũ de iure,ſed etiam de facto,attamen ſubſiſtente iuſta cauſa valida erit,& ideò non reijcienda ex inſtitutione.capit.22.numer.11.& 12.lib.1. pag.226.

Cõditio quoties pręambula eſt,& neceſſaria ad validitatẽ actus,nũquã reijcitur,& ſi ſummè difficilis ſit,ſed eius effectus expectatur.c.22.n.13.lib.1. pag.ibidem.

Conditio ſi Papa diſpenſauerit,& ſi impoſſibilis quodãmodo dici poſsit, eo quod dependeat à principis voluntate, non tamen propriè & ex ſtricta interpretatione.c.22.n.14.lib.1.pag.ibidem.

Conditio fundationis beneficij,vel capellaniæ, vt patroni ſemper nominent,ac præſentent clericum ex genere, & parentela fundatoris, valida eſt.cap.11.n.37.lib.2.pag.644.

An tunc dignior ex illo genere & familia, etiã ſi remotior ſit,præfetãdus ſit,necne vide ibidem.n.38.lib.2.pag.

Et quid ſi detur facultas in fundatione eligendi quévelint dignũ omiſſo digniori, cap.11.n.40.lib.2.pag.645.

Conditio maioratus, vt poſſeſſor eiuſdem nomen & arma conditoris ferat,& in tumulo fundatoris ſepeliatur, ad vnguem obſeruanda eſt , alioquin maioratu erit priuandus.cap.14.numer. 12.lib. 2.pagina.680.

Conditio inducens omnimodam viduitatem iure antiquo digeſtorum ſpernebatur:ſecus ſi induceret viduitatem reſpectu certæ perſonæ,loci, vel temporis. c. 25.nu.2. lib. 2.pag.888.

Hodie iure nouo authẽticorũ quid in hoc diſpoſitũ ſit,ibid.n.3.lib.2.pag.ibidem.

Cõditio illa quæ à matrimonio ſpirituali deterret,fortiori ratione reijciẽda eſt, ſed nõ eſt idem obſeruandũ in cõditione,ſi religionẽ non ingrediatur,ſi monachus nõ fuerit.c.25.n.4.& 5.lib.2. pag. 888.

Conductor laicus decimarum non poteſt apud iudicem eccleſiaſticum conueniri actione perſonali ex locato ad mercedẽ. c.34.n.49.lib.2.pag.344.

Conductores decimarũ eas poſſũt petere aduerſus decimare debẽtes corã iudice eccleſiaſtico virtute cõceſsionis ſibi factæ,hoc eſt, *del arrendamiento,ò recudimiẽto*.c.34.nu.50.lib.1.pag.345.

Conductor non tenebitur ſimiliter locationi Prelati,tutoris, vel maioratus poſſeſſoris ſtare,quinimò poterit locatore mortuo ab ea libere reſilire.c.36.nu.12. lib.1.pag.370.

Conductor expulſus à ſingulari ſucceſſore,habet actionem ad intereſſe aduerſus locatorem ipſiuſque hæredes.c.8.nu. 9. lib.2.pag.591.

Conductor ad longum tempus naturaliter poſsidet.cap.8.numer. 26.libr. 2.pagina.595.

Conducere redditus eccleſiaſticos alicuius præbendæ, beneficij,vel præſtimonij anticipata ſolutione, multo viliori pretio quam re vera valeant tempore perceptionis eorumdem,paullò ve poſt terminis quibus ſolutio fiat locari ſolitorum,an liceat.capit.39.numer. 61.& ſequen.lib.1.pag.412.

Confeſſarij quanuis per bullas Cruciatæ non poſsint abſoluere à crimine hæreſis,fallit in hæreſi mentali.c. 13. nu.28. lib.1.pag.159.

Confeſſario aſſerenti ſe abſoluiſſe aliquem à ſententia excommunicationis quã in-



Ayuntamiento de Madrid

curreret,credendum eſt.capit.2.numer. 9.ſed contrarium ibidem.numer.17.lib. 1.pag.54.& 56.

Confeſſarius non debet reuelare hæreticũ ſibi confeſſũ nolẽtẽ pœnitere,neq; alios prodere.c.11.nu. 51.lib.1.pag.135.

Confeſſarius alicuius vici,aut pagi ruſticorum,non tanta indiget ſcientia,quàm ille,qui audit in ciuitate,&c.c. 27. nu.19. lib.1.pag. 262.

Confeſſarius non debet ſecundò abſoluere pœnitentem, qui tenetur ad reſtitutionem ſtatim faciendam, & eam primò iuſſus omiſit,niſi actualiter eam nunc faciat,niſi talis eſſet pœnitens, & cauſa ob quam reſtitutionem omitteret, & prætereà tempus & locus vbi confeſsio fit, quod abſolutionem impartiendam indicarent arbitrio prudentis confeſſoris cum vero propoſito reſtituendi.c.40.n. 9.lib.1.pag.417.

Confeſſarius an poſsit abſoluere debitorẽ, vbi creditor non vult reſtitutionem expectare,& debitor induci non poteſt ad reſtituendum,ſi ab eo cautionem capiat, quod certo poſt tempore ſoluet: ſecus ſi debitor cum poſsit, nollet ſimul,ſeu integre ſoluere,ſed annuatim,aut paulatim.c.40.n.13.lib.1.pag.419.

Confeſſarius qui dum reum ad patibulum comitaretur, caſu iumentum quo ille vehebatur pepulit,non eſt irregularis.c. 6.n.32.lib.2.pag.534.

Confeſsio iudicialis & ſententia inducunt notorium iuris, non vero notorium facti,vt hic declaratur. cap.19.numer.18. lib.2.pag.776.

Confitens legitimè alicui ſacerdoti,ſe illi ſubijcit, ſi cum licentia expreſſa,vel tacita proprij ſacerdotis id faciat.c.6.n.5. credendumque eſt hanc licentiam tacitã habere à lege,vel legislatore,eos qui venialiter tantum peccauere, imò nunquã fuiſſe presbyteris id ademptum.c.6.nu. 6.lib. 2.pag.86.

Cõfratres diſciplinatorũ ſunt laici, vxores duxerunt,& per ſe domi viuũt,mercaturasque exercent,ac proinde non corã iudice eccleſiaſtico, ſed corã ſeculari cõueniuntur.c.35.n.10.lib.1.pag.362.

Limita,vt ibid.numer.24.& 25.lib.1.pagina.366.

Confratres huiuſmodi non gaudent beneficio reſtitutionis in integrum.c.35.nu. 4.lib.1.pag.363.

Confratres poſſunt renunciare confratriæ, dũ tamen nihil retineãt de bonis illius. c.35.n.21.lib.1.pag.365.

Cõfratriæ approbatæ ab Epiſcopo,ſi de bonis agatur,vel de recipiẽdis,vel de excludẽdis cõfratribus,corã iudice eccleſiaſtico,nõ vero corã ſeculari diſcutiendum erit.c.35.n.24.lib.1.pag.366.

Confraternitatum bona poſſunt ad libitũ alienari per corpus earundem abſque ſolennitate requiſita à iure canonico in alienatione rerum eccleſiaſticarum.c.35. num.16.& vide nu. 22.& 23.libr. 1.pagina.363.& 365.

Confraternitates diſciplinatorum,aliæque ſimiles, cum ad bonum finem tendant, ſunt licitæ,& permiſſæ.c.35.nu. 1.libr. 1.pag.361.

Confraternitates huiuſmodi,an ſint pia loca & religioſa,ita vt leges, & aliæ diſpoſitiones loquentes in pijs locis habeant locum in eis.c.35.num.2.& ſeq.lib.1.pagina.ibidem.

Et nu.4.quod in prædictis confratrijs opera multa pietatis & miſericordiæ exercẽtur.lib.1.pag.362.

Coniux,deſcendentes, & alij qui iure non tenentur teſtificari contra alterum, neque propalare ad monitorias.c.11.num. 54.& nu.55.quomodo intelligatur. lib. 1.pag.135.

Coniux ſi propter inceſtũ à ſe cõmiſſũ cũ conſanguinea vxoris ſuæ nõ poſsit ab ea debitũ exigere,poterit tamẽ eidem non nunquã inſinuare, ſe eſſe paratũ ad illũ vſum.c.23.n.9.lib.1.pag.236.

Coniux committens ſcienter inceſtum cũ conſanguinea vxoris ſuæ intra quartum gradum ſecundùm ius antiquum duplici pœna punitur:primò,quia non poteſt petere debitum ab vxore ſua: ſecundò quia ipſa mortua non poteſt cũ alia quacumq; contrahere ſine diſpenſatione.c. 23.nu.5.lib.1.pag.235.

Coniugiũ Epiſcopi cũ ſua Eccleſia eſt dignius,& perfecti⁹ matrimonio carnali,nõ tamen fortius reſpectu indiſſolubilitatis c.17.n.38.lib.1.pag.190.

Coniugati accipientes penſiones ſuper beneficijs eccleſiaſticis authoritate Apoſtolica in ſuſtentationem ſuo ſtatui neceſſariam,non peccant.cap.5. nume.26. lib.2.pag. 504.

Conſanguinei contrahentes ſponſalia de futuro,non incidunt in pœnam excommunicationis.cap. 22. numer. 26.libr.1. pag.232.

Conſangui-

Ayuntamiento de Madrid

# INDEX.

Conſanguinitas in gradu remotiori in linea inequali computanda eſt.c.15. num. 128.lib.2.pag.728.

Cóſenſus excómunicandi ſatis rationabilis cauſa eſt, vt is tranſacto termino ſolutionis debiti, excommunicari poſsit.c.4.n. 16.lib. 1.pag.69.

Conſentiens perſonaliter conſtitutioni péſionis ſub ſolitis cenſuris & pœnis, poteſt excommunicari à iudice competente, ea conditione ſi penſionem die conſtituto non ſoluerit, etiam ſi ipſi literæ penſionis intimatę non fuerint.c. 4. nu. 17.lib.1.pag.ibidem.

Conſtitutio Eccleſiæ, vt clericus excommunicat⁹ pro cauſa Eccleſię lucretur fructus ſuæ præbendæ, valet, & eſt ſeruanda.c.1.n.147.lib.1.pag.51.

Conſtitutus in extrema vitę neceſsitate poteſt pro vita ſeruanda alienum capere, & detinere, & an veniés poſteà ad pinguiorem fortunam reſtituere teneatur.capit. 38.numer.12.& nume. 19.lib. 1.pagin. 387.& 389.

Conſuetudine obtentum eſt, vt in caſu inceſtus non petatur diſpenſatio ab Epiſcopo.c.15.n.8.lib.1.pag.168.

Conſuetudini loci, ſiue prouinciæ ſtandum eſt ſuper obſeruatione extrauagantis ambitioſæ, de rebus Eccleſiæ non alienā. vt in quibus locis ipſa extrauagans recepta ſit, & quoad id in quo recepta fuerit, ſeruetur, in alijs vero partibus, vbi ipſa in totum, vel in partem recepta non fuerit, vel contrarium obſeruatum, obſeruantiæ huiuſmodi, & legitimę cóſuetudini ſtetur.capit.8.numer.9.lib.1. pag.108.

Conſuetudo legitima in propoſito erit quadragenaria cum ſuis requiſitis.c.8.n. 10.lib.1.pag.109.

Cóſuetudo Romę in Hiſpania in cauſis eccleſiaſticis ſpectáda eſt, ſiue ſpecialis, ſiue generalis ſit.c.33.n.36.li.1.pag. 329.

Conſuetudo, vt clericus poſsit conueniri coram iudice laico, non valet.c.34.nu. 23.lib.1.pag.339.

Conſuetudine tolli poteſt ſolennitas. c.1. de ſententia excommunicationis in.6. quę habet, vt ſententia excommunicationis in ſcriptis feratur.c.4.n.15.lib.1. pag.68.

Cóſuetudo legitime preſcripta, an ſufficiés ſit ad eximendos laicos à ſolutione decimarum.c.21.n. 31. & ſeqq. & reſoluitur nu.35.lib.2.pag.799.& 801.

Conſuetudo, vel vſus non eſt in Hiſpania ſoluendi decimas ex opificum negotiatorumque lucris.c.21.numer.34. lib.2. pag.800.

Conſuetudo legitime præſcripta minorem partem decimæ ſoluendi pro ea tunc valet, cum illa pars quæ ſoluitur, ſufficiens eſt ad congruam ſuſtentationem clericorum ſpiritualia miniſtrantium, aliàs ſecus.c.21.n. 36.lib. 2.pag.801.

Conſuetudo rationabilis, & legitime preſcripta non ſoluendi decimas perſonales quando excuſet. cap.21. num.37. lib.2. pag.802.

Conſuetudo quantúcumque longa nullas ſoluendi decimas perſonales, nec prædiales, non valet.cap.21. numer.38.lib. 2.pag.ibidem.

Cóſuetudo vt ex certis fructibus nulla ſoluatur decima, nec eius aliqua portio, vt potè de fœno, herbis, vel oleo, & ſimilibus, valet, ſi ex alijs redditibus ſuperſit iuſta ſacerdotum ſuſtentatio.c. 21.num. 40.lib.2.pag.803.

Conſuetudo immemorialis Epiſcopatus Placentini non ſoluendi decimā ex herbis, pecoribus proprijs domini fundi de paſtis valet.cap.21.numer.41.lib.2.pagina.ibidem.

Conſuetudo immemorialis Ciuitatéſi exiſtens nullam ſoluendi decimam herbarum indiſtinctè valet. cap. 21.num.42. lib.2.pag.ibidem.

Conſuetudine induci poteſt contrarium, nempe, vt laici libere colligant frumentum, cæteroſque fructus, & eos in propria horrea ſine teſtibus condant, & poſteà decimas miniſtris ſpiritualium ſoluant. capit.21.numer. 50.libro. 2.pagina.805.

Conſuetudine ſtante nó ſoluendi decimas, quia non fuerunt petitæ, an poſsint peti vbi timeretur ſcandalum, & an ſic non ſoluentes ſint in ſtatu damnationis.c. 21. nu.51.& 56.lib.2.pag.806.& 808.

Cóſuetudo quod decimę vni Eccleſiæ debitæ, de iure cómuni alteri ſoluátur, valida erit.c.21.n.58.lib.2.pag.ibidem.

Cóſuetudine tamé legitime preſcripta obtineri poterit libertas ab harú decimarú ſolutione.c.21.n.55.lib.2.pag. ibidem.

Conſuetudo legitima non ſoluendi decimas ſufficiens cenſetur per curſum atque vſum quadraginta annorum, & in ea nó requiritur titulus, nec bona fides. c.21.n.65.66.lib.2.pag.810.

B 2 Conſue-

# INDEX.


Conſuetudo & præſcriptio qualiter diſtincte cognoſcantur, vbi plures differétiæ inter eas remiſsiue referuntur. c.21.nu.68.lib.2.pag.811.

Conſuetudo ex ſui natura in vniuerſo quærit,hoc eſt,in omni fructu.c.21.nu.140.lib.2.pag.817.

Conſuetudo offerendi clericis, vel aliquid eis dandi tempore, quo mortuos ſepeliunt,vel tempore velationum,vel conſecrationis Epiſcoporum,valida eſt, & laici ab Epiſcopo compellendi ſunt eam obſeruare.capit.21.numer. 140.& 141. lib.2.pag.824.

Conſuetudo decem annorum ſufficit ad prædicti, diutina ve præſtatio.c.21.nu.143.lib.2.pag.825.

Conſuetudo ex actibus voluntarijs inducitur in fauorem Eccleſię.c.21.num.144.lib.2.pag.ibidem.

Conſuetudo offerendi in Eccleſia clericis adhoc vt laicos obliget,&poſsint cópelli ad obſeruátiá ipſius, primó requiritur quod grate,pure,& ſimpliciter, nulla neceſsitate cogente, vel pactione,obtulerint.c.21.n.148.lib.2.pag.826.

Secundo quod oblatũ,ſit certũ, taxatũ tamen arbitrio offerétiũ,nó vero rectoris Eccleſiæ,ibidé.nu.149.lib.2.pag.ibidé.

Tertio quod totus populus,vel maior pars perſiſtat in ſeruando prædictam laudabilem conſuetudinem,ibidé.n.150.lib.2.pag.ibidem.

Refertur caſus practicatus circa prædicta contingens.c.21.numer.151. libr.2.pagin.827.

Conſuetudo quod clerici laicis candelas ceræ offerant in Eccleſia in die Purificationis,an ſit valida.cap.21.nu.156.& ſequentibus,lib.2.pag.828.

Conſuetudo,vt ruſtici non teneantur ſoluere decimas,niſi curatus ei præſtet aliquid,non valet.c.21.numer. 157.lib.2.pag.828.

Conſuetudo quod presbyteri teneantur dare in Paſchate ſuis parochianis agnum Paſchalem,vel aliud,an valeat.c.21.nu.158.lib.2.pag.ibidem.

Conſuetudo luctuoſæ dandæ Epiſcopo, vel parocho,an ſit valida,& quid in veſte ſciſſa exiſtente penes ſartorem non dum ſuta,nec completa. c. 21.nu.160.& 161.lib.2.pag.ibidem.

Conſummatio ſimoniæ conuentionalis ab vtraque parte, an requiratur ad hoc vt pœna excommunicationis, & reſtitutionis fructuum appoſita contra dantes, vel recipientes beneficia ſimoniace procedatur.c.9.nu.2.lib.1.pag.113.

Contemnere idem eſt,quod alteri indignari.c.30.nu.17.lib.1.pag.282.

Contemnere proximum,eſt peccatum mortale.c.30.n.18.lib.1.pag.ibidem.

Contemptus in quacumque pręcepti materia mortalem inducit culpam. c.30.nu.16.lib.1.pag.ibidem.

Cótractus quo res venditur pretio,quo pluris valebit,à tempore contractus vſq; ad menſem Maij,aut Iulij,eſt illicitus. cap.39.n.9.lib.1.pag.399.

Non tamen erit vſura neque peccatum,vt ſoluatur medium pretij rei venditæ, quod magis, aut minus eſſet valitura, à die contractus vſque ad tempus in quod eam eſſet ſeruaturus,ſiue excreſceret,ſiue creſceret eius valor.c.39.nu.10.lib.1.pag.ibidem.

Contractus non eſt vſurarius iudicandus in foro exteriori, niſi conſtiterit ob dilatam pretij ſolutionem carius merces venditas fuiſſe quàm in promptu valerent,vltra latitudinem iuſti pretij,vel niſi pars fateatur quod aliàs eſſet venditurus tempore contractus iuſto pretio,vel ob anticipatam ſolutionem vilius fuiſſe venditas.capit. 39.numer.14.lib.1.pagin.400.

Quare doctores exiſtimantes vendenté ad creditũ carius quam in promptu,eſſe vſurarium,ſupplendi ſunt, quando ob dilatam pretij ſolutionem carius venditur. ibid.nu.15.lib.1.pag.401.

Contractus ratione incertitudinis fructuum futurorum iudicatur iuſtus, qui aliàs eſſet iniuſtus.c.39.nu.62.& nu.70. quomodo id intelligatur.lib.1.pag.412.& 415.

Contractis ſponſalibus de futuro coram parocho & teſtibus,poſteà cum inter eoſdem contrahitur matrimonium de præſenti, ſeruari debet forma ſacri Concil. Trident.parochi,&teſtium,aliàs non valebit matrimonium.c.18.nu.5.lib.1.pagina.195.

Contractus ſponſaliorum inter conſanguineos,vel affines ſub conditione, ſi Papa diſpenſauerit,etſi ſit validus, poterit tamen ante, vel poſt diſpenſationem impetratam quilibet ex contrahentibus pœnitere: tenebitur tamen huiuſmodi pœnitens alteri conuentioni ſtare volenti refundere expenſas ad diſpenſationem

nem impetrandam factas. cap. 22. nu. 18. lib. 1. pag. 229.
Et num. 20. difficultas quædam circa prædicta diſſoluitur. libro. 1. pagina. ibidem.
Contractus ab vxore factus propter nimias preces mariti, reſcindi poteſt ac ſi metu eſſet celebratus. c. 37. n. 17. lib. 1. pag. 379.
Contrahentes de futuro ſponſalia coſãguinei nõ incidunt in pœnam excõmunicationis. c. 28. n. 26. lib. 1. pag. 232.
Contrahens cum Eccleſia non tenetur reddere rem, niſi primò ſatisfiat ſibi de pretio, ſumptibus & labore, ſicque poteſt vti retentione rei etiã poſt cõceſſã reſtitutionem, pro pretio, ſumptibus, & labore. c. 8. nu. 55. lib. 2. pag. 603.
Contritio de venialibus neceſſariò habenda non eſt, nec confeſsio facienda. c. 6. nu. 7. lib. 1. pag. 86.
Contritio interior in articulo mortis ſatis eſt deficiente confeſſario habili, cum voto Sacramenti quando fas fuerit, & copiã confeſſarij dari contingat, quãuis difficile ſit contritione legitima & ſufficienti, illo tempore potiri. c. 1. nu. 57. lib. 1. pag. 28.
Conueniri an quis poſsit in loco contractus, ſi ibi quis inueniatur, ad reſciſsionẽ eiuſdem contractus. c. 34. nu. 9. lib. 1. pagina. 336.
Cõmorantibus in vino, & ſtudentibus calicibus epotandis rixæ, foueæ, & ſine cauſa vulnera, & ſuffoſio oculorum. c. 4. nu. 14. lib. 2. pag. 480.
Conceſsio corporum ad copulam æſtimabilis eſt pretio, ſiue pecunia. c. 10. nu. 21. lib. 2. pag. 625.
Conceſsio, vel locatio in emphiteuſim rerum Eccleſię, vltra tẽpus permiſſũ facta, an in aliquo teneat, & per totum caput. 13. nu. 1. & 5. lib. 2. pag. 672.
Refertur pars negatiua, ibidem. n. 6. libr. 2. pagina. ibidem.
Affirmatiua, ibidem, nu. 7. lib. 2. pagina. ibidem.
Concordia aſsignatur ibidem. nu. 8. libr. 2. pag. ibidem.
Limitatur ibidem. numero. 10. lib. 2. pagina. 674.
Aliæ limitationes referuntur ibidem. n. 11. lib. 2. pag. ibidem.
Concubinæ olim erant non illegitimæ, & fornicariæ, ſed vxores minime principales, quarum filijs non debebatur hæreditas, neque æqualis honor, non ſacerdotium, non primogenitura, ſed munera tãtum recipiebãt, & mutua ſe charitate cõplectebantur, & ſeſe iuuabant. c. 7. n. 32. lib. 2. pag. 572.
Concubinæ nomen apud veteres erat honeſtum. c. 7. n. 34. lib. 2. pag. ibidem.
Concubina largè accipitur pro quacunque muliere, quam clericus retinet in domo ſua luxurioſo affectu, vel conducta, &c. capit. 7. numero. 72. libro. 2. pagina. 581.
Concubina publica clerici ad hoc vt puniatur pœnis de quibus in legibus huius regni, quæ dicatur. c. 7. nu. 73. & 75. lib. 2. pag. ibidem. & 582.
Cõcubinatus atq; omnis fornicationis crimen lege diuina prohibetur. c. 7. nu. 13. lib. 2. pag. 568.
Item iure naturali. c. 7. nu. 14. lib. 2. pagin. ibidem.
Concubinatus per ſacrum Concilium Trident. maxime damnatur atq; punitur, vt in. c. 7. n. 21. lib. 2. pag. 569.
Concubinatus crimen eſt mixti fori. c. 7. n. 24. lib. 2. pag. ibidem.
Condẽnatus ad mortẽ, ſeruus pœnę exiſtimatur, ac proinde inteſtabilis: quod hodie ceſſat, attenta. l. 4. Tauri. c. 3. nu. 24. & 25. lib. 2. pag. 473.
Condemnato ad mortem an liceat ſe defẽdere, ſi poſsit. c. 24. nu. 1. & ſeqq. libr. 2. pag. 875.
Condemnatus iuſte à iudice pro crimine mortis pœna digno, an teneatur in conſcientia ſub reatu peccati à carcere fugere, cum primum poterit. c. 24. nu. 18. & 19. lib. 2. pag. 881.
An liceat ei ibi manere, ibidem. n. 29. lib. 2. pag. 881.
Condemnatus iuſte, vt fame pereat, peccat mortaliter, ſi oblatum ſibi cibum non ſumat, & alij adminiſtrantes ei alimenta, ſi non ſint eius cuſtodes, non peccant. capit. 24. numer. 19. & 21. libro. 2. pagina. 881. & 882.
Condemnatus ad mortem iniuſte, an teneatur, cum poſsit, effugere à carcere. c. 24. nu. 40. lib. 2. pag. 885.
Condemnatio non fit (de ſtylo curiarum) pœnæ conuentionalis, niſi quatenus intereſt, & non vltra. c. 20. nume. 5. lib. 2. pag. 780.
Conferens alicui beneficiũ eccleſiaſticũ, vt per hoc liberetur ab obligatione qua ad antydora tenebatur, an ſimoniã cõmittat. c. 5. n. 5. lib. 2. pag. 696.

# INDEX.

Conferens præbendam, vel aliud beneficium conſanguineo reſpectu conſanguinitatis, an committat ſimoniam necne. capit. 23. numer. 60. & ſequentibus, lib. 2. pag. 868.
Conferens beneficium conſanguineo, vt ſe exoneret ab obligatione, vel ſeruitio quo ei tenetur, ſimoniam committit. c. 23. nu. 63. lib. 2. pag. 869.
Conficiens illicite chartas ad ludendū non erit in prædicta ſpecie irregularis. c. 6. n. 154. lib. 2. pag. 559.
Confidentia in beneficialibus quędam eſt licita, & quædam illicita, vt hic latius declaratur. c. 23. nu. 80. lib. 2. pag. 872.
Confirmans ſi ſibi non conſtet electum confirmandum indignum eſſe, poteſt ſecure eum confirmare, ſi tamen plures ſint nominati, liberum eſt confirmatori eligere inter illos in quem conſentiat tenetur meliorem illorum ad hoc præferre. c. 11. n. 22. lib. 2. pag. 639.
Conſequentia neceſſaria non eſt, hoc non contingente actus hic non fieret, igitur hoc, quod modo contingit eſt cauſa finalis: ſicut nec illa, hoc remoto ipſe non agerem iſtum actum, ergo hoc eſt cauſa finalis actus. c. 15. nu. 3. libr. 2. pag. 695.
Conſortium mulierum fugiendum propter plura de quibus hic. capit. 7. nu. 11. lib. 2. pag. 567.
Canoniſtæ contra quoad impediendū matrimonium contrahendum, non vero ad dirimendum contractum, vt ibidem. nu. 7. lib. 1. pag. 168.
Copia indiciorū an ſit danda à iudice reo ad hoc, vt ipſe teneatur dicere contra ſe veritatem. c. 11. n. 43. 44. lib. 1. pag. 134.
Copulæ taciturnitas intercedentis ante impetratam, vel poſt conceſſam diſpēſationem ad contrahendum matrimoniū inter conſanguineos, vel affines commiſſam ordinario loci, priuſquam tamen ab eo expediatur, an vitiet diſpoſitionē. c. 15. nu. 1. & ſeqq. lib. 1. pag. 167.
Copula habita à marito cum conſanguinea vxoris ſuæ producit impedimentum inceſtus, non vero habita cū propria conſanguinea. c. 15. n. 6. lib. 1. pag. ibidem.
Copula ex illicita inceſtus contrahitur impedimentum affinitatis, quod impedit & dirimit matrimonium non tamen inter eos, qui fuerunt principium huius impedimēti, & inter quos copula illicita interuenit. c. 15. nu. 9. & 10. lib. 1. pag. 168.
Copula habita ſpe diſpenſationis conſequendæ, eſt neceſſario exprimēda, aliàs diſpenſatio erit nulla. cap. 15. nu. 20. lib. 1. pag. 170.
Copula poſt ſpōſalia de futuro ſequuta hodie non ſufficit ad præſumendum coniugalem conſenſum, neq; aliquod aliud ſignum niſi, expreſſus ſimultaneus conſenſus vtriuſque partis coram parocho, & teſtibus per verba de præſenti, vel ſigna ſufficientia exprimatur. c. 18. num. 4. lib. 1. pag. 195.
Correctio fraterna, quando ipſa eſt neceſſaria, præcedere debet, antequam quis reueletur ad monitorias. c. 11. num. 10. & nu. 73. lib. 1. pag. 128.
Corrūpens virginē, ſiue ducere eā poſsit, vel dotare poteſt puniri, iuxta pœnas iuris ciuilis. c. 37. n. 10. lib. 1. pag. 378.
Quinimò in prædicto caſu, ſi forte nollet contrahere cum ea, debet eam dotare, & præterea vapulabit, ibid. num. 11. lib. 1. pag. ibidem.
Corrūpens virginē ſeductam, vel importunis, vel magnis precibus illectā, tenetur eidem damnum illatum reſarcire. c. 37. nu. 12. lib. 1. pag. ibidem.
Corrumpens virginem volentem abſque ſeductione, an teneatur eā dotare. c. 37. n. 22. & nu. 23. referuntur tres caſus pro reſolutione. lib. 1. pag. 380.
Corrigere idem eſt quod emendare, emendare nihil aliud eſt quàm actum in ſe validum aliqua parte reficere ſubſtātia ipſa permanente. c. 2. n. 14. lib. 2. pag. 462.
Crapula dicitur quātum ad ſuperfluitatem ciborum quaſi cruda epula: ebrietas vero quantum ad potum, & dicitur ab eo, quod eſt ſine, & bria, quod eſt menſura: vnde ebrius eſt, qui ſine menſura bibit. c. 4. nu. 54. lib. 2. pag. 484.
Creditor exigere poteſt à debitore, quidquid ipſe creditor in recipiendo debitum diſpendit, quanuis multo tutius ſit, dum hominis vafricies, & infidelitas timetur, nihil ei mutuare, neque credito vendere, vel ſi hoc fiat, expectare ſolutionis terminum, nam expenſarum anticipatæ conuentiones vix vſuræ ſuſpicione vacant. capit. 39. numer. 31. libro. 1. pag. 406.
Creditor ex cauſa mutui an poſsit ab initio contractus pactum inire cum debitore de repetendo eo quod creditoris intererit, ſiue in damno, ſiue in lucro pendente dilatione data ad mutui ſolutionem

Ayuntamiento de Madrid

tionem, etiam ante moram.capit.39.numer.24.lib.1.pag.404.

Creditores vbi omni procul fraude bonis coniecturis timentur expenſæ, nempe vbi debitor ab vrbe loco diſtat, poſſunt abſque iniquitate cum debitoribus paciſci de expenſis & laboribus, conſtitutumque pretium recipere, etiam ſi nullos ſit poſteà facturus, nam etiam ſi eſſet plura expenſurus, non poſſet amplius recipere quam fuit conditione firmatum.cap.39.numer.32.libro.1.pagina.406.

Crimina quædam ſunt grauia depoſitione digna ab ordinis miniſterio, quæ tamen non inducunt irregularitatem, vt ſunt adulterium, falſi crimen, ſimonia in beneficio acquirendo commiſſa, & periurium: alia tamen crimina ſunt, quæ inducunt irregularitatem, nempe homicidium, ſimonia in ordine commiſſa, & ſimilia.capit.13.numer.15.libr.1.pagina.155.

Criminis non eſt facienda mentio in impetratione gratiæ, vel conceſsionis.cap.15.nu.4.& 19.quo modo hoc intelligatur.lib.1.pag.167.& 170.

Crimen vſurarum contra naturam vocant Ariſtot.& omnes Philoſophi, & diuus Thomas, ſicut nefandum, quia vis ſitpecuniæ.capit.18.numer.3.libr.2.pagina.750.

Crimen vſurarum vltra modum à legibus permiſſum eſt mixti fori, intra vero eccleſiaſtici fori tantum eſt.cap.18.num.16.& 17.lib.2.pag.753.

Crimen vſurarum hodie mixti fori eſt, ità vt iudex ſecularis cõtra laicos vſurarios cognoſcat: Eccleſiaſticus verò contra clericos huiuſmodi, ſed praxis accepit vt hic contra vtroſque cognoſcere poſſit.c.18.nu.18.& 19.lib.2.pag.754.

Curatus excommunicatus nominatim & ſpecialiter antè denuntiationem, an debeat euitari ab eo, qui eius excommunicationis habet notitiam.cap.1.num.53.lib.1.pag.25.

Curatus, vel Prelatus non excommunicatus non tenetur in Sacramentorum adminiſtratione vitare parochianos ſibi ſubditos occultos excõmunicatos, quando volunt ab eo recipere Sacramenta, imò ea tenetur ipſis miniſtrare, quamuis hi male faciant ſe illis ingerendo.c.1.nu.49.lib.1.pag.ibidem.

Cura animarum eſt neceſſariò exprimenda in impetratione beneficij curati.c.15.n.82.lib.2.pag.717.

Chriſtus Saluator noſter cœnans cum diſcipulis, accepit Calicem, & gratias agens, vinum in ſanguinem ſuum conuertit, dedit q; illis, &c.c.4.numer.35.lib.2.pagi.482.

Culpa ordinata ad caſum tunc dicitur, quando illa culpa fuit cauſa proxĩma ipſius: ſecus ſi remota.ca.6.nume.12.lib.2.pag.531.

Culpa leuiſsima non ſufficit ad irregularitatem incurrendam, ſed tantum grauis, vel leuis.cap.6.numer.140.& 141.lib.2.pagina.557.

Quando incurratur ex culpa conſiſtente in omittendo, vide etiam de primo.nu.142.lib.2.pag.558.

Cum plura narrantur, quæ de iure minime neceſſaria ſunt, tunc copula in diſiunctiuam reſoluitur.cap.15.nu.54.lib.2.pag.711.

Cum vnus vocationis modus exprimitur, alter non continetur, niſi aliud conſtet de intentione impetrantis, vel concedentis.capit.15.numer.60.libr.2.pagina.712.

Cuſtos infirmi, vel alius faciens aliquid, quo ipſe citius moriatur, vel ne amplius crucietur mortis tormentis, ſi propter id citius moriatur, irregularis erit, tam ipſe quam conſulens, iubens, aut rogans, etiam medicus: ſecus ſi id fiat bona fide.c.6.nu.30.lib.2.pag.534.

Cuſtodes infirmi eum in lecto mouentes, vt vel aptius ei cibum miniſtrent, vel quietius iaceat, & inde moriatur, an & quando fiant irregulares.c.6.num.31.lib.2.pag.ibidem.

Cuſtos infirmi non bene illum cuſtodiens quare ipſe infirmus ex phreneſi ſe proiecit, & mortuus eſt, an & quando ſit irregularis.capit.6.numer.33.libro.2.pagina.535.

Cuſtos montium, & ſimilium, iuratus, an poſsit cum aliquibus diſſimulare precibus, amicitia, vel pretio, corruptus, & ſic diſsimulans ad quid teneatur.c.28.numer.59.& ſequentibus, lib.2.pag.931.

Et quid ſi diſſimulet cum conſanguineis, vel valde amicis Domini, ita quod crederet eum permiſſurum.numer.61.ibidem.

Et quid ſi cum venatoribus & alijs damnificantibus diſſimulet ſe abſcondendo, vt

nos in fragranti delicto comprehendat, idem numero. 62. libro. 2. fol. ibidem.

Cuſtodes & præfecti in confinibus regnorum importandis, & exportandis mercibus,eas vetitas permittentes, importari, vel exportari,peccant mortaliter, & ſunt periuri, & ad emendam vectigalium alias ſoluendorum tenentur, non tamen ad reſtitutionem pœnarum quas ſoluiſſent transgreſſores,ſi denunciati fuiſſent, neque bonorum,quibus ob id priuarentur.c.28.num.63.libr.2. pag.932.

Cuſtodiens depoſitum ſibi ab hæretico commiſſum, non debet illud reddere hæretico manifeſto id petenti.c. 1. nu. 19.lib.1.pag.17.

D

DAmnificans alteri, omni iure tenetur ſatisfacere læſis, & fur rem furtiuam vero domino reddere atque reſtituere. c.38.nu.2.lib.1.pag.386.

Damnata eſt hæreſis Seueri dicentis non licere vllo pacto bibere vinum.c. 4.nu. 36.lib.2.pag.483.

Damnata eſt hæreſis condemnantium ſecundas nuptias.cap.12.numer.18.lib.2. pag.667.

Damnatus iuſte vel inique ad mortem,licite poteſt aſcendere furcam abſque peccato.capit.24.numer. 27.lib. 2.pagina 883.

Damnatus ad mortem iuſte,vel captus pro delicto ea pœna digno,poteſt in carcere manere,etiam data fugæ opportunita te.capit. 24.numer. 29.libro.2.pagina ibidem.

Damnatus ad mortem iniuſte, an teneatur cum poſsit effugere à carcere.c. 24.nu. 40.lib.2.pag.885.

Dare vel accipere aliquid pro ſuſtentatione ſpiritualia miniſtrantium licitum eſt ſecundum ordinationem Eccleſiæ, & conſuetudinem approbatam,ac Epiſcoporum conſtitutiones,qui taxare poſſunt quanto ſtipendio ille dignus ſit, qui tali ſeruitio Eccleſiæ mancipatur, dum tamen abſit emptionis, vel venditionis cogitatio.cap.29.numer.3.lib. 1. pag.270.

Dans operam rei illicitæ,ſi ex huiuſmodi actione fuerit homicidium caſuale ſub ſecutum ex culpa ſufficiente, directa ad illud irregularis ſit, ſiue adhibuerit diligentiam quam potuit ne ſequeretur, ſiue non:quæ diſtinctio quoad peccatum non procedit, ſed tantum quoad irregularitatem.capit.6.numer.5.& 6.& allegantur iura quibus probantur. numer. 20.lib.2.pag.532.

Datum ob cauſam neceſſariam, ad quam tenetur recipiens neceſſitate præcepti quoad iuſtitiam eſt omnino reſtituendum.capit.9.numer. 26. libro. 2. pagina.615.

Datum meretrici ob actum venereum poteſt iuſtè ab ea retineri,etiamſi cauſa turpis non ſequatur poſteà,vel ſi turpitudo ex parte dantis,vel accipientis verſetur. c.10.nu.1.lib.2.pag.619.

Quod nedum procedit in foro contentioſo, ſed etiam in foro conſcientiæ, idem in numero.2.& 14. cum ſequentibus,lib.2.pag.619.& 621.

Dum tamen non interueniat fraus, aut exceſſus, quia lex donationis titulū exigit, vt datum recipi,& retineri valeat, idem nu.3.lib.2.pag.619.

Item,dummodo dantes, vel promittentes concubinæ, vel meretrici,habeant ius donandi,& promittendi, aliàs ſecus, vt ſunt illi qui alieni iuris ſunt. capit. 10. numero. 4. libro. 2. pagina. ibidem.

Debitum coniugale ſi fortè petatur, licitè denegatur ob inceſtum cum affine commiſſum.capit.23.numer.6.lib.1.pagina.235.

Decima,collecta,cenſus,& penſio ſunt onera realia,obligátque poſſeſſorem.c.1.n. 111.lib.1.pag.40.

Decimare debentes tenentur certiorare clericos, vt mittant pro decimis, vbi eas ad eorum horrea non tenentur deferre. c. 21.nu.41.lib.2.pag.803.

Decimare debentes,an & quando teneantur deferre decimas, etiam clericis non petentibus,ad horrea publica,ad hoc deputata.capit.21.numer.47.libr.2.pagin. 804.

Decimare debentes tenentur tradere decimas clericis, etiam ſcientibus quantum iure decimarum ſibi pertineat, modò leui ſumptu & labore id fieri poſſit,ſecus aliàs, præcipuè ſtante de hoc conſuetudine, vel nulla in contrarium exiſtente.cap.21.numer.48.lib.2. pag.ibidem.

Decimare

# INDEX.


Decimate debentes ceſſantibus conſuetudinibus, non poſſunt frumentũ alioſue fructus in propria horrea condere, niſi prius clerici certiores fiant.&c.& refertur litera. l. Regiæ ſuper hoc ſancitæ. c.21.num.94.lib.2.pag.805.

Decimæ iure diuino & naturali inſtitutę ſunt.cap.21.nume.&3.lib.2.pagin.791. & 792.

Decimæ multiplici ratione precipiuntur à Deo.c.21.nu.2.lib.2.pag.ibidem.

Decimę perſonales & reales, omnes ſunt integrè perſoluendæ.c.21.num.4.lib.2 pag.ibidem.

Decimæ perſonales an iure diuino ſint inductæ,ſiue præceptæ.c.21. numer. 5.& 33.lib.2.pag.ibidem.

Decimæ,tàm prædiales,quàm perſonales, licet in genere iure diuino ac naturali debentur,iuxta tamen verã ac præciſam decimæ partis aſsignationẽ, iure tamen humano ſtatutæ ſunt.c.21.nu.7.& 9.libro 2.pag.793.& 794.

Decimæ an ſint petendæ à ſacerdotibus, vel deferẽdæ vltro ad eorum horrea, etiamſi non petantur,& numeris ſequentibus,vbi reſoluitur ſtandum eſſe cõſuetudini in hoc.capit.21.numer.43.lib.2. pag.803.

Decimæ debentur eccleſię ex prædijs intra eius limites exiſtentibus, quæ tamen ſunt alterius eccleſię.c.21.numer.54.libro 2.pag.807.

Decimę de terris eccleſię quando ſunt ſoluendæ,& quando non.c.21.num.57.libro 2.pag.808.

Decimis olim cõſuetis perſolui de paſcuis, de eiſdem ad frugum fertilitatem trãslatis decimæ ſoluendæ nunc ſunt. c. 21. num.98.lib.2.pag.816.

Decima vini,ſi vni eccleſiæ ſoluebatur (alicui' vineę)& in ea poſtea fiat caſtanetũ, vel aliæ arbores fructiferæ plantentur, aut naſcantur,ex quibus aliàs regulariter de conſuetudine vel præſcriptione,deberetur decima alteri eccleſiæ,vel Epiſcopo: nihilominus ipſa priori eccleſię deberetur.capit.21.numero 99.libro 2. pag.ibidem.

Decimę debitę non ſunt negandæ ſacerdotibus,etiamſi ipſi cum ſint diuites, pauperibus eas non diſtribuant, nec rectè officium commiſſum exequantur, nec ſint quales oporteat.c.21.numer.138.libro 2.pag.823.

Decedens in torneamentis iure canonico prohibitis, non eſt ſepeliendus in eccleſiaſtica ſepultura,etiãſi Sacramẽto Pœnitentię & Comunionis munitus deceſſerit.c.3.nu.9.lib.2.pag.471.

Decipiens in conſcientia tenetur reſtituere decepto exceſſum iuſti pretij vltra latitudinem,vel ſupplere defectum , vſq; ad iuſtum vilius pretium.c.39. num.12. lib.1.pag.400.

Decretum.3.de reformat.Seſsion.25.ſacri Concil.Trident.expenditur.c.11.nu.2 lib.1.pag.124.

Decretum Concilij Triden.Seſ.24.c. 5.de reformat.matrim.interpretatur.c.15.numer.2.& nu. 17.lib.1.pag.167.& 169.

Decretum de obſeruandis & euitandis in celebratione Miſſæ ſacri Concil.Tridẽtin.Seſsio.22.latè declaratur.c.29.nu.1. per totum.lib.1.pag.270.

Item & in verſicu.moneant. & in c.4.& in Decret.de reformat.Seſsio.24.eiuſdem Concil.allegatur & declaratur.c.30.nu. 7.33.& 34.lib.1.pag.280.& 284.

De auibus & earum venatione.c.28.num. 58.lib.2.pag.930.

Delictum ſemel commiſſum non aboletur ad euitandam pœnam temporalem propter pœnitentiam impoſitã à iudice ſpirituali,pro conſequenda abſolutione, niſi eſſet ſufficiens in vtroque foro,& publicè impoſita,aliàs puniri poteſt à iudice laico.c.12.nu.11.lib.1.pag.147.

Delegatus Principis ad vnam cauſam, non poteſt cognoſcere de nullitate ſuæ ſententię.c.2.nu.18.lib.2.pag.463.

Delegatus à Principe ordinario ęquiparatur,ac proinde ſubdelegare poteſt ſicut ordinarius.cap.2.numer.19.lib.2.pag. ibidem.

Delegatus à Papa poteſt intra annum ſuam ſententiam exequi, non tamen annullare.c.2.nu.23.lib.2.pag.464.

Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum, poteſt de nullitate ſuę ſententię cognoſcere.c.2.nu.24.& 25.lib.2.pag.ibidem.

Delegatus ad vniuerſitatem cauſarum ęquiparatur ordinario.cap. 2.num.26.lib.2. pag.465.

Delegatus qui iudicauit cõtra formam mãdati,iudicare iterum poteſt.c.2.num.28 lib.2.pag.465.

Delegatus iudicans contra formam mandati,abutitur poteſtate.c.2.numer. 29.libro 2.pag.ibidem.

Delegatus qui nulliter iudicauit per errorẽ facti, an cognoſcere poſsit de nullitate ſuæ


Ayuntamiento de Madrid

# INDEX.


ſuę ſententię,atque eam reuocare. c.21. num.30.cum ſequentibus.libro 2. pagina ibidem.

Delegatus datus ad conferendum beneficium, nulliter conferens,poteſt iterum conferre.c.2.num.33.lib.2.pag.466.

Delegatus an poſsit reſtitutionem in integrum concedere aduerſus ſuam ſententiam diffinitiuam , conſtito de leſione? cap.2.num.34. & numeris ſequentibus, præcipuè 37.lib.2.pag.ibidem.

Delegatus à Principe poteſt reſtitutionē in integrum concedere aduerſus ſuam ſententiam.cap.2.numer.35.libr.2.pagina ibidem.

Delegatus nullatenus egredi poteſt cómiſſionis ſuę fines.cap.15.numer. 120.lib. 2.pag.726.

Delegatus non creditur niſi oſtendat mandatum,& reſcriptum ſuę commiſsionis, in his quæ ſunt in prçiudicū alterius, in his verò quę in nullius preiudiciū ſunt, veluti in facultate conceſſā ad abſoluendum, diſpenſandum, concedendum indulgentias,& ſimilibus bene creditur.c. 17.num.31.lib.2.pag.748.

Deliberatio includit duo,conſultationem, ſiue collectionem mediorum inter plura media,& determinationē ad votū, ca enim deliberatioquę ſufficit ad propoſitū,ſufficit ad votū.c.22.n.6.lib.2.p.833.

Deliberatio quę ſufficit ad obligandū nos diabolo per peccatum mortale,ead.ſufficit ad obligandum nos Deo per votū ad vitam ęternam.cap.22.numer.7.libr. 2.pag.ibidem.

Delinquere per ebrietatem,lata culpa eſt. c.4.nu.83.lib.2.pag.489.

Delinquens poſt delictum ante ſententiā priuationis bonorum , poteſt bona ſua adminiſtrare &alienare,quando propter delictum non eſt priuatus ipſo iure,à lege vel canone ſuis bonis,nec ea ſunt ipſo iure confiſcata: procedit etiā hoc in conſcientia.c.5.nu.53.lib.2.pag.514.

Delinquens huiuſmodi poteſt debita ſoluere,& ei debitum ſolui, niſi ſit cōtumax. c.5.nu.54.lib.2.pag.515.

Poteſt etiam de bonis ſuis dare in ſolutum creditoribus.cap.5.numero 55.libro 2. pagina ibidem.

Delinquens poſt ſententiam condemnatoriam contra eū latam pro delicto tranſiā ctam in rem iudicatam,non poteſt bona ſua alienare.capit.5.numero59.libro 2. pag.516.

Delinquens ob hoc quod fcit ſuis bonis priuandum propter crimen quod intendit committere,an in conſcientia poſsit ea antea alienare.cap.5.numero 62.pagina ibidem.

Delinquens,cuius bona propter delictum ipſo iure ſunt confiſcata,ſi alienet titulo gratioſo,minus peccat,quàm ſi titulo oneroſo alienaret.c.5.numer.82. libro 2. pag.520.

Delinquens cuius bona ipſo iure pro delicto ſunt confiſcata, vel alteri in pœnam applicata,non poteſt ſine peccato mortali rem aliquam in caſu non permiſſo alienare, etiam reuelata emptori conditione rei , vt in num.83. & an titulo lucratiuo.cap.5.numero 79. & 80.libro 2. pag.ibidem.

Delinquens tamen huiuſmodi ex cauſa neceſſaria poteſt alienare , nempe pro alimentis,aduocatis,& alijs neceſſarijs.c.5 nu.84.lib.2.pag.521.

Delinquens,cuius bona ſunt ipſo iure confiſcata pro delicto, quando aliàs eſt ſoluendo,poteſt alienare.cap.5. nume.89. lib.2.pag.

Item,quando delictum eſſet ita occultum, vt nullo modo probari poſsit.cap.5.nu. 90.lib.2.pag.522.

Decurio,Rector,vel tabellio ciuitatis, vel villæ, alijve officia perpetua habentes, committentes delictum priuatione dignum,an interim pendente proceſſu,poſſint renunciare huiuſmodi officijs. c.5. nu.46.& ſequentibus,& num.50. quod non,quando propter delictum ſunt priuati ipſo iure officio,&c.lib.2.pag. 513

Defendere iure pontificio quis tenetur alterum ab iniuria , ſi cōmodè poſsit, alio qui erit reus commiſsi criminis, & quando dicatur id cōmodè facere poſſe. c.6. num.105.& 106.lib.2.pag.550.

Non tamen tenetur id gratis agere,& ideò poteſt iuſtè pro eo pretium accipere, idem num.107.lib.2.pag.ibidem.

Defendere omittens proximum,cū poſsit, etſi grauiter peccet , non tamen tenebitur ad damni illati reſtitutionem. cap.6. nu.108.lib.2.pag.ibidem.

Deformatio eſt triplex , merè voluntaria, merè caſualis , & mixta: & quæ ſit vnaquæque earum.c.6. numero 4. libro 2. pag.528.

Denunciationes excommunicatorum quomodo fiant.cap.1.numero 5.libro 1.pagina 8.


Denun-

Ayuntamiento de Madrid

# INDEX.


Denuntiatio & publicatio nihil ad excommunicationem adducunt.c.1. num.36. lib.1.pag.21.

Denuntiatio, quę fit per monitorias, dicitur iudicialis, ad quam non requiritur monitio neque correctio.c.11.num.24. lib.1.pag.129.

Denuntiationes, quæ præcedere debent matrimonium contrahendum, quis remittere cum cauſa poſsit? parochus, an ordinarius? reſoluitur, quòd ordinarius. c.19.nu.2.lib.1.pag.200.

Denuntiationes aliàs requiſitæ ad matrimonium contrahēdum remitti poſſunt, quando filij ſub poteſtate nouercali eſſent poſiti, vt hîc capit. 20. numero 30. lib.1.pag.212.

Cauſæ tamen cognitionem tunc interuenire oportet, vt ibidem num. 31. libr.1. pag.ibidem.

De natura primogeniorum eſt, vt ipſa de primogenito in primogenitum tranſeat. cap.14.num.45.lib.2.pag.678.

Deponens enſem vel gladium apud alium cuſtodiendum obligatur velle, vt ſibi non reddatur ad percutiendum innocētem.capit.38.numero 11. libro 1. pagina 388.

Deus odio non habet illum, qui vxorem ducit, cum tamen illū odio habeat, qui inter fratres diſcordiam ſeminat. c. 20. num.21.lib.1.pag.209.

Deus filios prouectæ ętatis pro parentum peccatis affligit, vt ipſos parētes puniat, non verò filios.cap.30.numero 5.lib.2. pag.525.

Deus non prius eſt vltor, quàm aliquis ſit peccator, ſecundùm diuum Auguſtinū. c.30.nu.13.lib.2.pag.946.

Deus ſępè ob parentum merita non ſolùm mercedes plurimas filijs cōfert, ſed mortem & alias multas, quas merebātur pœnas remittit.c.30.nu.20.lib.2.pag.949.

Deuteron.c.24. non occidentur parentes pro filijs, nec filij pro parentibus, ſed vnuſquiſque pro peccato æterno morietur.capit.30.numero 14. libro 2. pagina 526.

Diaconus & non ſolùm ſimplex ſacerdos habens iuriſdictionem poteſt abſoluere ab excommunicatione minori, multò magis quàm à maiori.cap. 6. numer.11. lib.1.pag.89.

Dictio taxatiua non excludit caſus ſimiles.c.14.nu.5.lib.1.pag. 163.

Dictio, Præſertim, idem eſt quod maximè. cap.20.nu.5.lib.1.pag.207.

Dictionis maxime natura eſt, vt explicet caſum minus dubitabilem & implicet magis dubitabilem.cap.20.nume.6.lib. 1.pag.ibidem.

Dictio, niſi, præcedentem negationem ſequuta, affirmat quod ponit, ſequuta verò affirmationem negat.c.21.num. 2.libro 1.pag.214.

Dictio, niſi, ſubſequuta, quando oratio præcedens inducit ſolam potentiam, ſolùm negat potentiam, ſi verò oratio præcedens actum induxerat, dictio, niſi, actum quoque negat.cap.21.numer.10. libr.1. pag.225.

Dictio hæc Quibuſcumque, vel quacumque, cùm ſit valdè generalis, comprehēdit omnes caſus, etiā priuilegiatos. c.34. nu.57.lib.1.pag.346.

Dictionis, ſalue, natura eſt modificare & reſtringere præcedentia. cap.2. num.6. lib.2.pag.461.

Dictio Bene, idem ſignificat quod dictio, Rectè.c.2.nu.12.lib.2.pag.462.

Dictio, Denuo, cauſam iam ſemel commiſſam inſinuat.cap.2. numero 21.libro 2. pag.464.

Dictio, Alius, alia, aliud, eſt repetitiua ſimilium.capit.15.numero 89.libro 2. pagina 719.

Dictio, Si, &c. inducit conditionem. c. 15. nu.113.lib.2.pag.725.

Diœceſanus ex officio ſuo debet denuntiare excommunicatum nominatim, & eum facere euitare, quando ſibi conſtat. capit.11.numer.92.& ſequentib. libr.1. pag.143.

Dies fideicommiſsi non intelligitur cedere per ſeruitutem pœnæ.c.1.nu.61.lib. 2.pag.441.

Differentia inter dictiones, Rite, & Rectè, rite enim ad ſolennitatem refertur, rectè verò ad iuſtitiam.c.2.num.13.lib.2. pag.462.

Differentia inter furtum, & rapinam, de quibus in c. ſi quid inueniſti.14.q.5.c.9.nu. 1.lib.2.pag.608.

Differentia inter deciſionem tex.in c. quāquam.de vſuris.in 6.& in c. quia in omnibus.de vſuris. vbi prædicta continentur.c.19.nu.3.lib.2.pag.773.

Differentia magna eſt inter arbores & feras agrorum, reſpectu capientium eas.c. 27.nu.28.lib.2.pag.916.

Differentia magna conſtituitur inter ferā, vel auem captam, quæ poſtea manus capientis


pientis

Ayuntamiento de Madrid

feſsiones,neque prędicare abſque licentia Ordinarij.c.6.nu.9.lib.1.pag.88.

Doctores noſtri plerumque rationes non perſcrutantur, & aues imitantur, quæ quando vna volat, aliæ omnes ſequuntur,& communis opinio non attēditur, quando alia opinio contra communem fundata eſt melioribus rationibus.c.32 nu.59.lib.1.pag.316.

Doctor publicè profitens,vel ſcholarijs ſicut poteſt expellere fabrum, ita & confratres diſciplinatorum,ne alta, & incon cina voce eorum impediatur.c.35.nu.15 lib.1.pag.363.

Doctior & ſanctior,ſi vnus ſit,ſed non miniſtrabit eccleſię,quia non reſidebit, & alius non ita doctus,& minus ſanctus reſidebit,& ſeruiet eccleſię ſedulo, hic indoctior,dummodo bonus & dignus ſit, erit dignior,ac conuenientior miniſter. c.11.nu.66.lib.2.pag.656.

Dominus noſter Ieſus Chriſtus miſit Diſcipulos ſuos in vniuerſam terram ad prędicandum ſuū Euangeliū.c.27.nu.8 lib.1.pag.261. Et ad Apoſtolos dixit: Accipite Spiritum ſanctum,quorum remiſeritis peccata,remiſſa erunt, quilibet enim habuit principatū ſibi àDeo decretum magnę prouincię vel Regni. c. 27. nu.9.lib.1.pag.ibidem.

Dominus rei ſubtractę poteſt eā in iudicio ſibi reſtitui petere,quamuis ex repetitione ſit mors furis veriſimiliter ſequutura.c.38.nu.5.lib.1.& ibid.nu.24.quo modo hoc intelligatur. pagina 386. & 391.

Dominiū rei acquiſitæ per vſurā, an tranſeat in vſurariū? cap.18.nu.33. & 34.& 35.quod dominiū aliarū rerum acquiſitarum ex pecunia vſuraria bene tranſit. lib.2.pag.760.

Dominium non transfertur ex inutili contractu,&à iure reprobato ſecuta traditione,licet ſecus ſit in poſſeſsione.c.23.numer.26.lib.2.pag.854.

Dominium rei legatę tranſit in legatariū à die mortis defuncti, vel aditę hereditatis, reuocabiliter, nempè vt legatarius poſsit illud agnoſcere, vel repudiare, ſecus irreuocabiliter, vt hîc latius declaratur.capit.26.numero 12. libro 2. pagina 906.

Dominus ad Aaron dixit: Vinumq; & omne quod inebriare poteſt non bibetis, &c. Leuit.cap.10.c.4. numer.5.libro 2. pag.479.

Dominus fundi poteſt etiam cum contradictione curati vineam in agrum arabilem mutare,vel è contra,nec curatus poterit ſe opponere,quandoquidem decima fructuum nouorum eidem ſoluenda eſt,cui & antiquorum eiuſdē fundi. c.21.nu.100.libro 2.pag.816.

Dominus ſyluæ habet verum lignorū in illa naſcentiū dominiū & dominus prati, aut agri dominium herbæ ibi naſcentis. cap.27.numero 7.libr.2.pagina 911.

Domini temporales non poſſunt prohiberi piſcari in mari, aut publicis fluminibus. capit.9.numero 4. libro 2. pagina 609.

Domini temporales inferiores à Principe, poſſunt in ſuis proprijs & priuatis fundis venationem prohibere,ſicut alij priuati:item & in publicis & communibus ſuorum populorum ex iuſta cauſa ad tēpus,non verò perpetuò,neque per legē, ſed per edictū:idem erit ex cōſenſu libero populi, vel ex conſuetudine immemoriali legitimè præſcripta, vt in nu.4. & quæ ſit iuſta cauſa in propoſito declaratur.nu.5.& capit.28.num.2. libro 2. pag.919.

Dominia rerū iuregentium ſunt diſtincta, & vnicuique rei ſuæ competit dominiū priuatiuè ab alijs, & ideò nemini licet alterius res,poſſeſsiones,aut fructus,inuito domino ſurripere.cap.29.nu.9.lib.2. pag.

Dos pro moniali, vt licitè exigatur,vſus receptiſsimus habet ſine ſcrupulo. c. 32. nu.61.lib.1.pag.316.

Dos quæ danda ſit mulieri ſtuprum paſſæ, quando ipſa & pater ſuus recuſant matrimonium cum ſtupratore.c.37.nu.28. lib.1.pag.384.

Dotes amittuntur propter adulterium cōmiſſum in matrimonio putatiuo, quod verius dicitur ſtuprū, nu.6. ſed contra nu.22.vbi ponitur concordia.c. 12.nu. 22.lib.2.pag.669.

Domus magnatum ſunt veluti oſſa firmiſſima totius corporis reipublicæ, vt hîc latè oſtenditur.c.14.nu.4.libro 2. pagina 678.

Dormiens occidens hominem,qui in vigilia valdè iratus erat contra illum, non efficitur irregularis.capit.4.nu.96. libr.2. pag.491.

Duces,milites vè belli iuſti exponentes ſe maximo periculo belli, ex quo certior eſt mors,quàm eius euaſio,an ſint mortalis


Ayuntamiento de Madrid

lis criminis ſtatim damnandi.c.24.nu. 30.lib.2.pag.883.
Dubia res non cenſetur, quando aliquid creditur eſſe verum per legem, rationē, & authoritatē ſufficientem, etiamſi con trarium maior pars docentium teneat. c.31.nu.38.lib.2.pag.296.
Dubitans an faciens aliquid, an ſit peccatū mortale,necne, peccat mortalite :c. 31. nu.40.lib.1.ibidem.
Dubitare an tale quid ſit faciendum, aliud eſt,aliud verò eſt credere ratione proba bili,& authoritate alicuius illuſtris Do- ctoris id admonentis.c.31.nu.41. lib.1. ibidem.
Duplex eſt vnio Chriſti & Eccleſiæ, vt in capit.17.nu.25.lib.1.pag.186.

E

ECcleſia vacās,ſuper cuius fructibus eſt appoſita annua penſio,tenetur ad ſo- lutionem eius, eamque ſoluere tenetur œconomus, eius qui pro ea conueniri poteſt.capit.1.numer.116. libro 1.pagi na 41. Idē eſt in ſolutione charitatiui ſubſidij.ibid.nu.116.lib.1.pag.42.
Eccleſia vtrū habeat poteſtatē ſuper actus animæ purè interiores? negatiua eligi- tur.capit.13.numero 4.libro 1. pagina 152.
Eccleſia Catholica diuiſit totum orbē per prouincias in Epiſcopatus, & Archiepiſ copatus, &c.vnicuique præficiens ſuum Epiſcopū & Paſtorem,atque gubernato rem,qui Epiſcopi in locum Apoſtolo- rū ſucceſſerunt.c.27.nu.13.& 14.lib.1. pag.262.
Eccleſiæ ordinatio eſſet illicita,qua ſtatue- retur,quòd non fieret proceſsio in fune re alicuius, niſi ſolueret certā pecuniæ quantitatē:licita autē magis eſſet, ſi ſta- tueretur,quòd omnibus certā eleemo- ſynam dantibus talis honor exhibere- tur.c.29.nu.24.lib.1.pag.275.
Eccleſia ſicut honorat ſuos parochianos donis cœleſtibus eos ditando, &c.ita vi detur vt ipſi teneātur in ea ſpecie officijs diuinis Dominicis,& alijs feſtiuis dieb• aſsiſtere.c.30.nu.4.libro.1.ſed hoc latè per totum cap.pag.280.
Eccleſia ſi lædatur in contractu, poteſt pe tere reſtitutionem in integrum contra laicum coram iudice eccleſiaſtico. c.34. nu.10.lib.1.pag.336.
Eccleſia vel clericus agentes de rebus ſuis actione reali vel perſonali, poſſunt con- uenire laicum coram iudice ſeculari vel eccleſiaſtico. capit.34.nūmer.13. lib.1. pag.337.
Eccleſia in contractibus ſuis nullam debet fraudem adhibere.c.36.nu.2. libro 1.pa gina 368.
Eccleſia meretrices, ac lupanaria tolerat ob euitandum maius malum.c.7.nu.25. lib.2.pag.569.
Eccleſia in dubio vtitur iure cōmuni,cū in aliquo caſu non reperitur priuilegiata. c.8.nu.69.lib.2.pag.606.
Eccleſia & clerici hæredes defuncti,an te- neātur vltra vires hæreditarias,ſi inuen- tarium non confecerint?c.18.nu.73. lib. 2.pag.771.
Eccleſia vna, vel parochia, ſi recipiat ex cō ſuetudine decimam de blado,alia de vi- no,& terra bladum reddens mutetur, & vinum reddat,& è conuerſo,quæ præci- piebat de blado,percipiet de vino,& è conuerſo.cap.21.numer.107.libr.2.pa- gina 818.
Eccleſiaſticos oportet viros in conuerſa- tionibus ſacrorum Euangeliorū lectio- nem audire.cap.4.numer.51.libro 2.pa gina 484.
Ea quæ ſpeciali indigent adnotatione, niſi innotentur, videntur quaſi neglecta. c. 1. nu.33.lib.2.pag.431.
Ea quæ tacitè à iure inſunt, ſi ab homine exprimantur, nihil operantur,& quomo do hoc intelligatur.c.15.nu.122. lib.2. pag.726.
Ebrietas omnium vitiorum fomes ac nu- trix eſt.capit.4.numero 1. libro 2.pagi- na 479.
De ebrietate plura remiſsiuè,ibidē nu.20. lib.2.pag.480.
Ebrietas voluntaria an peccatum mortale ſit,vel veniale?c.4.nu.30.& ſeqq. lib.2. pag.481.
Ebrietas modica nō excuſat,neque minuit delictum.capit.4.numer.88.libro.2.pa- gina 490.
Ebrius homicidium committens, an de- beat pœna mortis condemnari.c.4. nu. 80.cum ſeqq.lib.2.pag.488.
Ebrius omnino homicidiū cōmittens non punitur pœna ordinaria,ſed mitiori: ſe- cus ſi ebrietas erat leuis:hodie iure Re- gio pœna exilij in quinquenniū impo- nitur omnino ebrio pro homicidio.c.4 nu.85.& 87.lib.2.pag.489.& 490.

Ebrius

Ayuntamiento de Madrid

# INDEX.


Ebrius non punitur propter culpã criminis ab eo commiſsi, ſed propter ipſius ebrietatis cauſam.c.4.nu.86.libro.2.pagina ibidem.

Ebrius,qui durante ebrietate hominẽ occidit,an efficiatur irregularis.c.4.nu.94. cum ſeqq.lib.2.pag.491.

Ebrius ſi conſueuiſſet in ebrietate arma ſumere,& homines offendere, erit irregularis ſi aliquẽ occiderit.c.4.nu. 105.lib. 2.pag.494.

Ebrius abſque ſua culpa,ſed dolo alterius, non erit irregularis,ſi aliquem occiderit.c.4.nu.106.lib.2.ibidem.

Ebrius matrimonium contrahere non poteſt, ſi ebrietas illum conſenſum impediat.c.4.nu.107.lib.2.ibidem..

Ebrius teſtis eſſe non poteſt, neque facere teſtamentum.cap.4.numer.109. libr.2. ibidem.

Ebrius contrahere non poteſt etiam cũ iuramento in ſui præiudiciũ,& contrahẽs cum eo,quẽ inebriauerat in prædio, ad quod cum inebriauerat, dolo dicitur cõtraxiſſe.cap.4.numer.110.& 111.lib.2 ibidem.

Superiora ſunt intelligenda in penitus ebrio,ſecus aliàs in parũ ebrio.c.4.n.112 lib.2.pag.494.

Ebrij ſi percuterent,plus punirentur, quã ſobrij,quia plures iniuriantur, ſecundũ legem ſtatutam á quodamPythagorico, & quomodo hoc intelligatur.c.4.n.84. & 87.lib.2.pag.489.&490.

Edicta quæ leguntur in viſitationibus circa peccata manifeſtanda, intelliguntur de publicis,non veró de occultis.c. 11. nu.75.lib.1.pag.140.

Effectus iuriſdictionis cauſatæ à iure reali, extẽditur ad omnes illos,aduerſus quos preſcriptum non fuit.c.21.nu.110.lib. 2.pag.818.

Electio fieri non poteſt durante lite ſuper iure eligendi,alijsque rebus ad id pertinentibus.c.28.nu.13.& 14.& quid in iure præſentandi,lib.1.pag.268.

Eligens indignum ad beneficium eccleſiaſticum,vel munus publicum,tenetur ad reſtitutionem eccleſię, vel reipublicę leſæ faciendam, non verò digno prætermiſſo.c.11.nu.44.lib.2.pag. 648.

Eligens indignum peccat mortaliter,etiãſi ex ea electione nullum damnum eccleſięvel reipublicę poſtea immineat,idem in reſignante in fauorem indigni.c. 11. nu.46.lib.2.ibidem.

Eligens dignum prętermiſſo digniorẽ, an teneatur ad reſtitutionem digniori faciẽdam.c.11.nu.47.lib.2.pag.649.

Eligens dignum pretermiſſo digniori,quoties per edictum propoſitũ digniori prębenda vel beneficium fuit promiſſum, tenetur eidem ad reſtitutionẽ.c.11. nu. 55.lib.2.pag.646. An idem ſit dicendum in quocũque beneficio, quod per concurſum prouidetur.ibidẽ n.56.lib.2 pag.ibidem.

Eligens dignum prætermiſſo digniori nõ peccat,quando meritorũ exceſſus non eſt tantus,vt videatur ad rẽ multum referre,& quomodo hoc intelligatur.c. 11 nu.58.lib.2.pag. 654.

Eligens dignum prętermiſſo digniori ad munus exigui momenti, nõ peccat mortaliter.c.11.nu.59.lib.2.ibidem.

Eligere dignũ omiſſo digniſsimo, licet in caſu hic poſito.cap.11.num. 60.libr.2. pag.655.

Eligere dignum,an ſatis ſit prætermiſſo digniori.cap.11.numer.1.& ſeqq. libr. 2. pag.632.

Eleazarus vir fortiſsimus à peccato defendendus eius quod fecit Machabæorum 1.c.6. c.24.num.31.lib.2.pag.883.

Emere debitum minori pretio licet quod expoſitum eſt periculo, vel quod cum expenſis exigi expectatur.c. 39.nu. 33. lib.1.pag.406.

Emens ad vitam ſuam annuũ redditũ certo pretio,non facit contractũ vſurariũ, quia principio perceptio.d.annui redditus eſt incerta.capit.39. nu.64. libro 1. pag.412.

Emptio ad vitã fructuũ alicuius fundi certo pretio licita eſt,propter incertitudinẽ ementis,licet ille viuat tantum,quòd ex longa vita plus percipiatur ex dictis fructibus,quàm ſit pretium, quia etiam poſſibile fuit mori in modico tẽpore.c.39. nu.63.lib.2.ibidem.

Emptor licet non teneatur ſtare colono, venditor tamen tenetur eidẽ reddere partem penſionis,quã acceperat,pro tẽpore reſiduo locationis non impleto,& ad intereſſe præterea idẽ tenetur.c. 36. nu.26.lib.1.pag.373.

Et erit cautela neceſſaria pro clericis locãtibus,vt excipiant caſum, quo deſinant beneficia poſſedire,vt in eo de euictione,nec ad vllum intereſſe teneantur, vt ibidem nu.29.lib.1.pag.375.

Emptor fiſci percipit penſionem cedentẽ


poſt

Ayuntamiento de Madrid

# INDEX.

poſt ipſam venditionem, etiãſi ea ſoluatur pro fructibus ante venditionem perceptis, & hoc ſpeciali fiſci fauore, quia hoc priuilegium emptori fiſci datur in compenſationem damni, quod cogitur ſtare colono fiſci. cap. 33. num. 25. lib. 1. pag. 325.

Emptor fundi non tenetur ſtare colono, niſi aliud conuenerit. c. 8. nu. 1. & 31. & 5. lib. 2. pag. 590. & 598.

Ratio cõmunis aſsignatur, quòd procedit, etiamſi in locatione adſit pactum de nõ alienando, dummodò cum eo non adſit hypotheca ſpecialis, idẽ nu. 14. ſecus ſi adſit, idẽ nu. 23. & 30. lib. 2. pag. 591. & 595. & 597. vbi quod non ſufficit generalis: & quid ſi vltra obligationẽ perſonalem conductor pro obſeruantia ſuæ locationis habeat obligata omnia bona locatoris, idem nu. 15. cum ſeqq. libr. 2. pag. 592.

Emptor an poſsit expellere colonũ, vel inquilinum, quando hic habet omnia bona locatoris obligata pro ſecuritate locationis vltra obligationem perſonalem. c. 8. nu. 15. & ſeqq. vbi latè agitur de hoc lib. 2. ibidem.

Enormis læſio circa manuũ iniectionẽ in clericũ quę dicatur: exceſſus notorius, quando dicatur enormis læſio. c. 5. nu. 16. & 17. lib. 1. pag. 81.

Epiſcopus publicè excõmunicatus nõ poteſt iudicẽ aliquem inſtituere, quinimo nec ipſe Epiſcopus excõmunicatus, nec eius vicarius inſtitutus de cauſa cognoſcent, ſed adiri debet Papa, vt prouideat. c. 1. nu. 83. lib. 1. pag. 35. Secus eſt in delegato, nam ipſius iuriſdictio non ſuſpenditur per excõmunicationem delegantis. ibidem numero 84. libro 1. pagina ibid.

Epiſcopo exiſtente ſuſpecto, cenſetur etiã in conſequentiam ſuſpectus eius officialis. c. 1. nu. 86. lib. 1. pag. 36.

Epiſcopo abſoluto ab excõmunicatione, ipſius, vicarius poterit iuriſdictionem exercere, ſicut ante excõmunicationem. c. 1. nu. 87. lib. 1. ibid.

Epiſcopus duos canonicos in ſuo ſeruitio habere, occupareque poteſt; ad idq; eos compellere. c. 1. nu. 149. lib. 1. pag. 51.

Epiſcopus poteſt diſpenſare in irregularitate occulta. c. 3. nu. 8. lib. 1. pagin. 63.

Secus ſi ſit publica, vel deducta in iudiciũ, vt ibid. nu. 9. & 10. caſus practicatus. libro 1. ibid.

Epiſcopus ſiue eius vicarius generalis poteſt abſoluere ſubditum à ſententia excõmunicationis lata à iure, nulli tamen reſeruata. capit. 5. numer. 1. libro 1. pag. 79.

Idem eſt in excõmunicatione lata per conſtitutionem inferioris, confirmata tamẽ à Romano Pontifice. ibi. nu. 2. atque in ſuſpenſione lata ob contumaciam, & nõ in pœnã, ſine termino & reſeruatione. ibid. nu. 3. lib. 1. ibid.

Epiſcopus non poteſt abſoluere à ſuſpenſione tẽporaria intra tẽpus. c. 5. nu. 6. lib. 1. pag. 80.

Epiſcopi nequeunt contra Concilia diſpẽſare. capit. 5. numero 10. libro 1. pagina ibid.

Epiſcopus non poteſt abſoluere à ſuſpenſione lata in pœnã alicuius delicti, etiam à iure, ſiue tẽporalis, ſiue perpetua ſit. c. 5. nu. 4. lib. 1. pag. 79.

Niſi in ſuſpenſione impoſita ob adulteriũ, vel alia minora delicta. ibi. nu. 5. libro 1. pag. 80.

Epiſcopus non poteſt diſpenſare circa ſuſpenſionẽ triẽnij, quã incurrit parochus, qui interſuit matrimonio clandeſtino. c. 5. nu. 9. lib. 1. ibid.

Epiſcopus poteſt abſoluere à ſententia excómunicationis, quæ ob manuũ violentarum iniectionem in clericũ ob leuem & modicã iniuriã incurritur. c. 5. nu. 11. libro 1. ibid.

Et quę dicatur iniuria leuis in propoſito, relinquitur arbitrio Epiſcopi. ibi. nu. 14. & 15. colaphus eſt leuis percuſsio in propoſito. ibi. nu. 18. lib. 1. pag. 82.

Epiſcopus Salmantinus rectè procedere poteſt virtute breuis Sixti V. P. maximi aduerſus clericos & præceptores contra præfatam conſtitutionẽ, & literas Apoſtolicas facientes, docentes, vel aſſerentes, monitione præmiſſa. c. 7. nu. 40. lib. 1. pag. 103.

Epiſcopus tẽpore ceſsationis à diuinis poteſt celebrare, vt quilibet ſacerdos tempore interdicti. cap. 10. numer. 6. libr. 1. pag. 119.

Epiſcopus poteſt concedere monitorias generales, hoc eſt, cartas de excomuniõ, ad inſtantiã cuiuſcunque petentis eas. c. 11. nu. 1. lib. 1. pag. 123.

Sed ſolus Epiſcopus eas decernere poteſt, alij verò inferiores minimè. ibid. nu. 3. lib. 1. pag. 124.

Epiſcopus an diſpenſare poſsit cum homi-



Ayuntamiento de Madrid

cida occultò.cap.13.nu.16.& ſeqq. lib. 1.pag.155.

Epiſcopi, non verò eorũ Vicarij, poſſunt abſoluere ab hereſi occulta, attento Cõcilio Tridentino.cap.13.nu.26.libr. 1. pag.159. Hodie ſecus per bullã in Cœna Domini.ibid.nu.31.libro 1. pagina 160.

Epiſcopus poteſt poſt contractum matrimonium ante illius conſũmationem, ſi ita expedire iudicauerit ex aliqua cauſa remittere denuntiationes, & ſi non ſit ſuſpicio, quòd matrimoniũ malitioſè impediretur.cap. 19. numero 11.libro 1. pag.203.

Non tamen id facere poteſt ſine aliqua cauſa.ibid.nu.12.lib.1.pag.ibidem.

Epiſcopus ex rationabili cauſa poteſt diſpẽſare ne denuntiationes aliàs ad matrimonia contrahenda requiſitę fiant, vt in exemplis hîc poſitis.c.20.nu.20.libr.1. pag.209.

Epiſcopus poteſt diſpenſare cum inceſtuoſo, vt contrahat cum illa muliere quæ ſibi ratione inceſtus affinis affecta non eſt, & ita ſe habet conſuetudo. c.23.nu. 10.& 12.lib.1.pag.236.

Epiſcopus poteſt contra canonem Papæ, aut Concilij purè pœnalem diſpenſare, quando ei ſpecialiter hoc non prohibetur.capit.23.numero 11.libro 1.pagina ibidem.

Epiſcopus an poſsit diſpenſare cum inceſtuoſo ad exigendum debitum ab vxore ſua.c.23.num.15.& 20.lib.1.pag.237 & 239.

Et quid ſi inceſtus ſit ſceleratiſsimus, vt puta, cõmiſſus cum ſorore vxoris, aut cum ſocru.nu.16.lib.1.pag.238.

Epiſcopus an poſsit diſpenſare cũ contrahente matrimonium contra votũ ſimplex ad exigendum debitũ.c.23.nu.17. lib.1.ibidem.

Epiſcopus licet regulariter non poſsit cõdere ſtatuta, aut diſpenſare contra canones, fallit tamen ex cauſa euidenti, & neceſſaria.capit.23.numero 18.libr.1.pagina 239.

Epiſcopi in locum Apoſtolorum ſucceſſerunt in eo quòd ſunt Paſtores, non verò in ordine quo Apoſtoli fuerunt religioſi. capit.25.numero 12.libro 1.pagina 247.

Epiſcopus, qui confert ordines, aut ſubditus, qui eas recipit citra ætates ſtatutas à Concil.Trident.peccat mortaliter, & ordinator huiuſmodi per annũ à collatione clericalis tonſuræ, ob huiuſmodi culpam ſuſpenditur.cap.26.num.17.libr.1. pag.255.

Epiſcopi debent cauere ab ordinando pueros in aſpectu, quanuis vigeſimumquintum annum attigerint, ne fortè ſubrepat in opprobriũ ordinis clericalis.c.26. nu.35.lib.1.pag.257.

Et preterea ne ijs ſacri muneris diſpenſationem committant, qui ob imbecillitatem intellectus, atque debitę conſiderationis diuina miniſteria parui pendant. ibid.numer.36.lib.1.ibidem.

Caueant etiam, ne indoctos ordinent, atque eos, qui malè legunt, ne ignorantia cauſet contemptũ.nu.37.lib.1.pag.258

Epiſcopi taxare poſſunt quanto ſtipẽdio ille dignus ſit, qui tali ſeruitio eccleſię mãcipatur, dũtamen abſit emptionis, vel venditionis cogitatio. cap.29. nu.3.lib. 1.pag.270.

Epiſcopi, clerici, monachi, & monachæ licitè accipere poſſunt portiones, eleemoſynas, & ſtipendia, quæ pia conſuetudine, aut lege naturali, diuina, aut humana iuſta aliquod tale opus ſpiritale facientibus debentur. capit. 29. nume.14.Secus ſi aliàs ad id tenerentur, vt in num.15. Gratis tamen oblatũ accipere poſſent, vt ibi. libro 1. pagin.274. & 275.

Epiſcopus ſicut non poteſt tollere, aut reſtringere ius commune, ita nec conſuetudinem generalem.c.30.nu.22.lib. 1.pag.283.

Epiſcopi non debent pati celebrari diuina in domibus priuatis, atque omnino extra eccleſiam & oratoria ad diuinum tantùm cultum dicata, ab eiſdẽ ordinarijs aſsignanda & viſitanda.cap.30. nu. 24.lib.1.pag.284.

Hodie licet ex cauſa neceſsitatis, & cũ licentia Epiſcopi, vt ibid.nu.28.& 29.libro 1.pag.285.

Epiſcopus poteſt & debet viſitare omnia hoſpitalia, & curare, vt ad eum vſum teneantur, in quem ſunt inſtituta.c.35.nu. 6.lib.1.pag.362.

Epiſcopus non poteſt ſe intromittere ſuper bonis hoſpitalis pauperum infirmorum, neque ſuper redditibus ipſorum, neque aliquid debet agere cũm adminiſtratoribus dictorum locorum, neque eos cogere ad reddẽdam rationẽ.c.35. nu. 17.lib.1.pag.363.

Hoc

Ayuntamiento de Madrid

Hoc fallit, quando pia loca eſſent conſtructa authoritate Epiſcopi, vel quando eſſemus in dubio, & dicta loca haberent aliqua ſigna, per quæ oſtenderetur ea eſſe cóſtructa authoritate Epiſcopi, vel quando eſſemus in dubio, & dicta loca haberent campanile, &c. ibid. nu. 18. & 20. lib. 1. pag. 364. & 365.

Hodie attento ſancto Concilio Trident. indiſtinctè poteſt Epiſcopus viſitare omnia pia loca. c. 35. nu. 19. & num. 26. lib. 1. pag. 364. & 366.

Epiſcopus in viſitatione hoſpitalis, aliorúque piorum locorum quid poſsit facere. capit. 35. numero 27. libro 1. pagina ibidem.

Epiſcopus viſitare poteſt depoſita publica frumenti, nempè, las alhondigas, ac rationes reuidere. capit. 35. nume. 28. lib. 1. pag. 367.

Epiſcopo quarta an debeatur ex relictis confratrijs. cap. 35. nu. 35. nu. 7. & nu. 13. lib. 1. pag. 362. & 363.

Epiſcopus poteſt concubinarios, &c. laicos punire. capit. 7. numero 22. libro 2. pagina 569.

Epiſcopus ex duobus prçſentatis à diuerſis patronis inſtituere tenetur præſentatum á maiori parte, ſi idoneus & dignus ſit, etiamſi præſentatus à minori parte dignior ſit: idem erit, ſi patronus dignũ Epiſcopo præſentauerit, omiſſo digniori. c. 11. nu. 20. & 21. lib. 2. pag. 638.

Epiſcopus ex pluribus clericis præſentatis ab vno eodemque patrono, vel çquali patronorũ ſuffragio, tenetur in vtroque foro digniorem eligere. c. 11. nu. 23. lib. 2. pag. 369.

Epiſcopus tamen poterit reuocare quæ nõ dum ſortita fuerunt effectum. c. 17. nu. 10. lib. 2. pag. 745.

Epiſcopũ offendere videtur, qui ſuũ Vicarium offendit. capit. 17. nu. 16. libr. 2. pagina 746.

Epiſcopi & eius Vicarij vnum & idẽ conſiſtorium & tribunal. c. 17. nu. 16. lib. 2. ibid.

Epiſcopus ſemper poteſt in iuramentis diſpenſare, quando impleri non poſſunt ſinç interitu æternæ ſalutis, aliàs ſolus Papa. c. 22. nu. 23. lib. 2. pag. 837.

Epiſcopus an poſsit diſpenſare in votis cõditionalibus, ſiue pœnalibus, quæ aliàs ſi abſolutè fiunt, minimè poſſet. cap. 22. nu. 45. & ſeqq. 50. 51. 53. lib. 2. pag. 843. & 844. & 845.

Epiſcopus diſpenſare poteſt cum ſuis parochianis in cæteris votis, præter ſupradicta, & etiam in voto caſtitatis nõ perpetuæ. capit. 22. numer. 48. libro 2. pag. 844.

Epiſcopus an poſsit diſpenſare in voto cõtinétiç perpetuç in caſu capituli veniẽs, qui clerici vel vouentes. c. 22. n. 49. lib. 2. ibidem.

Epiſcopus omiſſo digniori non debet eligere conſanguineum minus idoneum. capite 23. numero 64. libro 2. pagina 869.

Epiſcopus qui iuſtam mercedem temporalem ſuis famulis ſoluit, poteſt idoneis beneficia cóferre. c. 23. nu. 67. lib. 2. pag. 870.

Epiſcopus recipiens famulum cum certo ſalario annuatim prçſtando, donec ſibi prouideat de beneficio competenti, an ſimoniam committat. capit. 23. numero 70. cum ſequentibus. libro 2. pagina 871.

Epiſcopi iure communi vti debent, iudicando ſecundùm allegata & probata, non verò ſecundùm priuatam conſcientiam ſuam. capit. 29. numer. 20. libro 2. pag. 942.

Eunuchi quid diſtent à ſpadonibus. c. 16. nu. 15. lib. 1. pag. 177.

Euentus ex aliquo ſequuti opere minimè quidem ab operante præcogitati, ſed præter eius intentionem contingentes, imputantur operanti, ſi illi euentus per ſe & neceſſariò ſequuntur ex opere priori, aut ſaltem, vt in pluribus ex illo eueniunt & euenire ſolent. c. 6. nu. 45. lib. 2. pag. 538.

Exceptio tituli vel dominij non impedit poſſeſsionis reſtitutionem: ergò agi poteſt contra ſingularem poſſeſſorem habentem titulum & bonam fidem, non eſt bona conſequentia. c. 34. num. 78. & 80. lib. 1. pag. 353.

Exceptio retentionis ratione expenſarũ factarum in re, quam quis condemnatus eſt reſtituere, poteſt objici in executione ſententiæ, etiamſi iure retentionis reſeruatum non ſit in ea, & an procedat in exceptione retentionis melioramentorum liquidandorum. c. 8. nu. 59. lib. 2. pagina 604.

Excommunicatio hęreſi cohęret, ſicut lepra leproſo, & homini vmbra. c. 1. nu. 9. lib. 1. pag. 13.



Ayuntamiento de Madrid

Excõmunicatus occultè hodie nullo modo vitandus eſt, nec etiam ante denuntiationẽ, cuius excommunicatio duobus etiam teſtibus probari poſſet.c.1.nu.24. lib.1.pag.19.

Excõmunicationis fama publica non ſufficit ad hoc vt teneamur aliquem vitare ante denuntiationem.c.1.nu.25. libr.1. pag.ibid.

Excõmunicatio quotuplex ſit in propoſito, ad ſciendum an excõmunicatus vitãdus ſit, vel non.cap.1.num. 26. libro 1. ibidem.

Excõmunicatus nominatim dicitur, qui nomine proprij officij vel dignitatis, aut aliquibus poſitis ſignis indubitatis excõmunicatur, vt hîc, quanuis vitandus non ſit, etiam à ſciente quouſque fuerit declaratus & denuntiatus per iudicem.c.1 nu.28.lib.1.ibidem.

Excommunicatus nominatim non eſt, qui cumque fecerit aliquid contra canonem id ipſum facientem excõmunicantem. c.1.nu.27.lib.1.ibid.

Excommunicatus nominatim, & declaratus per iudicis ſententiam, quæ illum denuntiat, mandatque denuntiandum publicum excommunicatum, vitandus eſt, antea verò non.cap.1.nu.29.libr.1. pag.20.

Atque vſus, communisque interpretatio Chriſtiani orbis in hunc ſenſum accepit conſtitutionem Concilij Conſtantienſis, per quam nunc non negatur ſepultura ijs, qui excommunicati moriuntur, niſi ſunt denuntiati, ibidẽ num.30. libr.1. ibidem.

Et an ſuperiora procedãt in interdictis vel ſuſpenſis nominatim, &c.ibid.nu.43.libro 1.pag.22.

Excommunicationis publicatio vbi fiat.c. 1.nu.32.lib.1.pag.20.

Excõmunicationis publicatio facta in conſiſtorio iudicis coram paucis non ſufficit.c.1.nu.33.& 34.lib.1.ibidem.

Excommunicatio non eſt neceſſarium vt omnibus de ciuitate ſit manifeſta, ſed ſatis eſt quòd tranſeat in notitiam viciniæ, ſeu maioris partis in qua actus geritur, ſicut de notorio dicitur.c.1.n.34.lib.1. ibidem.

Excommunicatorum denuntiationes quo modo fiant.cap.1.numer.35.libro 1.pagina 21.

Excõmunicationis pœna ipſo iure affligit & inhabilitat quoad omnes ſuas potentias illũ, qui in eam incidit, abſque alia declaratione, trahit namque ſecum executionẽ paratã.c.1.nu.37.lib.1.ibid.

Excõmunicatus regulariter peccat alijs cõmunicando, etiam ante denuntiationẽ, & magis quam alij eidem communicantes poſt denuntiationem; quo fit, vt ipſe excommunicatus ante denuntiationem teneatur ſe abſtinere à communicatione fideliũ, & à diuinis.c.1.nu.38.libro 1. ibidem.

Excõmunicatus occultè tenetur ſe vitare à cõmunione fidelium, & á diuinis abſtinere ante denuntiationẽ.c.1.nu.39. lib. 1.ibidem.

Et an id procedat, quando ex hac euitatione occultum eius crimen, occultaque ex communicatio proderetur cum graui ſcandalo? ibid.nu.40.ibid.

Excõmunicatus occultus, ſi habeat aliàs ius compellendi ſacerdotem, vt habet parochianus eius, petit autẽ Euchariſtiã in publico, tenetur ei parochus miniſtrare, ſicut occulto peccatori: ſecus ſi occultè petatur, vel in publico & notorio excõmunicato, etiamſi non ſit denuntiatus, c.1.nu.50.lib.1.pag.25.

Excõmunicato cuicunque non eſt exhibẽdũ Sacramentũ Pœnitentiæ.c.1. nu.51. lib.1.ibidem.

Excõmunicatis dubijs (hoc eſt) occultis licitũ eſt porrigere Euchariſtiã, etiã ceſſante ſcandalo, ſi nõ porrigeretur.c.1.numer.52.lib.1.ibid.

Excõmunicatus abſoluendus eſt in articulo mortis á quolibet ſacerdote, nullaq; reſeruatio eſt in illo articulo.c.1.nu.58. lib.1.pag.28.

Excõmunicatus tunc dicitur nominatim declaratus, quando in ſua parochia publicatur illũ eſſe excõmunicatum, vel in concione publica, & aliàs, vt hîc.c.1.nu. 77.lib.1.pag.33.

Excõmunicationis ſententia publicè lata intelligitur, ſi iudex eã tulerit in loco, vbi publicè iudicare conſueuit: hoc tamẽ hodie non procedit, cap.1.nu. 78.lib.1. ibid.

Excommunicati occulti omnes actus geſti, ſiue ſint ciuiles, ſiue ſpirituales, ſunt validi.c.1.nu.82.lib.1.pag.34.

Excommunicatus iudex occultè, ac proinde toleratus ab eccleſia, an poſſit alterum excommunicare.c. 1.num.82. lib.1.ibidem.

Ex-

Ayuntamiento de Madrid

Excõmunicatio lata à iudice excommunicato tolerato ab eccleſia, operatur omnes ſuos effectus.c.1.nu.88. libr.1. pagina 36.

Excõmunicatus occultè licitè ſaltem validè poterit alteri facultatem concedere audiendi confeſsiones,publicè autē excõmunicatus minimè.cap.1.nu. 89.lib. 1.pag.ibidem.

Excõmunicatus non lucratur fructus ſui beneficij,vel præbendæ, dũ excommunicatus exiſtit, licet à ſententia excõmunicationis appellauerit.c. 1.nu.90.lib.1 ibidem.

Excõmunicatus,durante excommunicatione non facit fructus beneficij ſuos, & ſi quos percepit,tenetur ad eorum reſtitutioné.cap.1.num.29.lib.1.pagin.37.

Nec requiritur ad hoc quod ſit denuntiatus,ibidem numero 93.libro 1.pagina ibidem.

Excommunicatus ipſo iure amittit fructus ſui beneficij,abſque eo quod in ſententia hoc exprimatur.cap.1.num.94.lib.1 ibidem.

Excommunicatus fortius priuatur diſtributionibus quotidianis.cap.1.num.95.lib. 1.ibidem.

Excommunicatus iuſtè, etiam ante denuntiationem non lucratur fructus, neque diſtributiones quotidianas ſui beneficij,vel prębendę.cap.1.nu.103. libr.1. pag.38.

Excommunicatis & reipublicæ hoſtibus ſunt beneficia ſubtrahenda,in quantum propter hoc arceantur à culpa.c.1. num. 104.lib.1.pag.39.

Excommunicatus vel ſuſpenſus iuſtè, etſi ſua culpa tenetur ſoluere penſionem, ſi beneficij retinet poſſeſsionem: idem ſi iniuſtè ſit excommunicatus, cùm non amittat fructus ſui beneficij.cap. 1.num. 124.& ſequent.lib.1. Idem eſt in charitatiuo ſubſidio,ibidem nu. 125.pag.45.

Excommunicatus iuſtè lucratur fructus ſui beneficij,ſi hoc in ſententia Papę declaretur.c.1.nu.133.lib.1.pag.48.

Excommunicato in caſu extremæ neceſsitatis ſubueniendum eſt de fructibus ſui beneficij,ne fame pereat.cap.1.nu.134. lib.1,ibidem.

Excommunicatus iniuſtè non amittit fructus ſui beneficij vel præbendę, quos tunc recuperabit per viam iuſtitiæ, principaliter querelando vel ſuper hoc agẽdo, non verò per viam attentatorum. c.1.nu.135.& 136.lib.1.ibidem.

Excõmunicatus iniuſtè non amittit diſtributiones quotidianas,quas etiam percipiet ita demum,&c.vt hîc c.1.nu. 137. lib.1.pag.49.

Excõmunicatus ob cauſam ſuę eccleſię, etiam iuſtè, lucratur fructus ſuæ prębendæ.c.1.nu.149.lib.1.pag. 51.

Excõmunicatus à iudice an poſsit per confeſſariũ abſolui virtute bullæ Cruciatæ, vel iubilei,ſatisfacta parte in vtroque foro.c.1.numero 1.& ſequentibus. præcipuè numer.10.& 11.& 12.lib.1.pag.53 & 54.

Excõmunicationis ſententia pro futuris culpis non eſt in quẽquam infligenda.c. 4.nu.2.lib.1.pag.65.

Excõmunicationis ſententia lata,non præcedente trina monitione,non eſt nulla, ſed iniuſta.c.4.nu.4.lib.1.pag.66.

Excõmunicatio generalis à canone vel ſtatuto ferri poteſt,tã pro prçteritis,quàm pro futuris culpis.c.4.nu.6.lib.1.pagina ibidem.

Excõmunicatio generalis poteſt in hunc mundum ferri,Quisquis furtum fecerit ſit excõmunicatus.cap.4.num.5. libr.1, pag.66.

Excõmunicationis ſententia generalis ferri poteſt ab homine in eos, qui tale crimen cõmiſerint,quoties illud in aliqua vrbe,oppido vel prouincia ita frequens ſit,vt meritò pro quiete & ſecuritate, ac bono regimine reipublicę,generalis monitio,atque animaduerſio requiritur. c. 4.nu.10.lib.1.pag.68. Idem erit,quoties ob præcedenté cauſæ cognitionem, vel aliud,iudex futurã contumaciam cõiectura veroſimili præſumit, vt in exemplo, de quo hîc,cap.4.num.11.libro 1. ibidem.

Excõmunicare quis poteſt ea conditione, ſi intra certũ terminum non ſatisfecerit huiuſmodi, tunc ſententia appellatione medio tempore interpoſita ſuſpẽditur. c.4.num.19.lib.1.pag.69.

Quod procedit,etiam ſi ſententia excõmunicationis dicat, niſi ſatisfecerit creditori intra menſem, ex tunc excõmunicatus ſit,ibi nu.20.lib.1.pag.70.

In hac ſententia excõmunicationis conditionalis,adueniente die,vel conditione, ipſa excõmunicatio ſtatim locum habet abſque aliqua denuntiatione.ibi nu. 22. lib.1.ibidem.

Non tamen retrotrahitur ad diẽ pronuntia-

 tionis

Ayuntamiento de Madrid

cato poteſt patris conſilium ſpernere.c. 20.n.8.lib.1.pag.ibidem.

Filius familias ducens vxorem indignã,patre inuito,vel inſcio,lædit ius patriæ poteſtatis ac proinde ei iniuriam facit.cap. 20.n.13.lib.1.pag.208.

Filij cõmunes facto diuortio in tercõiuges apud quẽ corũ morari ac nutriri debẽt. c.24.n.19.lib.1.pag.244.

Filius fictus ciuilis & improprius non excludit ſubſtitutũ ſub ea conditione vocatũ,ſi grauatus ſine liberis deceſſerit.c. 32.n.10.lib.1.pag.300.

Filius melioratus in tertia hęreditatis parte, cũ grauamine,vt ſi ſine liberis deceſſerit alteri filio teſtatoris reſtituat, ſi monaſterium ingrediatur, non ſuccedit monaſterium in ea parte, quæ legitima eſt filiorum,ſed alter filius vocatus.c.32.n. 35.lib.1.pag.305.

Filius adoptiuus non operatur defectũ ſubſtitutionis factæ alicui ſi ſine liberis deceſſerit.c.32.n.51.lib.1.pag.311.

Filius primogenitus ſi conſenſit locationi à patre factæ de rebus maioratus,tenebitur poſteà in eo ſuccedens eidem locationi ſtare.cap.36.numer.10.lib.1.pagina.370.

Filius adulterinus, vel ſuppoſitus,nõ tenetur credere matri id ſibi reuelanti, neque hæreditatem reſtituere, ſtulteque egiſſe filium Regis quendam, qui nimis credulus matri credidit ſibi dicenti ſe non Regis,ſed militis filium eſſe, & ob id regno renuntiauit.c.38.nu. 30.& 31. lib.1.pagi. 393. Quod procedit in foro etiam conſcientiæ,vt ibi nu.32.niſi tam vehemens eſſet matris perſuaſio,vt talis filius credere intus mente conuincatur, vt ibidem, numero. 33. libro. 1.pagina.394.

Fallit ſecundò,ſi mater filium benigne, & amanter tractauerit,ipſaque ſit moribus reformata,&c.vt in nu.34.lib.1.pagina. ibidem.

Fallit tertiò,niſi veritas tam euidenter probetur,vt nulla poſsit tergiuerſatione celari,tunc enim in conſcientiæ foro tenetur ei credere, vt in nu.35.lib.1.pagina. ibidem.

Fallit quartò, ſi filius hic ex reuelatione matris haberet conſcientiam læſam, vt in numero. 36. libro. 1. pagina. ibidem.

Filia renuntians hæreditati paternæ nullo accepto,nõ excludit eius filios ab hæreditate aui,etiam ſi præceſſerit pactum filiæ iuratum,ſi auus poſt filiam obierit. capit.1.numer.56. libro.2. pagina.439. Idem erit,ſi filia tempore renuntiationis dotem congruam receperit. c. 1.nu. 57.lib.2.pag.ibidem.

Filius in vita patris nullum ius habet in bonis ipſius,etiam pro legitima, nec in ſpe conſiderabili, niſi tantùm poſt mortem patris,& tunc dicitur quaſi debita ſibi legitima.capit.1.numer.55.libr.2.pagina. ibidem.

Filius vel alius hæres per renuntiationem non excluditur à futura ſucceſsione, niſi demum ſucceſsione delata, & non ante, quia renuntiatio tacitam habet conditionem, ſi hæreditas renuntianti fuerit delata.capit.1.numero.58. libr.2. pag.440.

Filius legitimus an in vita patris religionem profitentis bonorum capacem poſſit petere legitimam portionem ſibi cõpetentem in bonis ipſius, necne.c.1.n. 75.lib.2.pag.445.

Filius in vita patris religionem profeſsi non poteſt petere legitimam ſecundùm veriorem & receptiorem ſententiam,& proinde tenendam in iudicando & conſulendo.capit.1.numero. 79. libro. 2.pagina.446. Limitatur,ſi pater ingrediatur religionem incapacem bonorum ſaltem in communi.cap.1.nu.94.libr.2. pag.450.

Filius qui ingreditur monaſteriũ, patre viuente,non poterit legitimã conſequi.c. 1.n.92.lib.2.pag.449.

Filius non dicitur petere debitũ ex ſucceſſione,niſi quãdo pater eſt mortuus.c.1. nu.80.lib.2.pag.447.

Filij presbyterorũ ſunt adulterini.nu. 38. ſed contrarium.c.7.nu.49.libr. 2. pagina.575.

Filij ſacerdotis an & quando ſint ſerui illius Eccleſię,cuius parens eſt clericus.c. 7.n.88.& 89.lib.2.pag.587.& 588.

Filius primogenitus effecit primũ caput in linea deſcendentium: & filius ſecundo genitus ſecundum, ac tertius tertium, vt hoc ordine ad maioratus ſucceſsionẽ admittantur.c.14.nu.52.libro. 2. pagina.688.

Filius ſecundogenitus nunquam dicetur primogenitus, dum aliquis filius, vel deſcendens à primogenito ſupereſt. capit. 14. numero. 53. libro. 2.pagina. 689.

Filij

Ayuntamiento de Madrid

# INDEX.


Filij & nepotes eorum qui diuinam, vel humanam læſerint Maieſtatem, infamia notantur, & indigni cēſentur ad obtinenda officia publica, & beneficia eccleſiaſtica. c.30.nu.30.lib.2.pag.952.

Filij hæreticorum ante crimen commiſſum nati, an ſint infames, & in prædicta prohibitione cæteriſq; pœnis canonicis cōprehendantur. c.30.nu.31.& ſeqq.& reſoluitur affirmatiue. n.37.lib.2.pag.952 & 954.

Filij eius qui humanam læſit Maieſtatē, nati ante crimen, non puniuntur. c.30.nu. 32.lib.2.pag.952.

Filius natus ante dignitatem patris nō conſequitur prærogatiuas & honores eius, & multo minus debet ei nocere crimen patris poſt eius natiuitatem commiſſum. c.30.nu.34.& 35.lib.2.pag.952.

Filij nati ante priuilegiū nobilitatis à principe datum alicui, an cenſeantur nobiles. c.30.nu.36.lib.2.pag.954.

Filij hæreticorum & receptatorum, an priuentur beneficijs obtentis tempore cōmiſsi criminis ipſo iure, vel per ſententiam. c.30.nu.38.lib.2.pag.ibidem.

Filij eorum qui in articulo mortis hæreſim commiſerūt pœnas canonicas patiuntur. c.30.nu.39.lib.2.pag.955.

Filij hæreticorū, qui tales eſſe, vel deceſſiſſe probantur, non ſunt admittendi ad beneficium eccleſiaſticum, nec publicum officium. c.30.n.40.lib.2.pag.ibidem.

Finis præcepti extrinſecus, & ad quem præceptū ordinatur, ſcilicet, cultus interior per fidem & charitatem, nō eſt id, quod præcipitur, & ideò non cadit ſub præcepto. c.31.nu.11.& 15.lib.1.pag.290.

Finis præcepti quod fertur de virtute aliqua morali, charitas eſt. c.31.nu.16.libr. 1.pag.ibidem.

Fiſcus vendicans bona hæreticorum à poſſeſſoribus, non tenetur eiſdem pretium ſoluere, neque alijs tertijs poſſeſſoribus, quantuncumque per plures manus tranſierint. c.5.n.76.& 77.lib.2.pag.519.

Limitatur præterquā ſi pretium datum ab emptore, reperiretur inter bona ipſius delinquentis, vel ſi fuit conuerſum in vtilitatē bonorum delinquentis, & illa vtilitas cum bonis ad fiſcum fuit delata, ibidem.n.78.lib.2.pag.520.

Fiſcus non tenetur ad ſoluēda debita ab ipſo debitore contracta poſt commiſſum delictum, ſed ea tantum, quæ tempore criminis perpetrati ipſe delinquens contraxerat. cap.5.numer.91.lib.2.pagina 522.

Fiſcus nō debet diteſcere calamitatibus miſerorum. c.9.n.21.lib.2.pag.614.

Flebotomans cauſa medicinæ, non tenetur in aliquo, nec eſt irregularis, ſi infirmus deceſsit, ſi erat peritus in arte, & adhibuit diligentiam debitam, &c. vt hic. c.6.nu. 168.lib.2.pag.562.

Forma eſt indiuidua, & diuiſio formam corrumpit. c.15.nu. 114. lib.2.pag.725.

Forma eſt de genere indiuiſibiliū, & quando plures ſolennitates requiruntur ad actum, omnes ſunt obſeruandæ, & ſi vna deficiat, omnes ſunt ex integro faciēdæ. c.15.nu.115.lib.2.pag.ibidem.

Forma à lege inducta, vel à ſtatuto, in dubio cenſetur ſubſtantialis, & ſemper ad vnguem ſeruari debet. cap.15.num.118. lib.2.pag.726.

Formę omiſsio, etiam in qualitate minima, vitiat. c.15.nu.119.lib.2.pag.ibidem.

Forma cenſetur dari & conſtitui à delegante, etiam ſi ordo alioqui à iure requiſitus inibi exponatur. cap.15.num.121.lib.2. pag.ibidem.

Fornicarij, neque idolis ſeruiētes, nec molles, nec maſculorum concubitores, neq; adulteri, neque ebrioſi, regnum Dei poſſidebunt. c.4.nu.11.lib.2.pag.480.

Forus conſcientiæ ſemper veritate innititur, atque ipſam comitatur aduerſus præſumptionem legis. c.25.nu. 14.libr. 2.pag.898.

Fraus in propoſito cenſetur probata, ſi alienatio tunc fiat omnium bonorum, & alijs modis de quibus hic. c. 5. nu.66.lib. 2.pag.518.

Fraus ad damnum proximi tendens eſt pernicioſa, & peccatum mortale, niſi circa minima verſetur. c.5.nu. 81.libro.2.pagina.510.

Fructus pendētes pars fundi ſunt, propter vnitatem. c.8.n.6.lib.2.pag.590.

Fructus præbendæ, durante excommunicatione, vel ſuſpenſione contingentes, in vtilitatem Eccleſiæ conuertuntur: diſtributiones verò quotidianæ præſentibus accreſcūt, & quomodò hoc intelligatur. c.1.nu.105.& ſeq.lib.1.pag.39.

Fructus principales præbēdæ, durāte excōmunicatione præbēdati, alijs accreſcūt, vbi patrimonium Eccleſiaſticum in duas eſt diuiſum partes diſtinctas, quarum vna ad fabricam pertineat, altera verò ad miniſtrorum victū, & laboris mercedem


ſit

Ayuntamiento de Madrid

ſit deſtinata.capit.1.nu.107.libr.1.pagina.39.

Fructus beneficij, ſiue præbendæ, ſuper quibus Eccleſiaſtica penſio Apoſtolica, authoritate eſt reſeruata, ſunt obligati, atque hypothecati pro ſolutione pẽſionis,ideòque agi poteſt contra quemcunque illorum poſſeſſorem, ſiue ſit vniuerſalis,ſiue particularis ſucceſſor.c. 1. nu. 115.lib.1.pag.41.

Fructus percipiens ex priuilegio Apoſtolico beneficiorum vacantium primi, vel aliorum annorum,tenetur ſuis ſumptibus adimplere onera beneficijs ipſis coherentia.c.1.n.127.lib.1.pag.46.

Inique & contra ius expenſæ, ſiue ſalaria horum onerum ſucceſſori imponuntur,non obſtante conſuetudine contraria.ibidem.nu.128.lib.1.pag.ibidem.

Fructus beneficiorum vltimi anni quomodo diuidendi ſunt inter hæredes defuncti,& nouum beneficij ſucceſſorem.c. 33.nu.1.& nu.ſequen.vbi quod pro rata diuidantur.lib.1.pag.320.

Fructus qui poſt acquiſitum ex cauſa fidei commiſsi dominium ex terra percipiuntur, ad fideicommiſſarium pertinẽt,quãuis maior pars anni ante diem quo fidei cõmiſſum ceſsit,præterita ſit.c.33.nu.2. lib.1.pag.ibidem.

Fructus ſeparati à fundo licet non ſint reconditi tempore obitus beneficiati,ad hæredes eius pertinent.cap.33. num.4. lib.1.pag.321.

Fructus beneficiorum(præter Eccleſiæ Cathedralis)Epiſcopatus Ciuitatenſis diuiduntur pro rata inter hæredes defuncti, & nouum ſucceſſorem vltimi anni,quo prædeceſſor deceſsit,annuſque incipit à die ſancti Martini menſis Nouembris.c. 33.nu.12.lib.1.pag.322.Idem obſeruari ſolitum eſt in diuiſione fructuũ Cõmendatorum ſancti Iacobi,&Calatraue, ex conſtitutionibus eorundem ordinũ. c.33.nu.13.lib.1.pag.ibidem.

Fructus dotis vltimi anni, quo durauerit matrimonium,diuiduntur por rata inter partes.c.33.nu.14.& ibid.nu. 15.hic annus quomodo debeat computari.lib.1. pag.ibidem.

Fructuum diuiſio prædij venditi ad vitam vendentium fit pro rata temporis, quo vixerit emptor.c.33.nu. 27.lib. 1.pagina.325.

Fructuum diuiſio dotis vltimi anni, quo matrimonium durauit, an hodie locum habeat. capit. 33.numero. 16. libro. 1. pag.323.

Fructus integri vltimi anni(legatis fructibus alicuius fundi quot annis,dum viueret legatarius,vel dum vxor eſſet vidua, vel durauerit in aliquo miniſterio)ad legatarium pertinent.c.33.nu. 28. libr.1. pag.325.

Fructus ad maioratus ſucceſſorem à die delati maioratus indiſtincte pertinere debent.c.33.nu.30.Sed verius eſt tenẽdũ, vt pro rata diuidantur inter hæredes vltimi poſſeſſoris, & nouum ſucceſſorem, vt ibid.nu.31.lib.1.pag.326.Et à quo tẽpore hoc caſu numerãdum ſit anni principium. nu. 32. vbi quod mos regionis eſt obſeruandus.lib.1.pag. ibidem.

Fructus beneficij renuntiati, an inter renũciantẽ & ſucceſſorẽ diuidantur pro rata. c.33.nu.33.lib.1.pag.327.

Frumentum anticipata ſolutione quo pretio emi poſsit hodie attenta.l.regia.cap. 39.nu.48.lib.1.pag.410.

Frumentum vetus an permutari poſsit cũ nouo recipiendo tempore colligendarũ meſſium,quod vulgò dicitur,*darlo à renouar*.c.39.n.49.&ſeq.lib. 1.pag.ibidem.

Frumenti granum vetus quando mutuatur ad renouandum,ſeu vt nouum recipiatur,ne illud vetus pereat,& vt recipiẽti gratia fiat, & ſic bona intentione,non eſt vſura,ſi granũm vetus tantũ vel plus valet tẽpore quo traditur, vel quo reddendum eſt,quantum nouum cum redditur,vel ſaltem id ſit veriſimile.c.39.n. 50.lib.1.pag.ibid.Quod adeò procedit & ampliatur primò, vt in præd.caſu etiam ſit licitum plus expetere de nouo grano,ſi vetus melius exiſtimaretur,vel plus valere quam nouum tempore redditionis,dum veriſimiliter plus non valeret nouum reddendum, quam valeat vetus tempore mutui, vel quando erat vendendum,vt ibid.n.51.lib.1.pag.ibidem.Quinimò ſi tempore mutuationis valet faneca frumenti octo regalia, & tunc eſt veriſimile quòd tempore ſolutionis valebit quatuor, & infra,poterit mutuator conuenire,vt pro ſingulis fanecis duplices reddantur,dum tamen veroſimile dubium ſit plus,minus ve,duas fanecas tunc valituras quã tempore mutuationis valeat vna.ibid.n.52.lib.1.pagina.ibid. Secundò ampliatur,vt procedat etiam ,non ſolum quando conſtat, vel eſt veriſimile quod granum vetus

tantum

tantum,vel plus valebit,tēpore quo reddendum eſt,quantum nouum cum redditur,ſed etiam ſi id non conſtet,modo dubium ſit,an frumentum nouū,ſit plus vel minus valiturū quam vetus,vel quādo qui dat frumentum vetus,eſſet illud ſeruaturus in tempus meſsium colligendarum habita ratione eius,quo pluris eo tēpore ſolet eſtimati frumentū nouum quā vetus.ibid.n.53. lib.1.pag.411.

Frumentū vetus mutuans ad renouandū, vt melius ſeu præualens recipiatur,eſt vſura.c.39.n.54. Præmaxime ſi auferatur mutuatario libertas ſoluendi,quādo voluerit obligans eum ad nouum reddē dum,vt ibi,quod lib.1.pag.ibid.ampliatur,vt procedat non ſolum quando ſcitur nouum melius & pretioſius futurū, ſed etiamſi veriſimiliter credatur plus frumentum valiturum tempore redditionis,& non erat vſque ad illud tēpus ſeruaturus,ſecus ſi veriſimiliter dubitabatur plus vel minus illo tempore valiturū vel ſi vſque ad illud tempus erat ſeruaturus,& libertas nō auferatur ſoluendi intra triennium.c.39.nu.55. libro.1.pag ina.ibid.

Frumentum putrefactum, vel corruptum, corruptioni ve proximū, aut ſubmarcidū,aut impurū,pro nouo,vel etiā veteri, meliori tamen,mutuari non poteſt,aliàs mutuans peccat mortaliter cū obligatione reſtituendi quod plus valet nouū ſoluendū.c.39.n.56.lib.1.pag.ibid.

Frumentum mutuari poteſt tēpore egeſtatis ipſius æſtimatū , vt tunc cōmuniter valet in frumento reddendo eo pretio, quo tēpore ſolutionis valuerit,modò circa valorē frumenti attendatur ad deciſionē.l.17.tit.11.lib.5.nouæ Collect.Reg. c.39.n.58.lib.1.pag.ibid.

Frumentū, vinū, vel oleū emens alicuius fundi, antequam fructus eſſent maturi viliori pretio quam infimo, quo valiturū veriſimiliter tēpore collectionis eſſe ſperatur ratione anticipatæ ſolutionis, cōmittit vſuram mortalē cū obligatione reſtituendi.c.39.n.60.lib.1.pag. 412.

Fugam alterius iuuare quando liceat.c.24. nu.13.lib.2.pag.878.

Fugiens à carcere,ac videns oſtium apertū, non punitur vt effractor carceris,ſed vt euaſor arbitrio iudicis mitius.c.24.n. 6. lib.2.pag.877.

Fugientem à carcere, qui erat iuſte captus, & condemnatus,an liceat adiuuare dando ei conſilium & auxilium. c. 24.n.15. & ſeqq. vbi an liceat ei miniſtrare limā & aliud inſtrumentum quo poſsit ſe abſoluere à vinculis & carcere,& cōcurrere in effractione carceris eū ſimul effrangendo cum condēnato.lib.2. pag.879.

Fugiēs vt ab aliqua oppreſsione liberetur, ſi ſe ipſum in periculū mortis imminens commiſerit , & tamen perierit , non eſt peccati mortalis reus.cap.24.nu.52.lib. 2.pag.882.

Fundator maioratus poteſt tēpore fundationis conditiones apponere,vt ipſe per monachationē,& clericatum amittatur. c.25.n.6.lib.2.pag.888.

Fundi & res Eccleſiæ ſi eius ſint conditionis, vt ex eiſdem quolibet trienno vnicus tantū fructus percipiatur,poterunt in nouē annos locari. cap.8. nu.12.lib. 1.pag.591.

Furantes ligna vel paſtum,aut venantes,& piſcantes in alieno in extrema neceſsitate excuſantur.c.27.n.18.lib.2.pag.913.

Furioſus etiam ſua culpa occidendo alterū durante furore, nō efficitur irregularis. c.4.n.95.lib.2.pag.491.

Furioſus, aut ebrius,quanuis ſit ſua culpa vſu rationis priuatus, non poteſt nouam culpam committere,ſed circunſtantiam quæ aggrauat ebrietatē,aut furiæ peccatum.c.4.n.102.lib.2.pag.493.

Furioſus matrimonium contrahere nō poteſt, & ſi de facto contrahat, erit nullū ob defectum conſenſus.c.4.n.108.libr. 2.pag.494.

## G

Gratia facta à principe ex aliqua cauſa finali,an & quando valeat & duret ceſſante cauſa prædicta.c.15.n. 22.lib.1. pag.171.

Gratia nō vitiatur, ſi cauſa impulſiua à principio fuit vera licet poſteà ceſſet.c.15. n.30.lib.2.pag.701.

Gratia à principe facta vitiatur ex falſitate, vel ſubreptione vnius ex pluribus cauſis narratis,vbi quomodo procedat.c.15.n. 68.lib.2.pag.713.

Gratia à Romano Pontifice impetrata ſimplicis beneficij, facta tamē falſo mentione abſque dolo quod eſſet curatum, an ſit nulla. capit. 15. numero. 81. & ſequentibus,præcipuè numero.83. lib.2. pag.717.



Ayuntamiento de Madrid

# INDEX.

Gratia facta de ſacriſtia, narratione factaper ignorantiam & ſimplicitatem quod eſſet dignitas, cum tamẽ nõ ſit ita, ſed ſimplex officium, non eſt ſubreptitia. c.15. nu.84.lib.2..pag.ibid.

Gratia ſeu remiſsio homicidij à principe impetrata, mentione non facta principi prioris indulgentiæ ſimile crimen eidẽ impetranti remittentis, vti ſubreptitia inualida eſt.c.15.nu.86.& tribus ſequẽtib.lib.2.pag.718.

Gratia per verbum fiat conceſſa, morte cõcedẽtis nõ expirat, ſed princeps eius ſucceſſor debet facere eam expedire, gratia verò quæ ad aliquid faciendum conceditur, morte concedentis literis non expeditis ſpirat.cap.17.numero.4.libro.2.pagina.744.

Grauatus reſtituere hæreditatem, ſi damnetur in metallum, ſtatim ſit locus fideicõmiſſo, hodie ſecus, ſed expectanda erit mors naturalis ad reſtitutionẽ ipſius, & interim fiſcus potietur dictis bonis.c.1.n.66.& 73.lib.2.pag.442.& 444.

Gener accipiens in dotem bona vſuraria, vel reſtitutioni obnoxia, an & quando teneatur ad reſtitutionem.c.18.n.40.& quid in filia, & vxore.n.41.ibid.lib.2.pagina.763.

Geneſis.c.19.c.30.nu.4.lib.2.pag.945.

Geſta à capitulo ſede vacante, ſi recte geſta ſunt, valent, & durant. c.17.nu.9.lib.2.pag.744.

Giezi famulus Propheta Eliſæi, fuit à Deo lepra conſperſus, quia pecuniam recepit pro beneficio ſanitatis quod Eliſeus cõtulerat Naamam leproſo.c.23.nu.8.lib.2.pag.849.

## H

Habens poteſtatem publicam, aut priuatam iure familiæ in percuſſorem clerici, ſi cum poſſet impedire, non fecit, remanet excommunicatus.c.6.n.112.lib.2.pag.551. Idem erit in eo qui doloſe deſinit obuiare percutienti clericum, cũ poſſet.c.6.n.113.lib.2.ibid.

Habens duas voces vnã nomine proprio, & alteram alieno, non poteſt vnum ſuo nomine, & alterum alieno eligere, etiam vbi merita duorũ, vel trium eſſent adeò æqualia, vt diſcerni non poſsit ab electoribus quis melior, aut idoneor ſit.c.11.nu.8.& 9.lib.2.pag.635.

Hermenigildus Rex, filius Leuuigildi Regis olim Hiſpaniæ, qui ob Catholicæ fidei profeſsionem ab hæreticis in carcerẽ coniectus fuit, maluit oppetere mortẽ, quam cõmunionẽ ſacram e manibus Epiſcopi Arriani ſumere.c. 1. nu.72.libr. 1.pag.32.

Hæreticum ante condemnationẽ non tenemur vitare, etſi ſciamus illum eſſe hæreticũ.c.1.n.8.lib.1.pag.13.

Hæreticus notorius cur nõ ſit vitandus ante condemnationem.c.1.nu.13.lib.1.pagina.14.

Hæretici, ſchiſmatici & apoſtatæ, ſi ſint hęreſis, apoſtaſiæ, aut ſchiſmatis condemnati, veniunt nomine excommunicatorũ nominatim, atque etiã ſimoniaci, & omnes qui per ſententiam fuerint pronuntiati & condemnati alicuius criminis, cui annexa ſit excommunicatio, & præterea quicunque proprio nomine propter aliquod aliud delictum fuerit pronũtiatus excommunicatus.c.1.nu.42.lib.1. pagina.22.

Hæreticus moriens, ſi Epiſcopus, & Inquiſitores deſint, abſolui poteſt à quolibet ſacerdote.c.1.n.59.lib.1.pag.29.

Hæreticus vere de Eccleſia non eſt: non poteſt erga homines eſſe fidelis, qui Deo extitit in fidelis.c.1.n.70.lib.1.pagina.32.

Hæreticus & ſchiſmaticus eſt, qui putat Eccleſiam alibi eſſe, vel eſſe poſſe, quã penes Petri ſucceſſorem.c.1.nu.72. lib. 1. pag.ibid.

Hæreticus occultus interrogatus ab Inquiſitoribus, vtrùm ſciat aliquem hæreticũ eſſe, an teneatur ſe prodere.c.11. n.40. lib.1.pag.133.

Hæretici occulti protinus ſũt iudicibus Apoſtolicis, hoc eſt Inquiſitoribus, indicãdi, nulla præcedente correctione fraterna, etiam ſi fere cõpertum ſit, quód per ſolam correctionem reſipiſcẽt quia eidẽ non eſt fidendum.c. 11. numer.53.libr. 1.pag.135.

Hæreticus mentalis ſolum non incurrit excommunionem, nec aliam pœnam.c.13 n.5.lib.1.pag.153.

Hęreticus occultus per accidens, ſi ſecretò confiteatur Inquiſitori crimen iſtud, & pœniteat eiuſdem, erit ab eodem Inquiſitore abſoluendus, quoad pœnitentiæ iudicium.cap.13.numero.7.libro.1.pagina.153.

Hęreticus pure mentalis, ſi coram Inquiſitoribus

toribus

Ayuntamiento de Madrid

toribus occultiſsimam hæreſim cõfitea-tur,vel eam amico reuelet petens ab eo conſilium,non incidit in excommunicationem.c.13.n.9.lib.1.pag.ibidem.

Hæreticum eſſe exiſtimare legem veterem ſeruandam eſſe cum noua lege.c.21.nu. 14.lib.2.pag.796.

Hæreticum & impium eſſet aſſerere,poſſe laicos denegare ſacerdotibus decimarũ ſolutionẽ iuſtiſsima lege debitam,etiam ſi diuites ſint.c.21.n.173. lib.2.pagina. 823.

Hæreſis etſi à carnalibus vitijs aliquando oriatur,præcipua tamen illius cauſa eſt ſuperbia,quoniam hæc eſt omnium hæreſum parens,à qua potiſsimum omnes hæreſes generantur.c.30.nu.44. libr.2. pagina.957.

Hæreticus attento iure canonico,cui ſtarẽ debemus,non poteſt vllo modo condere teſtamentum,neque ex eo aliquid capere.c.5.n.73.lib.2. pag.519.

Hæreticus non poteſt donare,neque alio titulo alienare,neque dotare filias in matrimonio carnali neque ſpirituali.c.5. nu. 75.lib.2.pag.ibidem.

Hæreticum eſſet affirmare ſimplicem fornicationem non eſſe peccatum mortale. c.7.n.16.lib.2.pag.568.

Hæres vſufructuarij locantis fundum in quinquennium, & ante decedentis,non tenetur vti frui præſtare, neq; ſumptus quos fecit conductor in fundo tanquã quinquennio fruiturus.c.36.nu.9. libr. 1.pag.370.

Hæredes vel fideiuſſores Prælati, Rectoris,vel alterius beneficiati, vel etiã poſſeſſoris maioratus, qui locauerat ad certum tempus,ante adimpletum decedẽtis,an teneãtur de euictione. c. 36. nu. 16.pag.371.& nu.ſequen. vbi & nu.27. & 28.l.9.tit. 17.par.1. expenditur.libr. 1.pag.374. & 375. Quid in optante alteram præbendam.ibidem. nu.24.lib.1. & in reſignante beneficium ante tẽpus locationis impletum, ibid.n.28.pagina. 383. & 384.

Hæres vniuerſalis non admittitur cõtra factum defuncti,quando ille actus fuit validus,& efficax:ſecus ſi fuit nullus.c.36. nu.22.lib.1.pag.380.

Hęres vxoris non tenetur vllo modo ſtare locationi per maritum factę mala fide, id eſt tempore maximæ infirmitatis vxoris,quæ in continenti defuncta eſt.c.8. nu.44.lib.2.pag.601.

Hæres concubans cum vxore teſtatoris defuncti,efficitur indignus, & aufertur ab eo hęreditas,fiſcoque defertur. c.12.nu. 3.lib.2.pag.665.

Hæredes vſurarij tenentur ad reſtitutionẽ vſurarum, ſiue filij ſint,ſiue extranei.c. 18.n.46.lib.2.pag.764.

Hæredes iure ciuili ex delicto defuncti nõ tenentur, niſi lite cum defuncto conteſtata,vel ex ea parte quæ ad eum peruenit.cap.18.numero. 147. & 55.& 56.libro.2.pag.765. & 766. Quod procedit etiam in actione pœnali pro ipſa,vel pro intereſſe, vel damno, ibidem.numero. 58.libro. 2. pagina. 765. Limitatur in condictione furtiua, propter furti frequentiam.ibidem. numero.49.lib.2.pagina.ibidem.Item, de iure canonico id regulare eſt.ibidem.nu.50. lib. 2. pagina.ibidem. Itaque in hoc eſt diſcrimen inter ius Canonicum,& Ciuile. ibidem. num.51.lib. 2.pagina. ibidem.Quomodo procedat de iure canonico diximus lib.2.ibid.

Hæredes ſtupratoris virginis decedentis ante litem conteſtatam,non poſſunt iure ciuili attento conueniri pro damno, intereſſe, vel dote:ſecus iure canonico. c.18.n.53.lib.2.pag.766.

Hæredes vſurarij non in ſolidum, ſed pro portionibus hæreditarijs tenentur ſicut pro alijs debitis: & quid ſi alter eorum fiat non ſoluendo.c. 18.num.63.& 64. lib.2.pag.768.

Hęredes vſurarij an teneãtur in cõſciẽtia vltra vires hæreditarias,ſi inuẽtariũ nõ fecerint.c.18.n.65.lib.2.pag.769.

Hæres in foro animę regulariter non tenetur ad debita defũcti vltra vires hæreditarias non confecto inuentario,ſi reuera nihil occultauit,& quantum habuit ſoluit. Sũt qui hoc verũ intelligant quoad legatarios,ſecus verò quoad creditores, vt in.n.69.ſed quoad vtroſque eorũ ſententia negatiua verior,& tenenda eſt,vt in nu.70.Limitatur nu. 71. c.18, nu.67. lib.2.pag.771.

Hæres non conficiens inuentarium in foro contentioſo canonico tenetur vltra vires hæreditarias.cap. 18.num. 72. lib.2. pag.ibidem.

Hæres ſi probabiliter in propoſito de animo legatis dubitat,non eſt per confeſſarium ad ſolutionem legati aſtringendus antequam per iudicem condemnetur.c. 25.n.8.lib.2.pag.889.

Hæres

Ayuntamiento de Madrid

tionis,ibid. nu.23.ſed appellatio medio tempore interpoſita eã ſuſpendit. ibidẽ nu.14.lib.1.pag.71.

Et ſatis eſt quòd appellatio prędicto caſu interponatur ante conditionis vel diei euentum,etiam poſt lapſum decem dierum datorum ad appellandum, aliàs regulariter,ibidem numer.25.libro 1.pag. ibidem.

Excommunicatio generalis vt feratur aduerſus participantes cum excommunicato, quam monitionem requirat.c. 4.nu. 32.lib.1.pag.74.

Et num.43.praxis excommunicandi nominatim participantes cum excõmunicato,vt iuridica ſit.lib.1.pag.77.

Excommunicatus iniuſtè reſpectu cauſæ, non eſt priuatus communibus & generalibus ſuffragijs Eccleſiæ Catholicę.c. 4.nu.34.lib.1.pag.75.

Si tamen ſit iniuſtè excommunicatus ex defectu notabilis ordinis iuris, ligat in vtroque foro,ibidem numero.35.libr.1. pag.76.

Excommunicationis ſententia iniuſta reſpectu cauſę non priuat communibus & generalibus ſuffragijs Eccleſię Catholicæ: ſecus ſi ſit nulla ex defectu notabilis ordinis iuris.capit.5.num.34. & 35 lib.1.ibidem.

Excommunicationis ſententia nulla non eſt timenda,nullitatis cauſa publicata.c. 4.nu.36.lib.1.ibidem.

Excommunicatio nulla, neque in animę iudicio,nec in exteriori vllum effectum habet,ſi cõſtet eam eſſe nullam.c. 4.nu. 37.lib.1.ibidem. Quomodo autem nõ ſit ſeruanda,docetur numer. 38.libro1. pag.77.

Excommunicationis nullitas ſi ſapientibus nota ſit,vulgus autem ignorat,poteſt excommunicatus coram illis ſapientibus eam non ſeruare, in publico verò eam ſeruare debet, quouſque ſcãdalum rationabiliter ſedauerit.cap.4.num.41.lib.1. pag.ibidem.

Excommunicatus publicè nulliter denuntiatus publicet ſufficientem cauſam nullitatis ad euitandum ſcandalum, quo facto,ſi aliquis tunc ſcandalizetur, non erit ſcandalum puſillorum, ſed Phariſęorũ.c.4.n.42.lib.1.ibidem.

Excommunicatio eſt meri imperij.c.5.nu. 25.lib.1.pag.83.

Excommunicatio gladius cenſetur ſpiritualis.c.7.nu.26.lib.1.pag.98.

Excommunicatio non incurritur, vbi quis certus eſt propter aliquam circunſtantiam, neque peccaſſe mortaliter.c.7.nu. 29.& 30.lib.1. pag.99.

Excommunicatio infligi poteſt pro re futura prohibenda,etiamſi aliàs non eſſet peccatum.c.7.nu.31. & declaratur nu. 32.lib.1.pag.100.

Excommunicationis nullitas quibus ex cauſis contingat.cap.4.nu.40.libr.1.pagina 103.

Excõmunicatio eſt maior pœna, quæ eſt in eccleſia.c.9.nu.5.lib.1.pag.114.

Excõmunicatio dicitur mucro Epiſcopi, & eſt maxima pœna, ſicque non debet infligi pro leuibus criminibus, ſed pro peccato mortali.c.9.nu.6.lib.1.ibidem.

Excõmunicatio generalis lata in ſcientes furtum,& non reuelantes, non obligat eum qui aliquid accepit ſine ſcandalo, in recompenſam certi debiti liquidi ſibi ex iuſtitia,quod alio modo non poterat recuperari,neque etiam obligat id ſciẽtes,modò pro comperto habeant pro debito legali res illas fuiſſe ſubtractas: ſecus tamen ſi dubitaret, licet ſubripiens id affirmet,niſi tãta fide & virtute apud eos polleret,vt meritò propter eius dictum certi efficerentur: quod procedit, etiamſi Epiſcopus iuberet reuelare eos, qui rem illam pro recuperatione ſui debiti acceperint:quia huiuſmodi monitoriæ continerent errorẽ intolerabilem, ac proinde non valerent.c.11.nu.67.libro 1.pag.138. vbi nu. 68.ampliatur in vxore aliquid ſubripiente de bonis mariti prędicto modo.nu.69.vbi quod debet cauere ne iterũ ſibi debitum ſoluatur.lib.1.pag.138.

Excõmunicatio regulatur ab intentione excommunicatoris.Idẽ eſt in excõmunicatione generali.cap.11.num. 78.& 79. lib.1.pag.140.

Excõmunicati impœnitentes per principẽ ſecularem puniuntur.cap.12.nu.1.lib.1 pag.145.

Excommunicati,de quibus in l.1. titul. 5. de los deſcomulgados.libro 8.nouę collectionis Regię,poſſunt puniri à iudice eccleſiaſtico.capit.12.numer. 5. libr.1. ibidem.

Excõmunicatus punitus in vno foro pœnis dictę l.reg. non poterit in altero amplius eiſdem puniri.c.12.nu.7.lib.1. pag.146.

Excõmunicatio incurritur propter crimẽ occul-

occultũ per accidens, & propter penè occultũ aliás à iure impoſita.c.13.nu.6 lib.1.pag.163.

Excõmunicati nõ poſſunt, etiam ſi velint, eligere durante tẽpore excõmunicationis.c.28.nu.3.lib.1.pag.266.

Excõmunicato non currit præſcriptio, nõ ſolum quando eſt excõmunicatus pro iuribus ſuæ eccleſię, ſed etiã pro rebus proprijs.c.28.nu.7.lib.1.pag.267.

Nec tunc eſt neceſſaria reſtitutio ad ſubducendum illud tẽpus impedimenti excõmunicationis de medio,ibid.nu.9.lib.1 pag.ibid.

Excõmunicatio proferri nõ debet niſi pro peccato mortali, aut inobedientia iuſti pręcepti,&c.c.16.nu.16.lib.2.pag.375.

Excõmunicatio iniuſta ratione notabilis ordinis iuris omiſsi ligat in vtroq; foro: idẽ in excõmunicatione iniuſta ratione cauſæ,hæc nãque timẽda & obſeruanda eſt,licet non priuet cõmunibus & generalibus ſuffragijs eccleſiæ.c.16. nu.19. lib.2.pag.738.

Excõmunicatio autẽ nulla,ſi id notoriè cõſtat,non eſt timenda quoad Deũ, neque quoad eccleſiã,vt latiùs eodẽ nu.19.lib. 2.ibid.

Excõmunicatio lata poſt appellationẽ legitimã eſt nulla,qđ procedit in extraiudicialibus,vt in nu.22.limitatur tamẽ hæc cõcluſio, quãdo prelatus procedit extra iudicialiter, vt pars ad cõſeruationẽ iuriũ ſuorũ,vt in n.24.vbi quomodo hoc intelligatur.c.16.nu.2.lib.2.ibid.

Excõmunicatio lata poſt appellationẽ legitimã non habet effectũ, neq; vires aſſumit,licet poſteà appellatio fuerit deſerta, vel eidẽ renuntiatũ tacitè: ſecus ſi expreſſẽ.c.16.nu.30.lib.2.pag.741.

Excõmunicatio lata poſt legitimã appellanẽ,tunc non impedit celebrationẽ, quoties excommunicatus iuſtã eſſe credat ſuã appellationẽ: ſecus ſi iuſtè crederet ſe eſſe excõmunicatũ, quia tunc celebrã do efficitur irregularis.c.16.nu.33.lib.2 pag.742.

Excõmunicatio eſt ſpiritualis pœna, non autem quęcunque alia pœna eccleſiaſtica,canonicave,prout eccleſiaſtici interdicti,aut irregularitas, quæ non eſt ſpiritualis pœna.cap.30.num.21.libro.2. pag.949.

Excõmunicationis nullæ plures caſus remiſsiuè referuntur.capit.16.nu. 20.lib. 2.pag.738.

Excommunicatus eſt qui cùm poſsit, noluit obuiare manifeſto facinori percuſſionis in clericum cõmiſſo.c. 6.nu. 69. lib.2.pag.544.

Excommunicatus poſt ſuam legitimã appellationem quare denuntiatur publicè,& euitari pręcipitur in omnibus,ſi verè non eſt excommunicatus. c. 16.nu. 32.lib.2.pag.741.

Excuſatur à reuelatione facienda aliquid ſciens, ſi is à quo id ſciuit,denuntiet. capit. 11. numero 27. libro 1. pagina 139.

Examen nouitiarum faciendum.c.1.nu.29 lib.2.pag.410.

Executiua via agi poteſt contra illum,cui literę penſionis intimatæ fuerunt: ſecus aduerſus illum cui intimatę non fuerũt, ſed via ordinaria tunc procedendum erit. capit.1.numero 133. libro 1.pagina 48.

Executio inſtrumenti annuas preſtationes continentis retardari non debet per exceptionem vſuræ, vel nullitatis contra id oppoſitam,ſi iterum atque iterum fuit iã executioni mandatũ.c.18.nu.31. lib.2.pag.759.

Executor ſuper gratia datus à Papa, mortuo Papa,etiam re integra gratiã exequitur.c.17.nu.3.lib.2.pag.744.

Exhæredari poſſunt filij non ſolũ vna ex quatuordecim cauſis à iure expreſsis, ſed etiam ex ſimilibus:idẽ in donatione, quæ non ſolùm ob cauſas à iure expreſſas reuocari poteſt,ſed etiam ob ſimiles. capit.14.nu.4. & vide ibid.nu.6.libr.1. pag.162.

Exhortatio ad ſobrietatẽ.cap.4.nu.44.lib. 2.pag.484.

Exercens in arena operas ſuas cum beſtia detenta,peccat mortaliter, & aſpiciens eſt infamis.capit.7.numer.5.libro 1.pagina 90.

Exercens vnum actum iuriſdictionis,animo acquirendi vniuerſalem in loco, videtur in totum iuriſdictionẽ acquirere, dummodò alius non ſit in poſſeſsione generali.capit.21.numer.108.libr.2.pagina 818.

Expenſę prodigę,& profani apparatus fieri ſoliti ex pacto tacito vel expreſſo, dũ vel ingrediuntur monaſterium,vel profeſsionẽ emittunt,non ſunt liciti. c. 32. nu.69.lib.1.pag.317.

Expenſæ factæ in affigendis edictis,& alijs



Ayuntamiento de Madrid

tantum eſt laicus.c.34.nu.42.lib.1.pag. ibid.

Iudex eccleſiaſticus in præd.caſu erit competens.dict.capit.34.numero. 43.lib.1. pag.ibid.

Iudex ſecularis non cognoſcit de cauſa poſſeſſoria beneficiali,quoties in ea principaliter agendum eſt de titulo ſimul. capit.34.numero.44.pagina.322. Secus ſi de titulo incidenter cognoſcendum ſit. capit.34.numero.45.libro. 1.pagin.ibidem.

Iudex ſecularis poteſt de cauſa ſpirituali cognoſcere, cum incidéter de ea agitur in cauſa ſeculari.c.34.nu.46.lib.1.pag.344.

Iudex ſecularis abſq; dubio poterit de cauſa poſſeſsionis beneficiali cognoſcere, quando incidenter de titulo agendũ eſt, ſi de eo euidenter conſtaret,vt puta per confeſsionem aduerſarij.c.34.num.47. lib.1.pag.ibid.

Idem eſt,ſi notorie ex actis conſtaret de titulo,vel ſi aduerſarius conuentus nihil obijceret.ibid.n.48.lib.1.pag.ibid.

Iudex eccleſiaſticus poteſt clerico ſtuprũ committenti imponere pœnam pecuniariam arbitrio ſuo , vltra alias ſpirituales, quãdo illæ nõ ſufficiunt,quãſi nõ ſolue rit,luet incorpore.c.37.n.4.li.1.pag.377

Iudex eccleſiaſticus ſicut iura Cæſarea grauiori pœna puniunt vi corrumpentẽ virginem,quam ſpontaneam,ita idẽ ſeruare debet.c.37.n.5.lib.1.pag.ibid.

Iudex occultè excommunicatus bene poteſt ſuo officio vti,validaque erunt ab ipſo geſta, & pronuntiata, fauore iuris publici,publicæque vtilitatis.c.1.nu.79. lib.1.pag.34.

Iudex in arbitrarijs requiri non debet , vt rationem reddat cur ita egerit.c.19.n.10. lib.1.pag.203.

Iudex occulte excommunicatus,ac proinde toleratus ab Eccleſiã,an poſsit alterum excommunicare.c.1.n.82.lib.1.pagina.34.

Iudici excommunicanti præiudicium infertur , ſi abſque ipſius licentia cum ſatisfactione partis abſolutio fieret in vtroque foro.capit.2.numero.15.libr.1.pagina.56.

Iudex ordinarius poteſt iterum iudicare,ſi ſententia quã primò tulit, nulla ſit.capit. 2.numero.1.libro.2.pagina. 460. Hoc tamen intelligitur,quoties quæſtio nullitatis venit incidẽter;ſecus ſi ſimpliciter, nã poteſt corã eodẽ iudice proponi , &

coram ſuperiori:hoc tamen vltimum intelligitur,quando ſuperior non habet limitatã iuriſdictionẽ,aliàs oportet ſimul appellare tunc cum agitur de nullitate. c.2.n.2.& 3.lib.2.pag.ibid.

Iudex nullitatis ſententiæ non ſolum poterit ſuper nullitate pronuntiare,ſed etiam ſuper cauſa principali.c.2.nu. 7. libr. 2. pag.461.

Iudex delegatus non poteſt cognoſcere de nullitate ſuę ſententiæ diffinitiuæ. c. 2. nu.8.lib. 2.pag.461.

Iudex delegatus non poteſt declarare ſuã ſententiam,ſed delegans.c.2.nu.16.lib. 2.pag.463.

Iudex delegatus an ex noua delegatione poſsit de eadẽ re iudicare.c.2.n.17.lib. 2.pag.ibid.

Iudex quare attẽta perſona,& exceſſus qualitate,ac facti publicitate,pœna carceris, aut ſuſpenſionis,in delinquentem huiuſmodi poterit animaduertere.c.4.nu.76. lib.2.pag.489.

Iudex eccleſiaſticus ratione peccati publici poteſt contra laicos procedere,eoſq; punire.c.7.n.23.lib.2.pag.569.

Iudices eccleſiaſtici an in puniendis clericis concubinarijs ſeueritatem potius quã æquitatem,vel è contra ſeruare debeãt. c.7.n.69.lib.20.pag.580.

Oportet tamen huiuſmodi iudices contra concubinarios clericos procedentes eſſe viros graues.c.7.n.70.lib.2.pag.581.

Iudex eccleſiaſticus an poſsit punire clericũ adulterũ id eſt qui cũ muliere nupta fornicatur.c.7.nu79.lib. 2. pag.584.Et quod vno tantum caſu poſsit procedere cõtra mulierẽ nuptã concubinã duobus cõcurrentibus.c.7.n.82.lib.2.pag.ibid.

Iudex ex officio poteſt inquirere de adulterio.c.7.n.81.lib.2.pag.ibid.

Iudice ordinario conferente beneficium vacans duplici cauſa, ſi vera vna ſit,collatio ſuſtinetur, ſi habuit poteſtatẽ prouidendi vtroque caſu.c.15.num.57.libr. 2.pag.711.

Iudex laicus,& ſic ſecularis , an poſsit de cauſa vſuraria cognoſcere criminaliter, pœnaque pecuniaria vſurarios punire. capit. 18.numero. 13. & ſequentibus; numero enim. 14.ponitur opinio negatiua.nu.vero.15.affirmatiua, & hæc probatur.lib.2.pag.792.

Iudex ſecularis de cauſa vſuraria cognoſcere poteſt tantùm;quando verſitur quæſtio facti, ſecus autem ſi ſit quæſtio iuris


Ayuntamiento de Madrid

ris, quia tunc ſolùs eccleſiaſticus cognoſcet, non autem laicus. c. 18. nu. 21. lib. 2. pag. 754.
Iudex ſecularis non poteſt etiam incidenter cognoſcere ſuper vſura, nec parte excipiente contractum eſſe vſurarium, nec illi ſtatuere terminum, intra quem probet prædictam exceptionem. capit. 18. numer. 24. & 25. ſed contra numero 27. lib. 2. pag. 756.
Iudex ſecularis, coram quo inſtrumentum exequitur, oppoſita contra id exceptione vſuræ, quod poſsit ac debeat eam admittere, ac cognoſcere de ea, cauſamque decidere, ſiue quæſtio ſit iuris, ſiue facti. Quod procedit, etiam ſi coram eccleſiaſtico pendeat lis ſuper vſura dicti contractus. capit. 18. numero 26. & 28. etiamſi iudex eccleſiaſticus inhibeat ſuper hoc ſecularem, vt in numero. 29. & 30. & quid tunc temporis facere debeat iudex ſecularis ad euadendam excommunicationem eccleſiaſtici. numero. 32. libro. 2. ibidem, & pag. 76.
Iudex an teneatur iuxta allegata & probata ſententiam dicere, tam in ciuilibus quàm in criminalibus, an verò poſsit ſecundùm conſcientiam priuatam eam proferre. capit. 29. numero. 1. & ſequentibus, vbi tres opiniones principales in hoc referuntur. Reſoluitur cum communi, ſecundum allegata, & probata id facere debere. libro. 2. pagina. 638.
Iudex non poteſt ſententiam dicere contra propriam conſcientiam atque priuatam ſibi ſtimulantem, exiſtimans, aut dubitans ſe non poſſe ferre ſententiam ex probationibus contra propriam ipſius ſcientiam: opinari tamen poteſt iuſtiſsime ex probationibus ſe poſſe ferre ſententiam, & ita depoſita conſcientia priuata, poterit ſecundum allegata & probata proferre ſententiam abſque vlla culpa. capit. 29. numero. 6. & 7. libr. 2. pag. 937.
Idem, eſt in iudice habente arbitrium in cauſa, numero. 8. Debet tamen prius diligentius examinare teſtes, eos inſtantius interrogando, diſtinctiuſque ſcrutando horam, locum, & formam delicti, vt inueniat occaſionem liberandi innoxium, vt fecit Daniel ad Suſannæ innocentiam patefaciendam: quod ſi hoc non ſufficiat, debet remittere cum ad ſuperiorem iudicandum, vt in numero. 9. cum ſequentibus, latè differitur & declaratur numero. 14. quod cauſam remiſsionis populo cum iuramento declaret. lib. o. 2. pagina. 938. & 941.
Iudex in præd. ſpecie ſciens remiſsionem à ſe faciendam ad ſuperiorem profuturam, proculdubio peccabit mortaliter, ſi reum damnauerit, negando ei appellationem, vel ante ſententiam non remittẽdo cauſam ſuperiori de illius innocentia teſtificando, & præterea tenebitur omne damnum illatum reſtituere. c. 29. n. 11. lib. 2. pag. 939.
Iudex huiuſmodi an teneatur tunc temporis magiſtratui cedere, & ſic deponere officium potius quam condemnare talem hunc reum. capit. 29. numero. 12. lib. 2. pag. ibid.
Iudex in præd. ſpecie an debeat diſſimulando, & ſine ſcandalo dimittere carceres apertos ad fugam. capit. 29. numero. 13. lib. 2. pag. 940.
Iura inter dubias opiniones vnã eligere indiſcriminatim, bona tamen fide, conceduntur. c. 13. n. 25. lib. 1. pag. 158.
Ius eligendi Doctorem, vel Magiſtrum in Eccleſijs Cathedralibus horum regnorum ad præbendas Doctorales, & Magiſtrales, competit Epiſcopis, & capitulis ex indulto Sedis Apoſtolicæ. cap. 1. nu. 131. lib. 1. pag. 47.
Ius eligendi Prælatum fuit conceſſum capitulo in priuilegium, cum olim ſpectaret ad ſuperiorem. cap. 1. nu. 31. libr. 1. pag. ibid.
Ius parochiale in quibus conſiſtat. c. 30. n. 2. lib. 1. pag. 279.
Ius Pontificiũ magis ſequitur legẽ Dei quã ſeculi. c. 32. n. 5. lib. 1. pag. 299.
Ius canonicum animas ad Deum dirigit. c. 32. n. 6. lib. 1. pag. ibid.
Ius naturale & diuinũ tunc obligat ad reſtituendum alienum, quando iniuſte ſeu iniurioſe illud detinetur: ſecus quãdo ex cõſẽſu domini elicito, aut debitoris eius detinetur. c. 38. n. 18. liq. 1. pag. 389.
Ius dicenti extra territorium impunè non paretur, quod circa approbationem confeſſarij adducitur. c. 27. numer. 16. libr. 1. pag. 262.
Ius acceptoris extinguitur finito iure datoris. c. 8. n. 7. lib. 2. pag. 591.
Iure canonico fornicatio eſt prohibita. capit. 7. numero. 15. libro. 2. paginar 568.



Ayuntamiento de Madrid

# INDEX.

Iure ciuili antiquo an ſit licitus concubinatus.capit.7.numero.17.libro.2.pagina.ibidem.

Iure ciuili nouiori fornicatio ſimplex eſt illicita.capit.7.numero.18.libro. 2.pagina.ibid.

Iure etiam regio reprobatur cubinatus, & grauibus pœnis punitur.c.7.nu.20. lib. 2.pag.569.

Iure etiam diuino fœminę excludebantur, admiſsis maſculis pro conſeruatione familiarum.capit.14.numero.19.libro.2. pag.681.

Ius primogenituræ ſimpliciter ſumptum à iure naturali, quod naturali omnia animantia docuit, originem ducit.c.14. nu. 20.lib.2.pag.ibid.

Iura nullum inducunt, nec cōgunt ad faciendum maioratum,vel meliorationem, ſed tantum id permittunt, cōcedunt atque indulgent ob bonum publicum. capit.14. numero. 27. libro. 2.pagina. 683.

Ius totum & poteſtas Epiſcoporum conſiſtit ſub lege diocęſana iuriſdictionis.c. 17.n.19.lib.2.pag.746.

Ius canonicum præcipiens, vt actiones pœnales tranſeant in hæredes, licet nihil ex crimine ad eos peruenerit, nec lis fuerit cum defuncto conteſtata, ſeruandum eſt, etiam in foro ciuili. capit. 18. numero. 62. libro.2.pagina. 768.

Iure Regio pœna adiecta dationi quantitatis in fauorem hominis ſoliti fœnerari,exigi non poteſt, ſed ſi non ſit ſolitus fœnerari, exigi poteſt idem in conſcientia.capit.20.numero. 3. & 17.libr. 2.pag.780.& 785.

Ius poſitiuū quoad quotam decimarū imitatur legem à Deo Iſraelitis datam,& ſic ad exemplum legis veteris id ſtatuit, non veró.l. vetus præd. vim obligationis nunc habet,quia ipſa ceſſauit per aduentum Chriſti, & promulgationē nouæ legis.c.21.n.24.lib.2.pag.798.

Ius ex præſcriptione acquiritur priuato, ſiue illud trahatur ex publico, ſiue ex priuato,per cōſuetudinem verò nō acquiritur ius alicui priuato, ſed in publico,vndecumque cauſetur,&etiam ſi ius trahatur ex priuato,acquiritur tamen in publico,& communi.capit.21. nu. 69. lib.1.pag.811.

Ius petēdi legatū, vel fideicōmiſſū, præſcribitur.30.annis.c.26.n.7.lib.2.pag.905.

Ius adeundi præſcribitur triginta annorum ſpatio.capit.26.numero. 14. lib. 2. pag.907.

Ius ſupplementi legitimæ præſcribitur, ſi non petatur.cap.26.nu.15.lib.2.pagin. ibidem.

Ius piſcandi, aut venandi in aliquo flumine publico,vel in aliqua parte fundi publici priuatiue ab alijs,poteſt acquiri præſcriptione immemoriali, & priuilegio principis,etiāſi ibi captapoſt prohibitionem ſint in animæ iudicio reſtituenda.c. 28.n.45.lib.2.pag.928.

Iura Pōtificia puniūt hæreticos priuādo filios eorū orthodoxos bonis,&ſucceſsione parētū dānatorū.c.30.n.6.lib.2.pag. 945.Similiter et in.c.inquibus depœnis puniuntur hæredes delinquētium, vſque ad quartam generationem.cap. 30. nu.7.lib.2.pag.946.

Iuriſdictio iudicis delegati à principe durat poſt ſententiā intra annū quoad executionē ipſius ſententię,nō verò quoad reſtitutionem contra eam concedendā. c.2.n.40.lib.2.pag.467.

Iuſte quis an puniatur pro peccato alterius.c.30.nu.1.cum ſequentibus, lib.2. pag.944.

Iuſtitia diſtributiua agit de diſtribuendis bonis communibus alicuius,nēpe communitatis, inter eos qui eiuſdē ſunt, cō mutatiua autē agit de bonis priuatis vnicuique cuius ea propria ſunt dandis. c. 11.n.52.lib.2.pag.609.

Iuſtitia ratione naturali miniſtranda eſt à quocunque principe,alioqui tyrannidē exercebit princeps,qui ius ſuum vnicuique non reddiderit.capit. 16.nu.5.libr. 2.pag.734.

Iuuenis inceſtuoſus, qui eſt in ea ætate, qua de iure de eius incontinentia timeatur, poterit abſque diſpenſatione cum legitima aliàs vxore contrahere,& ab ea debitum petere,quæ ſibi per inceſtū affinis effecta non eſt: & iuuenis in propoſito dicitur,qui ſexageſimū ætatis ſuæ annum non attigerit.c.23. num. 13.lib.1.pag.236.

Et an quilibet inceſtuoſus idem facere poſſit,vide ibidem.numer.14.lib. 1.pagin. ibid.

Id quod à voluntate principis pendet, reputatur quaſi impoſsibile,hoc tamē fallit in eo quod princeps ſolet faciliter concedere.cap. 22. num.9.& 10.libr.1. pag.225.

Incarce

Ayuntamiento de Madrid

# INDEX.


Incarcerati propter hæreſim priuſquã pro talibus declarentur, deuitari ſolent, neque diuina officia,neque ſacrificia permittuntur audire, neque alijs Sacramentis Eccleſiæ vti,neque traduntur eccleſiaſticæ ſepulturæ,donec cauſa peragatur.capit. 1.numero. 10.libro. 2. pagina.13.

Incarceratus condemnatus ad mortem,vel ad membri abſciſſionem etiam iuſte licite poteſt in foro cõſcientię,ſi ei fuga patet,eam accipere, & hoc ſiue peccatũ ſit publicum,ſiue occultum,& ſiue condẽnatus ſit reus, ſiue non.c.24.nu.4.& 5. lib.2.pag.876.

Incarcerato,& etiam iuſte damnato, an liceat fugere à carcere rumpendo compedes,& infringendo feras, murumque perforando, & ibi an teneatur ad ſatisfactionem damni illati ex fractione vinculorum, ferarum, aut muri perforatione.capit.24.numero.8. & vide in numero.3.15.illud autem.lib.2. pag. 877. & 876.& 879.

Incarceratus fugiens non poteſt licite cuſtodem carceris ligare,aut os illi ne clamet obſtruere,poſſet tamen eum ſi ſe teneret,poſt ſe fugiens trahere.c.24.n.10. lib.2.pag.878.

Incarceratus poteſt nedũ funem qua eſt ligatus diſſoluere, imò & funes ſcindere, & feras aperire cũ claue adulterina,etiã ſi ſciat occluſos ſecum alios exituros.c. 24.n.11.& 14.lib.2.pag.ibid.

Incarceratus ad carceris pœnam temporariam,vel perpetuam condemnatus non poteſt licite fugere à carcere,etiam ſi id agere poſſet ſine effractione.c.24.num. 17.lib.2.pag.880.

Incertitudo & dubius euentus cauſat tolerantiã contractus, & ab eo vſurã excludit.c.39.n.62.lib.1.pag.412.

Inceſtus impedit matrimonium contrahendum.capit.15.numero.5.libr.1.pagin.167.

Cõſuetudine tamen obtentum eſt, vt hoc caſu non petatur diſpẽſatio ab Epiſcopo ibid.n.8.lib.1.pag.168.

Inceſtus mentio facienda eſt vbi cum eadem, cum qua inceſtus commiſſus eſt, contrahi prętenditur.c.15.nu.24.lib.1. pag.171.

Inceſtus punibilis propter affinitatem, an hodie committatur ex illicita copula,in tertio & quarto gradibus. c. 23.num.3. lib.1.pag.234.

In dicare furem iure ciuili tenetur quis, quando iudex procedit ex officio ſuo conſiſtente in ipſomet,quod habet, vt debeat purgare prouinciam malis hominibus:ſecus quando procederet ad inſtantiam partis,ſeu ex officio conſiſtente in parte:ſed de iure canonico, & attenta praxi communi Eccleſiæ,indiſtincte indicare.tenetur.c.11.nu. 11. & 13. & ſequent.lib.1.pag.125.& 126.

Indicandi ſunt hi,qui occulte iniuriam irrogauerunt, aut damnum dederunt,ad monitorias generales.cap.11.nu.14.lib. 2.pag.ibid.

Indiſſolubilitas matrimonij, etiam rati,eſt immediate de iure naturali & diuino abſoluto.c.17.n.13.lib.1.pag.183.

Indiſſolubilitas matrimonij non ſumitur ex ſignificatione,ſed ex ſui natura, & inſtitutione diuina.capit.17.nu.35.libr.1. pag.189.

Inducere aliquem ad contrahendum matrimonium plus eſt quam eum inducere ad non contrahendum cum vna. c.20. nu. 11.lib.1.pag.208.

Inducere non licet ad mutuãdum ſub vſuris,etiam ad id paratum.c.23.nu.40.lib. 2.pag.861.

Inducere alterum ad mutuandum ſub vſuris licet,quando quis eſt conſtitutus in extrema neceſſitate, vt hic.Idem in conſulente & inducente alium ad minus malum ob aliud maius certiſsime aliàs perpetrandum euitandum.c.23.nu.43. 44.lib.2.pag.862.

Indulgentiæ & remiſsiones cõceſſę à Prælato durant in perpetuũ, dummodo habeant tractum ſucceſſiuum.c.17. nu.6. lib.2.pag.744.

Idoneor & dignior quis dicatur. cap. 11.n. 63.lib.2.pag.656.

Idoneor vel dignior nõ dicitur ille ſimpliciter qui doctior eſt,vel qui ſanctior,ſed is qui iuxta munus & rem cui præficiendus eſt,aptior eius miniſterio apparet.c. 11.n.65.lib.2.pag.ibid.

Idoneus ſiue dignus in propoſito quis dicatur.c.11.n.61.lib.2.pag.655.

In datione permittendi ad libertatem nulla contingit perſonarum acceptio, nec iuſtitia aliqua infringitur. c. 11. nu.90. lib.2.pag.663.

Indiffinita æquipollet vniuerſali, cum eadem ratio ſubeſt. capit.11.numero.28. lib.2.pag.642.

In dubio quando non conſtat ex mente teſtatoris,

ſtatoris, quæ mors ſit expectanda, vel naturalis, vel ciuilis, nec alicuius mortis mentionem fecerit, quid dicendum ſit. c. 1. n. 51. lib. 2. pag. 457.

In dubio facta mentione mortis in propoſito, intelligitur de naturali tantum. c. 1. n. 50. lib. 2. pag. ibid.

In dubio licet aliquis reperiatur mortuus, non eſt præſumendũ ſe ipſum occidiſſe, cum nemo immemor ſuæ ſalutis præſumatur. c. 3. n. 11. lib. 2. pag. 471.

In ciuilibus, ad hoc vt ex culpa præcedenti obligetur quis ad caſũ, requiritur quod culpa illa ad caſum ordinata fuerit. c. 6. nu. 11. lib. 2. pag. 530.

In criminalibus ex ſola datione operæ rei illicitæ conſideratur id, quod in conſequentiam venit, & ſic caſu. c. 6. num. 13. lib. 2. pag. 531.

Inconueniens maximum daretur, ſi pauperibus pro ſuis vſibus neceſſarijs, aut pro prijs pecoribus ligna, aut paſcua aliena ſumere liceret. capit. 27. num. 26. libr. 2. pag. 923.

Inebriatus non totaliter, quia ſcit quid facit, licet ſit valde grauatus, quia ſibi videtur quod domus mouetur, an peccet mortaliter. capit. 4. numer. 31. libr. 2. pag. 482.

Inebriari conſuetus minime poteſt ſacris ordinibus initiari. c. 4. num. 80. lib. 2. pagina. 488.

Inebrians ſe malitioſe, vt excuſaretur à delicto, quod prius deliberauerat committere, pœna ordinaria plectendus eſt. Idẽ in eo, qui poſt ebrietatem gloriatur de delicto. cap. 4. numero. 89. & 90. libr. 2. pag. 490.

Inebrians ſe conſultò, vt hominem occideret, ſi ipſum occidat, eſt irregularis. c. 4. nu. 104. lib. 2. pag. 494.

Ignorantia probabilis eſt æqua & iuſta cauſa concedendi reſtitutionem in integrũ his qui læſi ſunt lapſu temporis. cap. 26. numero. 20. libro. 2. pagina. 908. Quod procedit etiam aduerſus præſcriptionem triginta annorum, vt ibidem. numero. 21. libro. 2. pagina. ibidem. Vbi quod ignorantia hoc caſus præſumitur, & poteſt tunc temporis peti in integrum reſtitutio intra quadriennium à die ſcientiæ ex capite ignorantiæ, quia eſt vtile ab initio, quanuis in proſecutione ſit continuum, ibidem, numero. 22. libro. 2. pagina. ibid.

Et ſi per centum annos ignoraret, & non peteret quis prædictam reſtitutionem, nunquam ei curreret prædictum tempus quadriennij, ibidem num. 23. lib. 2. pag. ibid.

Ingrediente monaſterium expreſſe bona ſua dedicante, intelligitur tacita conditio, ſi in monaſterio perſeuerauerit, vnde eo redeunte ad ſeculum, bona recuperabit: quod intelligitur vbi nouitius vere receſsit à monaſterio infra annum probationis: ſecus verò erit, vbi in eo permanens ſine animo recedendi, ibi deceſsit. capit. 1. numer. 102. & 103. lib. 2. pag. 454.

Infamans cum alijs innocentem, tenetur palinodiam recantare, etiam ſe infamando, vt pro parte ſua famam innocenti reſtituat, quanuis ſciat ſibi non eſſe præſtandam fidem, propterea quòd videt alios, qui ſecum illum infamauerunt in ſua priori ſententia perſiſtere. capit. 38. numero. 8. libro. 1. pagina. 386.

Inferior poteſt abſoluere à ſententia excommunicationis lata per conſtitutiones Epiſcoporum, & aliorum inferiorũ, quando alteri non eſt reſeruata. c. 5. nu. 21. lib. 1. pag. 83.

Infirmus ita demũ diſtributiones quotidianas habere debet, ſi tempore rectæ valetudinis ſolitus erat reſidere, aliàs ſecus. c. 1. n. 138. lib. 1. p. g. 49.

Item hoc procedit, vbi infirmus eſt præſens in loco vbi eſt Eccleſia, aliàs ſecus niſi aliud ſit conſuetum, ibidem. nume. 139. lib. 1. pag. ibid.

Infirmus præſens in loco vbi eſt Eccleſia, iure communi, ſemota conſuetudine lucratur diſtributiones quotidianas, ſi ſolitus erat antea reſidere, niſi aliud habeat conſuetudo, quia hoc caſu ipſa eſt ſeruanda: idem eſt in excommunicato iniuſte ſtante conſuetudine, vt etiam abſens à loco ipſas lucretur. capit. 1. numero. 140. & ſequentibus. lib. 1. pagina. ibid.

Iniuria ita leuis poteſt eſſe ex iniectione manuum violentarum proiectarum in clericum, vt non perueniat ad peccatum mortale, ſed veniale. c. 5. num. 12. quo caſu non incurritur ſententia excommunicationis, cum ea non incurratur niſi ob peccatum mortale. c. 5. n. 13. lib. 1. pag. 81.

Iniuria leuis quæ dicatur, vt Epiſcopus à ſententia excommunicationis ob eam abſoluere

Ayuntamiento de Madrid

abſoluere poſsit, relinquitur arbitrio Epiſcopi.c.5.n.14.lib.1.pag.ibid.
Inimicus Dei &Eccleſiæ non debet de patrimonio Ieſu Chriſti viuere.c.1.nu.91. lib.1.pag.36.
Impediens ſeu prohibẽs teſtatorem ne aliquod legatum,vel hæreditatem alteri relinquat,quando teneatur eidẽ ad reſtitutionem.c.37.n.20.lib.1.pag.379.
Impedimentum ſciens ſubeſſe inter volentes contrahere matrimoniũ,ſi iuſſus ſub pœna excommunicationis,vt denũtiet, id non denuntiauerit peccat,mortaliter. c.11.n.26.& n.27. modus denunciandi præfigitur.lib.i.pag. 129.
Impedimentũ ex illicita copula prouenięs hodie per Concil. Trident. reſtricta eſt ad primum & ſecundum gradum, in tertio autem & quarto non impedit neque dirimit.c.15.n.11.lib.1.pag.168.
Impedimenta vbi plura obſtant difficilius ſolent concedi diſpenſationes,& reſcripta.c.15.n.14.lib.1.pag.169.
Impedimentum publicæ,honeſtatis iuſtitiæ nullum oritur ex ſponſalibus conditionalibus ante conditionis euentum.c. 22.nu.3.lib.1.pag.224.
Impedimẽtũ quod propter affinitatẽ ex illicita copula contrahitur hodie per ſanctum Concil.Trident.ad primũ & ſecũdum gradum reſtrictum eſt,in vlterioribus verò gradibus neq; impedit, neque dirimit,vt Pius V. ſuo motu proprio declarauit.c.23.n.1.& 2.lib.1.pag.233.
Impedimentũ contractũ ex illicita copula, in.3.& 4.gradũ affinitatis ante confirmationem Concil.Trident. eſt hodie diſpenſatum motu proprio Pij V. c.23.n. 4.lib.1.pag.235.
Impedimentũ ſi inceſtus occultus ſit,an aliquod ſit cum alia legitima contrahendi. c.23.n.8.lib.1.pag.ibid.
Impediens ne detur beneficiũ digniori tenetur ad reſtitutionem.c.11. nu.48.libr. 2.pag.609.
Impediens dolo,fraude,vel vi quod beneficium non detur digniori,vt idoneo conferatur,tenetur ad reſtitutionem. c.11. nu.67.lib. 2.pag.657.
Impediens ne detur beneficium digno,vel digniori,etiam ſine dolo,& fraude, precibus tamẽ aduertẽs id fieri,vt immerito & indigno detur,tenetur ad reſtitutionem digno,vel digniori faciendam. capit.11.numero.68.libro. 2. pagina .ibidem.
Impediẽs vtcunq;,& quomodocũq; ne beneficium detur alicui, etiam digno,vt digniori conferatur,non tenetur ad reſtitutionẽ.c.11.n.69.lib. 2. pag.ibid.
Impediens beneficij, aut publici muneris collationem ne ea fiat digno, vt detur, & fiat ęquali digno,non tenetur ad reſtitutionem.c.11.nu.70. Limitatur, vt in nu.74.& 75.lib.2.pag.658.& 659.
Impediens eum qui erat in via ad obtinendam præbendam,niſi iuſte id faciat,tenetur ad reſtitutionem.c.11.nu.73. libr.2. pag.ibid.
Impediens indignum à conſecutione beneficij,ad nullã reſtitutionẽ tenetur. c.11.n.76.lib.2.pag.ibid.
Impediens alterum à conſecutione beneficij,quando Prælatus conſtituerat illi dare,an & quando teneatur illi ad reſtitutionẽ.c.11.n.79.lib.2.pag.660.
Impediẽs iniuſte poſſeſsionẽ beneficij iã collati alteri, tenetur in totũ eidẽ ad reſtitutionẽ.c.11.n.80.lib.2.pag.ibid.
Impediens dignũ à cõſecutione beneficij an ad hoc vt teneatur eidẽ ad reſtitutionẽ,requiratur ſimul quod violet iuſtitiã diſtributiuã,& propoſitũ prouiſoris. c. 11.n.82.lib.2.pag.661.
Impediẽs alterũ á conſecutione legati,hæreditatis,vel gratuitæ donationis,quãdo teneatur eidẽ ad reſtitutionẽ, & quãdo non.c.11.n.83.lib.2.pag.ibid.
Impediens alterũ à conſecutione cathedrę an & quãdo teneatur eidẽ ad reſtitutionẽ.c.11.n.85.lib.2.pag.662.
Impedimentum intereũ qui duxit in matrimonium quã polluit per adulterium,& ipſam adulteram non ſolum impedit,ſed etiã dirimit tribus in caſibus de quibus hic.c.12.nu. 23. & in.num.24.ponitur quoddã requiſitũ.lib.2. pag .670.
Impeditus non excuſatur,niſi probet ſe talem adhibuiſſe diligentiam, quod niſi fuiſſet impeditus,impleuiſſet.cap. 6.nu. 11.lib.2.pag.529.
Impeditus piſcari, aut venari ab eo qui iure impedire non potuit,agere valet non tantum ad retia rupta,eorumque æſtimationem, ſed etiam ad æſtimationem piſcaturæ,quæ iuxta tempus, & locum certa imminebat. c. 28. numer. 42.libr. 2.pag.928.
Imperitia medici, aut incuria parentum in medendo vulnere filij, an excuſet percutientem illicitè.c.6.num.72.lib.2. pag.544.



Ayuntamiento de Madrid

# INDEX.

Impetrans aliquid à principe, non tenetur facere mentionē eius, quod expreſſum impetrationem non impediret.c.15.nu.32.lib.2.pag.701.

Impetrans beneficium curatum, illud habebit, licet in impetratione non ſignificauerit ſe ſacris ordinibus nō eſſe inſignitū, ſed ſaltem de ſtylo curiæ narrare debet ſe clericum eſſe.c.15.nu.33.& 34.lib.2.pag.702.

Impetrans diſpenſationē ad matrimonium contrahendum cū pluribus cauſis, tenetur eas prius verificare:& quid ſi vna earum falſa ſit, cæteræ autē verę.c.15.nu.105.& 106.cum ſeqq.lib.2.pag.723.

Impetrare nemo debet à Summo Pōtifice literas Apoſtolicas ad beneficia patrimonialia in derogationē prædictæ laudabilis cōſuetudinis, nec eis vti, donec in Cōcilio regali videatur,& licentia præſtetur eis vtendi, vt in.l.Regia Hiſpanię cauetur.c.11.n.31.lib.2.pag.643.

Impetratione facta vni⁹ beneficij pluribus modis vacantis, ſufficit probare primum modum vacationis de expreſsis.c.15.n.58.& 59.lib.2.pag.711.

Impotentia ad actum generationis eſt, quæ impedit matrimonium contrahendum, & contractum dirimit, ſecus verò impotentia ad generationis effectum.c.16.n.13.lib.1.pag.176.

Impuberes, qui ſponſalia contraxerunt, facti puberes poſſunt pœnitere.c.18.nu.10.lib.1.pag.198.

Illud Matthæi.23.Væ vobis ſcribæ,& phariſæi hypocritæ, qui decimatis menthā, &c.ad tempus preteritæ legis magis referendum cenſetur.c.21.numer.23.lib.2.pag.798.

Iniquè atque infidè diſpenſationem illius voti procurat, is poſteà ſaluus, qui illud emiſit Deo, ſi eum eriperet ab aliquo imminente periculo.c.22.num.16.lib.2.pag.835.

Irregularitas duplex eſt: vna, quæ in pœnam peccati eſt impoſita, altera, quæ incurritur cara culpam, ſed eſt ali ſpecies irregularitatis, quæ ex homicidio, vel membri mutilatione contrahitur ob dolum, vel culpam: à priori abſolui poteſt virtute bullæ Cruciatæ, à poſterioribus minime.c.3. numer.6.libr.1.pag.60.

Irregularitas non contrahitur niſi in caſibus à iure expreſsis.c.10.nume.9.lib.1.pag.120.

Irregularitas induci poteſt humana pontificia conſtitutione in pœnam criminis exterioris, etiam occulti.cap. 13. num.14.lib.1.pag.154.

Irregularis eſt ille qui dabat operam rei illicitæ, nempe rixando cum alio,& conſanguineus illius interfecit eum cū quo rixabatur, nullo prçcedēte conſilio, vel tractatu rixātis, imò contra eius prohibitionem.c.6.n.7.lib.2.pag.529.

Limitatur, ſi clericus nō fuerit in culpa rixando, quia tunc factum aliorum nō eſt ei imputandum.c.6.n.8.lib.2.pag.530.

Irregularis quis non fit propter ſolum homicidium, niſi culpa, vel voluntas præcedat.c.6.n.16.lib.2.pag.531.

Irregularis non eſt, qui mortem aliter vitare non valens ſuum occidit, vel mutilat inuaſorem, & poſſet ſtatim poſt huiuſmodi occaſionem miniſtrare, niſi alium interficeret pro defenſione proximi, vel pro rebus ſaluādis, vel vbi neceſſitas nō fuiſſet ineuitabilis.c.6.nu.60.61.lib.2.pag.541.

Irregulares an ſint, qui ex licentia & permiſsione Summi Pontificis in bello iuſto pugnarent propria manu,& aliquem vel aliquos occiderēt.c.6.n.62.& ſeqq.lib.2.pag.542.

Irregulares ſunt exiſtētes in bello iuſto ex parte ſe defendentium, ſi occidant, vel mutilent, niſi in caſu quo aliter euadere non poſſunt, alij verò, qui non occidūt, neque mutilant, non ſunt irregulares: licet ibi multi occidantur, etiam ſi percutiant aliquos, non tamen letaliter, qui deinde occidantur ab alijs:& quid ſi animo deformandi percutiat, & ex percuſſione ſequatur deformatio culpa percuſſi, vel Medici.cap.6.numero.67.& 71.lib.2.pag.543.& 544.Quod tamen limitatur ibid.num.75.niſi in morte culpam contraxerit.lib.2.pag.543.

Irregularis non eſt, qui iuſte aliquem percuſsit,& nō occidit, licet ab alijs ſine ipſius culpa occidatur.c.6.nu.70.lib.2.pagina.544.

Irregularis nemo conſtituitur ex animo occidendi, etiam deliberato,& cū inſidijs, ſi non occidit, neque deformauit.capit.6.numero.74.libro.2.pagina.545.

Irregulares,& homicidæ reputantur detrudentes homines in carcerem ita arctum quod incarcerati non viuunt vltra ſex, vel octo menſes, propter arctationem carceris.cap.6.nu.80.81.hoc eſſe cōtra

Prælatos

Ayuntamiento de Madrid

prælatos detrudentes clericos in gabiã, vbi veriſimile eſt eos intra paucos dies morituros, lib. 2. pag. 546.

Irregularis eſt qui domui ſuæ alit, aut cuſtodit feram aliquam beſtiam, vt leonẽ, elephantem, aut vrſum, vel canẽ, ſi ſua culpa aliquẽ deformet, puta ſoluendo, vel habendo ſoluta prędicta animalia: ſecus aliàs, niſi in via vel alio loco publico habeat, ea, etiam ligata. c. 6. nu. 82. & 83. lib. 2. pag. 546.

Irregularis an ſit qui miſit lapidem in aliũ, & is à lapide fugiens, ac demum procidens caput offendens culpa medici, vel conſanguineorũ cum curantiũ mortem obierit. c. 6. nu. 93. lib. 2. pag. 548.

Irregularis eſt, qui ad ſeditionem & arma pulſauerit campanã, ſi inde fuerit ex prę lio inito aut pugna ſecuta mors. c. 6. nu. 97. lib. 2. ibidem.

Idem in eo qui cãpanam pulſauerit, in ſignum quod aliquis eſt furca ſuſpendendus, aut à miniſtris iuſtitię iugulandus: ſed contrarium eſt verius. c. 6. nu. 98. libro 2. ibidem.

Irregularis non eſt, qui ligna aut ſtramenta dederit ad comburendũ hæreticum iam mortuũ: ſecus aliàs: irregularis an & quã do ſit pulſans campanam illicitè, ſi inde ſequatur mors alicuius. c. 6. num. 100. & & 102. lib. 2. pag. 549.

Irregularis eſt qui auertit aliquẽ à liberando alium ab iniuſta deformatione. c. 6. nu. 117. lib. 2. pag. 553.

Irregularis nemo eſt ex ſola complacentia quod deformetur alius. cap. 6. nu. 118. lib. 2. ibidem.

Irregularis an & quando ſit, qui in ludo paleſtræ & alio licito alterum occidit. c. 6. nu. 135. & 139. lib. 2. pag. 556. & 557.

Irregularis an ſit reficiẽs tecta, aut lapidem in aliquẽ locũ iaciens, ſi aliquem præter intentionẽ occidat, vel deformet. c. 6. nu. 136. lib. 2. pag. 556.

Irregularis an ſit currẽs equum, ſi aliũ ideò occidat, vel mutilet. c. 6. nu. 137. libro 2. ibid.

Irregularis an ſit, qui in proprio nemore, vel alieno venans merè caſualiter hominem occiderit. cap. 6. numer. 138. libr. 2. pag. 557.

Irregularis non eſt qui ſciens tractari de alicuius deformatione illicita, ei non ſignificat, quamuis peccet mortaliter, ſi neq; dicto neq; facto ad id iuuet. c. 6. nu. 164 lib. 2. pag. 561.

Irregularis an ſit, qui vt pecora aliena de ſuo agro pelleret, lapidẽ proijciens, puerum interfecit. c. 6. nu. 166. libro 2. pagina 562.

Irregularis an in dubio quis iudicari valeat? optima reſolutio. cap. 6. nume. 171. cum ſeqq. lib. 2. ibid.

Irregularitas iure tantũ humano Pontificio ſtatuta eſt. c. 6. nu. 172. lib. 2. pag. 563.

Ad irregularitatem incurrendã per homicidium, vel deformationem ex opere illicito caſu ſubſequutũ requiritur, quòd cauſa illiciti operis ſit propinqua. cap. 6. nu. 18. lib. 2. pag. 531. Ad irregularitatẽ incurrendam in caſu dict. c. ſicut, eſt neceſſarium, quòd fœtus ſit animatus: hodie idem ſi non ſit animatus. c. 6. nu. 38. lib. 2. pag. 536.

Inſtitutio filij ſpurij ſimpliciter facta, pro non ſcripta habetur, niſi fiat ſub conditione, ſi princeps eum legitimauerit. c. 22. nu. 6. lib. 1. pag. 225.

Inſtituti in poteſtate eſſe non debet ſubſtitutionẽ à teſtatore factã illudere, irritamque reddere. cap. 32. num. 50. libr. 1. pag. 311.

Inſtitutio canonicatuum magiſtraliũ, & Doctoralium iuſtiſsima eſt, atque his regnis vtiliſsima, & electores qui alijs quã qualificatis huiuſmodi præbendaſ conferunt, tenentur illis ad reſtitutionẽ. Idem in obtinente eas, qui per mendacium affirmauit ſe eſſe talẽ, cũ verò non ſit. c. 11. nu. 32. 33. 34. lib. 2. pag. 643.

Is qui data opera inebriatur, ſciens ſe ſolitũ manus ad arma impellere, hominesque percutere cùm inebriatus eſt, an pœna ordinaria vel extraordinaria plectendus ſit? reſoluitur, quòd extraordinaria. c. 4. nu. 91. Limitatur, quando quis ſe conſultò inebriauit, vt occideret quendã. lib. 2 pag. 490.

Is qui ex officio tenetur delictis obuiare, vt eſt Princeps, vel Prętor, ſi cũ poſſet nõ fecit, peccat, & tenetur ad reſtitutionẽ: ſecus verò in priuatis, licet peccent. c. 6. num. 110. 113. & 114. libro 2. pagina 551. & 552.

Is qui cùm muliere publica, vel ea fœmina quę ſui corporis quęſtũ fecit, coierit, abſq; expreſſa cõuentione mercedis, cẽſendus eſt à iudice lege taciti ac ſubintellecti pacti, eidem fœminę hoc poſcenti conſuetam venerei vſus mercedẽ ſoluere. capit. 10. numero 8. & 10. libro. 2. pag. 620.



Ayuntamiento de Madrid

# INDEX.

Is qui quęritur, vt capiatur iuſtè aut iniuſtè poteſt licitè fugere, cū volūtate tamen ſatisfaciendi tantum quantū conſcientia recta dictat, dūmodo nō interueniat violentia contra officiales. c. 24. nu. 12. lib. 2. pag. 878.
Iuramentū quo quis promittit aliquid nō facere, non videtur ei legem imponere, quominus illud facere poſsit. c. 8. nu. 37. lib. 2. pag. 591.
Iuramentū recipit omnes limitationes, & ſubauditiones quas habet & recipere ſolet contractus ille ſuper quo interponitur. capit. 8. numero 38. libro 2. pagina 600.
Iuramenta emiſſa à luſoribus de amplius non ludendo, ferè ſemper ſunt obligatoria. c. 22. nu. 17. lib. 2. pag. 836.
Iuramētum de re parua & leui, licita tamē, non obligat ſub mortali, quanuis illud non ſeruans peccet venialiter. c. 22. nu. 20. lib. 2. ibid.
Iurans aut vouens ſe iturum Hieroſolymā, ſi iterum ludat, primo irę motu laborās, & non perpendens ſit ne bonū, aut malum tale votum facere, quanuis illud nō adimpleat, non erit voti aut iuramenti reus. c. 22. nu. 21. lib. 2. ibid.
Iurans quis vendere Titio domū, ſi poſteà illam vendat Scio, eiq; eam tradat, ſtatur huic venditioni contra iuramentum, licet venditor ex hoc ſit periurus. Idem in iurante non vendere librum. c. 8. nu. 34. lib. 2. pag. 599.
Intentio legiſlatoris eccleſiaſtici vtentis in ſua. l. verb. pręceptiuo, aut prohibitiuo, eſt obligare tranſgreſſorem ad culpam mortalem, niſi aliquo ſigno vel verbo ſignificetur, aut exprimatur contrarium. c. 7. nu. 21. lib. 1. pag. 97.
Intentio mala ſine opere iniurioſo nō obligat ad reſtitutionem damni. c. 11. nu. 72. lib. 2. pag. 658.
Integra Ant. Concij decretalis cum ſimus, de regul. refertur. c. 1. nu. 81. libr. 2. pagina 447. Ex hac integra non conſtat quòd pater viueret, neque quòd mortuus eſſet. c. 1. nu. 82. lib. 2. ibid.
Integra Anton. Auguſtini decretalis cum ſimus, de regularibus refertur. c. 1. nu. 83 lib. 2. pag. 448.
In hac integra adeſt aduerbiū, Rectè, quod in decretali cum ſimus non fuit translatum. c. 1. nu. 84. lib. 2. ibid.
Intellectus Menochij ad d. c. 16. ſ5. 55. 25. Concil. Trident. reprehenditur. cap. 1. num. 34. libro 2. pag. 431.
Interdicta poſſeſſoria an competant & dētur pro iuribus annuis merè perſonalibus. c. 21. nu. 147. lib. 2. pag. 825.
Interdictum ad tempus, lapſo tempore ceſſat. capit. 5. numero. 8. libro 1. pagina 80.
Interdictum generale relaxatur in quibuſdam feſtiuitatibus hic expreſsis, non ſic ceſſatio à diuinis: ſed contrarium eſt verius, vt numer. 12. capit. 10. num. 10. lib. 1. pag. 125. & 126.
Intereſſe in recompenſationē fructuū & re vendita perceptorum interim dū pretium non ſoluitur, etiam attento iure canonico, eſt licitum aut permiſſum. c. 39. nu. 20. lib. 1. pag. 403.
Intereſt Reipublicę illuſtres habere familias, earumque patrimonia conſeruare. c. 14. nu. 3. lib. 2. pag. 678.
Interpretatio in dubio facienda eſt, vt reſtitutio aduerſus præſcriptionem concedatur. capit. 26. numero 24. libro 2. pagina 908.
Inteſtabiles quando fiant hi qui ſe ipſos occiderunt. cap. 3. nu. 23. libr. 2. pagina 473.
Inuentor rei alienæ tenetur ad eius reſtitutionem ſub pœna peccati mortalis. c. 9. nu. 7. lib. 2. pag. 610.
Inuentor rei alienę, ſi dominus eius ſit incertus, ad quid teneatur in vtroque foro. c. 9. nu. 8. lib. 2. ibid.
Inuentor quod non teneatur hoc caſu neceſſariò bona inuenta reſtituere pauperibus, ſed quod poſsit ea retinere ſincero animo, vt domino reſtituat, atque diligentiſsimè eum conquirat, nonnulli tenent: ſed communis in contrarium. c. 9. nu. 10. 11. & 12. lib. 2. pag. 612.
Inuentor rei alienæ eā domino reſtituere tenetur gratis, hoc eſt, ſin pedir hallazgo. cap. 9. nu. 25. & ſequentibus. libro 2. pag. 615.
Inuentus dicitur, qui eſt inuentus & captus, & repræſentatus curiæ. cap. 12. nu. 9 lib. 1. pag. 147.
Inuitus nemo fit bonus: vnde ſuppoſita neceſsitate omnes debēt cogi ad ſubeunda media, quibus tandem volentes boni fiant. c. 31. nu. 17. lib. 1. pag. 291.
In veteri Teſtamento quomodo intelligatur id quod legitur, aliquos ſanctos viros habuiſſe concubinas. cap. 7. num. 31. lib. 2. pag. 571.
Iratus aut bene potatus vouens aut iurans

ingreſ-

Ayuntamiento de Madrid

ingreſſum religionis,ſi ſic ſubitò id faciat,quod non feciſſet per deliberationem & ſententiam rationis, quę tamen moram temporis magnam non requirit, non tenetur:ſecus autē ſi hoc agit ſciēs quod iurat,aut vouet, licet non plenè deliberauerit.c.22.nu.12.Idem in iurante,nu.17.lib.2.pag.835.& 836.

## L

LAicus conuentus rei vendicationep ro re eccleſiaſtica,ſi probabiliter neget eſſe rem eccleſiæ, iudex ſecularis adeundus eſt.c.34.nu.7.lib.1.pag.335.

Laicus ratione ſacrilegij conueniri poteſt coram iudice eccleſiaſtico.c.34. nu.14. lib.1.pag.337.

Laicus poteſt diffinire quæſtionē facti,etſi de re ſpirituali.cap.34.numer.17.libr.1. pag.338.

Laicus conductor decimarum non poteſt apud iudicem eccleſiaſticum conueniri actione perſonali ex locato ad mercedem, cap.34.numero.49.libro 1.pagina 344.

Laici coniugati fornicantes magis peccāt, quàm clerici non coniugati.c. 7.nu.54. lib.2.pag.576.

Laici veluti incapaces decimarū.quaſi poſſeſsione præſcribere non poſſunt earū immunitatem.c.21.nu.61.ſed contrà nu. 64.lib.2.pag.809.& 810.

Laici contra laicum cui eſſent priuilegio conceſſæ ante Concilium Lateranenſe, bene poſſunt eas præſcribere. c. 21.nu. 62.lib.2.pag.809.

Laicus poteſt præſcribere quotā decimę, nempe vt non ſoluat niſi duodecimā, vigeſimam,vel aliam partem.c.21.n.63 lib.2.ibidem.

Laici prę̄ſcribere non poſſunt ius percipiē di decimas ab alijs, quia ſunt huius iuris omnino incapaces.c.21.nu.17.libro 2. pag.811.

Laici iure percipiendi decimas ſpoliati, & agentes interdicto recuperandæ,an ſint ante omnia reſtituendi.c.21.nu.72. cū ſeqq.lib.2.pag.812.

Laicus ſpoliatus ab alio laico iure percipiē di decimas,eſt ante omnia reſtituendus: ſecus ſi ab eccleſia,vel clericis, pro quibus ſit iuris præſumptio, vt hic cap. 21. nu.77.lib.2.pag.813.

Lanas non eſt licitum reuendere carius in diem quàm numerata pecunia,vltra latitudinem iuſti pretij.c.39.numer. 43.libro 1.pag.408.

Lanę an emi poſsint vilius ad creditū, quā cū traduntur valeant? c.39.nu.44.& 45 vbi quid in frumento,vino, & oleo, negatiuè reſoluitur, præterquam primò, ſi veriſimile dubium ſit plus vel minus lanas valituras tempore traditionis. Secundò, ratione veri damni emergentis, vel lucri ceſſantis,certis quibuſdam concurrentibus,vt in num.46.& 47.quod ſi emptor ſuſcipiat in ſe periculum lanarum futurarum.lib.1.pag. 408.& 409.

Lapidandi vſus inter pueros,ſiue ludus,prohibitus eſt,nihilominus propter tolerantiam excuſat à pœna ordinaria homicidij,quoad pœnam temporalem: ſecus quoad æternam.cap.6.nu.146. cum ſequentib.lib. 2.Idem in alio ludo prohibito,ſed vſitato.nu.149.libr. 2.pag.558. & 559.

Legatus à latere poteſt diſpenſare in omnibus caſibus, in quibus quilibet Ordinarius ſuę prouincię.cap.11.num.6. libr.1. pag.124.

Legatus à latere omnia videtur poſſe, quæ Papa ſibi ſpecialiter non reſeruauit,quia eius vices gerit.ibid.nu.7.libro 1.pagin. ibidem.

Legati à latere officium non expirat per mortem Papę eum mittentis.c. 11.nu.5 lib. 1.ibid.

Legatum factum puellę decentum,ſi nupſerit, & quinquaginta ſi religionem ingrediatur,conſequitur mulier maius, etiamſi religionem ingrediatur,niſi relinquatur ei,qui ducet eam vxorem,addat tamen teſtator, quòd legatum ſit pretiū dotis,ne aliás maritus ſibi habeat legatum.c.32.nu.15.lib.1.pag.300. Et nu. 16. limitatur etiamſi legatum ſit relictū pro dote mulieris,vt nubat certe perſonæ,vt nu. 17.lib.1.pag.301. Fallit quoque, ſi contrarium expreſſè teſtator cauerit.nu.16.lib.1.ibid. Item in legato facto pro incertis virginibus maritādis, vt in nu.10.ſed contra primum dictum in numer.58.cap.60.libr. 1.pag. 315. & 316.

Legatum pię cauſę factū, confraternitati diſciplinatorum, vel ſimilibus concedi poſsit.c.35.nu.3.lib.1.pag.361.

Legatarius fundi non tenetur ſtare colono teſtatoris,cap.8.numero 2.libro 2.pagina 590.

Le-

# INDEX.

Legatarius,vel donatarius certo ſciens ani mum legantis fuiſſe non aliter legandi, nec donandi,niſi exiſtente & adimpleta conditione non nubendi ab eo appo ſita,non erit tutus per exceptionem rei iudicatę,ſi pro eo fuerit iuris interpreta tione aliud iudicatū: ſecus ſi animus legantis fuit incertus.c.25.nu.18. & 19. lib.2.pag.901.

Legatum relictum alicui ſub conditione, ſi non nupſerit, an poſsit in foro conſciētiæ peti, ac habitum ſecurè retineri, ſi nuptias contraxerit?c.25.nu.7.& ſequentibus,pręcipuè 13. cum ſeqq.lib.2. pag.888.& 893.

Legato relicto conſanguineis pauperibus, prefertur propinquior pauper remotiori aut pauperiori,aut maioris ætatis.c.11 nu.39.lib.2.pag.645.

Legatum relictū alicui,ſi nō nupſerit, quod ſi nupſerit,nihil legabat,nec aliquid conſequatur legataria, non debetur etiam in foro exteriori,ſi legataria nupſerit. c.25 nu.15.lib.2.pag.893.

Legatum ante acceptationem acquiritur legatario,quandoque á morte teſtatoris, quandoque ab adita hæreditate : quod procedit,nedum in rebus corporalibus, ſed etiam in incorporalibus, nempè in ſeruitute legata.c.26.nu.9.& 10.etiamſi res incorporalis legetur, vel relinquatur per fideicommiſſum,ibid.nu.11. lib.2. pag.906.

Legatum ita dominiū rei legatarij facit, vt hæreditas hæredis res ſingulas.c.26.nu. 13.lib.2.pag.907.

Legatū relictum legatario,ſi volet, vel ſub alia conditione merè voluntaria , vel onere, abſque dubio pręſcribitur ſpatio 30.annorum,legatario illud non petente,vel voluntatem ſuā non declarante, onus vel grauamen non adimplente.c. 26.nu.16.17.lib.2.ibid.

Legitima filio non debetur,niſi poſt mortem patris.c.1.nu.76.lib.2.pag.445.

Legitima aſcendentium lege, conſuetudine,reſcripto,ſeu etiam ſtatuto, non ſolùm minui,ſed etiā omnino tolli poteſt. c.14.nu.42.lib.2.pag.686.

Lex humana iuſta & de re graui aliquid ſtatuens,quando obliget tranſgreſſorē ad culpam mortalē.cap.7.nu.20.libro 1.pa na 97.

Lex ad hoc vt valeat , atque liget,neceſſariū eſt vt ab initio fuerit recepta. c. 8.n. 2.lib.1.pag.106.

Lex naturalis & diuina de defendenda fama propria,præſtat legi humanę de abſtinendo à ſacro in irregularitate.c. 13. nu.22.lib.1.pag.158.

Lege lata,cui adiecta ſit excōmunicationis pœna,euidenter colligitur intentionem fuiſſe obligandi ad mortalem culpam: quod procedit, licet non ſit latæ ſententiæ,ſed cōminatoria,vt in nu.28. cap.7. nu.25.lib.1.pag.98.

Legē tunc dicitur non fuiſſe receptā, quando Principe ſciente , per aliquos actus contrarios excluditur,eo autē ignorante,vbi per decenniū lex negligitur, nec vllo pacto admiſſa fuerit.c.8.nu. 3.lib.1 pag.107.

Leges Cęſarū in decretorum libro relatæ, tunc cenſentur canonizatæ , cū in ipſomet canone ab aliquo Pontifice edicto incorporatę aut inſertę fuerint.c.21.nu. 33.lib.1.pag.222.

Legis,vel conſtitutionis licita eſt extenſio ad caſum omiſſum. ex ratione expreſſa in lege,vbi eadē ratio concurrit ac militat,etiam in correctorijs,præcipuè fauore animæ.capit.10.numero.3.libro 1.pagina 118.

Lex 2. tit. 5.de los deſcomulgados, lib.8. nouę collect.reg.interpretatur c.12.nu. 17.lib.1.pag.148.

Lex 1.tit.5.de los deſcomulgados, lib.8. nouę collect.reg. meritò ſtabilita & iuſtiſsima eſt.cap.12.numero 3.& 4.lib.1 pag.145.

Legis ſi ſerua.§.1.ff.de iur.dot.intellectus. c.16.nu.7.lib.1.pag.175.

Legis,qui ante calendas 13. ff. de verborū obligat.intellectus.c.26.nu.14. lib.1.pagin. 254.

Et numer.15. de concordia.l. anniculus.la 1.132.in ordine.ff.de verb. ſignific. remiſsiuè.lib.1.ibid.

Legis anniculus.la 2. 134.in ordine. ff. de verbor.ſignific.intellectus.c.26.nu. 16. lib.1.ibid.

Lex 10.tit. 4. de las labores y particiones. lib.3.fori,obſeruatur in his regnis.c.33 nu.17.lib.1.pag.324.

Lex Iulianus. §. fructibus. ff. de actionib. empt.procedit etiam in eo,qui ex pacto retrouendendi rē retraxit.c. 33.nu.29. lib.1.pag.326.

Lex 9. tit. 17.part.1.expenditur c.36. nu. 16.lib.1.pag.371.

Legis 1.tit.9.part.7. verba optima referūtur.c.37.nu.12.lib.1.pag.380.

Lex

Ayuntamiento de Madrid

Lex curauit.C.de actio.empt.non procedit ſi ad terminũ ſolutioni pretij conſtitutum ſolutio fiat,nam tunc non debentur eius vſuræ,hoc eſt,intereſſe licitum in recompenſationem fructuũ.c.39.nu.19.lib.1.pag.402.

Legis 2.C.de reſcinden.vendit. cum ſimil. beneficium non habet locum, cũ locatio dependet à viribus fortunæ, nempè in conductionibus fructuũ alicuius preſtimonij,ſeu beneficij,vel quartarũ regiarum,vel Epiſcopalium; niſi ſpes illa eſtimata à principio excedat dimidiam partem iuſti pretij, vel niſi fructus propter fortuitum caſum inopinatum omnino non naſcerentur.cap.29.nu.66.libro 1. pag.413.

Lex res vxoris.C.de donationib.inter vir. & vxorem,in primo reſponſo, nõ habet locum in donatione cauſa mortis, quia illa non confirmatur, ſed irritatur per mortem ciuilem, ex qua amittitur ciuitas & libertas.c.1.nu.46.lib.2.pag.435.

L.iudex poſteaquàm,de re iudic.ff. procedit,non ſolùm in iudice delegato,ſed etiam in ordinario.c.2.numer.10. libr.2. pag.462.

L.iudex poſteaquám.ff.de re iudicat. non loquitur de ſententia nulliter lata, ſed de æqua vel iniqua.c.2.num.11.libro 2. ibidem.

L.ſi vt proponis.la 1.C.quomodo & quando iudex, loquitur in delegato inferioris à Principe.c.2.num. 20.libro. 2.pagina 464.

L.fin.C.vbi & apud quem, procedit in reſtitutione petita coram iudice delegato, aduerſus ſuam ſententiam interlocutoriam,quam concedere poteſt,ſi non habeat vim diffinitiuæ,aliàs ſecus.c.2. nu. 39.lib.2.pag.467.

L.fin.titulo 25.part. 3. intelligi debet de ordinario iudice,de quo ipſa lex agit,nẽpè vt is reſtitutionem in integrum aduerſus ſuam ſententiam diffinitiuam cõcedere poſsit,non veró in iudice delegato.c.2.nu.41.lib.2.pag.468.

L.4.Tauri concedit damnato ad mortem ciuilem, vel naturalem factionem teſtaméti,non verò tollit confiſcationem bonorum à lege inductam in eo; qui ſe interfecit: vel limitatur in hoc, qui ſe interfecit antequam damnetur ad mortem.c. 3.nu.28.lib.2.pag.474.

L.24.tit.1.par.7. ibi, deue morir por ende,& ibi,prender muerte, ad vtramque mortem,tàm ciuilẽ quã naturalem referri poteſt.c.13.nu.29.lib.2.ibid.

L. 3.tit.5.part.1.pulchra verba de ebrietate agentia referuntur.cap.4.nu.21.libro 2. pag.480.

L.antiquitus lata fuit, ac vſu receptũ apud pleroſque populos,vt vini vſus eſſet interdictus fœminis.capit.4.nu.27.libr.2 pag.481.

Leges ſeu conſtitutiones collegiorũ inducentes priuationẽ ipſo iure,propter aliquod crimen,obligant in cõſcientia, abſque iudicis ſententia.c.5.nu.17.libr.2. pag.502.

Leges Regiæ iudicibus & alijs miniſtris pœnas infligentes, ſi iudiciũ vendiderint, munuſculaque receperint,quas incurrát eo ipſo,nulla expectata ſentẽtia, obligát in conſcientia.capit.5. numer.18.lib.2. ibidem.

Leges Partitæ nunquam cenſentur derogare iuri ciuili & canonico, in his in quibus iuri canonico derogare poſſunt,niſi in caſibus in quibus ipſæ leges apertè id docent.cap.5.numero 70.libro 2.pagina 519.

L.emptorẽ.C.de locat.& conduct. an procedat in locatione facta ad non modicũ tẽpus & vltra,vel ad vitam.c.8. nu.21. & ſeqq.lib.2.pag.594.

L.19.tit.8.part. 5. an procedat in locatione ad decenniũ,dum excipit alios caſus. c.8.nu.28.lib.2.pag.596.

L.emptorẽ.C.de locat.& conduct. an procedat in colono partiario.c. 8.n. 52. cũ numeris ſequentibus, & præcipuè nu. 63.& 64.concordantia ponitur inter cõtrarias ſententias,& num.65. declaratio quędam,lib. 2.pag.603.& 605.

L.emptorẽ.C.de locat.& conduct.an procedat,quando in cõtractu locationis appoſitum eſt iuramentũ.cap.8. nu.32. libro 2.pag.598.

L.fin.C.de ſacroſanct.eccleſ. &c. agens in ciuitate,an locũ habeat in eccleſia. c.8. nu.67.lib.2.pag.605.

L.Regia 6.tit.13.libro.6.nouæ collect.loquens de los moſtrencos, refertur, vbi quomodo dicantur hæc bona apud Grecos,& in Francia.c.9.nu. 16.libro 2.pagina 613.

L.Regia 7.tit.13.lib.6.nouæ collect.præfigens formam omnino ſeruandã ad acquiſitionem prædictorum bonorũ, refertur.c.9.nu.18.lib.2.pag.614. Similis ferè cõſuetudo eſt apud Aurelanienſes, idem

Ayuntamiento de Madrid

ibidem nu.19.lib.2. ibidem.

Prædictarũ legum Regiarũ iuſtitia defenditur, ibidẽ nu.22.& ſeqq.libro 2.ibid. Non obſeruans diligentias requiſitas à dictis legibus ius ſuum perdidit, atque reſtitutionem rei inuentæ tenetur tanquam pro furto,& ſic in vtroq; foro erit ſecurus.capit.9.numer.23. libro 2.pag. ibidem.

Leges regię prædictę non ſolũ procedunt & loquuntur en los gara los moſtrencos,ſed etiam in alijs bonis.c. 9. nu.30. lib.2.pag.616. Sententia an requiratur in caſu prædictarũ legũ regiarum, ibid. nu.31.lib.2.ibid.

Leges Regię de beneficijs patrimonialibus loquentes , inſuper, & conſuetudo immemorialis ſuper eodẽ, nempè vt ea ciuibus & originarijs, & non alijs conferãtur,ęquiſsimæ & iuſtę ſunt,& aliter ea prouidens tenetur ad reſtitutionẽ.c.11. nu.29.& 30.lib.2.pag.643.

Leges huius Regni quę prohibent exteris conferre beneficia eccleſiaſtica, & penſiones,ſed tantũ regnicolis, & originarijs,iuſtę ſunt.cap.11.nu.35. lib.2.ibid.

L. 2.tit.15.p.2.quamuis loquatur in ſucceſſione regni,ſeruãda quoq; erit in ſucceſſione alterius cuiuſcũq; maioratus particularis Hiſpanię.c.14. num.58.& 59.& 62.lib.2.pag.689.& 690.

Lex vel ſtatutũ introducens aliquid cum certis modificationibus,cenſetur in illis formam inducere.cap.15.num.111.lib. 2.pag.725.

Lege Euãgelica nihil pręcipitur, nec vt illicitum prohibetur,quod non ſit iuris naturalis legibus,vel præceptũ,vel prohibitum,præter ea quæ circa Sacramenta & fide Catholicę Articulos inſtituta ſunt.c.18.nu.2.lib.2.pag.750.

Lex ciuilis præcipiens, vt hęres non conficiens inuentarium,teneatur vltra vires hæreditarias,eſt fundata ſuper præſumptione , quòd bona defuncti occultauerit heres qui inuentarium non fecit,atq; ea ſubtraxerit.c.18.nu.66.lib. 2.p.770.

Lex humana quę iuſta eſt , etiam in foro animæ eſt ſeruanda.c.18.nu. 68.libr.2. ibidem.

Lex in quibus caſibus deficit , non eſt nec actio vtilis dãda.c.19.n.21.lib.2.p.777.

Legis veteris tria tempora in hoc ſunt conſiderãda,vt hic latius docetur.c. 21. nu. 21.lib.2.pag.797.[illegible]

Lex de decimis ſoluẽdis ex ea parte qua ceremonialis fuit,vel etiã iudicialis,ſecundũ magis cõmunem amiſit vim , & oblitionis ius per Euãgelicę legis promulgationẽ.c.21.nu.22.lib.2.ibid.

Leges humanę Imperatorũ & Regũ, obligant etiã in conſcientia,quando fundãtur ſuper certo,& nõ ſuper præſumptione.c.27.nu.11.lib.pag.912.

Lex pœnalis non tollit obligationẽ ad culpa quę per priorem legem moralem fuera impoſita.c.27.nu.12.lib.2.ibid.

Lex pœnalis contra ſcindentes & aſportantes ligna,vel paſtum furantes ex alienis fundis,quibus in cauſis excuſet à peccato & à reſtitutione.cap.27. nu.15.& 16. cum ſeqq.lib.2.pag.913.

Lex pœnalis obligat ad peccatum.c.27.n. 23.lib.2.pag.915.

Lex ciuilis iuſta an ſemper obliget ad peccatũ mortale.c.28.num.12. & 13. quid quãdo ceſſat pars cauſæ l. lib.2.p.920.

Lex humana minimè poterit imitari diuinum iudiciũ , quo pro alterius culpis & criminibus innocentes corporis pœna afficiuntur,non licet igitur quempiã propter crimen alterius occidere , nec excommunicare , nec fuſtibus cędere, nec alia corporali pœna punire.c.30.nu. 22.lib. 2.pag. 950.

L.quiſquis.C.ad leg.Iul.de vi,non rectè dicit,ex imperatoria lenitate vitã condonari filijs eorum , qui Regiam læſerunt maieſtatẽ,quia hoc ſecluſo,Imperatores iuſtè minime poterãt filios pro peccatis parentũ interficere.c.30.n.23.lib.2.ibi.

Lex humana,cùm iuſta ſubeſt cauſa,& propter Reipublicæ vtilitatem , quo promptius,& cautius à delictis & criminibus homines abſtineant, filios , & nepotes, pœna bonorũ,aliaue ſimili, ſanctè & iuſtè poteſt afficere , vt paſsim legibus & canonibus diffinitum eſt, nunquã tamẽ abſque iuſta cauſa poteſt iudex prædictas pœnas imponere.c.30.nu.25.lib.2. pag.951.

Lęſio enormis circa manuum iniectionẽ in clericũ,quæ dicatur? Exceſſus notorius,quando dicatur enormis læſio. nu. 16.& 17.lib.1.pag.82.

Lęſio intra dimidiã iuſti pretij in cõſciẽtia nõ eſt licita,tametſi iure canonico cõtractus,in qua ipſa interuenit,non reſcindatur,ſicut nec iure ciuili.c. 11.nu.17.lib. 2.pag.638.

Licẽtia ab Epiſcopo cõceſſa eũdi ad ſtudiũ,morte Epiſcopi re integra non expirat.c.17.nu.7.lib.2.pag.744.

Licen-

# INDEX.

Licentia ſeu facultas ordinandi à quocumque Catholico Antiſtite in propria diœceſi reſidenti, an ad aliũ de licentia proprij ibi Pontificalia exercente extendatur.c.26.nu.26.lib.1.pag.226.

Licitum eſt ſecundũ ordinationem eccleſię, & conſuetudinem approbatã, ac Epiſcoporum conſtitutiones dare vel accipere aliquid pro ſuſtentatione ſpiritualiã miniſtrantium, & Epiſcopi taxare poſſũt quanto ſtipendio ille dignus ſit, qui tali ſeruitio eccleſiæ mancipatur: dum tamẽ abſit emptionis & venditionis cogitatio.c.29.nu.3.lib.1.pag.270.

Licitum eſt dare librum, vel aliam ſupellectilem ſacerdoti pro pictantijs, & eleemoſynis quarundam Miſſarum, vſque ad valorem ſupellectilis, ſiue ipſi offeratur, ſiue ipſe ad id ſe exponat.c.29. n.4. lib.1.pag.271.

Ligna furari poſſent ſubditi fortè ſine mortali culpa, quę quotidianis vſibus, ſaltẽ foci eſſent ſibi neceſſaria, vbi domini earum acerba animaduerſione eos à nemoribus arcerent, ita quod prægrauem paterentur inopiam: fallit vbi ex hoc magna ſtrages fieret.c.27.nu.4.lib.2.pagina 910.

Item ſi cauſa lucri, hoc eſt vendendi ligna, id facerent, ibidem nu.5.& nu. 27. quomodo intelligatur.lib.2.pag.911.& 916

Linea recta non ex omnibus qui ab inſtituente, ſeu potius maioratus poſſeſſore deſcendunt, ſed ex ipſis primogenitis, qui gradatim procreantur, tantũmodo conſtituitur, vt inter filios, nepotes, & pronepotes, cęteroſque deſcendentes, primogeniti tantũ lineam rectam efficiant, & ſucceſsiue admittantur. c.14.n.47.lib.2.pag.687.

Linea vltimi poſſeſſoris conſideranda primũ eſt, vt illi qui ex ea procedunt, cęteris pręferantur: nec trãſitus fiat ad alias lineas, donec ex eã deſcendentes finiantur: ſecundò conſiderandus eſt gradus, tertiò ſexus, quartò ętas, vt latius n.49. declaratur, & etiam nu.50.c.14. nu.48. lib.2.pag.688.

Linea finita primogeniti maioratus, ſtatim ſuccedit ſecundogenitus, eiuſque lineã & deſcendentia, & poſteã ſimiliter tertio genitus.c.14.nũ.51.lib.2.ibid.

Linea recta deſcendentium extincta, ad lineam primogeniti collateralium maioratus ſucceſsio pertinere debet, & quomodo primogeniti inter collaterales conſiderari debent.cap.14.numer.54. lib.2. pag.689.

Linea vna finita in ſucceſsione maioratus non conſideramus perſonam proximiorem, ſed lineam proximiorem, & in dicta linea ſemper quærimus primogenitũ.c.14.nu.56.lib.2.pag.ibid.

Litera l.4.Tauri refertur, hodie eſt l. 3.tit.4.lib.5.nou.collect.reg.c.1.nu.71.lib.2.pag.444.

Literæ commendatiæ, ſeu dimiſſoriæ (quas reuerendas vocant ad ordines ſuſcipiẽdos) an morte concedentis re integrã expirent.c.17.nu.1.& num.ſeqq.& cõſilium tunc temporis pro ordinatoribus. nu.12.lib.2.pag.743.& 745.

Literæ priuationis in forma iuris, cũ prouiſio alteri facienda, & literæ in forma dignum, & vnionum, & mandatum de prouidendo eſt gratia facta, & non fienda, & ideò non expirat re integra morte concedentis. Idem in literis penſionis conſtituendæ in partibus.c.17.num.5.lib.2 pag.744.

Literis ordinum credendum eſt, in quibus aſſeritur de licentia ſui Ordinarij, ordines collatos fuiſſe.c. 17.nu.30. libro 2. pag.747.

Locatio ad nouẽniũ dicitur facta ad modicum tempus.capit.8.numer.23.libro 2. pag.595.

Locatio ad vitam dicitur alienatio & cõceſsio perpetua.capit.8.num.24. lib.2. ibidem.

Locatio ad longum tempus dicitur etiam illa, quę fit ad vitam locantis, vel conducentis, vel ad ipſius voluntatem.c.8.nu. 25.lib.2.ibid.

Locatione facta per prælatum, ſucceſſor quando teneatur ſtare colono quoad penſiones ſolutas anticipatas, & quoad ſoluendas.c.8.nu.71.& ſequentib. libro 2. pag.606.

Locatio, ſeu conceſsio in emphyteuſim rerum eccleſię vltra tempus permiſſum facta, an in aliquo teneatur? nu.1.& per totum cap.13. num.5. refert pars negatiua, nu.6. affirmatiua, nu.7. concordia aſſignatur, & nu.8. limitatur, & nu. 10. & 11. aliæ limitationes referuntur.lib.2.pagina 672.& 674.

Locator poteſt ob penſionem non ſolutã expellere conductorem, vel eius hęredes.c.18.nu.61.lib.2.pag. 768.

Locatio rerum eccleſiæ vltra trienniũ eſt prohibita ſub varijs pœnis per Paulum Venetum

Ayuntamiento de Madrid

Venetum Pontificẽ maximũ. c.8.nu.1. lib.1.pag.108.

Locatio operarũ ſpiritualium locũ habet in illis exercitijs ſpiritualibus, quæ principaliter ſunt corporalia, vt vicariatus Epiſcopi, vel parochi, vel capellani, vel concionatoris & ſimilium. c.29. nu. 25. lib.1.pag.275.

Loth etiam inebriatus inceſtũ cũ filiabus cõmiſit.c.4.nu.4.lib.2.pag.479.

Ludens vſus defenſione & natura ludi, ſi alterum occiderit, ne ictus euadat, de homicidio non tenebitur, niſi ludus eſſet impellendo aliũ, vt ſolet contingere cõ los que burlan con armas, o luchan, quia tunc punitur arbitrariè.c.6. num. 128.& 129.lib.2.pag.555.

Ludens data opera ſocium interficiens, vel vulnerans, lege Aquilia, & pœna legis Corneliꝗ tenetur.c.6.num.143.libro 2. pag.558.

Ludens licitè alterum ex aſsiſtentibus occidens, quando teneatur, & quando nõ? c.6.nu.144.& ſequentib.lib.2.ibid.

Ludentes alea vel chartis, ſi inter ſe contẽdãt, & iurgentur ſuper ludo, & vnus alterum vulneret, vel occidat punitur, & erit irregularis occidens vel deformans. c.6 nu.152.& 153.lib.2.pag.559.

Luduspaleſtrę, hoc eſt, lucha, licitus eſt etiã clericis.c.6.nu.125.lib.2.pag.555.

Ludi exercendi vires cauſa introducti liciti ſunt, & quando clericis, ſaltem in ſacris conſtitutis, liceant.c.6.nu. 126. & 127. lib.2.ibidem.

Ludus ſiue vſus lapidãdi inter pueros prohibitus eſt, nihilominus propter tolerãtiam excuſat à pœna ordinaria homicidij, quoad pœnã temporalem, ſecus quo ad ęternam.c.6.nu.146.cum ſeqq.lib.2. pag.558.

Idem in alio ludo prohibito, ſed vſitato.n. 149.lib.2.pag.559.

Ludus pilę, vel barræ, ſi inde fractura mẽbri ſequatur, an & quando imputetur frãgenti.c.6.nu.150.lib.2.ibid.

Ludus proijciendi lapides ad vires corporis, & induſtriam experiendas, non verò ad nocendum, licitus eſt: & quid ſi ex eo homicidium ſequatur.c.6.num. 151. lib. 2.ibid.

Ludi ſunt illiciti, in quibus vt plurimũ occiſiones & magna vulnera contingunt. c.7.nu.4.lib.1.pag.90.

Luſores offendẽtes ſuſceptorem eorum, hoc eſt, al tablagero, an & qua pœna puniãtur. capit.6.numer. 156. libro 2.pagina 560.

Luxurioſa res eſt vinum, & tumultuoſa ebrietas.capit.9.numero 13.libro 2.pagina 480.

## M

MAgiſter nimis caſtigans diſcipulũ, an & quando fiat irregularis.c.6.num. 157.cum numeris ſequentib.lib. 2.pagina 560.

Magiſtris licèt leuis caſtigatio permiſſa ſit, non tamen exceſsiua. cap.6. num. 158. lib.2.ibid.

Maioratus conſtitutio fit, vt bona vnita cõ ſeruentur in perſonis primogenitorum. c.14.nu.7.lib.2.pag.679.

Maioratuũ Hiſpanorum originem, quodã modo deriuationem ab inſtituto diuino duxiſſe, vt hic latè probatur.c.14.nu.16 lib.2.pag.681.

Maioratus Hiſpani non modicam habent ab inſtituto diuino deriuationem, & proceſſerunt á legibus & inſtitutis Hebræorum.c.14.nu.17.lib.2.ibid.

Maioratus ac vinculum quinti bonorũ, aut tertij, vel tertij & quinti, in vtroque foro liciti ſunt, etiamſi ſiant in fauorem cõ ſanguineorum, vel aliorum, deficientibus deſcendentibus, & aſcendentibus. c.14.nu.30.& 31.libr.2. pag.684. Idem in maioratu vel vinculo de tertia parte bonorum facto ab eo qui aſcendentes, non veró deſcendẽtes legitimos habet, vt in nu.32.lib.2.ibid. Idem in maioratu facto de omnibus bonis in perſona filij naturalis, deficientibus deſcendentibus legitimis, quanuis aſcendentes adſint, vt in nu.33.lib.2.ibid.

Maioratus omnium bonorum abſque Regia facultate fieri non poteſt, niſi cæteri filij expreſſè cum iuramento eidem conſentiant.cap.14.num.37.libro 2.pagina 685.

Maioratus ex omnibus bonis cum licentia Regia à parẽtibus factus, non relictis cæteris filijs alimentis competentibus, ſiue eadem facultas hoc præceperit, vel non, in neutro foro non eſt ſecurus, nõ tamen erit nullus, ſed potius ſuſtinebitur, aſsignatis cæteris filijs alimentis cõpetentibus.capit.14.numer.38.libro 2. ibidem.

Maioratus factus cum facultate Regia in fauorem



Ayuntamiento de Madrid

uorẽ deſcendentiũ, vel aſcendentiũ, in quo grauamen in legitima debita apponitur virtute eiuſdẽ facultatis; iuſtus & in foro conſcientiæ tutus eſt, ſi verò abſq; facultate regia id fiat, ſed cũ permiſsione legis, valebit etiam cũ prædicto grauamine cũ conſenſu legitimo eiuſdẽ meliorati, & grauati.c.14.n.43.& 44. quid quando deficit prędictus conſenſus.libro 2.pag.686.

Malę fidei poſſeſſor nullo tempore, etiam immemoriali præſcribit.c. 34.nu. 68.libro 1.pag.352.

Malę fidei poſſeſſor in ęternũ ex Põtificijs cõſtitutionibus præſcribit. c.34. nu.69. lib.1.ibid.

Malitioſè fieri dicitur, quod iniuria fit, dolo adhibito, cum malitia ſit calumnia.c. 20.nu.12.lib.1.pag.208.

Malitioſè is aliquid facere dicitur, qui ſalua conſcientia facere non poteſt. c.20. nu.14.lib.1.ibid.

Malum minus eſt eligendũ ex duobus malis, vt euitetur maius.c.38.nu.13.libr.1. pag.387.

Manifeſtatio authoritatiua requiritur, etiã ſi facti euidentia ſit, vt quod authoritas publica inchoauerit lege, authoritas publica perficiat iudice.c.1.nu.17.libro.1. pag.16.

Mandans aut conſulens amico, vt alium interficiat, ſi ab hoc ille occidatur, erit irregularis.c.6.nu.18.lib.2.pag.531.

Mandatum Apoſtolicum de recipiẽdo aliquem in canonicũ cuiuſdam eccleſię, nõ obſtante certo canonicorum numero ibi ſtatuto, valet, ac debet exequi, etſi in illa eccleſia nullus ſit numerus canonicorum ſtatutus.c.15.n.85.lib.2.p. 718.

Mandatũ.ſeu voluntas alicuius morte mãdantis finitur, & quomodo intelligatur. c.17.n.2.& 12.lib.2.p.743.& 745.

Maritus licitè poteſt ex cauſa mulierẽ caſtigare, atq; iuxta qualitatẽ culpę corrigere, ita ꝙ non procedat ad ſæua, illa enim ſunt iudici relinquẽda, etiã in ſeruis proprijs.c.24.nu.12.lib.1.pag.243.

Maritus propter publicum adulteriũ vxoris an poſsit ipſa viuente clericus in ſacris effici?c.25.nu.1.& ſeq.vbi n.12.ponitur affirmatiua, ſed nu.13. & ſeq. negatiua, quæ eligitur.lib.1.p.245.& 247.

Maritus propter adulterium vxoris poteſt intrare religionem, ibique ſolẽniter profiteri, & in ea perſeuerare inuita vxore. c.25.nu.2.lib.1.pag.245.

Marito non licet vxore adulterà viuente aliam ducere.cap.25.num.4.libro 1.pagina 246.

Marito quotieſcunq; poſt conſummatum matrimonium licet trãſire ad religionẽ, licet etiam eidẽ tranſire ad ſacros ordines remanendo in ſeculo.c.25.n.5.lib.1 ibidem.

Maritus etiã matrimonio copula conſũmato poteſt de licentia vxoris conuerti ad religionẽ, ipſa vxore in ſeculo remanente, ſi non ſit ſuſpecta de incontinentia, ac caſtitatem promittẽte, aliàs tenetur etiã profiteri.c.25.n.6.lib.1. ibid.

Maritus vxore religionẽ profitente poteſt ordinari?c.25.n.7.lib.1.ibid.

Maritus etiã ignorãs cognoſcens carnaliter vxorem ſuam adulterã, bigamiã contrahit.c.25.n.15.lib.1.pag.244.

Maritus, qui vxorem adulterã poſt pœnitẽtiam ſibi reconciliatam cognouerit, irregularis eſt.c.25.nu.16.lib.1.ibid.

Maritus quòd propter adulterium vxoris poſsit ordinari, nullo iure ſpeciali cauetur, quamuis religionem intrare ac profiteri valeat.c.25.nu.18.lib. 1.ibid.

Maritus ſi relinquat aliquid vxori, ſi ingreſſa fuerit monaſterium, intelligitur de ingreſſu cum perſeuerantia.c.1.n.23.lib.2 pag.429.

Maritus poteſt legare vxori vſumfructũ ea lege, ſi pudicè vixerit, aut ſi ad ſecundas non tranſierit nuptias.c.5.n.16. lib. 2.pag.502.

Marito à lege datur facultas impunè occidendi vxorem & adulterum in crimine adulterij deprehenſos.c.6.nu. 40.lib.2. pag.536.

Maritus ſolum poteſt vxorem adulteram accuſare.cap.7.numero 80.libro 2. pagina 584.

Maritus non tenetur ſtare locationi factę per vxorem, aut ſocerum, ante dotis cõſtitutionem.c.8.n.46.lib.2.pag.602.

Martyribus licitum fuit in carceribus tyrãnorũ manere, nec peccauerunt ob non arreptã fugã, data ipſius opportunitate, etiãſi mors eis imminens fuerit & proxima.c.24.n.26.lib.2.p.883.

Martyres potuerunt licitè colla percutientibus ſubmittere.c.24.num.28.libro.2. ibid.

Maſculus à fœmina ob actum venereũ pretium recipere poteſt.c.10.n. 10.libr.2. pag.620.

Mater poteſt facere maioratum in filiũ ſpurium

rium deficientibus alijs legitimis,& natu
ralibus.c.14.nu.34.lib.2.pag.684.
Matthæi 19.verba illa, Quos Deus coniun
xit,&c. intelliguntur etiã de matrimonio
rato tantũ.c.17.nu.15.lib.1.pag.184.
Et nu.16.quòd nullus homo ſeparare poſ
ſit coniuges,quia hoc ſoli Deo eſt reſer
uatum, declaratur etiam cap.24.nu. 20.
lib.1.ibid.& 244.
Matth.19.verba illa, Qui dimiſerit uxorẽ
ſuã,&c.quomodo intelligantur.c.17.n
nu.36.lib.1.pag.190.
Matth.illud,Quod Deus coniunxit,homo
non ſeparet,declaratur.c.24.nu.20.lib.
1.pag.244.
Matrimoniũ contractũ à muliere, quæ ſe-
minare non poteſt,cum viro qui ſemina
re poteſt,tenet.c.16.nu.16.ſecus è cõuer
ſo,ibid.nu.18.lib.1.pag.177.
Matrimoniũ ratum & non conſũmatũ diſ-
ſoluitur quoad vinculum per religionis
ingreſſum, & ſolennem profeſsionem.
c.17.nu.2.& 3.lib.1.pag.180.Et nu.18.
ratio differentiæ aſsignatur inter votum
ſolenne & ſimplex.lib.1.pag.185.
Matrimoniũ ratum ſignificat coniũctionẽ
ſpiritualem inter Chriſtum & animã, &
hæc eſt ſolubilis,ideò religionis ingreſ-
ſ' ſoluit Sacramẽtũ.c.17.n.4.lib.1.p.181
Matrimoniũ inter infideles contractũ diſ-
ſoluitur, ſi alter eorũ ad fidem conuer-
tatur,& alter nolit cohabitare ſine iniu-
ria Creatoris,propter periculũ fidelis cõ
iugis.c.17.nu.6.lib.1.ibid.
Matrimonium conſummatum inter infide
les eſt de iure diuino & naturali.c.17.n.
10.lib.1.pag.182.
Matrimonij etiã rati indiſſolubilitas eſt im
mediatè de iure naturali & diuino abſo-
luto, nã matrimoniũ eſt maris & fœmi-
næ coniunctio,indiuiduã vitæ conſuetu-
dinẽ retinẽs.c.17.n.13.& 14.lib.1.p. 183.
Matrimoniũ etiam ante copulã carnalem ſi
gnificat coniunctionẽ Chriſti & Eccle-
ſiæ,atque ideò eſt vinculum indiuiduũ.
c.17.nu.23.lib.1.pag. 186.
Matrimonium ratum ſoluere ille tantũ po
teſt,qui dedit legẽ de eius indiſſolubili-
tate.c.17.nu.17.lib.1.pag.185.
Matrimoniũ ratũ & non conſũmatum, qđ
per profeſsionem legitimã diſſoluitur,
diuina,nõ humana authoritate fit, vt no
bis mater Eccleſia exemplis declarauit.
c.17.nu.26.lib.1.pag.187.
Matrimonium ratum& nõ conſummatum
nõ dirimitur per ſacri ordinis ſuſceptio
nem,niſi promotio facta ſit cum conſen
ſu vxoris,& an hæc limitatio ſit vera. c.
17.nu.29.lib.1.pag.189.
Matrimonium non diſſoluitur per Epiſco
palem dignitatẽ,c.17.nu.30.lib.1.ibid.
Matrimoniũ ratum & conſummatũ nõ diſ
ſoluitur quoad vinculum, etiã per ſolen
ne votũ, ſeu religionis ingreſſum & pro
feſsionem.c.17.n.31.lib.1.ibid.
Matrimonium ratum tantũ ſoluit votum ſo
lenne religionis,non ꝙ ſit fortius vincu
lum,ſed quòd ſit mors quædam ciuilis.
c.17.nu.33.lib.1.ibid.
Matrimonij indiſſolubilitas nõ ſumitur ex
ſignificatione, ſed ex ſui natura,& inſti-
tutione diuina.c.17.n.35.lib.1. ibid.
Matrimonium ex cauſa fornicationis ſepa
ratur quoad torum , non autem diſſol-
uitur quoad vinculum matrimonij.c.17.
nu.37.lib.1.pag.190.
Matrimonio cõtracto ab impuberibus, vel
à pubere,ſeruata forma ſacroſancti Con
cil.Triden.an poſteà adueniente puber
tate debeat ratificari expreſſè eadẽ for-
ma repetita,an verò tacitè ratificetur in-
terueniente copula,mutua cohabitatio-
ne,oſculis,vel amplexibus,ante vel poſt
Concil.Tridẽ.c.18.per tot.lib.1.p.192
Matrimonio cõtracto de facto in facie Ec-
cleſiæ,& cõſummato , ſi alter cõiux ſit
conſcius impedimẽti ſecreti ipſum diri-
mentis,& obtenta diſpenſatione contra
here iterum velit,tunc abſq; teſtibus ſuf
ficit contrahere ad euitandum ſcandalũ,
ſecund.Caieta.& cõmunẽ,ſed poſt Con
cil.Trid.nõ p̄cedit.c.18.n.3.lib.1.p.194
Quid hoc caſu faciendum ſit,ibi.n.7. & 8.
lib.1.pag. 196.
Matrimonij contrahendi ſolennitas requi
ſita per ſanctum Concil. Trident.c. 19.
nu.1.lib.1.pag.200.
Matrimoniũ per verba de præſenti contra
ctũ ab impuberibus, reſoluitur iuris in-
terpretatione in ſponſalia de futuro: &
ideò ſi cũ alia factus pubes cõtrahat de
præſenti in facie Eccleſiæ,validũ eſſet &
ſeruandum hoc ſecundum matrimoniũ,
c.18.nu.9.lib.1.pag.198.
Matrimoniũ de præſenti hodie attento ſa-
cro Cõcil.Trid.cõtrahi non poteſt, niſi
corã parocho vel alio ſacerdote de ipſi'
vel ordinarij licẽtia,& duobus vel trib'
teſtibus.c.21.nu.11.lib.1.pag.216.
Matrimoniũ iure cõmuni contrahitur his
verbis,Contraho matrimoniũ, & nõ cũ
alia niſi tecum.c.21.n.19.lib.1.p.218.
Matri-

Ayuntamiento de Madrid

Matrimoniũ contractũ nõ videtur, ſi puella iuuenĩ ſe interpellanti reſpõdeat, Nolo vt me cognoſcas, niſi honeſtè, atq; ita ſe facturũ reſpõdeat, iuretq;.c.21.n.22. lib.1.ibid.

Matrimoniũ an præſumatur ex traductione ad domũ.c.21.n.34.lib.1.p. 222.

Matrimoniũ vel ſpõſalia inter conſanguineos vel affines ſub conditione, ſi Papa diſpenſauerit, an ſint valida, ita vt Papa diſpenſante locus non ſit pœnitentiæ, necne?c.22.n.1.& ſeq. & præcipuè nu. 15.vbi referuntur authores affirmatiuæ ſententię,& nu.16.negatiuę,& n.17.ſẽtentia authoris ponitur,lib.1.pag.224.

Matrimoniũ per verba de præſenti cõtractũ ſub aliqua cõditione licita & honeſta, adueniente cõditione ſtatim perficitur,& eſt verum matrimoniũ abſq; nouo conſenſu, ſecundùm cõmunem opinionẽ Canoniſtarũ, ſed ſecundũ veriorẽ & & cõmunem Theologorũ ſecus eſt. c. 22.n.2.& n.21. ſeq. & libr.1.pag. 224.

Matrimoniũ contrahẽtes per verba de pręſenti ſub aliqua cõditione licita & honeſta, nõ poſſunt pendẽte cõditione dictũ cõſenſum reuocare, ſed tenẽtur cõditionẽ ſpectare: ſi tamẽ interim aliud matrimoniũ contrahant, tenebit. c. 22.num. 4.lib.1.pag.224.

Matrimoniũ cõtractũ inter cõſanguineos vel affines, abſq; conditione, ſi Papa diſpenſauerit, eſt illicitũ, & contrahentes incidunt in pœnam excõmunicationis. c.22.nu.5.lib.1.pag.225.

Matrimoniũ ratũ & nõ conſummatũ, ꝙ diſſoluatur per ſacri ordinis ſuſceptionem, nullo iure cauetur, quinimò vxoratus nullum ſacrũ ordinẽ ſuſcipere præſumere debet durãte matrimonio, niſi prout ſacris canonibus nouerit expedire, aliàs neq; matrimonio ſoluto in ſic ſuſcepto ordine miniſtrare, nec ad ſuperiores ordines prouehi, neq; ad aliquod beneficium vel officiũ eccleſiaſticum promoueri valet.c.25.n.17.lib.1.pag.249.

Medici & Phiſici, ſi nihil ex cõtingentibꝰ omittãt, ſicq; cõſcientiã non habeãt læſam alicuius culpę, quia eã artẽ abſq; culpę ſuſpicione exercuerint, bene poſſunt iure ad ſacros ordines promoueri: quatuor tamẽ aut quinq; debẽt ad hoc concurrere, de quibꝰhic in c.6.n.26.27.Sed quis eſt hic,& laudabimꝰ eũ?n.28.lib.2. pag.533.

Medicus nõ tenetur ſemper& cõtinuò adeſſe ęgroto, niſi ipſe propter maximum ęgritudinis periculũ cuſtodia indigeret, tunc enim tenetur medicus, vel præſens eſſe, vel admonere vt diligẽnter cuſtodiatur.c.6.n.28.lib.1.ibid.

Medicus omittẽs curare infirmũ, & diues alere pauperẽ, qui tamẽ ex hoc moriatur, nõ ex hoc illi fiũt irregulares.c.6.n. 115. lib.2.pag.552.

Melioratus filius in tertia hęreditatis parte cũ grauamine, vt ſi ſine liberis deceſſerit, alteri filio teſtatoris reſtituat, ſi monaſteriũ ingrediatur, nõ ſuccedit monaſterium in ea parte, quę legitima eſt filiorũ, ſed alter filius vocatus.c.32.n.35.lib.1.p. 307.

Melior cęteris ſimpliciter nõ eſt eligẽdꝰ, ſed magis idoneꝰ ad animarũ regimẽ, qui poſſit eccleſiã inſtituere & defendere,& pacificè gubernare.c.11.n.3.lib. 2.p.634.

Menſa capitularis, redditusq; ipſiꝰ, menſę, in qua inuitati ad comedẽdum ſedẽt, aſsimilatur.c.1.n.108.lib.1.pag.40.

Mẽtione facta mortis, in dubio in ꝓpoſito intelligitur de naturali tantùm.c.1. n.50. lib.2.pag.437.

Mẽtione nõ facta omniũ quę principẽ retardare potuiſſent ad concedẽdũ reſcriptũ, nullũ & inualidũ redditur, & quomodo hoc intelligatur.c.15.n.28.& 29. lib.2 pag.701.

Mercatores, vulgo dicti Traperos,& alij ſimiles, cũ vt plurimũ & propè ſemper nõ vẽdãt ad creditũ merces ſuas rogati, neq; moti vt benefaciãt proximo, ſed ipſi ob ſui gratiã, lucrũ ac intereſſe quærũt, ac cupiũt emptores, quinimo ad id ſunt expoſiti, atq; parati ad vẽdẽdũ omnibus, vtroq; modo habere nõ debẽt, neq; poſſunt reſpectũ ad intereſſe lucri ceſſantis, nec dãni emergẽtis ſub pœna peccati mortalis, & reſtitutionis.c.39.n.28.lib.1.p.405.Præterquã ſi concurrãt tres conditiones, de quibus ibi.n.25.re vera & abſq; vlla fraude & fictione, ibid.n.29.lib. 1.ibid.

Mercatores an poſsint merces ſuas cariꝰ ad tẽpus vẽdere ratione periculi, cũ vẽditor ad emptoris inſtãtiã rẽ ſuã exponit, vel ratione dubij, ſeu timoris iuſti& probabilis, cui ipſe emptor cauſã pręſtat, de litigãdo, & expenſas faciendo pro capitalis recuperatione.c.39.n.30.lib.1.ibid.

Mercatores qui pecunia credita vendũt merces indigentibus carius vltra pretiũ rigoroſũ quã in prõptu valeãt, eo pacto vel propoſito principali, vt ſtatim ab eiſdem emant, per ſe vel aliũ viliori pretio de præſẽti ſoluẽdo, impiè agũt, qd vulgo mohatra dicitur.c.39.n.71.lib.1.p.415

E 2 Mer-

Ayuntamiento de Madrid

# INDEX.

Merces ſi dubium ſit plus,minuſue valituras tẽpore ſolutionis,non ſufficit ad hoc vt carius vendi poſsint tẽpore venditionis,niſi ſimul & copulatiuè cõcurrat, ꝙ venditor tẽpore contractus eas non fuerat venditurus,vnũ enim ſine altero non ſufficit.c.39.n.2.& alia de mercibus vide num.ſeqq.lib.1.pag.398.

Merx paruo pretio æſtimatur in Republica,quãdo nõ reperiũtur emptores parua pecunia eã emere volentes, ſic è contra ſi multi reperiãtur emptores,qui magno pretio illã emant,ſignũ eſt eã mercẽ plus valere.c.39.n.38.lib.1 pag.407.

Meretrix licet turpiter facit eo ꝙ ſit meretrix,nõ tamẽ turpiter accipit cũ ſit meretrix.c.10.n.11.& 13.cõtra hoc arguitur, ſed num.ſeqq. argumẽta diſſoluuntur.lib.2.pag.620.

Meretrix domina eſt ſui corporis,& materia vendibilis eſt.c.10.n.12. lib. 2.ibid.

Meretrix,ſecundũ Medin.& Nauarr. non minus peccat recipiẽdo mercedem ſuæ operę illicitę,quã cęteri qui pro alio maleficio committendo recipiunt pretiũ, quãuis ad reſtitutionẽ non teneatur.c.10 n.15.ſed cõtra n.16.& 17.lib.2.p.622.

Meretrix tute in conſcientia apud iudicem exteriorẽ petere poteſt mercedem ſibi promiſſam ſequuta copula:ſecus dicẽdũ eſt in alijs mulieribus non meretricib', reſpectu eiuſdẽ fori exterioris.c.10.nu. 29.lib.2.pag.627.

Miles armatæ militię propter ebrietatẽ deponi poteſt ab omni militia.c.4.nu.60. lib.2.pag.485.

Miniſter iudicis condemnantis innocentẽ, an exequendo ſentẽtiã eius peccet mortaliter.c.29.n.15.lib.2.pag.941.

Minores ordines & ſubdiaconatus an eodem die conferri valeant.c.26.n.30.31. & 32.lib.1.pag.257.

Minor læſus poſt ſententiã poteſt à iudice contra eam reſtitutionem petere. c.2.n. 36.lib.2.pag.466.

Minor finita tutela,an teneatur ſtare locationi à tutore factæ. c.8.nu.42.lib.2.pagina 601.

Minor,miles,& clericus, concubinis ſuis donare minimè poſſunt.c.10.n.7.lib.2. pag.620.

Miſſus in poſſeſsionem ex 1.vel 2.decreto iudicis,tenetur omnino ſtare colono,niſi locatio præcedens in fraudem creditoris facta fuerit.c.8.n.48.lib.2.pag.602.

Miſſam audiens in Eccleſia Cathedrali,adimplet præceptum.c.30.nn.12. libro 1. pag.281.

Miſſam audire non debet quis in oratorio priuato in ſolennitatibus maximis, ſed in ciuitatibus aut parochijs.c.30. nu. 19. lib.1.pag.282.

Miſſas totas audire præceptũ eſt.c.30.nu. 20.& 21.lib.1.pag.283.

Miſſam celebrare non licet ex priuilegio, niſi in loco decenti.c.30.nu. 27.lib.1. pag.284.

Miſſa in feria ſexta in Paraſceue nõ celebratur ſub pœna peccati mortalis.c.30.nu. 35.& nu.36.quid in die Cœnę Domini, & Sabbathi ſãncti.lib. 1.pag.286.

Miſſam iure communi attento non eſt licitum audire, neq; ſuſcipere Sacramenta eccleſiaſtica à clerico notorio concubinario, etiã ſine monitione ſuperioris.c. 1.n.44.lib.1.pag.23.

Hodie ſecus eſt,niſi clericus publicus concubinarius fuerit nominatim publicè denuntiatus per prælatum,vel ſuſpẽſus, vt euitetur.c.1.n.45.lib.1.ibid.

Miſſam audiens à ſacerdote exiſtente in alio crimine notorio,non peccat mortaliter.c.1.nu.46.lib.1.pag.24.

Mittens puerum ad puteum,aut ad flumẽ, vbi ſuffocatur, & qui fugiens ictũ vnius propellit in alterum, qui ex hoc deformatur,eſt irregularis.c.6.nu. 160.lib.2. pag.560.

Mixta conditio non continetur ſub ſimplici.c.32.nu.42.lib.1.pag.309.

Modicum dicitur reſpectu perſonarũ.c.11 nu.64.lib.1.pag.138.

Modus adiectus in contractu, ſi non adimpleatur,res cõdicitur & vendicatur.c.18 nu.60.lib.2.pag.768.

Monaſterium non habetur pro filio,niſi tãtũ in caſibus à iure expreſsis, & ad alios non extenditur,cùm hęc ſit fictio quædã.c.32.nu.56.lib.1.pag.314.

Monaſterium ſi egẽs ſit, poteſt acceptare dotem pro alimentis monialis abſq; ſimonia.c.32.n.62.lib.1.pag.316.

Monaſteriorũ monialiũ pręfectę, etiãſi ſit expletus numer.earũ quę ali poſſũt ex redditibus monaſterij, abſq; culpa poſſunt ſufficiẽter dotatas admittere. c.32. nu.63.lib.1.ibid.

Monaſteriũ monialiũ egens ex pacto nihil aliud pro dote monialis recipere poteſt, præter illud quod alendę moniali ſit neceſſariũ.c.32.n.65.lib.1. p. 317. Et nu. 66.cõſuetudo & vſus Hiſpanię in reci-

pien-

Ayuntamiento de Madrid

piedis monialibus,refertur lib.1.ibid.
Monaſteriũ capax ſucceſsionis an excludat ſubſtitutum vocatum ſub ea cõditione, ſi inſtitutus ſine liberis legitimis & naturalibus deceſſerit,vel ſine liberis ex ſe legitimè deſcendentibus, vel ex ſuo corpore procreatis.c.32. per tot.lib.1.pag. 298.
Monaſteriũ loco filij habetur.c.32.n.2.& ſeqq.lib.1.p.299. Sed contrariũ nu.54. Sed procedit per fictionẽ,nõ verò ſecũdũ veritatẽ,ibid.n.8.& n.55.lib.1.p.300 & 312.& 313.
Monaſteriũ excludit ſubſtitutũ vocatũ ſub cõditione,ſi grauatus ſine liberis deceſſerit,ne ſcilicet,religionis profeſsio impediatur, & ne quis à vita contẽplatiua auertatur.c.32.n.12.Sed hoc nõ eſt præſumendũ,vt in nu.57. lib.1.pag.314.
Monaſteriũ capax ſucceſsionis ꝙ excludat ſubſtitutũ vocatũ ſub ea cõditione,ſi inſtitutus ſine liberis legitimis & naturalibus deceſſerit,vel ſine liberis ex ſe legitimè deſcendẽtibus, vel ex ſuo corpore procreatis,plurimi authores referuntur tenentes & teſtantes eſſe cõmũ. opin.c. 32.n.24.lib.1.p.303. Fallit primò in monaſterio in cõmuni incapace bonorum. n.25.lib.1.p.304. Secũdò fallit,quoties clarè conſtaret de expreſſa volũtate teſtatoris in contrariũ.n.23. lib.1.p.303. Tertiò fallit, ſi in conditione prædicta exprimeretur de veris & naturalibus filijs, nõ per iuris interpretationẽ,vel de eorũ vero & nõ ficto matrimonio, aut per alia verba equipollentia,quæ neceſſariò inferant de excluſione monaſterij cogitatũ.n.27.& 28.lib.1.p.305. Fallit etiã,ſi appareat teſtatorẽ voluiſſe agnationi conſulere,bonaq; in familia conſeruari.n.29.lib.1.ibid.Fallit etiã,ſi ſubſtitutus ſit filius teſtatoris,vt n.31.32.& 35. quanuis alij contrarium teneant,vt in n. 33.& 34.lib.1.pag.306.& 307.
Monaſterio & piæ cauſę magis fauetur in bonis extra legitimã,quã filijs.c. 32.nu. 34.lib.1.ibid.Sed cõtra nu.36.vbi de intellectu tex.in c.quicumq;.17.q. 4. lib. 1.pag.308.
Monaſterium non excludit filium teſtatoris ſubſtitutũ,ſi pia cauſa ſecundo loco ſubſtituta ſit.Quod procedit etiamſi primus ſubſtitutus ſit extraneus.c. 32. nu. 37.& 38.lib.1.pag.309.
Monaſteriũ ꝙ nõ excludat ſubſtitutũ ſub conditione ſi grauatus deceſſerit ſine liberis legitimis & naturalibus,vel ſine liberis ex ſe legitimè deſcendẽtibus, vel ex ſuo corpore ꝓcreatis, latè ꝓbatur.c. 32.n.41.lib.1.ibid.& n.ſeq.& n.52.referuntur plures authores eã tenentes,teſtanteſq; cõmunem, & n. 53. ea eligitur ab authore.lib.1.pag. 311.& 312.
Monaſteriũ loco filij poſthumi habetur,atque cenſetur.c.1.n. 5.lib.2.pag.425.
Monaſteriũ habetur loco filij in caſibus à iure expreſsis,in alijs autẽ nõ habetur ꝓ filio,& tũc exprimitur à iure,vbi ingreſſus monaſteriũ nullũ prius teſtamentũ condidiſſet.c.1.n.8.lib.2.pag.426.
Monaſteriũ tenetur alere filios monachi eo viuente, quia bona tranſeunt cũ ſuo onere,poteritq; filius hoc caſu petere vt aſsignẽtur ſibi certa bona , ex quibus ſe poſsit alere.c.1.n.90.lib.2.pag.449.
Monaſteriũ viuente monacho profeſſo reget & gubernabit bona ipſius monachi teſtatoris,& faciet fructus ſuos.c.1.nu. 99.lib.2.pag.452.
Monialis fornicando cõmittit ſacrilegiũ,inceſtũ,& adulteriũ.c.7.n.50.lib. 2. p.575.
Moniales nullo modo debent exire à ſuis monaſterijs, niſi ex cauſa magni incẽdij,vel infirmitatis lepræ , aut epidemiæ.c.14.n.1.lib.1.pag.161.Sed an ex alijs infirmitatibus grauibus, ex quibus iudicio medicorũ mors timeatur , id liceat,latè diſcutitur ibi,nu.2.& ſeqq.lib. 1.pag.162.
Monialiũ exitus à ſuis monaſterijs licitus eſt ob iuſtum timorem belli.c.14.nu.9. lib.1.pag.164.
Monialis exire poteſt à monaſterio,electa in Abbatiſſam alterius , vt illi præſit.c. 14.nu.10.lib.1.pag.165.
Moniales plures recipi nõ debent , quàm ali poſſunt ex redditibus monaſterij. c. 32.nu.64.ſi tamen recipiantur bene dotatę,abſque culpa id fiet,ibid.nu.63.lib. 1.pag.316.& 317.
Monialiũ numerus vbi non eſt impletus, monaſteriũque diues ſit, illicitum eſſet dotẽ ab ingredientibus exigere.c. 32.n. 67.hoc autem ceſſante licet,vt in nu.68 ibid.lib.1.ibid.
Moniales poſſunt per pręlatos monaſteriorum ex cauſa vtilitatẽ ipſorum concernente mutari de vno in aliud ad inhabitãdum.c.14.nu.11.lib.1.pag.165.
Monitio generalis ſufficit ad excõmunicationem generalem ferendam: hoc tamẽ fallit,vbi excommunicatio ferenda eſt

aduerſus participantes cū excōmunicato,quia tunc neceſſaria eſt monitio ſpecialis nominatim eorum, qui monendi ſunt,nec generalis ſufficit, aliàs erit nulla ipſo iure.c.4.nu.31.libr.1.pagin.74.
Quod intelligendum eſt, quoties quis excommunicat participantes cū excōmunicato à ſe ipſo:ſecus ſi cū excōmunicato ab alio, vel à iure,ibid.n.32.lib.1 ibid.
Monitio prælati præcedere debet pœnā d. c.crapula,ac recidentia in crimine ebrietatis poſt monitionē,&c.c.4.nu.66. lib. 1.pag.486.
Monitio præcedere debet ad hoc, vt clericus cōcubinarius puniri poſsit,niſi cōcubinatus ſit notorius & ſcādaloſus, reſpectu pœnæ pecuniariæ,vel reclusionis in eccleſia ad modicū tēpus.c.7.nu.76. & ſeqq.lib.2.pag.583.
Monitoriæ generales cōcedi poſſūt,etiā cōtra teſtes,qui veritatē ſciūt de aliquo negotio, & eorū nomina ignorātur.c.11. nu.35.& 37.lib.1.pag.131.
Monitoriæ generales cōcedi poſſūt in omnes impedientes teſtes produci in cauſa mota.c.11.nu.36.lib.1.ibid.
Monitoriæ generales diſcerni poſſunt cōtra habētes,vel ſciētes quis habeat has, vel illas ſcripturas:limitatur vt hic.c.11. nu.38.lib.1.pag.132.
Monitoriæ generales cōcedi debēt pro occultis,in quibus aliàs nō apparet probatio,ſecus pro notis.c.11.n.59.lib.2.136
Monitoriæ generales concedi non debent pro re leui,& an latæ pro ea ligent.c.11. n.60.& 61.lib.1.pag.137.
Monitoriæ generales facilius pro pauperibus pro re parua, quā pro diuitibus cōcedēdæ ſunt.c.11.n.36.lib.1. pag.138.
Monitoria ſpecialia contra certas perſonas pro minori ſūma concedi ſolent. c.11. nu.66.lib.1.ibid.
Monitorijs criminoſis reſpondendum nō eſt,nec quādo præceſsit pactū in contrariū.c.11.nu.76.77.lib.1.pag.140.
Monitoriæ generales intelligi debēt ciuili modo,ita quod nō quis arctetur ad impoſsibile,& excōmunicatio ferri nō debet pro debito cōtra eū, qui ſoluere nō poteſt.c.11.n.80.& 81.lib.1.p.141.
Monitoriarū reliqua vide in d.c.11. per totū,lib.1.pag.123.
Monachus ante profeſsionē poteſt validè teſtari,ac proinde eius teſtamentū poſt profeſsionē nō reuocatur:quod intelligitur etiā ſine licentia prælati.c.1.n.20.& 25.& in n.ſeqq. an hodie hoc procedat ſtāte Cōcil.Trid.lib.2.pag.429.& 430.
Monachus nouitius intra annū probationis tāquā laicus cēſendus eſt,nec dicitur monaſteriū ingreſſus,qui nondū eſt profeſſus.c.1.n.21.lib.2.ibid.
Monachus iā profeſſus an poſsit teſtamentū ante profeſsionē à ſe conditū reuocare.c.1.n.35.& ſeqq.lib.2.pag.432.
Monachus an poſsit in fauorem vnius filij meliorationē facere, vel maioratū cōſtituere,remiſsiuè.c.1.n.38.lib.2.p.433.
Monachus quoad effectū teſtandi,ſeu contrahendi,pro mortuo habetur.c.1.n.37 lib.3.ibid.
Monachus poſt profeſsionē moritur mundo,& ſic non habet velle aut nolle. c.1. nu.39.lib.2.ibid.
Monachus profeſſus non poteſt reuocare teſtamentū à ſe factum,etiamſi in fauorem monaſterij reuocatio fiat.c.1.nu.40 lib.2.pag.434.
Monachus antequā grauatus reſtituere alteri hæreditatē,vel quid aliud,ſi ſupervixerit fideicōmiſſario,nō euaneſcit fideicōmiſſum, ſi monaſteriū ſit omnino incapax ſucceſsionis bonorū.c.1.n.63.lib. 2.pag.442.Secus erit in monaſterio capace bonorum in cōmuni vel particulari,quia in hac ſpecie monaſteriū durante vita monachi habebit bona fideicōmiſſi,& apud eum perpetuò manebit,ſi monachus ſuperuixerit fideicōmiſſario.c.1. nu.64.lib.2.pag.442.
Monachus ſimpliciter ingrediēs monaſteriū,nō declarādo quod illud fuerit ingreſſus cauſa ſtandi in probatione, ſi moriatur intra annū probationis, nulla diſpoſitione facta de bonis ſuis,ad quē ipſa pertineant.c.1.n.104.lib.2.pag.454.
Monachus aut clericus exercens medici artē,ſi peritus eſt,& abſq; eius culpa caſu infirmus moriatur,non erit irregularis.c.6 nu.25.lib.2.pag.533.
Monachus minor peccans equitando non fit irregularis,ſi mula eius,aliàs manſueta,puerū occidat abſq; ipſius culpa, niſi frænū de facili frangi potuit,vel ſi propter eius imperitiā vel impotentiā equus laſciuiſſet,vel ſi nō vidit quę debuit.c.6 nu.122.& 123.lib.2.pag.554.
Monachus nō poteſt dare vel promittere cōcubinę vel meretrici.c.10.nu.5. libr.2. pag.620.
Monachis à fortiori prohibita eſt donatio perſonalis, nā per alios venari poſſunt, & canes extra monaſteriū ad id habere,
ſi

Ayuntamiento de Madrid

ſi in terris proprijs venationem habetã, aut ius in terris alienis venandi.c.28. n. 17.lib.2.pag.921.

Mohatra vulgo dicta,hoc eſt vendere aliquid indigentibus carius vltra pretium rigurofum,quàm in promptu valeat, eo pacto vel propoſito principali,vt ſtatim ab eiſdem emant per ſe vel alium, viliori pretio de præſenti ſoluendo, illicita eſt.c.39.n.71.lib.1.pag.415. Præterquã ſi venditio prædicta fieret ad creditum pretio rigurofo,emptio verò pretio inſſimo,vt ibi nu.72.lib.1.ibid.

Morbus talis & tantus, ex quo euidenter conſtat non poſſe moniale cũ alijs abſq; graui periculo cõmorari,eſt ſufficiẽs cauſa attento iure cõmuni,& Cõcil.Tridet. vt monialis exire poſsit à monaſterio.c. 14.n.3.lib.1.pag.162.

Moriens alio legitimo confeſſario deficiente, tenetur excommunicato ſacerdoti confiteri,licet ſit præciſus ab eccleſia,ipſeq; miniſter ſic adminiſtrando nõ peccat,ſi tamen reſipiſcat,& animo decernat iã eccleſiæ parere mãdatis,vt excõmunicationem excutiat à ſe ipſo.c. 1. nu.65.lib.1.pag.31. Quod eſt ſpeciale in Sacramento Baptiſmi,& Pœnitentiæ, in cæteris verò id non licet,vt in nu.66. lib.1.ibid.

Mors ciuilis tunc æquiparatur naturali,quãdo mors ciuilis operatur eundem effectũ,quem naturalis.c.1.nu.43. libro 2. pag.434.

Mors naturalis non æquiparatur ciuili,neq; è contra,niſi in caſibus à iure expreſsis. c.1.nu.44.lib.2.pag.435.

Mors ciuilis non operatur eundẽ effectum in deportato & relegato, quẽ mors naturalis.c.1.nu.45.lib.2.ibid.

Mortuus repertus in puteo vel fonte,non eſt priuãdus eccleſiaſtica ſepultura, qui non præſumitur ſe ipſum præcipitaſſe, caſu enim potuit ibi decidere.c.3.nu.15 lib.2.pag.471.

Idem dicendũ eſt in reperto in amne vel fluuio ſuffocato,etiam veſtito,ibi nu.16 lib.2.pag.472.Idẽ in reperto in via, vel in alio loco mortuo, vel ex feneſtra proiecto,ibidem nu.17.lib.2.ibid.

Mortui bona non publicantur, quando quis non eſſet accuſatus, inquiſitus vel deprehẽſus de aliquo crimine,ſi ipſi⁹ hæredes parati ſunt eius defenſionẽ ſuſcipere,atq; innocentiã probare, niſi à fiſco contrariũ probetur, ſcilicet,ſe ipſum occidiſſe, preterquã ſi tunc tẽporis occiſus patiebatur dolorẽ,furorẽ, vel aliã iracundiã,&c.c.3.n.21.lib.2.pag.473.

Motus proprij Pij V.de confidentia beneficiorũ intellectus.c.23. nu.78. præcipuè nu.80.81.libr.2.pag.872.

Motu proprio Pij V.de confidentijs atten to, cautela quædã 44.Feratij& aliorum non eſt licita,neq; ſecura.c.5.nu.33.lib. pag.509.

Motus propri⁹Pij V.anno 1568.15.Calẽd. Decẽbris,latus circa abſolutionẽ à cenſuris,ad effectũ conſequendi iubileum, declaratur.c.2.nu.18.lib.1.pag.57.

Motus propri⁹ Sixti V.ſuper agitatione taurorũ,Epiſcopo Salmantino directus cõtra præceptores docentes non peccare clericos intereſſentes taurorũ agitationibus,& contra ipſos clericos.c. 7.nu. 36. lib.1.pag.102.

Hodieq; non eſt dubitandũ de obſeruãtia motus proprij Pij V.& Greg. XIII. ſuper prohibitione agitationis taurorũ lati, ibid.nu.37.lib.1.pag.103.

Motus proprius Pij V.ſuper clauſura monialium expenditur.c.14.nu.8.lib.1.p.164

Motus proprius Pij V. declaratur,in quo noui reſidentes æquo iure ac antiqui fructus beneficiorũ ſuorum lucrari debẽt. c.29.nu.29.lib.1.pag.276.

Quod ſecus obſeruatur in alma Eccleſia Ciuitatenſi, ex declaratione illuſtriſsimorũ Cardinaliũ,& ſtatutis dictæ eccleſiæ. ibid.n.30.lib.1.pag. 277.Et nouiter recepti in dicta Eccleſia ex conſtitutione immemoriali ſoluunt fabricæ eiuſdẽ duodecim aureos pro ſingulis præbendis, d. c.29.nu.31.lib.1.ibid.

Mulier quæ precibus pecunias magnas extorquet á ſuo amaſio,an & quãdo teneatur eas eidem reſtituere.c.37.nu. 19.libro 1.pag.379.

Mulier nupta,quæ falſò ſibi partum ſuppoſuit,vel quæ ex adulterio inſcio marito filium cõcepit, an teneatur ſe prodere, vel marito ſeu filio reuelare.cap. 38. numero 1.& ſequentibus,per totum,lib.1. pag.385.

Vbi num.25.cautela,qua vſa fuit in propoſito vidua quædam Auenionenſis, tuta non videtur,lib.1.pag.391.

Mulier iã diffamata adulterij, vel ſuppoſitionis partus,credẽs ſe ſine periculo corporis & animæ id reuelare poſſe, ac ꝙ ſibi maritus & filius credẽt,tenetur ipſis reuelare.c.38.n.26.lib.1.pag.392.



Ayuntamiento de Madrid

# INDEX.

Mulier in queſt.principali ſupra dicta an te neatur reuclare ſecluſo vitę periculo, quando ingens eſſet patrimonium,quod aliás auferretur regnum , aut præclariſsi ma domus.c.38.num.27.lib.1.ibid.

Mulier in præfata queſtione ſi patrimoniũ habeat , ex quo valeat commodè damnum reſarcire marito , ſiue eius heredibus,tenetur id omnino facere: & quid debeat facere,ſi bona non habeat,ex qui bus læſis ſatisfacere poſsit.c.38. nu.28. & 29.lib.1.pag.393.

Muliere ebrioſa nihil turpius eſt.c.4.num. 24.& 25.ſacrilegium eſſe,vt pote deteſtabile in fœmina,lib.2.pag.481.

Mulier ebrioſa ira magna,& contumelia,& turpitudo eius minimè tegetur.c.4. nu. 26.lib.2.ibid.

Mulieres ſua ingluuie,voracitate viuacitate, victus intẽperantia ſunt podagræ ob noxiæ.c.4.nu.29.lib.2.ibid.

Mulieres coniugatę donare non poſſunt hominibus propter coitum turpem.c.10 nu.6.ſecus de paraphernalibus.lib. 2.pa gina 620.

Mutuans an poſsit deducere in pactũ obligationem antydoralem, qua capiens mu tuũ, tenetur ſimile beneficium exhibere.c.15.nu.6.lib.2.pag.696.

Mutuans principaliter ob amicitiam,quãuis ſecundariò ob ſpem aliquid vltra ſor tem à debitore dandum accipiendi,non committit vſuram.c.15.num.7.libro 2. pag.ibid.

Mutuum accipere ſub vſuris,an & quando liceat.c.23.nu.39.& ſequentib. libro 2. pag.860.

Mutuũ licitè ſimpliciter peti poteſt ab eo, qui nó eſt paratus dare ſub vſuris: quod ſi ille nolit gratis mutuare , ſed ſub vſuris,poſſunt abſq; peccato mortali ab eo accipere ſub vſuris,niſi ob finẽ mortalẽ accipiant.cap.22.numero 42.libro 2.pa gina 853.

## N

NAtura propria inſpicienda eſt,& iuxta illam iudicandum, nó verò ſecundũ accidentalem.c.18.nu.57.lib.2.p.767.

Naual Carmelus erat vir durus,peſsimus,& malitioſus,& in couiuio cor eius iocundum,quia erat ebrius nimis.c.4. nu.16. lib.2.pag.480.

Nauar.inaduertẽter imponit Epiſcopo Segouienſi Couarr. quod ipſe non legit. c.10.num.28.lib.2.pag.627.

Neceſsitatis cauſa multa fieri poſſunt, quæ aliàs nó licerent.c.23.n.19.lib.1.p.239

Nemo inuitus fit bonus,vnde ſuppoſita neceſsitate omnes debent cogi ad ſubeun da media,quibus tandem volentes boni fiant.capit.31.numer.17. libro 1. pagina 291.

Nemo poteſt argui de temeritate,ſi ſequitur maiorum ſenſum.c.9. nu. 13.libr.1. pag.115.

Nemini priuato , nec etiam iudici ſeculari, licet iudicare aliquem hęreticum, etiam ſi notorius talis appareat , quouſque ab eccleſia id iudicetur, aut per ſententiam declaretur:idq; procedit indiſtinctè, vt in c.1.nu.22.lib.1.pag.17.

Nemo prçſumitur ebrius , niſi probetur: probatio tamen ebrietatis difficilis eſt, & ideò non creditur teſti deponenti ſuper ebrietate, niſi aſsignet concludentẽ rationem,etiam non interrogatus. c.4. nu.113.114.lib.2.pag.494.

Nemo pro peccato alterius eſt puniendus, Ezechiel.c.18.c.30.nu.12. libro 2.pagi na 946.

Nepos ex filio maiori prçmortuo , prefertur filio ſecũdogenito,ſecũdũ cõmunẽ obſeruãtiã in Hiſpania:qd procedit etiã in maioratibus ante d.l.Partiteinſtitutis. c.14.n.60.& 61.lib.2.pag.690.

Nominatim excõmunicatus dicitur,qui no mine proprio,officij vel dignitatis, aut aliquibus poſitis ſignis indubitatis excó municatur, vt hic,quamuis vitandus nó ſit,etiã à ſciente,quouſque fuerit declaratus & denuntiatus per iudicẽ.c. 1.nu. 28.lib.1.pag.19.

Nominatim excõmunicatus non eſt,quicũ que fecerit aliquid cõtra canonẽ id ipſũ faciẽte excõmunicãtẽ.c.1.n.27.lib.1.ibi.

Nominatim excõmunicatus & declaratus per iudicis ſententiam,quæ illum denũ tiat,mandatque denuntiandum publicũ excommunicatum,vitandus eſt , antea verò non.capit.1.numer.29.lib.1. pagina 20.

Atque vſus,cõmuniſq; interpretatio Chriſtiani orbis, in hunc ſenſum accepit cõſtitutionẽ Cõcil.Cõſtantienſ. per quam nunc nó denegatur ſepultura his qui ex cõmunicati moriũtur,niſi ſint denũtiati,ibid.nu.30.lib.1.ibid.

Nomina verbalia requirunt frequentiam, & in vno actu non verificantur. c. 19.n. 17.lib.2.pag.776.

Noe

Ayuntamiento de Madrid

# INDEX.

Noe ebriatus vino denudatus eſt, &c. c.4. nu.3.lib.2.pag.479.

Non ſoluens meretrici ſtatum pretium cogitur in foro iudiciali ad ſolutionē huiuſmodi.c.20.n.9.lib.2.pag.620.

Non ſufficit narrare ſcienter verificari poſt impetratam diſpenſationem, ſed tempore eius impetrationis veritas prout narratur debet ſe habere, vt hic.c.15.n. 133.lib.2.pag.730.

Non debet fieri aliquid ex ſolo zelo iuſtitiæ, niſi ſubſit iudicium rationis. c. 11. nu.46.lib.1.pag.134.

Notorie excommunicatus, ita quod ipſius factum nulla tergiuerſatione celari poſſit, vitandus eſt ante denuntiationem ſecundum literam Concilij Baſilienſis, & citantur authores huius ſententiæ.cap. 1.nu.6.lib.1.pag.8.Sed contrarium late probatur rationibus, & authoritatibus. nu.7.& ſeq.lib.1.pag.10.

Notorius clerici percuſſor cur ſit vitandus ante denuntiationem, cæteri verò notorij excommunicati minime. c. 1.nu. 12. lib.1.pag.13.

Nouitius ſi reuertitur ad ſeculū, poteſt ſua bona recuperare.c. 1.num. 106.libr.2. pag.455.

Nouitius in quibuſdam habetur pro religioſo, & talis eſt de foro Eccleſię, & gaudet priuilegio Canonis: & quid in alijs. c.1.numer.107.& 108.libr. 2. pag. 456. & 458.

Nullitas collationis ſimoniacæ vnde proueniat.c.23.n.13.lib.2.pag.850.

Nullus contrahit ſimoniam quātum ad eccleſiam ex ſola voluntate, niſi aliquid ſuperaddatur. c.23.n.52.lib.2.pag.865.

Nullus ita condemnatur quod ipſe ſibi inferat mortem.capit.24. numer. 3.lib.2. pag.876.

Nulli humano iudici licet vnquam vnum hominem pro peccato alterius occidere nec alia pœna corporali eum afficere. c. 30.nu.24.lib.2.pag.950.

Nullitas excōmunicationis quibus ex cauſis contingat.capit.4.nume. 40. libr. 1. pag.77.

Nullitas excommunicationis ſi ſapiētibus nota ſit, vulgus autem ignorat, poteſt excommunicatus coram illis ſapientibus eam non ſeruare, in publico verò eā ſeruare debet, quouſque ſcandalum rationabiliter ſedauerit. c.4.numer. 41. lib. 1. pag.ibid.

Nulla maior pœna eſt in Eccleſia quam excommunicatio, quanuis ex fine ſit medicinalis.c.7.n.27.lib.1.pag.98.

Nuntius Apoſtolicus legatus à latere cum ordinariam iuriſdictionem habeat in prouincia ſibi commiſſa, monitorias generales decernere poteſt. c. 11. num. 4. lib.1.pag.124.

## O

Oblationes, quæ fiunt ex conſuetudine, etiam diuitibus & habentibus decimas fieri poſſunt.c.21.numer.142.lib. 2.pag.824.

Oblationes debitæ parochis occaſione paupertatis ſeu conſuetudinis, ſunt voluntariæ quoad quantitatem, & ſpeciem rei oblatæ.c.21.numero.146.lib.2.pagina.825.

Oblationes an neceſſariò ſint faciēdæ, nec ne, miniſtro ſpiritualium, qui ex aliquo artificio particulari poſsit victum quærere.c.21.num.154.lib.2.pag.828.Quid in vicario abſentis, qui pingues redditus ab Eccleſia percepit. capit.21. nu.155. lib.2.pag.ibid.

Oblationes factæ imagini pictæ in muro Eccleſiæ parochialis, ad quem pertineat: reſoluitur cum communi ad Rectorem pertinere, non verò ad Epiſcopum loci.c.21.n. 162.lib. 2.pag.803.

Obligatio reſtituendi nō procedit à iuſtitia diſtributiua, ſed à commutatiua.c.11.n. 51.lib.2.pag.650.

Obligatio moralis non imponit trangreſſori culpam, ſed legalis. cap. 11.num.91. lib.2.pag.663.

Obligatio legis diuinę tolli nō potuit per legem pœnalem ſequentem. c.27.n.13. lib.2.pag.912.

Occulte excommunicatus hodie nullo modo vitandus eſt, nec etiam ante denunciationem, cuius excommunicatio duobus etiam teſtibus probari poſſet.c.1. nu.24.lib.1.pag.19.

Occulte excommunicatus tenetur ſe vitare à communione fidelium, & à diuinis abſtinere ante denuntiationem.c.1. nu. 39.lib.1.pag.21.Et an id procedat, quando ex hac euitatione occultum eius crimen, occultaque excommunicatio proderetur cum graui ſcandalo, ibid.n.40. lib.1.pag.ibid.

Occultus excommunicatus ſi habet aliàs ius compellendi ſacerdotem, vt habeat paro-

Ayuntamiento de Madrid

parochianus eius, petit autē Euchariſtiā in publico, tenetur ei parochus miniſtrare ſicut occulto peccatori: ſecus ſi occulte petatur, vel in publico & notorio excommunicato, etiam ſi non ſit denuntiatus. c. 1. n. 50. l[illegible]. pag. 25.

Occultis excommunicatis licitum eſt porrigere Euchariſtiam, etiam ceſſante ſcandalo, ſi non porrigeretur. cap. 1. numer. 52. lib. 1. pag. ibid.

Occulte excommunicatus licite, ſaltem valide poterit alteri facultatem concedere audiendi confeſſiones, publice autē excommunicatus minime. c. 1. numer. 89. lib. 1. pag. 36.

Occultum duplex eſt, primum quod eſt omnino occultum per ſe, & in ſolo actu animę conſiſtit. c. 13. n. 1. lib. 1. pag. 152.

Occultum ſecundo modo dicitur per accidens, quia exterius prodijt nemine præſente. c. 13. n. 2. lib. 1. pag. ibid.

Occultum pene eſt quod vni, vel paucis notum eſt, non tamen adhuc eſt probatum iudicialiter, neque pluribus notum. c. 13. n. 3. lib. 1. pag. ibid.

Occidens ſe ipſum, in Eccleſia ſepeliendus non eſt. cap. 3. numer. 2. lib. 2. pag. 469.

Occidens ſe ipſum, cum Pſalmis ſepeliendus non eſt, ſed in canina ſepultura. c. 3. nu. 3. lib. 2. pag. 470.

Occidens ſe ipſum in flumine eſt projciēdus. capit. 3. numero. 4. libro. 2. pagina. ibidem.

Occidens ſe ipſum, ſecundùm Platonis ſententiam ſolitaria eſt ſepeliendus ſepultura, vbi alius nemo condatur, & in his locis, quæ de duodecim partibus vltima deſerta, nec ei ſtatua, nec inſcriptione ſepulchrum notetur. capit. 3. num. 5. libr. 2. pag. ibid.

Occidens ſe ipſum cum conſtat in articulo mortis de pœnitentia eius, an ſit ſepeliēdus in eccleſiaſtica ſepultura. c. 3. nu. 8. lib. 2. pag. ibid.

Occidens ſe ipſum, ad hoc vt eccleſiaſtica debeat carere ſepultura, ante omnia cōſtare debet de hac qualitate quod ſe ipſum occiderit. capit. 3. numer. 10. lib. 2. pag. 471.

Occidens ſe ipſum, quocumque modo, cauſa, aut tempore, carere debet eccleſiaſtica ſepultura. c. 3. n. 12. lib. 2. pag. ibid.

Occidens ſe ipſum, quomodo, & quando, quibuſque pœnis puniatur iure ciuili. c. 3. nu. 17. lib. 2. pag. 472. Idem eſt in illis qui propter hæreſim vincti ſe ipſos in carcere occiderunt. c. 3. numer. 19. lib. 2. pag. ibid.

Occidens amicum omnino ſine culpa, quia fecit actum licitum, in loco ſolito & in forma ſolita, ad nihilum tenetur, & tunc liber etiā erit á damnis pecuniarijs, quæ inde ſecuta ſunt vxori, & filijs ſic occiſi: ſecus ſi aliqua culpa interceſſerit. c. 6. nu. 130. 131. lib. 2. pag. 555. & 556.

Occidere ſe volens præcipitando ſe in puteum, bona eius confiſcari non debent, niſi appareat quod id fecerit conſcientia criminis. c. 3. n. 20. lib. 2. pag. 472.

Occidere ſe ipſum volens, ſed occurſu hominum, vel aliàs non ſe occidit, an puniatur pœna capitis. c. 3. n. 30. lib. 2. pag. 474. Pœna extraordinaria prædicto caſu imponenda eſt, non verò ordinaria ſecundùm praxim Hiſpaniæ, aliquando flagellorum, aliquando verò exilij. cap. 3. nu. 31. lib. 2. pag. ibid.

Occidere ſe ipſum non licet cuiquam, etiā ex cauſa religionis, & martyrij ratione in fidei teſtimonium, ſecluſa diuina iuſſione. c. 24. n. 25. lib. 2. pag. 882.

Occidiſſe ſe præſumitur inuentus laqueo ſuſpenſus, & ſufficit ad hoc vt eccleſiaſtica debeat carere ſepultura, vel ſi alijs violentis & indubitatis indicijs arguatur ſui proprij occiſio, niſi aliquibus probis coniecturis ea excludi poſsit: ſecus aliàs quanuis reperiatur mortuus per prædicta. c. 3. n. 13. lib. 2. pag. 471.

Occidiſſe ſe ipſum, ſi coniecturis aliquot præſumi poteſt aliquem furore, aut mentis alienatione, Eccleſiaſtica tunc gaudebit ſepultura, quanuis laqueo ſuſpenſus inueniatur. c. 3. n. 14. lib. 2. pag. ibid.

Offendens vicarium Epiſcopi, ipſum Epiſcopum offendere videtur. c. 17. num. 16. lib. 2. pag. 746.

Offendi quis poteſt poſt mortem. c. 12. nu. 7. lib. 2. pag. 666.

Officia publica ſecularia magiſtratuū, & gubernationis, dignioribus ſunt prouidenda. c. 11. nu. 42. lib. 2. pag. 646.

Officium Rectoris, decurionis, tabellionis & aliud perpetuum ſub hypotheca bonorum includitur, & in eo executio fieri poteſt, & quæſitum conſtante matrimonio mulieri debetur æſtimatio pro parte eius, & filio imputatur in legitimā. c. 5. nu. 47. lib. 2. pag. 513.

Olophernes bibit multum vinum, & Iudith eum interfecit. c. 4. numer. 7. lib. 2. pag. 480.

Omnis

Ayuntamiento de Madrid

# INDEX.

Omnis aſſenſus Regis,ſiue Summi Pontifi cis,eſt gratia,quia princeps,non cogitur conſentire.c.5.nu.31.lib.2.pag.508.

Operarius ebrioſus non locupletabitur,& qui ſperint modica,paulatim decidit.c. 4.nu.9.lib.2.pag.480.

Operæ pro re ſpirituali an mercede aliqua locari poſsint.c.29.numer.12.lib.1.pagina.273.

Opera ea ſolum ne in die feſto fiant Exodi 20.prohibetur, quæ alijs diebus fieri licebat.c.31.n.19.lib.1.pag.291.

Opinionum varietas vbi eſt, non peccat non ſeruans ius præcepti. c.9. num.12. lib.1.pag.115.

Opinio Decij aduerſus communem poſitam ſupra numero 21.cum ſequentibus ſed contra eum numero. 48.cap.15.nu. 35.lib.2.pag.702.

Opinio Nauarri diſtinguentis concurrit cũ communi.c.15.num.36.& 49.lib.2. pagina.ibidem.& 708.

Opinio Couarru.contra eandem communem,ſed contra eum.c.15.nu. 37. 42. & 50.lib.2.pag.703.& 704.& 708.

Opinio Menochij contra eandem communem differitur de ea.cap.15. num.38.& 51.lib.2.pag.702.

Orare pro ſe occidente publice non licet, priuatim tamẽ licet pro eo qui creditur in vltimo vitę ſpiritu criminis dolorem, & contritionem pœnitentia ductũ habuiſſe.c.3.n.6.lib.2.pag.470.

Ob id inter alia hoc crimen periculoſiſsimum eſt,quia non reſtat tempus,vt pœnitẽtia expietur.c.3.n.7.lib.2.pag. ibid.

Oratio negatiua iuxta dialecticas traditiones nihil afferit,neque ponit ex ſe ipſa, niſi aliud extrinſecus affirmatiue addatur,vt in.c.21.nu.16.& 17.vbi exempla ponuntur.lib.1.pag.217.

Ordinarius loci procedere poteſt aduerſus principes & communitates,& Reſpublicas,earumque Rectores agitantes Tauros in Dominicis, & alijs feſtiuis diebus in circo,vel in foro.c.7.nu.11.lib.1.pagina.93. Nec ipſi forum Eccleſiaſticum declinare poterũt quod laici ſint,agitur ſiquidem de peccato publico coercendo.nu.12.lib.1.pag.ibid.

Ordinarius an remittere poſsit denuntiationes ad celebrationem matrimonij requiſitas abſque aliqua cauſa.c.19. num. 4.& ſeqq.lib.1.pag.202.

Et ordinarius in propoſito intelligitur Epiſcopus,ſiue eius vicarius generalis.c. 19.nu.13.& ſeqq.lib.1.pag.204.

Ordinati per ſimoniam ſunt ſuſpenſi ab exequutione ſuorum ordinum, & electiones,& omnes aliæ prouiſiones beneficiorum ſimoniacè factæ, ſunt nullæ, ipſo iure, & prouiſi non faciunt fructus ſuos,ſed eos in foro conſcientię tenẽtur reſtituere, & ſinguli ex ſupradictis, qui dando vel recipiendo ſimoniam committunt,itẽ & mediatores ſunt excommunicati, & abſolui non poſſunt niſi à Romano Pontifice præterquam in mortis articulo.c.9.n.1.lib.1.pag.113.

Ordines ſacros recipiens ab occulto excõmunicato, vel hæretico, ſi ab Eccleſia erat toleratus,non ſolum recipit Sacramentum, ſed etiam exequutionem Sacramenti, vnde etiam poſtquã id ſibi cõſtiterit, poterit actus illius ordinis exercere abſque diſpenſatione.c.1.num.80. lib.1.pag.34.

Ordinarius non debet denuntiationes remittere,neque licentiam præſtare filio ad contrahendũ abſque eis,quando vult ducere vxorẽ ignominioſam perperam, & ſine conſilio patris.c.26. nu.10. pag. 195.& latius nu.23.& ſeqq.lib. 1.pagina.208.

Ordinarij arbitrio relinquitur iure communi an denuntiationes ad matrimonia cõtrahenda requiſitæ remmittendæ ſint.c. 20.n.24.lib.1.pag.211.

Ordinarius quãdo pater iuſte impedire poteſt matrimonium filij,non debet remittere prædictas denuntiationes:ſi verò timeatur maius, aut peius damnum ex ipſis denuntiationibus ſi præceſſerint ſatius erit eas remittere.cap. 20.num.28. lib.1.pag.212.

Ordinatus extra tempora, vel ante ætatem legitimam,vel ſine dimiſſorijs,ſuſpenſus eſt ipſo iure.c.26.nu.21.& num.20.contra nonnullos relatos num. 23.lib.1.pagina.255.

Ordinans alium ſine dimiſſorijs ordinarij ſui,per annum eſt ſuſpenſus ab ordinum collatione, ordinatus verò quãdiu proprio ordinario videbitur expedire. c.26.nu.24.lib.1.pag.226.

Ordinatus extra tempora, vel ante legitimam ætatem,vel ſine dimiſſorijs,ſi miniſtrauerit in ordine antequàm abſoluatur à ſuſpenſione,irregularitatem incurrit,à qua à ſolo Papa abſolui poteſt.cap. 26.nu.22.lib.1.pag.255.

Ordinari ab Epiſcopis non debent omnes habentes

Ayuntamiento de Madrid

habentes ætatem legitimam, ſed digni dumtaxat quorũ probata vita ſenectus ſit.c.26.n.34.lib.1.pag.257.
Ordinatio Eccleſiæ eſſet illicita,qua ſtatueretur,quod nõ fieret proceſsio in funere alicuius,niſi ſolueret certam pecuniæ quantitatem:licita autẽ magis eſſet,ſi ſtatueretur quòd omnibus certã eleemoſynã dantibus talis honor exhiberetur. c. 29.n.24.lib.1.pag.275.
Ordinario loci fieret iniuria ſi aliquis abſq; ſua approbatione & licẽtia in ſuo Epiſcopatu audiret cõfeſsiones,etiã virtute bullæ.c.27. n.20.lib.1.pag.263.
Ordines minores,& ſubdiaconatꝰ,an eodẽ die cõferri valeãt.c.26.nu.30.31.32.lib. 1.pagin. 257.
Ordo iuris an ſit ſeruãdus in notorijs.c.19 nu.11.lib.2.pag.774.

## P

PActum de non alienando cũ iuramento non impedit translationem dominij.c. 8.nu.33.lib.2.pag.598.
Pactũ initũ cũ monaſterio, vel priuato,dẽdãdo certã pecuniæ quantitatẽ, vt cum alat toto tẽpore vitæ ſuæ, ſi huiuſmodi alẽdus citò moriatur,antequã ſit cõſũpta pecunia data, vel promiſſa,adimplendũ eſt.c.30.n.65.lib.1.pag.413.
Pacta continẽtia moroſũ cẽſus debitorẽ teneri ad intereſſe lucri ceſſantis,vel ad cãbium ſeu certas expenſas, aut certa ſalaria,ſeu expenſas medio iuramento creditoris liquidandas,ſunt nulla propter ſuſpicionẽ fraudis vſuræ.c. 39.num.34. libro.1.pag.406.
Papa ſolus cum homicida,caſuali diſpenſat, attento iure communi.c.13.nu.17.lib.1. pag.156.
Papa an diſpenſare poſsit in matrimonio rato,& non conſummato.c.17.per totũ & ſeqq.&.n.11.referũtur plures Sũmi Põtifices,qui in eo diſpẽſauerũt.&.n.12.authores hãc partẽ affirmatiuã tenentes,& nu.19.& 20.Cõcilia & authores plurimi referũtur contrariũ probantes.lib.1. pag.182.& 183.& 185.
Papa poteſt diſpenſare in voto ſolenni caſtitatis, vel religionis, vt religioſus ex magna cauſa cõmuni,puta pro regni cõuerſione vel pace, quę aliter non ſperatur tam commode fieri, religione relicta, vxorem ducat.capit.17.numero. 5. ſed contra numero 32.libr.1. pag.181. & 189.
Papa poteſt diſſoluere matrimonium ratũ, & non conſumatum,pro promotione viri ad Epiſcopatum.c.17. numer. 8. ſed contra numer.30.libr.1.pagina. 182. & 189.
Papa poteſt diſſoluere vinculum ſpirituale, quod eſt inter Epiſcopũ, & Eccleſiã.c. 17.n.9.lib.1.pag.182.
Papa non poteſt diſpenſare vt per ſecundũ matrimonium ratum,&conſummatũ diſſoluatur prius ratum tantum,& non conſummatũ.c.17.nu.22. lib.1. pag.186.
Papa non poteſt diſpenſare vt matrimoniũ ratum & conſumatum diſſoluatur.c.17. nu.21.lib.1.pag.ibid.
Papa non poteſt diſpenſare,in matrimonio rato non cõſummato,vt contrahatur cũ alia pro pace reformanda, aut tota vna gente ad fidem conuertenda.c.17.n.34. lib.1.pag.189.
Papa an cum legitima cauſa poſsit diſpenſare in matrimonio rato,& nõ cõſummato.c.17.n.40.lib.1.pag.191.
Papa ex cauſa poteſt circa ius diuinum diſpenſare.cap.17. numer.41. lib.1.pagina. ibidem.
Papa etiã de volũtate amborũ coniugũm nõ poteſt de poteſtate abſoluta diſpenſare ſine cauſa,contra Socin.c.17.nu.42. lib.1.pag.ibid.
Papa an poſsit clericis licentiã cõcedere,vt in bello.propria pugnẽt manu,& alios occidant.c.6.n.65.lib.2.pag.542.
Papa poteſt decimam in octauam,duodecimam,aliam ve partem reducere.c.21.n. 25.lib.2.pag.798.
Papa poteſt ex iuſta cauſa aliquos eximere à ſolutione decimarũ, illiſq; decimas in aliquibus remittere,vt cõceſsit Ciſtercienſibus,& multis alijs religioſis.c.21.n.26. & ſeqq.lib.2.pag.799.
Papa licet poſsit reducere decimã in aliã partem,& aliquos ex cauſa eximere à ſolutione decimarum,intelligitur,dum tamẽ id quod iuris naturalis eſt ſit ſemper ſaluum,nempe congrua ſuſtentatio miniſtrorum Eccleſiæ,& ſic non poterit omnino,& vniuerſaliter tollere præceptum de ſoluendis decimis. capit. 21. numero.29.& ſequentibus.libro.2.pagina.ibidem.
Parentes filios ſuos tenellos caſu nocte in lecto ſuffocantes,quãdo ſint culpabiles, & quando nõ.c.6.n.161.lib.2.pag.560.

Parentes

Ayuntamiento de Madrid

# INDEX.

Parétes qui ex Regiæ facultatis virtute primogenium inſtituunt, vel ex legis facultate aliquem filium meliorant in tertia & quinta parte ſuorum bonorũ, an teneantur in conſcientia meliorem filium eligere, necne. c. 11. nu. 88. & nu. ſeqq. lib. 2. pag. 662.

Parentes ſolent maxime indignari quòd filij cum inæqualibus contrahãt matrimonium, eoſque exhæredes facere. c. 20. n. 25. lib. 1. pag. 211.

Par ius, & ſoluendi, & ligandi eſt. c. 5. n. 24. lib. 1. pag. 83.

Pars fructuũ colonica præſtatur loco operis, laboris & ſúptuum factorum in percipiendis fructibus. cap. 8. num. 53. lib. 2. pag. 603.

Parochus etiam ſi penes ſe habeat denuntiatoriam ſcripturam, qua ſpecialiter & nominatim quis ſit excommunicatus, ſibique præcipiatur, vt ſtatim viſis literis teneatur eundem vitare, atque denuntiare, nihilominus non tenetur eum vitare, donec eum denuntiauerit, aut denuntiatum eſſe conſtiterit. c. 1. num. 41. lib. 1. pag. 22.

Parochus an abſoluere poſsit ſubditum à ſententia excommunicationis maioris, cuius abſolutio alteri non eſt reſeruata. c. 5. nu. 20. & 21. lib. 1. pag. 82. & nu. 28. concordia aſsignatur inter varias opiniones. lib. 1. pag. 84.

Parochus poteſt abſoluere ſuos ſubditos à ſententia excommunicationis minori, quæ regulariter á iure infertur: & an ſacerdos quilibet etiam abſque priuilegio idem facere poſsit. c. 6. nu. 1. 2. ſed quod non poſsit. n. 7. lib. 1. pag. 86.

Parochus remittens denuntiationes requiſitas ad matrimonium contrahendum abſque licentia ordinarij, puniri poteſt. cap. 19. n. 3. lib. 1. pag. 202.

Parochus proprius pœnitentis dicitur parochus parochialis, Epiſcopus & delegatus in prouincia, & ipſius pœnitentiarius, & Vicarius Generalis Epiſcopi, & Archipresbyter Cathedralis, & ad quemlibet iſtorum non petita alterius licẽtia poteſt quis recurrere pro pœnitentia. c. 27. nu. 24. lib. 1. pag. 264.

Parochus celebraturus matrimoniũ, ſciens votum ſimplex alterius contrahentis, quid facere debeat. cap. 11. num. 30. lib. 1. pag. 130.

Parochianus Epiſcopi dicitur eſſe quilibet de diœceſi. c. 27. n. 26. lib. 1. pag. 264.

Parochus non poteſt exigere à ſuis ſubditis ſtipendium pro adminiſtratione diuinorum, ſibi tamen oblatum bene poteſt accipere. c. 29. n. 11. lib. 1. pag. 273.

Parochus licet pro benedictione nuptiarum non poſſet aliquid accipere, ſponte tamen oblatum recipere poteſt. c. 29. n. 16. lib. 1. pag. 275.

Parochus ſi nolit dare licentiam alteri ſacerdoti, quod benedicat nuptias, niſi pro pecunia, an ſimoniam committat. cap. 29. nu. 17. lib. 1. pag. ibid.

Parochiani tenentur in Dominicis & alijs feſtiuis diebus ſubditis miſſam celebrare, eiſdemque quocumque tẽpore opus ac petitũ fuerit Sacramenta Eccleſiæ miniſtrare. c. 30. nu. 1. & 3. lib. 1. pag. 279. & 280. Sed circa prius dictum ſtandum eſt conſuetudini, vt ibidem nu. 32. libr. 1. pag. 285.

Parochiale ius in quibus conſiſtat. c. 30. nu. 2. lib. 1. pag. 279.

Parochiani alieni, qui proprio contempto parocho ad aliam Eccleſiam accedũt ad miſſam audiendam in Dominicis & alijs feſtiuis diebus, eijciendi ſunt ab Eccleſia, & ſacerdos admittens eos, committit quodammodo furtum & rapinam. c. 30. nu. 5. & 6. lib. 1. pag. 280.

Parochiani an teneantur in Dominicis, & alijs feſtiuis diebus audire Miſſã in propria parochia. c. 30. nu. 8. & ſeqq. libr. 1. pag. 281. & ibid. nu. 15. quando dicatur contemni proprius ſacerdos. libr. 1. pagina. 282.

Parochiani vt in ſolennitatibus anni præcipuis ſuis parochijs interſint Miſſæ audiẽdæ honeſtum eſt. capit. 30. num. 30. lib. 1. pag. 285.

Parochiani tenentur à parocho, vel alijs ſcire dies feſtos ex præcepto, ieiunia, cæteraque neceſſaria, vt ea obſeruent, aliàs peccabunt. cap. 30. numer. 33. lib. 1. pagina. ibid.

Parochiani iure naturali & diuino tenentur exhibere oblationes presbyteris miniſtrantibus ſpiritualia, ſi non habent vnde poſſint neceſſaria miniſtrare, aliàs ſecus, niſi ſtante conſuetudine. c. 21. num. 139. & 140. & ita eſt intelligenda gloſ. in c. ſanctorum. 10. q. 1. vt in nu. 153. lib. 2. pag. 824. & 827.

Pater iuſte poteſt perſuaſionibus & cohortationibus impedire filium, ne aliquã in vxorem ignominioſe, perperam & ſine conſilio ducat, dummodo non vi, aut violentia

Ayuntamiento de Madrid

violentia quadam id fiat. c.20.num.9.& nu.27.lib.1.pag.208.& 212.

Pater poteſt ad tempus matrimonium filij impedire.c.20.numero.22.lib. 1. pagina.209.

Pater ſi filius coæquali contrahat,vel melio ri ſine eius conſilio,etſi conqueri poſſit, non tamen iuſte matrimonium impedire valet.c.20.nu.29.lib.1.pag.212.

Pater familias ſuis infirmis medicum melio rem ſuo arbitrio eligit, non verò extraneus,idem inEpiſcopo,qui approbat ali quos ad curandos peccatores.c. 27.nu. 17.lib.1.pag.262.

Patroni eccleſiaſtici,vel laici audiãtur exer centes ius patronatus, confratrijs,communitatibus,vel hoſpitalibus competẽs c.35.n.30.lib.1.pag. 367.

Pater filio viuente, qui ingreſſus fuit religionem,& in ea profeſſus eſt,nõ poteſt petere ſuam legitimam à monaſterio in bonis filij profeſsi,niſi demum poſt mor tem naturalem ipſius.c. 1. nu.93. & 94. lib.2.pag.450.

Pater monachus,qui poſt ingreſſum monaſterij vult inter filos teſtari, non poteſt plus legitimafilijs relinquere niſi tãtumdẽ ipſi monaſterio relinquat:idẽ eſt in filijs monachis reſpectu parentum.c. 1.n. 95.lib.2.pag.ibid.

Pater an per ingreſſũ & profeſsionẽ monaſterij bonorũ in cõmuni capacis amittat vſufructum,quem iure patriæ poteſtatis habet in bonis aduẽtitijs filiorũ,& cõſolidetur proprietati,necne.c.1.n.97.cum ſeqq.lib.2.pag. ibid.

Patroni tenentur ad beneficia ſui iuris patronatus digniores præſẽtare: quod procedit in beneficijs curatis, ſecus in ſimplicibus.c.11.numer.19.& 27.& 28.lib. 2.pag.638.& 642.

Paulus Pariſius conſi. 15. numero.26.libr. 1.dicens quod ſi decimæ tempore collectionis fructuum à ſacerdotibus non petantur, poſteà peti non poſsint,improbatur.c.21.n.44.lib.2.pag.803.

Peccata ſuos debent tenere authores. capit. 30. numero. 15. libro. 2. pagina. 946.

Peccatum mortale ſecundùm Ricard. de Sanctouictore,tripliciter diſtinguitur.c. 7.n.19.lib.1.pag.96.

Peccatur mortaliter propter inobedientiã præcepti iuſti ſuperioris, & contrauentionem pœnæ excommunicationis.c. 7. nu. 33.lib.1.pag. 100.

Peccatum qui facit,ſeruus peccati eſt.capit. 31. numero. 3. & quomodo hoc intelligatur,ibidem.num. 32.lib.1.pag.288. & 294.

Peccata in Sabbatho lege Veteri fieri prohibentur,non verò ſolum opera ſeruilia.c. 31.num.37.& 8.lib.1.pag. 296.& 289.

Sed contrarium in numeris ſeqq.&quomodo hoc intelligatur,ibidem.n. 34.& 37. lib.1.pag.295.& 296.

Peccat bis,qui diem Dominicum ſcortis,rixis,& pugnis, alijſq; obſcœnis agit, vt docet Concil.Colonien.c.31.n.6.lib.1. pag.289.Sed illud Cõciliũ non eſt generale,ſed tantũ prouinciale,neq; eſt approbatum à Sede Apoſtolica,& in materia iuſtificationis errauit,vt ibid. nu.36. lib.1.pag.296.

Peccatum mortale nullo ſpeciali præcepto prohibetur fieri in die feſto.c.31.n.10. lib.1.pag.290.

Peccare mortaliter nunquam licet.c.31.n. 20.lib.1.pag.291.

Peccato mortali infectus non tenetur quouis die feſto ſub pœna noui peccati ad peccatorũ cõtritionẽ.c.31. n.24.lib. 1. pagin.ibid.

Peccata volũtatis & operis ſũt eiuſdẽ ſpeciei,& ſolũ differũt ſecũdũ diuerſos gradus,hoc eſt,ſecundũ maiorẽ vel minorẽ malitiã.c.31.nu.29.lib.1.pag.293.vbi nu.31.c.conſideret,in princip.de pœnitẽtia diſt.1.interpretatur,&.n. 33.c.16. Leuitici quomodo intelligatur.lib.1.pagin.294.

Peccans mortaliter,dicitur dormire in diuinis literis,& peccans venialiter,dormitare.c.37.n.14.lib.1.pag.379.

Peccatum mortale cõmittit,qui ſe facit ordine inſigniri contra Canones Concil. Trident.ſeſsio.23.c.4.&ſeq.& ſeſsio.7. c.10.& 11.c.26.n.25.lib.1.pag.226.

Pecunia etſi pro Baptiſmo adulti exigi neque dari poſsit,quia per contritionẽ poteſt ſaluari,ſecus tamen eſt pro puero baptizando,quãdo alius nõ eſt qui poſsit eũ baptizare.c.29.n.18.& 19.li.1.pag.275.

Pecunia dari poteſt ſanctis viris ad impetrãdum ordinis ſuffragia.c.29.nu. 20. libr. 1.pag.ibid.

Pœnæ non debentur in foro conſciẽtiæ ante condemnationẽ etiãſi ipſo iure impoſitæ ſint.c.1.n.23.lib.1.pag.19.

Pœna excommunicationis ipſo iure affligit & inhabilitat quoad omnes ſuas potẽtias illũ,qui in eam incidit abſq; alia declaratione

Ayuntamiento de Madrid

tione,trahit namque ſecum executionẽ paratam.c.1.n.37.lib.1.pag.21.

Pœna nulla maior eſt in eccleſia quàm excommunicatio,quamuis ex fine ſit medicinalis.c.7.n.27.lib.1.pag.98.

pœna ſtatuta aduerſus eos, qui de nocte cũ armis incedunt,ad hoc vt poſsit imponi virtute ſtatuti id prohibentis,non ſufficit quod probatum ſit quem cum armis denocte inceſsiſſe,niſi cum eis apprehẽdatur, & quomodo hoc intelligatur.c.11.numer.10.18. & vide numer.libro.1.pag.147.& 149.

pœna eius qui ſe occidit,de qua in iure cõmuni,& in l.24.titul. 1.p.7. iuncta.l.2. tit. 27.par.7.an procedat etiã hodie ſtante l.8.tit.23.*de los homicidios*,lib.8.nouæ Collectionis Regiæ,vel per hanc legem ſit correctã. capit.3.numer.32. & ſequẽtibus.lib.2.pag.475.

Pœna Concil.Agathenſis cõtra clericos.c.4.nu.60.lib.2.pag.485.

Pœnæ dictæ Concil.Agathẽſis ſic fuerunt diſiũctiue deſcriptæ, vt diſcretus iudex quem huic vitio deditum animaduertit, & quod à communicatione priuetur par ui pendere corporali potius ſupplicio caſtiget.c.4.n.61.lib.2.pag.ibid.

Pœna clerici ingredientis frequenter tabernam.c.4.numer.68.& 69.lib.2.pag.486.

Pœna clerici frequentantis tabernam eſt arbitraria,conſiderando vt hic,&c.c.4.n.70.lib.2.pag.487.

Pœna eorum qui per ebrietatem,aut voracitatem,Euchariſtiam euomunt. c.4.n.79.lib.2.pag.488.

Pœna reſolutionis non ita diuturna debet eſſe contra clericum conſilium præbentem homicidio,ſicut in vere & propriò occidente.c.5.n.4.lib.2.pag.498.

Pœna perpetui carceris imponitur iure canonico in caſibus in quibus iure ciuili pœna mortis infligitur pro homicidio. c.5.n.5.lib.2.pag.ibid.

Pœna non debetur in conſcientia ante condemnationem, etiam ſi ipſo iure imponatur. Hoc limitatur,quãdo contrarium demente legislatoris conſtat,vel non imponitur proprie vt pœna, ſed vt quædã conditio vel modus rei traditæ.c.5.nu.14.& 15.lib.2.pag.501.Secundò limitatur,vt procedat in pœna quæ ad ſui executionem aliquam actionem requirit,ſec⁹ tamẽ in illa in qua nulla actio requiritur,vt cum ſuis exemplis declaratur,nu.27.verſi.2. principaliter.lib.2.pag.504.

Pœna in foro conſcientiæ quando incurratur & debeatur ante condemnationem, & quando non.c.5.n.28.lib.2.pag.ibid.

De pœnis pugnantium per duellum,deque eorum patrinis,& dominis temporalibus duellum permittentibus, remiſſiue.c.6.n.134.lib.2.pag.549.

Pœna adiecta dationi quantitatis præſumitur in fraudem vſurarum quando excedit legitimum modum earum.c.20.n.1.lib.2.pag.780.

Pœna conuentionalis, etiam vltra quadruplum exigi poteſt,ſecundũ opiniõnẽ Innocentij,& magis cõmunem.c.20.num.2.lib.2.pag.ibid.

Pœna cõuentionalis adiecta obligationi faciendi,vel non faciendi,etiam vltra quàdruplũ, exigi poteſt.capit. 20.numc.4.lib.2.pag.ibid.

Pœna conuentionalis de rigore iuris,ſi exceſsiua non ſit, ſed moderata,exigi poteſt,ſiue interſit,ſiue non. c.20.num.6.lib.2.pag.780.

Pœna conuentionalis in contractibus cenſualibus redimibilibus contra moroſum cenſus debitorem conuenta hodie non valet per motum proprium Pij V.poterit tamen conueniri vt ſoluatur,quod in exactione conſtiterit expendendum. c.20.n.7.& 8.lib.2.pag.782.

pœna commiſsi in eiſdem contractibus cenſualibus adiecta quando valeat,& quando non.c.20.n.9.lib.2.pag.ibid.

Pœna conuentionalis in curia mercatorum vbi proceditur de bono & æquo,an exigi poſsit quando nihil intereſt.c.20.nu.10.& ſeqq.lib.2.pag.ibid.

Pœna conuentionalis in conſcientia exigi poteſt, etſi nihil interſit,vel etiam vltra id quod intereſt, concurrentibus his de quibus hic.c.20.nu.11.13. & 14.libr.2.pag.781.& 784.

Pœnam conuentionalem non tenetur quis ſoluere,niſi ab eo petatur : ſecus tamen erit ſi ab eo petatur.cap.20.nu.12.libr.2.pag.783.

Pœna conuentionalis iure canonico nõ cõmittitur niſi pro parte non ſoluta tantum,ſecus pro parte ſoluta & adimpleta.c.20.n.18.19.lib.2. pag.785.

Pœna meritò per ſtatuta, leges,principem, & conſuetudinem, atque ordinationem oppidorum ſtatuitur contra ſcindentes & aſportãtes ligna ex fundis priuatis,& publicis, necnon & contra depaſcentes

prata

Ayuntamiento de Madrid

# INDEX.


prata,nemoraque aliena.cap.27. nu. 10. lib.2.pag.912.

Pœna æterna,aut temporali ſpirituali,nunquam diuino iudicio puniti fuerunt,nec punientur innocentes ob alterius culpã, nec poterunt humana lege puniri. c.30. nu.18.lib.2.pag.948.

Pœna autem temporali, & corporali quandoque Deus punit filios in hac vita pro peccato parentum ex cauſis iudicio humano occultis.Ratio autem eiusponitur ibidem,nu.19.quia ſcilicet talis filij pœna,& patri nocet,& filio ad ſalutem animæ ſuæ prodeſt.lib.2.pag.ibid.

Pœnitentia voti superueniens ſtatim tranſacto periculo non eſt indicium ad agnoſcendum, quod votum ſubitum non ſit validum.c.22.nu.14.lib.2. pag.835.

Pœnitentiæ Sacramentum an liceat recipere in articulo mortis, vbi alius miniſter deeſt,à præciſis abEccleſia,& hæreticis. cap.1.nu. 56.& ſeqq. & nu.61.& ſeqq. lib.1.pag.28.& 29.

Pœnitentiarius perpetuus, qui in Eccleſijs Cathedralibus inſtitui debet, quadraginta annorum eſſe debet.cap.26.num. 40. lib.1.pag.258.

Penſio eſt onus reale annexum fructibus eiuſdem præbendę,&c.c.1.nu.110.lib. 1.pag.40.

Penſiones annuæ ex agris, domibus, alijsve prædijs beneficij,mortuo eius poſſeſſore ad eum pertinẽt iuxta diſtinctionẽ l.defuncta.ff.de vſufruct.c.33.numer.5. lib.1.pag.321.

Penſio Eccleſiaſtica vltimi anni, quo penſionarius deceſsit, ad quem pertineat. c.33.nu.6.pag.302. idem quod in vſufruct.ibid.n.8.lib.1.pag.ibid. Sed contra nu.9.& ſeqq.nempe vt diuidatur pro rata.Idem ſi penſio quotæ partis ſit, vt in num.34.ſed de ſtylo Curiæ Romanæ non ſoluitur rata penſionis, vt in.n.36. lib.1.pag.327.& 328.

Penſio eccleſiaſtica vſufructui ſimilis eſt, quia ea morte extinguitur,ſicut vſusfructus.c.33.n.7.lib.1.pag.321.

Penſionarius fructus beneficij non percipit,ſed is qui titulum habet, qui tamen non eſt vſufructuario ſimilis.c.33.num. 10.lib.1.pag.ibid.

Penſio Eccleſiaſtica,vt frequenter contingit,certæ pecuniæ,non fructuum quantitas eſt à poſſeſſore beneficij ſoluenda. c.33.nu.11.lib.1.pag.ibid.

Penſiones locationis rei venditę ad quem pertineant.c.33.n.18.19.& 20.lib.1.pagina.324.

Penſio fundi antea locati, & poſteà vendite, ante meſsium & vindemiarũ tempus ad emptorẽ integre ſpectat.c.33. nu.21. lib.1.pag.321.

Idem eſt in penſione exacta, vel cedente poſt venditionem factam, antequã fructus colligantur,ibidem.numer.22.lib. 1.pag.ibid.

Secus eſt ſi fundus vendatur, poſt fructus ipſius perceptos,ante tamen diem penſionis ſoluendæ, nam penſio hæc ad venditorem pertinet, niſi venditio ea lege fiat,vt venditor expellere non poſſit colonos, vel inquilinos,ibidem,numero.23.& 24.lib.1.pag.ibid.

Penſio domus locatæ,& poſteá venditę,in diſtincte pro rata ad emptorẽ pertinet. c.33.n.26.lib.1.pag.ibid.

Penſionis Eccleſiaſticæ rata non ſoluitur ſecundùm conſuetudinem & ſtylum Romanæ Curiæ.cap.33.num.35. lib.1. pag.328.

Penſio rei locatę,ſeu merces,ad ſciendum, quę ſit iuſta,in dubio conſuetudo præterita inſpicitur,ſcilicet quanti ea res, ſeu ſibi ſimilis locari ſolita eſt. c.39.nu.67. lib.1.pag.413.

Periculoſum eſt dicere quod quid tale ſit in particulari peccatum mortale, necne, ſi authoritas expreſſa ad id nõ accedat.c. 7.n.35.lib.1.pag.101.

Percuſsiones clericorũ, qui ſibi ipſis in itinere pugnos & pedes impegerunt,leues ſunt.c.5.n.19.lib.1.pag.82.

Percutiens aliquem cum ſpingarda papyro eiecta tempore carnispriuij, tenetur. c. 6.n.132.lib.2.pag.556.

Perſeuerans per tempus aliquod in excommunicatione,poteſt puniri ante annum pœna aliqua temporali. cap. 12. num.2. lib.1.pag.145.

Per peccatum in loco ſacro ſcienter commiſſum fit ei ſacrilega iniuria mortalis, vel venialis, ſecundùm qualitatẽ modũ que peccati ibi commiſsi.c. 31.nu.5.lib. 1.pag.289.

Sed quomodo hoc intelligatur. ibid.n. 35. lib.1.pag.295.

Permanens indurato animo per annum in excommunicatione, contra eum, tanquam ſuſpectum de hæreſi,procedi poteſt.capit.12.numero. 20.pagina. 141. Et quomodo hoc intelligatur,nu.21.& 22.lib.1.pag.150.


Poſſeſ-

Ayuntamiento de Madrid

Poſſeſſor beneficij ſoluens penſionem præteriti temporis ſui anteceſſoris, poterit pro eo quod ſic ſoluerit cõuenire prędeceſſorem, ſi viuit, qui fructus percepit, &c.c.1.n.114.lib.1.pag.41.

Poſſeſſor beneficij tunc demum conueniri poteſt pro penſione præteriti temporis, quando is poſſet recurrere contra hæredes percipientis fructus, aliàs ſecus.cap. 1.nu.112.lib.1.pag.ibid.

Poſſeſsio beneficij virtute executorialium contra poſſeſſorem decretarum non eſt capienda inuito neque renitente poſſeſſore (quamuis aliàs poſsit propria authoritate capi) aliter capta poſſeſsio iure attentati reuocatur, iuxta ſtylum & praxim Romanę Curiæ.c.4.nu. 28.lib. 1.pag.72.

Et numero 29.caſus practicatus in vna Archidiaconatus Sabugal Ciuitatê. refertur.lib.1.pag.73.

Poſſeſſor quando certus eſt, nominatim citandus eſt, non per edictum & proclama.c.34.n.34.lib.1.pag.342.

Quod præmaximè procedit, cum agitur de transferenda poſſeſsione de vno in alterum. ibidem, numero. 35. libro. 1. pagina.ibid.

Poſſeſsione antiquiori probata, noua & recens præſumitur clandeſtina.c.34.num. 52.pag.344. Hoc procedit, niſi cõſtaret antiquum poſſeſſorem iuſte poſſeſsioné amiſiſſe, ibid.n.53.qd' indubio nõ præſumitur, ſed potius contrarium.ibid.n.54. libr.1.pag. 345.

Poſſeſsio noua præſumitur clandeſtina, antiquiori probata, præcipuè ſi hoc fuerit allegatum.capit.34.numer.52.& numer.55.imò allegari & articulari debet, quòd aduerſarius clam poſsidet reſpectu antiquioris poſſeſsionis.libr.1.pag. ibid.

Et quomodo probetur bona fides iunioris poſſeſſoris, ibidem.numer.56.lib. 1.pagina.ibid.

Quod procedit, niſi conſtaret antiquũ poſſeſſorem iuſte poſſeſsionẽ amiſiſſe, hoc autem in dubio non præſumitur, ſed potius contrarium, ibidem.numero. 53. & 54.lib.1.pag.ibid.

Poſſeſſor malæ fidei nullo tempore, etiam immemoriali præſcribit.c. 34. num.68. lib.1.pag.352.

Poſſeſſor malæ fidei in æternum ex Pontificijs conſtitutionibus præſcribit.c.34.n. 69.lib.1.pag.ibid.

Poſſeſſor bonę fidei, etiam re vitio reali affecta, poteſt pręſcribere longiſsimo tempore, nempe quadraginta annorum. cap. 34.nu.70.lib.1.pag.ibid.

Sicque intelligenda eſt communis ſententia, quæ habet, quod remedium capit. reintegranda.3.quæſtion. 1. durat perpetuo vſque ad triginta annos.ibid.nu. 71.lib.1.pag.ibid.

In Regno tamen Neapolitano Regia conſtitutione prouiſum eſt contra milleſimum etiam ſucceſſorem in quem poſſeſsio ſemel vitio affecta tranſit.ibid.n. 81. lib.1.pag.353.

Poſſeſſor bonæ fidei, & cum titulo, abſque vitio reali, habẽs cauſa a bonæ fidei authore titulato poteſt præſcribere tẽpore ordinario decem inter præſentes, & viginti inter abſentes, & contra eum non competit remedium. c. reintegranda.3. quæſt.1.c.34.n.72.lib.1.pag.352.

Quod nõ procedit in caſibus, in quibus ratione & perſonarum priuilegio maius tempus ad pręſcribendum requiritur, vt in Eccleſia, ibidem.num.73. libr.1.pag. ibidem.

Poſſeſſores annales & triennales poſt annum & triennium ſunt tuti in beneficialibus per regulas Cancellariæ.c. 34. nu. 74.lib.1.pag.ibid.

Poſſeſſor nouus cum titulo antiquiori ſine titulo præfertur interdicto vti poſſidetis.c. 34.nu.77.lib.1.pag.353.

Poſsidens de præſenti ex duobus titulum à diuerſis dominis habẽtibus, præfertur in Publiciana.capit.34.numer.60.lib.1. pag.347.

Poſtquam ſemel cauſa coram iudice tractari cœpit, illius manus non egreditur, ſicque in ea inferior intromittere ſe nõ poteſt, niſi ex principis commiſsione. c.c. nu.22.lib.2.pag.464.

Poteſtati publicę licet permittere, vt in aliqua ciuitatis parte ſint meretrices.c.7.n. 26.ſed contra numer.29.Non tamen licebit permittere lupanaria, cõſtituendo eis patronos, & locando domus carius quàm locarentur honeſtis, vt in nu. 27.locari tamen meretrici domum ad meretricandum in ea parte ciuitatis, in qua permittitur eas habitare, nõ erit peccatũ, vt in.n.28.lib.2.pag.570.

Potentia coeũdi eſt, quę requiritur ad hoc vt matrimonium validum contrahi poſſit, non verò requiritur quod contrahentes poſsint generare.c.16. num.8.lib.1. pag.175.



Ayuntamiento de Madrid

# INDEX.

Poteſtas vel Capitaneus alicuius ciuitatis, ſi ſit excommunicatus, eorum iudices impediuntur de cauſa cognoſcere. capit. 1. numero. 85. libro. 1. pagina. 35.
Potus maxime noxius eſt corpori & animæ: vir inebriatus vacillat. c. 4. num. 18. lib. 2. pag. 480.
Plerumque ob culpam vnius tota prouincia vel ciuitas ſubmittitur eccleſiaſtico interdicto. cap. 30. numer. 8. lib. 2. pagina. 946.
Plenitudo poteſtatis dicitur res odioſa. capit. 2. numero. 8. libro. 1. pagina. 54.
Praxis obtinuit, vt tempore quo hoc examen fit, licentia ſimul ad perſiſtendum, & renunciandum nouitijs concedatur. capit. 1. numero. 30. libro. 2. pagina. 426.
Praxis monitoriarum. c. 11. nu. 82. & ſeqq. lib. 1. pag. 141.
Praxis procedendi in denuntiatione Euangelica. cap. 11. num. 90. & ſequentibus, lib. 1. pag. 143.
Praxis hodierna in tribunalibus eccleſiaſticis, muliere petente diuortium ex cauſa ſæuitiæ, idque in continenti probante, vt deponatur, ex quibus proceſſerit. capit. 24. numero. 6. libro. 1. pagina. 242.
Praxis recepit, vt generalis excommunicatio feratur aduerſus participantes cum excõmunicato, generali monitione præmiſſa aduerſus ius canonicum: nihilominus tamẽ niſi feratur ſpecialis, vt eſt prędictum, non ligat. c. 4. nu. 32. & n. 43. refertur praxis vera & iuridica excommunicandi nominatim participantes cum excommunicato. libro. 1. pagina. 76. & 77.
Praxis refertur, vt minor dos dari debeat contrahendo cum ſtuprata, quàm non contrahendo cum ea. c. 37. num. 9. lib. 1. pag. 378.
Precarium morte concedentis non finitur. capit. 16. numero. 2. libro. 1. pagina. 379.
Preces importunæ metui æquiparantur. capit. 37. numero. 16. libro. 1. pagina. 368.
Pretium commune alicuius rei, veluti domus, vel prædij, de præſenti, hoc eſt in promptu, conſiderari debet, omnibus ſuis partibus ac qualitatibus perpenſis & æſtimatis, ac proinde ſi domus, vel prędium fructiferum vendatur ſecundùm valorem proprietatis cum fructibus percipiendis vſque ad terminum ſolutionis pretij conſiderari debet. cap. 38. nu. 18. lib. 1. pag. 402.
Pretium iuſtum mercium minutatim venditarum non videtur iuſtum earundem mercium omnium ſimul venditarum ad creditum. cap. 39. numero. 42. lib. 1. pagina. 408.
Præcepti finis extrinſecus, & ad quem præceptum ordinatur, ſcilicet cultus interior per fidem, & charitatem, non eſt id quod præcipitur, & ideò non cadit ſub præcepto. cap. 21. numero. 15. lib. 1. pagina. 217.
Præcepta non obligant ad intentionem præcipientis, vel ad finem extrinſecum, ſed ad id tantum quod præcipitur. capit. 31. numero. 12. libro. 1. pagina. 290.
Præcepta omnia moralia, non in ſenſu ſpirituali, & metaphorico, ſed ſecundùm plenam literam intelligenda ſunt. capit. 31. numero. 13. libro. 1. pagina. ibidem.
Præcepti ſpecialis vis eſt conſideranda ad hoc vt neceſſariò ſit circunſtantia illius confitenda. capit. 31. numero. 14. lib. 1. pag. ibid.
Præcepti ſanctificationis Sabbathi vis, non ad internam dilectionem, quæ eſt finis pręcepti, cum ipſe non cadat ſub præcepto, ſed ad exteriorem cultum ſpectat. capit. 31. numero. 18. libr. 1. pagina. 291.
Præceptum de colendis feſtis, non eſt arctius Chriſtianis quam Iudęis de Sabbatho colendo, imò laxius. c. 31. num. 23. lib. 1. pag. ibid.
Præceptum diuinum de non occidendo, ſe ipſum occidentem comprehendit. c. 3. nu. 1. lib. 2. pag. 469.
Pręcepta legalia, ſeu iudicialia leges Veteris, non aſtringunt niſi quatenus nouo Teſtamento approbata fuerint. capit. 11. numero. 92. libro. 2. pagina. 664.
Præceptum nullum continetur in lege Euangelica, quod non ſit naturalis iuris, exceptis de Sacramentis atque fidei præceptis. capit. 21. numero. 8. libro. 2. pagina. 793.
Præcepta Veteris Teſtamenti quædã ſunt iudicialia, quædam veró moralia, quædam autem ceremonialia. Iudicialia, quæ

Ayuntamiento de Madrid

quæ nonnulli legalia appellant, pertinent ad iuſtitiam hominibus exhibendam, iuſque vnicuique tribuendum, ex quibus leges Veteris Teſtamenti cenſentur, & horum obſeruatio iudicibus ipſis incumbebat. Moralia ad dictamen legis naturalis ſpectant, ceremonialia autem de his agebant quę ad cultum diuinum, ad reuerentiam, honorem, & obſequium Deo exhibendum ſtatuebantur. c.21.nu.12.lib.2.pag.795.

Præcepta iudiciala, & cerimonialia Euangelica, lege lata omnino ceſſauerunt. c. 21.nu.13.lib.2.pag.ibid.

Precepta moralia legis Veteris adhuc vim habent, & perpetuò habebunt, non authoritate legis Veteris, ſed ex eo quod ſint natura ipſa inſtituta, & à Chriſto Ieſu in Euangelio eadem ratione qua & naturali debuerunt, & ſunt præcepta. capit. 21. numero. 15. libro. 2. pagina. 967.

Præcepta iudicialia etſi poſsint, poſt Euangelicæ legis prædicationem lege lata à principe iterum ſtatui, non tamen ſeruabuntur tanquam ex Veteri legi, ſed quia nouiter lege humana conſtituta ſunt. capit. 21. numero. 16. & ſequentibus. lib. 2. pag. ibid.

Præcepta ceremonialia mortua ſunt, & mortifera obſeruantibus ea poſt Euangelicæ legis edictum, iudicialia veró mortua ſunt, non tamen ſunt mortifera, quæ poſſunt iterum à principe ſtatui ſine peccato ad eius principatus regimé. Illud autem de ceremonialibus dictum limitatur. cap. 21. nume. 19. & 20. lib. 2. pag. ibid.

Præcepta ceremonialia Veteris Teſtamenti minime poſſunt à Principibus Chriſtianis noua lege lata inſtitui. c. 21. nu. 18. lib. 2. pag. ibid.

Prædium vnum poteſt eſſe partim decimale vni Eccleſiæ, & partim alteri. cap. 21. nu. 106. lib. 2. pag. 818.

Predicator tenetur impio veritatem prædicare, quanuis certò ſciat illum minime crediturum. capit. 38. numer. 7. lib. 1. pagina. 386.

Prædicatoribus etiam ſpiritualia ſeminantibus temporalia debentur ad ſuſtentationem, non auté ad emendum prædicationis verbum. capit. 29. numer. 21. lib. 1. pag. 275.

Prælatus vel curatus non excommunicatus non tenetur in Sacramentorum adminiſtratione vitare parochianos ſibi ſubditos occultos excommunicatos, quando volunt ab eo recipere Sacramenta, imò ea tenetur ipſis miniſtrare, quanuis hi male faciant ſe illis ingerendo. capit. 1. numero. 49. libro. 1. pagina. 25.

Prælatus proprius poteſt abſoluere ab excommunicatione incurſa à iure, extra ſuum Epiſcopatum, & parochiam. capit. 5. numero. 33. libro. 1. pagina. 85.

Prçlati non debent ire ad videndos ludos de quibus in cap. 7. numer. 7. libr. 1. pagina. 92.

Prælatis monaſteriorum monialium licitum eſt ex cauſa vtilitaté ipſorú concernente mutare moniales de vno in aliud ad inhabitandum. c. 14. nu. 11. lib. 1. pagina. 165.

Prælatus ſeu alius prouiſor, qui omiſſo digniori prouidet dignum, quanuis ad reſtitutionem ei non teneatur, tenetur tamen vbi alia prouiſio occurrerit, accuratiorem rationem habere illius dignioris prætermiſsi pro ſeueritate ſuæ conſcientiæ. cap. 11. numer. 54. libr. 2. pag. 646.

Prælati non canonice inſtituti, qui propter eorum demerita ſciút ſe debere priuari, ſi poſteà priuétur, an teneantur ad reſtitutionem fructuum. c. 5. nu. 9. libr. 2. pag. 499.

Præſcriptio non currit impedito illius temporis, quo fuit impeditus, quanuis impedimentum culpa conferre debentis præceſſerit, dummodo non fuerint ordinata ad caſum. c. 28. nu. 6. & 8. lib. 1. pagina. 627.

Præſcriptio impeditur, quando quis directe impeditur, ſeu inhabilitatur à iure ad agendum ipſo facto, durante impedimento: ſecus quando venit extrinſecus impedimentum, quia tunc licèt currat præſcriptio, datur reſtitutio. capit. 28. numero. 10. libro. 1. pagina. ibid.

Preſcriptio non ſoluendi decimas, vt ſufficiens ſit, requirit curſum quadraginta annorum cum titulo, vel tempus immemoriale. cap. 21. numer. 67. lib. 2. pagina. 811.

Præſcriptio poteſt eſſe quandoque vnum & idem reſpectu ceterorum, & conſuetudo reſpectu aliorum. cap. 21. num. 70. lib. 2. pag. ibid.



Ayuntamiento de Madrid

# INDEX.

Præſcriptio decimarum inducta in omnibus vno excepto, ad illud non extenditur. capit. 21. numero. 79. libro. 2. pagina. 813.

Præſcriptio percipiendi decimas in aliena parochia, ad noualia minime extenditur, niſi rationabilis cauſa oſtendatur. capit. 21. numero. 78. libro. 2. pagina. 813.

præſcriptio facta de principali, ad acceſſoria & connexa inſeparabiliter trahitur, & quomodo hoc intelligatur. capit. 21. numero. 88. libro. 2. pagina. 814.

Præſcriptio ad futura non extenditur. capit. 21. numero. 84. libro. 2. pagina. ibidem.

Preſcriptio eſt ſtricti iuris, & non extenditur ad non poſſeſſa, nec ad ſimilia. c. 21. nu. 85. lib. 2. pag. ibid.

Præſcribente aliquo decimas in vna villa, in qua ſunt agri diuerſi habentes diuerſos terminos, ſi aliqui agri eiuſdem villæ penitus inculti de nouo redigantur ad culturam, decima inde prouenients debebitur non præſcribenti, ſed tanquam de noualibus illi ad quem illius villæ ſpectant decimę iure communi, vel antiqua conſuetudine. c. 21. num. 80. lib. 2. pag. 813.

Præſcribens decimas maiores in vno loco per tempus immemoriale, ſi nullus alius percepit ibi decimas, poterit eas exigere. c. 21. nu. 89. lib. 2. pag. 814.

Præſcribens decimas vnius agri, nempe redditus ſiluę ceduæ, glandium, fœni, aut herbę, & ſimiliũ, ſi poſteà ille ager nouiter procidatur, habere debet decimam frumenti, vel alterius fructus nunc primum ab agro collecti. cap. 21. num. 92. lib. 2. pag. 815.

Præſcribens decimas aliquorum fructuum in vno agro, nemine præſcribente aliorum fructuum decimam, videtur ius decimandi in totum acquiſiſſe. c. 21. num. 93. lib. 2. pag. 816.

Præſcribens decimas frumenti in tali parochia, ſi ſeminetur ibi millium, vel crocus, vel herba ad tingendum commoda, quam vulgus paſtel vocat, vel aliud, habebit decimam eorum. c. 21. nu. 94. lib. 2. pag. 816.

Præſcribens decimam vnius prædij, ſi de nouo ibi plantentur nuces, vel vites, habebit decimam ex fructibus illarum arborum: & de lapidibus, ſi de nouo ibi lapides extrahantur. c. 21. num. 95. & 96. lib. 2. pag. ibid.

Præſcribens decimas vnius partis fundi, ſi poſteà fiat noualis alia pars eiuſdem fundi, an & quando præſcripſiſſe cenſeatur decimas huius partis noualis. c. 21. num. 101. 102. lib. 2. pag. 817.

Præſcribens quaſdam decimas in nemoribus, vel paſcuis, ſi illa redigantur ad culturam, habebit & noualis, idem eſt in cõſuetudine. capit. 21. numer. 103. & 104. niſi decima aliorum fructuum Eccleſiæ parochiali ſolui conſueuerit, ibidem. n. 105. lib. 2. pag. 817.

Præſcribens omnes decimas talis villæ, vt de vniuerſo noualia quęque habebit. c. 21. nu. 115. lib. 2. pag. 719.

Plures vbi reperiuntur in pugna, in qua aliqui ſunt interfecti, & mutilati, & neſcitur à quibus, an omnes, vel qui cenſeantur irregulares? capit. 6. numero. 46. cum ſequentibus, libro. 2. pagina. 538.

Præſumptio omnis fraudis, aut metus, ceſſat coram iudice. capit. 1. numer. 31. lib. 2. pag. 410.

Preſes alicuius oppidi, aut arcis munitę, qui ſub fidelitate & iuramento illud ab aliquo accepit, non tenetur illud reſtituere notorio hæretico effecto, nec alteri eius mandato, ſed fiſco. c. 1. nu. 20. lib. 1. pag. 17.

Hoc tamen procedit ſequuta ſententia declaratoria iudicis, nempe illum eſſe notorium hæreticum, aliàs ſecus, ibid. nu. 21. lib. 1. pag. ibid.

Princeps in dubio non præſumitur vti plenitudine poteſtatis. c. 2. num. 6. lib. 1. pagina. 53.

Fallit, quando aliàs actus ſine plenitudine poteſtatis non valeret, ibidem. numer. 7. lib. 1. pag. ibid.

Principes poſſunt terras ac iura ſua ab vſurpatoribus auferre, eoſque per bellum compellere, vt quæ iniuſte retinent, reddant, etiamſi ſit veriſimile multorum mortem inde ſequuturam. cap. 38. num. 6. lib. 1. pag. 386.

Princeps tutè abſque animæ periculo, in vtroque foro poteſt remittere criminis pœnam, quæ in ſatisfactionẽ Reipublicę à legibus ſtatuta fuerit, vbi ex hoc Reipublicæ damnũ minime ſequitur, & abſque læſione priuati iniuriam paſſi, aliàs ſine partis remiſsione mortaliter peccaret. c. 15. nu. 87. lib. 2. pag. 719.

Princeps

Ayuntamiento de Madrid

# INDEX.

Princeps non poteſt tollere primam citationem, cum ſit defenſio á iure naturali deſcendens. cap. 16. numero. 6. lib. 1. pagina. 734.

Princeps non poteſt cognoſcere parte non citata. cap. 16. numero. 7. lib. 2. pagina. ibidem.

Princeps poteſt fundos, montes, ſeu prata communia alicuius ciuitatis vendere priuatis faciendo propria ipſorum, & de eis priuilegia concedere, quo facto nullus in conſcientia, nec in iuſtitia præter ipſos, aut de eorum licentia poſſet de illis ligna, aut paſcua ſumere. capit. 27. numero. 25. libro. 2. pagina. 915.

Princeps ſupremus poteſt ex iuſta cauſa venationes prohibere ſuis ſubditis, non tamen eſt eadem ratio in magnatibus ad cuſtodiendam ſui gratia vetandamque venationem. capit. 28. numer. 1. & 2. lib. 2. pag. 918.

Princeps poteſt ſententiã dicere iuxta propriam & particularem conſciẽtiam, aduerſus allegata & probata, imò æquiſſimè ſic faciet. capit. 29. numero. 16. & 17. lib. 2. pag. 941.

Sed hoc publice populo manifeſtet, ibidem, numero. 19. libro. 2. pagina. 942.

Prima tonſura, & omnes minores ordines à ſeptennio etiam ſtatim ſuſcipi poſſunt iure nouiori. cap. 26. numero. 2. lib. 1. pagina. 252.

Primitiæ eiuſdem iuris diuini, cuius ſunt decimæ, eſſe videntur. capit. 21. numero. 6. & 11. libro. 2. pagina. 792. & 794.

Primitiæ ſecundùm conſuetudinem patriæ ſoluendæ ſunt, etſi de iure naturali procedant. cap. 21. numer. 11. libro. 2. pagina. 794.

Primogenitus dicitur qui deſcendit per ipſam lineam rectam, ex primogenito. capit. 14. numero. 57. libro. 2. pagina 689.

Primogenia in Hiſpania an iuſte inſtitui poſsint in conſcientia, tam facultate Regia, quàm legis regiæ tertij, & quinti bonorum. capit. 14. numero. 1. & ſequentibus, præcipuè numero. 8. vbi opinio affirmatiua probatur, dummodo cæteri filij alimentis ſaltem competentibus non defraudentur, vt in numero 29. lib. 2. pagina. 677. & 679. & 684.

Primogenia etſi iuri naturæ repugnare videantur, cedunt tamen in decorem & emolumentum Reipublicæ, vt hic. capit. 24. numero. 5. libro. 2. pagina 678.

Primogenia noſtri temporis nihilominus à legis veteris primogenijs diſsimilia ſunt. capit. 21. numero. 18. libro. 2. pagina. 681.

Primogenia à iure etiam gentium non modicum principium duxerunt. c. 14. n. 21. lib. 2. pag. 682.

Primogenia à iure quoque ciuili originem ducunt: nam etſi facultas teſtandi à iure gentium proceſſerit, id tamen verum eſt inuentione, forma autem & ſolennitate atque approbatione à iure ciuili prouenit. capit. 14. numer. 23. lib. 2. pagina. ibid.

Primogenia originem etiam ducunt à lege canonica, & etiam conſuetudinaria. capit. 14. numero. 25. libro. 2. pagin. ibidem.

Primogenia Hiſpaniarum ſecundariò & certius ab ipſo Hiſpaniæ regno tanquam à capite, eiuſque ſuccedendi ordine deriuantur, propriamque ac veriſſimam originem trahunt. c. 14. num. 25. lib. 2. pag. ibid.

Priuilegia conceſſa bonis eccleſiaſticis non competunt clericis pro bonis ſuis patrimonialibus, ac proinde ſi clerici minores viginti quinque annorum lædantur, coram iudice ſeculari petere debẽt reſtitutionem in integrum aduerſus laicum. capit. 34. numero. 11. & 12. lib. 1. pag. 337.

Priuilegiatus à Summo Pontifice, vt fructus in abſentia beneficij percipiat, ac ſi præſens eſſet, non ideò poteſt diſtributiones quotidianas habere. c. 15. nu. 13. lib. 2. pag. 698.

Priuilegium eccleſiaſticæ perſonę conceſſum de decimis percipiendis, noualia comprehendit, numero 116. contra numero. 120. cum ſequentibus: ſecus ſi hic concedatur, vt in numer. 117. Limitatur numero 118. ſi ius decimandi in vniuerſo aliquo territorio, vel in aliqua villa concedatur. Item numer. 119. limitatur, quando præter decimam ius decimandi conceſſum reperiretur, vel quãdo ex longa obſeruãtia inueſtitura ita interpretata fuit per longa tempora, vt hic. c. 21. nu. 116. lib. 2. pag. 819.



Ayuntamiento de Madrid

# INDEX.

Priuilegium eſt reſtringendum,quatenus concernit ius tertij,licet,quando agitur de ſolo priuilegio principis concedentis,latiſsime ſit interpretandum. capit.21.numero.121.& 122.& 123.libr. 2.pag.820.

Priuilegium Papæ concedentis omnes & quaſcumque decimas, vel omnem decimationem talis territorij,comprehendit noualia.capit.21.numer.125.libr.2. pag.821.

Priuilegium alicui conceſſum, quo is eximitur à ſolutione decimarum ex fructibus noualium, intelligendum eſt de his noualibus,in quibus alter non habet tempore dati priuilegij quaſi poſſeſsione iuris percipiendi decimas, ne illi fiat præiudicium præter concedentis intentionem,& numer.127.ampliatur in noualibus tẽpore datæ immunitatis procisſis, ex quibus decimæ debitæ fuiſſent alteri,& quomodo hoc intelligatur.capit. 21.nu.126.lib.2.pag.ibid.

Priuilegium conceſſum alicui de non ſoluẽdis decimis denoualibus,quomodo intelligatur.capit.21.num. 128.libr.2.pagina.ibid.

Priuilegium immunitatis conceſſum alicui à ſolutione decimarum ex agris antiquitus cultis,an intelligatur in præiudicium eorum qui ſunt in quaſi poſſeſsione percipiendi decimas,ibidem.c.21. nu.129. lib.2.pag.ibid.

Priuilegium non ſoluendi decimas ſimpliciter conceſſum,ad noualia non extenditur,& numer. 13[illegible].limitatur,ſi priuilegium concedatur de non ſoluendis decimis de laboribus proprijs,quia extenditur ad noualia quæ proprijs fiunt manibus, & de his noualibus ſemel factis nunquam decima ſoluetur. c. 21.num. 130.131.lib.2.pag.822.

Priuilegium de non ſoluendis decimis conceſſum religioſis,reuocatur, ſi ex poſt facto incipit nocuum eſſe.cap.21.num. 135.lib.2.pag.823.

Priuilegio impetrato cum limitatione, & certa moderatione,non valet impetratio ſecundi priuilegij facta ſimpliciter.capit.15.numero.92. libro.2.pagina.720.

Priuatus omittens doloſe defenſionem proximi, cum deſiderio mortis eius, cum poſſet eum liberare, eſt irregularis.capit.6.numero.116. libro.2.pagina.552.

Priuatio locum non habet, niſi in caſibus à iure expreſsis.cap.12.nu. 20.libr.2.pagina.665.

Priuatio acquiſiti non ſolum eſt pœna peccati, ſed etiam quandoque eſt effectus acquiſitionis in iuſtæ. capit.23.nu. 27.lib.2.pag.854.

Probari non poteſt, ab initio ea lege, vel hominum conuentione,dominia rerum ita fuiſſe diuiſa atque diſtincta, & vnicuique diſtributa, vt liceret cuique ligna vel paſcua de fundis aliorum ſuis vſibus neceſſaria, & pecoribus proprijs opportuna capere. cap. 27. nu.24. lib.2.pag.915.

Probatio concubinatus qualis eſſe debeat ad puniendum clericum pœna arbitraria.capit.7.numero.74.libro. 2.pagina.582.

Pro adipiſcenda poſſeſsione rei ſpiritualis, an & quando liceat pecuniam, vel aliam rem dare. capit. 23. numero. 57. & ſequentibus, ibidem, an liceat eam accipere.libro.2.pagina.867.

Pro labore impenſo in requirenda & inuenienda re iuſte merces aliqua recepi & retineri poteſt, imó & quod fuerit libere & ſponte datum ob rei inuentæ reſtitutionem. cap. 9.num.27.& 28. lib.2.pag.616.

Proles non eſt de eſſentia matrimonij, imò nec actus ipſe copulæ, ſed ſolum potentia coeundi neceſſaria eſt, in qua conſiſtit matrimonialis conſenſus ſubſtantia.capit.16.numero. 12.libro.1. pagina.176.

Promittens non alij quàm Titio ſe fundum venditurum, non tenetur abſolute illi eum vendere, ſed tunc demum cum alij venditurus ſit.cap. 21.numer. 14.lib.1.pag.217.

Promittens non vendere domum hanc, niſi tibi,idem eſt ac ſi diceret,alij quàm tibi.capit.21.numero.15.libro. 1.pagina.ibid.

Promiſsio homini facta per ſolum actum interiorem non obligat promittentem in conſcientia.cap.22.numer. 4. libr.2. pag.833.

Pro maleficio perpretando nihil accipi aut retineri poteſt, nec etiam pro labore & periculo mortis, cui mandatarius ſe exponit. capit. 10.numero.23. lib.2.pag.625.

Prohi-

Ayuntamiento de Madrid

prohibens ſeu impediens teſtatorem ne aliquod legatum alteri relinquat, quando teneatur eidem ad reſtitutionem. capit. 37.numero. 20. libro. 1. pagina. 379.

Pronuntiatio iudicis an ſit neceſſaria ſuper hoc manifeſto euidenti & notorio crimine.capit.19.numero.10. libro. 2. pag.774.

Propoſitum cum deliberatione abſque tamen promiſsione exteriori,vel interiori,an obliget ſub reatu mortalis culpæ. capit.22.numero.32.& ſequentibus,numero.37. ponitur concordia inter opiniones.libr.2.pag.839.& 842.

Propoſitum religionis habens,non tamen promittit explicite , neque implicite profeſsionem religionis,non obligatur. capit. 22. numero. 33. libro.2.pagina. 841.

Propoſitum deliberatum etiam ſi ore enuntietur,atque verbo proferatur, ſi promiſsio illius non ſubſequatur expreſſa, vel tacita, non obligat ſub pœna peccati mortalis.c.22.nu.34.libr. 2. pagina.ibid.

Prorogatio inſtantiæ facta ab arbitris , etiam vigore facultatis à partibus ſibi conceſſæ,debet eiſdem notificari,aliàs non valebit.capit.16. numero. 13.lib.2. pag.735.

Prouiſio Eccleſiarum parochialium quomodo ſit facienda iuxta decretum de reformatione. capit. 18. ſeſsion. 25.ſacri Concilij Tridentini , & bulla Pij V. capit.11.numero. 11. libro. 2. pagina. 635.

Prouiſor,Vicarius,& officialis generalis Epiſcopi,an abſque ſpeciali eiuſdem mandato poſsit has reuerendas cócedere.capit.17.num.14.& numeris ſequentibus, & numero.21.pars negatiua probatur, niſi habeat ad hoc ſpeciale mandatum, ſicut nec Vicarius capituli Sede Vacante,nec Archidiaconus, vt in numer.22. & 23. Limitatur numeris ſequentibus, lib.2.pag.745. & 746.

Prouiſor,Vicarius,& officialis generalis Epiſcopi in remotis agentis, poteſt has reuerendas dare,& quando dicatur in remotis agere,& ſic quis locus dicatur remotus,relinquitur arbitrio iudicis.c.17. nu. 24.& 25.lib.2.pag.747.

Poteſt etiam eas concedere,quando in mandato haberet ſpecificata aliqua maiora quàm ſit huiuſmodi licentiam concedere.Poteſt etiam eas concedere quando ſucceſsiſſet aliquibus Vicarijs eam facultatem habere,& licentiam huiuſmodi concedere ſolitis.c. 17.nu.27.libr.2. pag.ibid.

Prouiſores , & officiales generales à capitulo ſede Epiſcopali vacante deputati, ſi excommunicentur ob cauſam officij , lucrantur fructus ſuarum præbendarum.capit.1.numero.150.libro.1.pagina.51.

Idem eſt dicendum in canonicis & alijs beneficiatis acceptantibus iuriſdictionem aliquam Apoſtolicam, ſi ob eam cauſam excommunicentur, quia lucrari debent fructus ſuarum præbendarum, ſicut cæteri de quibus ſupra, ibid.num.151.lib. 1.pag.ibid.

Prouiſor ſeu Vicarius generalis cuiuſcunque Epiſcopi , ſiue Archiepiſcopi monitorias generales decernere poteſt , & quomodo interpretati ſunt hoc illuſtriſsimi Cardinales.c.11. num.8.lib.1. pag.124.

Prouiſores,ac officiales generales rite deputati à capitulo Sede Vacante, idem poſſunt.ibidem,numero.9. libr.1.pagina.125.

Prudentia atque iudicium alicuius, cui aliquid committitur, arbitrium boni viri ſignificat.capit.19.numer. 7.libr. 1.pagina.203.

Ptholemęus conuiuium fecit ſummo Sacerdoti,ac duobus filijs eius , & cum ebriati eſſent,occidit eos.cap.4. nume.8. lib.2.pag.480.

Pudicitiā in primis eſſe retinendam, quoniam eamiſſa omnis ruit virtus , & libido in potente & honorato eſt deterior. c.7.nu.5.lib.2.pag.567.

Publice excommunicatus publice eſt vitandus etiam ante denuntiationem,iure communi attento.c.1.nu. 5.lib.1.pagina.8.

Publicatio excommunicationis vbi fiat. capit. 1. numero. 32. libro. 1. pagina.20.

Publicatio excommunicationis facta in conſiſtorio iudicis coram paucis,non ſufficit.c.1.n.33.lib.1.pag.ibid.

Publicatio & denuntiatio nihil ad excommunicationem addunt.c.1.nu.36.lib.1. pag.21.

Publice excommunicatus non poteſt alteri facultatem concedere audiendi confeſsiones, occulte autem excommuni-

catus poteſt.capit.1. numero. 89.libr.1. pag.34.

Punitus pro crimine mixti fori ab Epiſcopo pœna canonica, poteſt per iudicem ciuilem puniri,ſecundum ius ciuile. capit. 12. numero. 15. libro. 1. pagina. 148.

Q

Qualitas illa exprimenda eſt, quæ moueret principem ad non concedendum, vel difficilius concedendum.capit.15.numero.12.libro. 1.pagina.169.

Qualitas copulæ ad diſpenſationem quod exprimatur,ſtylus, & communis praxis habet,& valde difficilem reddat Summum Pontificem ad concedendum. c. 15.nu.13.lib.1.pag.ibid.

Qualitas illa exprimenda eſt, quæ etſi non ſit præcepta à iure,eſt tamen de ſtylo,praxi & conſuetudine curiæ exprimẽda.c.15.n.18.lib.1.pag.170.

Qualitates requiſitæ in Epiſcopo eligẽdo, & ad ſacerdotia curata.c.11.n. 626.libr. 2.pag.655.

Qualitates quæ ſtylo Curiæ, vel Cancellariæ, vel conſuetudine principis exprimi conſueuerunt,narrandæ neceſſario ſunt,alioquin reſcriptum viciatur:quod ſi nec iure,nec ſtylo curiæ,vel conſuetudine exprimi ſolẽt.c.15.n. 39.& 40.lib. pag.703.Author ſequitur & probat cõmunem præfatam ſententiam. c. 15.nu. 41.lib.2.pag.ibid.

Qualitas in quã lex ſeu diſpoſitio ſe fũdat, debet ante omnia conſtare.c.19.nu. 20. lib.2.pag.777.

Quando lex parificat duos caſus in vna materia,non fit extenſio ad aliam materiam diuerſam.c.8.n.70.lib.2.pag.606.

Quandoq; vnum & idem poteſt eſſe præſcriptio reſpectu certorũ,& cõſuetudo reſpectu aliorũ.c. 21.n.70.lib. 2.pag. 811.

Quando non liceat iniuſta impedimenta in ſpiritualibus pecunia remouere.c. 23.n. 53.cũ ſeqq.vbi late de ea re differitur,& diſtinguitur.lib.2.pag.865.

Quando ille aduerſus quem eſt præſũptio iuris & de iure,vere ſcit eſſe veritatẽ pro ſe,& in iudicio,vel agitur,vel conuenitur,vt rem illã conſequatur, vel reſtituatur iſte condẽnatus parere tenetur ſentẽtiæ,nec poteſt recuſare reſtitutionẽ, vel à iudicio deſiſtere ſub prætextũ quod veritas ſit in contrario.c. 25.nu.5.lib.2. pagina.889.

Quando is qui poſsidet,aut debet,non tenetur offerre,nec ire ad domũ creditoris nec aliquid facere niſi petatur ab eo,tũc etiã de iure canonico illo nõ petẽte præſcribetur.c.26.n.5.lib.2.pag.905.

Quãdoq; ex cauſa etiã abſq; culpa, diuino & humano iudicio pœna pecuniaria infertur.cap.30.n.46.lib.2.pag.955.

Quarta an Epiſcopo debeatur ex relictis cõ fratrijs.c.35.n.7.lib.1.pag.362.

Quæ non ſunt voluntaria per ſe, vel ratione ſua,ſed per accidens ratione ſuæ cauſæ,non ſumunt illam bonitatis,aut malitiæ dominationem,quæ illis cõueniret ſi eſſent in ſe ipſis volũtaria,ſed illã,quæ conuenit cauſæ in qua dicuntur eſſe voluntaria.c.4.n.101.lib.2.pag.493.

Quæſtio facti, etſi de re ſpirituali à laico diffiniri poteſt.c. 34. numer. 17. libr. 1. pag.338.

Qui amat periculum peribit in illo, & exponens ſe periculo probabili peccandi peccat tale peccatum quale periculũ eſt. c.1.n.68.lib.1.pag.31.

Qui ante Calendas ſtipulatur proximas,ſimilis eſt ei qui Calendis ſtipulatur.cap. 26.n.6.lib.1.pag.253.

Qui ſacris initiatur in vigeſimo ſecũdo anno,non promouetur ante vigeſimũ ſecundum.c.26.n.9.lib.1.pag.175.

Quiſq; poteſt ſuam conſcientiam conformare,cum qua maluerit ex duabus opinionibus diuerſis probabilibus.c.13.nu. 23.lib.1.pag.158.

Qui vino ciboque ſe immergunt,ſtolidi,ignaui,obtuſique fiunt, raroque longæui ſunt,facile ægrotant,difficiliter curãtur, à corporis viribus animæque virtute quã primum deſtituuntur,fiuntque deliri,& omnibus,contemptui, ludi brioque ſũt, adeò vt neceſſarij ac familiares omnes eis intentũ optẽt.c.4.nu.46. lib. 2.pag. 484.

Qui poſt cibum & potum etiam minimum diuina celebrauerit, excommunicationi ſubiacet,& Concilium Bracharenſe ſeuerius animaduertens in hoc eſt rigidum. c.4.n.75.lib.2.pag.488.

Qui abſque eius culpa,dolo tamen alterius in ebriatus eſſet,& omnino inebriatꝰ homicidium committeret nõ tenebitur aliqua pœna ob predictum homicidium.c. 4.nu.93.lib.2.pag.491.

Qui

Qui in rixa, vel prælio interſunt ad diſſuadendam rixam vel præliū, licet inde nō nihil animi ſuorum parti,& non nihil timoris aduerſæ redderetur,non ſunt irregulares,niſi verbis pacem, animo verò & facto rixam ſuadeant. c.6.num.48.& 49.lib.2.pag.539.

Quicunque pugnauerit in bello iniuſto, & in eo auxilium & opē dederit, ſi inde ſequuta ſit mors,aut mēbri mutilatio, erit proculdubio irregularis.c.6.nu. 66.lib. 2.pag.543.

Qui rem inuentā detinet,nec domino reddit,furtum committit,& quomodo hoc intelligatur.cap.9.num.2. libro 2. pagina 609.

Qui bene præſunt preſbyteri, duplici honore digni habentur.c.11.num.6. lib.2. pag.635.

Qui facit contra conſcientiam, ædificat ad gehēnam.c.11.n.7.lib.2.ibid.

Qui legis humanæ authoritate aliquid facit, non peccat, niſi ea lex diuinæ contraria ſit.c.14.num.36.lib. 2.pag.685.

Qui præſcripſit iuriſdictionem in vno territorio,poterit illā exercere aduerſus aduenas & forenſes, quanuis aduerſus illam nūncupatim non præſcripſerit.c. 21.nu. 109.lib.2.pag.818.

Qui præſcripſit ius eligendi in certa eccleſia,cenſetur & præſcripſiſſe ius poſtulādi, alio non exiſtente in poſſeſsione poſtulandi.c.2.nu.111.lib.2.ibid.

Qui præſcripſit decimas perſonales habitātium in tali loco,ſi quis de nouo venerit,& ibidem habitauerit, ab eo quoque decimas habebit,contra Rebuffum.c.12 nu.112.lib.2.ibid.

Qui calore concupiſcentiæ inflāmatus aut bene potatus, non tamen ebrius omnino,iurat vxorem ducere,compellitur eā ducere:& ſimiliter qui ſic occidit hominem, non excuſatur à toto,quin ſit mortale.capit. 22.nume.o 13.libro 2.pagina 835.

Qui iurandi aſsiduitate iuraret ſe Hieroſolymam iturum,ſi iterum iurauerit,ad voti adimpletionem non tenebitur, propter defectum actualis deliberationis.c. 22.nu.25.lib.2.pag.838.

Quilibet fratrum conſtituit propriā lineā, & alter de alterius linea nō dicitur.c.14. nu.55.lib.2.pag.689.

Quoties in maioratus ſucceſsione dubitatio inciderit, interpretatio accipiēda eſt à regni ſucceſsione.capit.14.nume. 26. libro.2. pagina 681.

Quoties in lege, vel alia diſpoſitione non poteſt reddi niſi vnica tantùm cauſa,vel ratio,illa habetur pro expreſſa.c.15.n.73 lib.2.pag.714.

Quotieſcunque quis certus eſt non peccaſſe mortaliter contra obedientiam Eccleſiæ, tutam conſcientiam habere poteſt nullam excommunicationem incurriſſe apud Deum nec eſſe priuatum Eccleſiæ ſuffragijs,licet quandoque poſſet eū propter falſam præſumptionem arcere, ab externo fidelium cœtu. c.16. nu.17. lib.2.pag.736.

## R

Ratio differentiæ inter patrem legitimum adminiſtratorem bonorum filij ingredientem religionem bonorū in communi capacem, & alios vſufructuarios eandem profitentes reſpectu amiſsionis,præd. vſusfructus, vel non amiſsionis nulla ſufficiens dari poteſt.c. 1.nu.100.lib.2.pag.652.

Ratio prima quare primogenia licita ſunt, & permiſſa,eſt propter bonum publicū. c.14.nu.2.liq.2.pag.678.

Ratio ſecunda,quare primogenia ſunt licita eſt,quoniam bonorum diuiſione patrimonia maximè extenuantur.c.14.n.6. lib.2.pag.679.

Ratio tertia eſt,quoniam ex hac maioratuū inſtitutione nobilitas & familiarum dignitas ſuſtinetur:quod maximè intereſt Reipublicæ.capit.14.numer.8.& 9.lib. 2.ibid.

Ratio quarta eſt,vt nomen & memoria nobilium qui hos maioratuus conſtituūt, conſeruetur,plerunque enim ea conditione fiunt,vt ſucceſſor nomen & arma conditorum ferant.c.14.nu.10.libro 2. ibid.

Ratio quinta eſt,quando maioratus fit de oppidis,quorum iuriſdictio, & gubernatio ad conſtituentem pertinet, quia per vnicum dominum,caſtra, & iuriſdictiones,rectius,& tutius gubernantur,& propter diſcordiam, quæ facilè oritur inter plures.c.14.nu.13.lib.2.pag.680.

Aliæ plures cauſæ inſtituendæ primogenia reddi poſſunt, vt hic remiſsiuè, ibidem dicto nu.13.lib.2.ibid. Ex ratione finali tantùm poteſt argumentum elici, vel extenſio,non tamen ex impulſiua.c.14. nu.20

Ayuntamiento de Madrid

nu.10.libro 2.pagina 681.
Ratio differentiæ inter vim illatam rebus rationabilibus,& irrationabilibus.c.24. nu.9.lib.2.pag.877.
Ratio differentiæ inter filios ante & poſt hęreſim natos,aſsignata à Calderino diluitur.c.30. nu.42.lib.2.pag.957.
Rebellis antequam priuetur beneficio, poteſt illi renuntiare:idem in clerico periuro & in alio quocumque criminoſo. capit.5.numer.34.& 35.libro 2. pagina 509.
Receptum ſimoniacè diſſoluto pacto ante collationem rei ſpiritualis,reſtituendum eſt ei qui dedit.cap.23.num.19.libro 2. pag.851.
Receptum ſimoniacè, ſimonia vtrinque executioni mandata, cui ſit reſtituendũ. c.23.n.20.& ſnu.ſeq. libr.2.p.852.
Recipiens Eccleſiam parochialem,ad ſacerdotium promoueri non intendens,vt intra annum eius fructus percipiat, illam poſtea dimiſſurus, niſi voluntate mutata promotus fuerit,ad reſtitutionem fructuum tenetur,nec eſt neceſſaria ad hoc ſententia:hoc tamen intelligendum eſt in foro conſcientiæ, ſecus in exteriori, vt in nu.21.Idemq; eſt in retentione beneficij,vt in nu.23. Cõprehenditur etiã ille qui dubio eſt animo ordines ſuſcipiendi,vel intentioneeos ſuſcipiẽdi ſub conditione,niſi,&c.vt nu.22.& 24.lib. 2.pag.852.& 853.
Quid in alijs beneficijs non curatis.c. 5.n. 20.& 25.lib.2.pag.562.& 504.
Recipiens ordinemvel beneficiũ,ſi aliquid dederit alijs,vt impetrent à prælato hoc ignorante,committit ſimoniam,ac proinde tenetur,&c. cap.23.num.18.lib.2. pag.851.
Recipiens ordines ſacros ab occultè excõmunicato, vel ab heretico,ſi ab eccleſia erat toleratus,nõ ſolũ recipit Sacramentũ,ſed etiã executionẽ Sacramẽti, vnde etiã poſtquã ſibi id cõſtiterit,poterit act' illius ordinis exercere abſque diſpenſatione.c.1.nu.80. lib.ę.pag.34.
Rectè aduerbium ſignificat,id eſt,iuſtè, y bien y derechamente.c.1.nu.85.libr.2. pag.484.Conſequitur ex ſupradictis,aduerbium Rectè, poſitum in integra,debere intelligi ſecũdum ius,hoc eſt,mortuo iam patre.cap.1.numer. 86.libro 2. ibidem.
Rector, Decurio,vel tabellio ciuitatis, vel villę,alijve officia perpetua habentes cõmittentes delictũ priuatione dignum,an interim pendente proceſſu poſsint renuntiare huiuſmodi officijs.c.5. nu.46. cum ſequentib.& nu.50.quod non,quãdo propter delictum ſunt priuati ipſo iure officio.lib. 2.pag.513.& 514.
Rector Eccleſię mundus eſſe debet,vt hic latè exponitur.cap.7.numer. 4. libro 2. pag.567.
Reges plures ob vitium luxuriæ fuerunt interfecti,& expulſi à Regno.c.7.nu.6. lib.2.ibid.
Rex noſter Philippus optimè ſe habet in prouiſione Epiſcoporum.c.11.nu.2.libro 2.pag.633.
Regum c.12.declaratur c.30.num.30.lib. 2.pag.952.
Reges,Duces, Marchiones,&ſimiles,qui habent dignitatem, non per electionẽ, ſed ſucceſsionẽ,tenentur implere omnẽ contractum & conuentionem,ſicut quilibet ſucceſſor priuatus.c.36.nu.3.lib.1. pag.368.
Regula iuris,Vtilius ſcandalum naſci permittitur,quàm veritas relinquatur, declaratur c.38.nu.3. & nu. 20.& ſeq. lib. 1.pag.386.& 390.
Regula taciti & expreſsi idem eſt iudiciũ, & ea quæ habet,expreſsionem eorũ quę tacitè inſunt,nihil operari,quomodo intelligantur.c.11.numer.57.libro 2.pagina 654.
Regulę Cancellarię de exprimendo vero valore beneficij in impetratione rationes.c.15.nu.80.lib.2.pag.716.
Regularis neq; vllus etiam alius hodie poſt Concil.Trident. poteſt confeſsiones ſecularium,etiam ſacerdotum audire, neque ad id idoneus reputatur, niſi aut parochiale beneficiũ,aut ab Epiſcopis per examen,ſi illis videbitur eſſe neceſſariũ, aut aliàs idoneus iudicetur, & approbationem,quæ gratis detur,obtineat. c.6. nu,8.lib.1.pag.87.
Regulares neque in minori ętate, neque ſine diligenti examine ordinentur priuilegijs quibuſcunque ad hoc penitus excluſis.c.26.nu.38.lib.1.pag.258.
Reipublicę maximè hoc conuenit, vt fœminę abſtenues ſint,ſiquidẽ omnis mulier vinolenta, eadem quoq; meretrix eſt.c.4.nu.28.lib.2.pag. 481.
Relatum dicitur eſſe in referente, & cum omnibus ſuis qualitatibus verè & propriè,ſpecialiter & expreſſè.c.15.nu.108. lib.2.pag.724.

Reli-

Ayuntamiento de Madrid

Relictum pro cauſa dotis neceſſariò intelligitur pro matrimonio carnali. c.32.n. 21.lib.1.pag.303.

Religionis vbi ſit mentio, intelligitur cum effectu.c.1.nu.21.lib.2.pag.419.

Religioſi fornicando adulterium committunt.c.7.nu.45.lib.2.pag.574.

Religioſi omnes, tam exempti, quàm non exempti, de poſſeſsionibus ſuis, tã acquiſitis quã acquirendis decimas integras ſoluere debẽt illis eccleſijs, quibus eædẽ poſſeſsiones & terræ ſunt decimabiles, niſi ſpeciali iure, vel priuilegio ſint muniti.c.21.nu.133. lib.2.pag.822.

Religioſi priuilegiati de ſoluẽdis decimis, eas tenentur ſoluere de poſſeſsionibus acquiſitis poſt Concil.Lateranenſe, etiã ſi eas proprijs manibus & ſumptibus excolant.c.21.nu.136.lib.2.ibid.

Religioſis eſt prohibitum abſoluere excõmunicatos à canone, niſi in caſibus à iure expreſsis, vel per priuilegia Sedis Apoſtolicæ conceſsis.cap.5.num.23.libr. 1.pag.83.

Religioſi poſſunt extrahi à religione, vt pmoueãtur ad Epiſcopatum, quia eſt maius bonum.capit.17.num.7.libro 1.pagina 181.

Religioſi, qui Sacramenta conferunt ſine ſpeciali licentia proprij ſacerdotis, excommunicatur ipſo facto, præter Sacramentum pœnitentiæ: nam illud eſt mendicantibus indultum ex priuilegio, debẽt tamen hodie regulares eſſe approbati ab Ordinario loci Epiſcopo, ad audiẽdas confeſsiones.cap.30.nu.31. libro 1. pag.285.

Remedio canonis reintegranda.3.q.1. pinguius eſt prouiſum ſpoliatis ad recuperandam ſuã poſſeſsionem, & eſt pleniſsimum remediũ, generaliuſq; & vtilius inter omnia remedia poſſeſſoria, & cũ alijs omnibus concurrit.c.34. nu.1.lib. 1.pag.333.

Remediũ dict.c.reintegrãda, producit ſpecificum ius agendi, & eſt nouum, & cõpetit vbi quis iniuſtè & ſine culpa cecidit à poſſeſsione ſua.c.34.nu. 2.libro 1. pag.334.

Remedio c.reintegranda, eſt agendũ corã iudice ordinario rei.c.34. nu.3. libro 1. ibid.

Remediũ d.c.reintegranda, cõpetit etiam laicis pro rebus profanis recuperandis.c.34.nu.4.lib.1.ibid.

Remedio d.c.reintegranda, an coram iudice eccleſiaſtico agere poſsit Epiſcopus, vel alius clericus ſpoliatus per laicũ. c. 34.nu.6.lib.1.pag.335.

Remedio c.reintegranda, an agi poſsit coram iudice laico, quãdo ſpoliator & ſpoliatus eſſent clerici, vel ſi tantũ ſpoliator eſſet clericus ſuper cauſa beneficiali. c. 34.n.16.cum ſeq.lib.1.pag.338.

Remediũ c.reintegranda, an debeatur & detur contra ſingularem ſucceſſorem titulo & bona fide poſsidentẽ, qui cauſam habuit à bonę fidei authore. c. 34.n.51. & ſeq.lib.1.pag.345. Et nu.59. referuntur plurimi authores, vltrà 40.nu. tenentes partem affirmatiuã magis cõmunem opinionem canononiſtarum, lib. 1.pag. 346. Et nu.63. referuntur alij prope 40. authores negatiuam ſententiam probantes, quæ eſt magis cõmunis Legiſtarũ, verior & tenenda, quæ abſq; dubio procedit, ſi tertius hic ſingularis poſſeſſor cũ titulo & bona fide per tantũ temporis ſpatium rem poſsediſſet, vt legitimè eam præſcripſiſſet, vt in nu.64.lib.1. pagina 349.& 350. Et nu. 65. referuntur duæ concordiæ inter prædictas duas ſẽtentias magis cõmunes contrarias.lib.1. ibid.

Remedium dict.c.reintegranda, durat perpetuó vſque ad 30.annos, & quomodo hoc intelligatur.c.34.nu.70.& 71.lib.1 pag.352.

Remediũ dict.c.reintegranda, eſt inductũ, ne is qui aliena occupauit, in peccato mortuus iaceat.cap.34.numer.61.lib.1. pag.348.

Remediũ dict.c.reintegranda, non eſt inuentum ad iuſtos poſſeſsores perpetuò inquietãdos, contra nonnullos Doctores aliud volentes.c.34. nu. 62.libro 1. ibidem.

Remediũ d.c.reintegranda non competit contra bonę fidei poſseſsorem, & cũ titulo abſque vitio reali habẽtem cauſam à bonæ fidei authore titulato, ſi legitimè rẽ præſcripſerit.c.34.nu.72.& 73. lib.1.pag.352.

Remediũ d.c.reintegranda, non datur malę fidei poſseſsoribus.c.34.nu.76.lib.1. pag.353.

Remediũ d.c.reintegranda, conceditur cõtra ſingularem ſucceſsorem cũ bona fide, ſed tamen ſine titulo.capit.34.n.82. lib.1.ibid.

Remediũ d.c.reintegranda, conceditur cõtra ſingularem ſucceſsorem cum titulo


& bo-

Ayuntamiento de Madrid

& bona fide, quando titulus fuit habitus poſt poſſeſsionē.c.34.n.83.lib.1.p.354.

Remediū d.c.reintegranda, datur contra ſingularem ſucceſſorē cum titulo & bona fide cauſam habentem ab authore vitioſo, vel malæ fidei.c.34.num.84.lib.1 ibid.

Remediū d.c.reintegranda, datur contra ſingularem ſucceſſorem cum titulo & bona fide, quoties res eſt affecta vitio reali, vel ob furtū commiſſum, vel ob vim impulſiuam, quia tunc præſcriptio ordinaria locum non habet: ſecus longiſsimi temporis 40.annorum.c.34.nu. 85. lib. 1.ibid.

Remediū quod Hiſpani del interim vocāt, c.34. num.103.& 107. Galli recredentiam vel caſum nouitatis vocant.ibid.n. 106.lib.1.pag.358.

Remedium interim eſt preparatoriū iudicij poſſeſſorij principalis atque plenarij. c.34.nu.104.lib.1.ibid.

Remedium interim eſt iudicium ſummariſſimum poſſeſſorium, vt nonnulli ita nominant.c.34.nu.105.& an liceat hoc caſu appellare, vide verbo, Appellare.lib. 1.ibid.

Rempublicam nullā totius orbis legimus diuerſa pretia conſtituiſſe mercibus à ſuis ciuibus vendendis præſenti pecunia, & ad creditum, ſed ſemper taxatur idem pretium de præſenti & ad creditū ſoluendum.c.39.n.37.lib.1.pag. 407.

Renuntiare non cenſetur quis regulariter iuri attentatorū ſibi quæſito contra attentata poſt appellationē per deſertionem eiuſdem.c.16. n.27.lib.2.p.740

Renuntiatio filij bonorum parentis in vita eiuſdē, ac cum eiuſdem licentia facta, tacitè intelligitur facta, ſi ipſi filio deferatur, & non aliàs.cap. 1. num.55. libro 2. pag.439.

Renuntiatio in fauorem mentione criminis non facta, an ſit valida.c.5.nu. 32.libro 2.pag.508.

Renuntiatio beneficij facta cum fraude nō eſt admittenda.c.5.num.43.& 52.lib.2. pag.512.& 514.

Renuntiatio beneficij facta etiam in manibus inferioris ea intentione, vt alij conferatur, nulla conditione vel pacto expreſsis, valet, & renuntians nōn admittit ſymoniam etiam mentalē.c.23. nu. 75. & vide nu.76.& 77.vbi idē in confidentia ſimili, vel quod reſignatarius cedet in fauorē alterius à reſignāte nominādi, ceſſante pacto, modo & conditione, lib. 2. pagina 872.

Res eccleſiæ iure antiquo ad modicū tēp. hoc eſt, intra decēnium locari poterant. c.8.n.5.lib.1.pag.107.

Res ſequeſtrata deficiētibus alijs bonis, poteſt vendi pro alimētis, & alijs ſumptib. arbitrio iudicis.c.5.n.85.lib.2.p.521.

Res quę ſubiacent reſtitutioni, & quæ prohibentur alienari, poſſunt pro ſumptib. alimentorū alienari.c.5.n.86.lib.2.ibid.

Res prohibita alienari, non poteſt ad decēnium, vel vltra alienari.c.8.nu.22.lib.2. pag.594.

Res debita aut communis non eſt propriè nec verè debita, præcipuè cū debeatur ad vtilitatem cōmunitatis, vt contingit in beneficijs & publicis muneribus.c.11 nu.50.lib.2.pag.609.

Res empta ab alio ex pecunia mea, non efficitur mea, ſed illius, qui eam ſibi emit. c.18.nu.36.lib.2.pag.761.

Res acquiſita ex contractu nullo, ob defectum ſolēnitatis conſenſu contrahentiū non deficiente, & ceſſante dolo alterius partis, non eſt reſtituenda in animę iudicio, quia contractus tenet in eo foro, ſicut electio beneficij non ſeruata iuris canonici forma: & quid in contractu celebrato ab vxore ſine licentia mariti.c.25. nu.10.lib.2.pag.889.

Res per fideicōmiſſum relicta, & per teſtatorē alienari prohibita, quanuis preſcribi non poſsit, maximè antequàm exiſtat conditio fideicommiſsi, tamen poſt purificatum fideicommiſſum præſcribitur ſine titulo tempore 30. vel 40. annorū. c.26.n.3.lib.2.pag.904.

Reſcriptum Papę continens diuerſas gratias, non vitiatur per ſubreptionēin vna. c.15.nu.61.lib.2.pag.712.

Reſcriptū tendēs ad agendā vel confirmādam conſeruandāq; conceſsionē primā, debet mentionē prioris facere, alioquin erit ſubreptitiū.c.15.n.93.lib.2.p.720.

Reſiſtere licet iniquis principibus, ac iudicibus, & iniquæ ſententiæ.c.24. nu. 35. lib.2.pag.884.

Reſtitutio non eſt neceſſaria ad ſubducendum tempus impedimenti excommunicationis de medio.cap.28.nu.9.libro 1. pag.267.

Reſtituere quis nō tenetur, quoties re alienaindiget ad ſubleuandā propriā neceſsitatē data ipſius debitoris extrema neceſſitate.c.40.nu.4.lib.1.pag. 416.

Fallit

Ayuntamiento de Madrid

Fallit niſi creditor ſit in eodē articulo extremæ neceſsitatis.ibid.num.5.libro 2. ibid.

Reſtituere an quis teneatur, vbi extrema neceſsitas non eſt,ſed tamen debitor habita ratione ſtatus & dignitatis grauiſsimam pateretur ex reſtitutione iacturā, ſi modò leue detrimentum ex ea dilatione creditori immineat.c.40.num. 6.vbi ponitur ſententia affirmatiua, & nu.12. ponitur diſtinguentiū opinio. lib.1.pagina 416.& 418.Sed nu.7. ponitur opinio humanior & tenenda,nempè negatiua,quæ procedit, dūmodo debitor hoc caſu parſimonia vtatur in viuendo intra vltimum gradum decentiæ ſui ſtatus, quia non debet laute, opipare & ſplendidè viuere,& pompoſè veſtiri, & filias nuptui magnis dotibus tradere, ſicut ſi non eſſet obligatus ad reſtitutionē, ſed in omnibus moderatè procedere,reſecando ſuperflua, & ſi non poteſt filias equalibus nuptui tradere,alijs tradat,quibus minores dotes ſufficiant, faciendo enim quod poſſunt hi debitores ad reſtituendum,& in alijs bene & cum timore Dei ſe habentes, poſſunt abſolui per cōfeſſarium, & cōmunicare ſacramentaliter:illi verò,qui de eo quod poſſunt ſēper procraſtinant,& annuatim reſtitutionem promittunt,& non faciunt,non videntur abſoluendi,niſi prius faciant,vel efficaciter negotium diſponant, vt executionem habeat, nec etiam communicandi,quatenus ad iudicium cōfeſſoris, ſpectat.ibid.nu.8.lib.1.pag.417.

Secundò fallit eo caſu,quo creditor,vel dominus,cui eſt facienda reſtitutio,ſit in æquali vel propè equali neceſsitate, vel incommodo rei, qua debitor, quia tunc integrè ſtatim ei eſt facienda reſtitutio, quamuis debitor pauper omnino remançat.ibid.nu.10.& nu. 11.an hæc limitatio procedat in debitore bonæ fidei.lib.1. pag.418.

Reſtitutionem vſque ad mortis articulum differentes,verſantur in aperto periculo,& nonnunquam in manifeſto iacent peccato,cū poſsint & teneantur in vita facere.c.40.nu.14.lib.1.pag.419.

Idem eſt dicendum de illis, qui ambigentes an id quod habent,alteri debeat,nolunt in ſua vita id iudicio diſcernere,ſed ſatis ducunt,ſi proponant in teſtamento id hęredi ſuo mandare,ibid.num. 15. lib.1.pag.420. Idem eſt omnino iudicā dum de illis,qui ſub mortis articulo,cū ipſi poſsint per ſe reſtitutionem facere, id renuunt, arbitrantes ſatis eſſe id hęredibus iubere.ibid.nu.16.lib. 1.ibid.

Hoc potiſsimum periculum in magnatibus imminet, quorum teſtamenta nunquam,aut vix hęredes complent, ſed ſatis ſe feciſſe arbitrantur, vt quam reſtitutionem auus patri, & pater ſibi teſtamento præcepit, eandem ipſe alijs recentibus onuſtā filio iubeat,quam ipſe poſtea committat nepoti,&c.ibid.nu.17.lib.1. ibid.Secundò limitatur,niſi moriēs omiſerit reſtitutionem in vita faciendā,ſciēs eam ſuum hæredem meiius facturū,proponens, qđ ſi aliud crederet ipſe ſtatim reſtitueret.ibid.nu.18.lib.1.ibid.

Reſtitutio in integrum peti debet coram iudice illius,contra quem petitur. c.34. nu.8.lib.1.pag.336.

Reſtitutionem alicui certæ perſonæ ad faciendum nunquàm quis tenetur, quando ex reſtitutione multo maius damnū pateretur reſtituens,quàm res eſſet ipſa, ac valere poſset læſo, ex ratione de qua hic.c.38.n.10.lib.1.pag.387.

Reſtitutio ablati,vel aliás deb ti,ſtatim facienda eſt,aut petenda dilatio ab eo qui vſum rei concedere poteſt.c.40. nu. 1. lib.1.pag.416.

Poſsunt tamen ſpecies & caſus aliqui conſtitui,quibus boni viri arbitrio ipſa reſtitutio differri poſsit,ibid.num.2.libro 1. ibid.

Nempe propter inopiam & paupertatē debitoris,quo non tenetur quis reſtituere eo caſu,quo non poteſt reſtitutionē animo deliberatam executioni mandare. ibid.nu.3.lib.1.ibid.

Reſtituere poſt mortem iuſsus, ſi fiat monachus ordinis mendicantium,qui nihil proprium habere poſsunt in communi, aut in particulari, an ſtatim poſt profeſſionem id reſtituere teneatur, vel expectanda ſit mors naturalis ipſius,ita vt interim bona illā permanere debeāt apud venientes ab inteſtato ipſius monachi. cap.1.numer.60.cum ſequentib. libr.2. pag.440.

Reſtitutio in quibus caſibus ex ſupradictis inducitur, arbitrio boni viri fienda eſt, iuxta modum hic poſitum.c.11. nu. 77. lib.2.pag.660.

Reſtitutio tunc eſt facienda ad arbitrium prudentis viri,quando elector nondum animo conſtituerat hunc dare,& erat in

via.

Ayuntamiento de Madrid

ſpia.c.11.nu.78.lib.2.ibidem.

Reſtitutio ex interdicto vnde vi, poteſt peti, cũ præſumptio iuris nõ adeſt reo ſpoliãti, licet actori cõtraria ſit. c.21. num. 76. lib.2. pag.813.

Retentio multo facilius conceditur quam petitio. c.8. nu.60. lib.2. pag.604.

Retẽtio ſicut tranſit in ſingularem ſucceſſorem creditoris, ita etiam contra ſingularem debitoris creditorem. c.8. nu.61. lib.2. ibidem.

Retinẽs beneficiũ eccleſiaſticũ quo eſt priuatũ ipſo iure, dicitur intruſus, requiritur tamẽ ſententia priuationis, vel declaratoria. Itẽ alijs modis dicitur quis intruſus, vt hic. c.5. nu.19. lib.2. pag.502.

Retineri non poteſt pro debito res quæ ad creditorem peruenit cum vitio. c. 8. nu.62. lib.2. pag.605.

Retineri licite non poteſt, quod cõtra voluntatem domini eſt acquiſitum, ibi. c. 23. nu.27. lib.2. pag.854.

Reuelare quando quis præcipitur ſub pœna excõmunicationis, quod ſciuerit talem rẽ, intelligitur de eo, quod quis ſcit, & probare poteſt, niſi prælatus is ſit, qui prodeſſe poteſt, & non nocere, in ſecreto tamen tenetur quis reuelare prælato, vt corrigat occulte tanquam patri, ſi hoc intendat facere prælatus. c.11. nu. 21. & 22. lib.1. pag.128. &. 129.

Reuelare neq; propalare in ſecreto, neq; in aperto nemo tenetur ſuis expenſis, nempe ſi oporteret, ire alibi ad probandum. c.11. nu.23. lib.1. pag.129.

Reuelare quis nõ tenetur quod facere non poteſt, ſine magno ſui detrimẽto, vt latius hic. c.11. nu.25. lib.1. ibidem.

Reuelare non tenetur ad monitorias, qui aliquid audiuit á leuibus perſonis nõ fide dignis, vt hic, cap.11. num.71. libr.1. pag.139.

Reuelare quis nõ tenetur peccatum ſecretum, ſi reus eſt omnino emendatus, vel cum correctione fraterna ſperatur emẽdatio. c.11. nu.73. lib.1. ibidem.

Reus interrogatus de crimine, an illud cõmiſerit, quando contra ſe veritatem dicere teneatur. c.11. nu.39. & nu.42. lib.1. pag.132. &. 133.

Reus interrogatus à iudice iuris ordine ſeruato, tenetur omni iure veritatem dicere. c.15. nu.15. lib.1. pag.166.

Rei contra ius requiſiti poſſunt ac debent quacunq; vti amphibologia vſitati ſermonis citra mendacium. c. 11. nu. 41. lib.1. pag.133.

Reus qui veroſimiliter timet iniuſte eſſe damnãdum, tenetur fugã arripere, ſi poteſt. c.24. nu.41. lib.2. pag.885.

Reus qui in actu executionis ſentẽtiæ pœnam mortis continentis aliquo caſu ceciderit in terrã illæ ſus, an fugere poſsit, vel ſit liberãdus tanquam innocẽs, cap. 24. nu.42. &. 44. lib.2. pag.885. &. 886.

Ruſticus qui falconem perditum reperit, cũ iectis, & ſonalijs, ſi falco interijt eius culpa, an domino teneatur. c.9. nu.6. lib. 2. pag.610.

Ruſtici non debent venari apros, ac ceruos, & id genus beſtiarum, ſed reſeruãtur ingenuis, ex cauſis dequibus hic, c. 28. nu.7. lib.2. pag.919.


## S


SAcerdos ex communicatus, denũtiatus, vel notorius clerici percuſſor, quãuis ſuſpenſam habeat iuriſdictionẽ propter excõmunicationem, membrum tamẽ eſt eccleſiæ (licet præciſum) per fidem informem: at verò hæreticus, apoſtata, & ſchismaticus, non ſolum vſu iuriſdictionis ſuſpẽſi ſunt, verum etiam iuriſdictionem eradicata fide funditus amiſerunt, cùm non ſint membra eccleſiæ, &c. c.11. nu.69. lib.1. pag.32.

Sacerdotes in ſua ordinatione accipiunt facultatem abſoluendi à peccatis ſaltem in habitu, & illa habitualis, & inefficax facultas reducitur in actualẽ & efficacem per legitimam ſubiectionem pœnitẽtis. c.6. nu.3. &. 4. lib.1. pag.86.

Sacerdos ſimplex poteſt abſoluere à peccatis venialibus, & qua ratione id poſsit. c.6. nu.10. lib.1. pag.88.

Sacerdos etiam ad ſatisfaciẽdum damnum paſſo compellendus non eſt ad reuelandum furẽ, qui ſibi id in pœnitentia confeſſus fuit. c.11. nu.15. lib.1. pag.127. Et vide nu.74. vbi quod nullo modo reuelare debet, niſi, &c. lib.1. pag.140.

Sacerdos quilibet licet per ſacerdotalem charecterem accipiat poteſtatem, & iuriſdictionem habitualem ad abſoluendũ à peccatis, actualem tamẽ, quæ, ad id eſt neceſſaria, non recipit, niſi eã habeat ordinariam, vel delegatã. c. 27. nu.4. &. 5. lib.1. pag.260.

Sacerdos an poſsit ſibi retinere quod ſupereſt ex pictantijs ſibi datis pro Miſsis


dicen-

Ayuntamiento de Madrid

diccũdis, ſi minoribus eas ſibi celebrari faciat.c.29.num.32.lib.1.pag.278.

Sacerdos cognoſcens carnaliter filiam ſpiritualem, inceſtum cõmittit. Idem quãdo eſt ex eius parochia. c.7.nu.47.libr.2.pag.575.

Sacerdos magis peccat cognoſcendo carnaliter filiam ſpiritualem, quam vxorem alterius.c.7.nu.63.lib.2.pag.578.

Sacramenta eccleſiaſtica licitũ eſt cuicunq; tam in neceſsitate, quam extra, percipere á quocumq; per ſimplicem excommunicationem præciſo, ſi non fuerit nominatim excommunicatus, publicatus, vel denũtiatus, aut manifeſtus percuſſor clerici, perinde ac ſi non eſſet præciſus: ſecus aliàs.c.1.num.31.& quomodo hoc intelligatur, nu.47.&.48.lib.1.pag.20.&.24.

Sacramenta ſuſcipere eccleſiaſtica, vel rem diuinam audire, attento iure communi à clerico notorie concubinario non licet etiam ſine vlla monitione ſuperioris.c.1.nu.44.Hodie ſecus eſt, niſi clericus publicus concubinarius fuerit nominatim, lib.pag.23.

Sacramentum Pœnitentiæ non eſt exhibẽdum cuicunq; excommunicato. c.1.nu.51.lib.1.pag.25.

Sacramenta eccleſiaſtica non licet regulariter accipere à præciſis ab eccleſia, quos cõcil. Conſtãtienſe vitari præcipit, neq; cum illis alio modo communicare in diuinis, nec extra.c.1.nu.54.lib.1.pag.27.

Sacramentum Baptiſmi, an in caſu extremæ neceſsitatis liceat recipere ab huiuſmodi præciſis, vel etiam hæreticis. c.1.nu.55.lib.1.ibidem. Et quid in Sacramento Pœnitentiæ in articulo mortis, vbi alius miniſter deeſt, ibi.nu.56.& ſeq.& num.61.& ſeq.lib.1.pag.28.&.29.

Sacramenta nullo modo recipi poſſunt ab extraneo parocho, maxime fratribus mẽdicantibus, niſi cum licentia proprij parochi, pręter ſacramentũ Pœnitẽtię: aliàs excommunicantur religioſi.c.30.nu.31.lib.1.pag.285.

Sacramentum Euchariſtiæ, neceſsitate imminente, nempe mortis periculo licite poteſt poſt alios cibos ſumi, non tamẽ conſecrari.c.4.nu.77.lib.2.pag.488.

Sacrilegium eſt crimen Simoniæ, atq; ideò naturali, diuinoq; iuri cõtrarium, vt nulla poſsit conſuetudine excuſari, ſi pro ſpirituali Sacramẽtorum gratia pecunia, vel quidquid pro ea æſtimatur, accipiatur.c.29.nu.2.lib.1.pag.270.

Sanguinis menſtruoſi contactu plura mala ſubſequuntur, de quibus hic. c.7.nu.12.lib.2.pag.567.

Sanitas eſt animæ & corporis ſobrius potus, & vinum multum potatum irritationem, & iram, & ruinas multas facit. c.4.nu.15.lib.2.pag.480.

Scholares ſuffragia præſtantes in prouiſione cathedrarum, tenẽtur eligere digniorem ſub pœna peccati mortalis.c.11.nu.84.libr.2.pag.662.

Scholares ſuffragia præſtantes, non teſtes, ſed verè electores eſſe. c.11.nu.86.lib.2.ibidem.

Scindentes atque aſportantes ligna ex alienis fundis ſuis vſibus neceſſaria, vel paſcua ſuis pecoribus opportuna ex pratis alienis priuatis, an peccent, & ad reſtitutionem teneantur, cap.27.nu.1.& ſequentibus cum ſuis limitationibus, lib.2.pag.909.

Scindentes arbores ſilueſtres iure communi attẽto, etiamſi ex eis ligna aſportent, furtum nõ committunt, neq; infamia latronum, aut furum notantur, cap.27.nu.2.&.3.lib.2.pag.910.

Scindentes, vel aſportantes ligna, vel paſtum ex ſilua cõmuni ciuitatis, vel villę, vel ex paſcuis communibus eiuſdem, quod non teneãtur, niſi ſtragem magnã fecerint, aut ſi capiantur. Limitatur nu.20.niſi ſola exactione pœnæ communitas de conſuetudine ſe ſatisfactam redderet. Ampliatur in oppidis propinquis nemora communia habentibus, vt in nu.22.vbi limitatur. c.27.nu.19.lib.2.pag.913.

Scriptor poteſt retinere quinternos pro mercede.c.8.nu.56.lib.2.pag.604.

Scriptura publica requiritur ad hypothecã in caſu.l. emptorem. C. de locato.c.8.nu.20.lib.2.pag.594.

Secretum confeſsionis ſacramentalis nullo modo, etiam ad ſaluandum totum regnum, reuelandum eſt, nec etiam in cauſa matrimoniali ad id compellẽdus eſt ſacerdos.c.11.nu.49.Et vide in nu.50.& numer.74.vbi limitatur. lib.1.pag.135.&.140.

Sequeſtrum bonorum nõ habet locum in caſibus in quibus pro delicto bona non confiſcantur ipſo iure.c.5.nu.60.lib.2.pag.516.

Secundùm diuum Ambroſium apud ſapiẽtes iudices venia datur his qui per vim delin-

Ayuntamiento de Madrid

# INDEX.


Hæres an non petente legatario legatũ,poſſit illud præſcribere.c. 29. nu. 1.& ſeqq. lib.2.pag.904.

Hæres grauatus etiam poſt multũ temporis differens reſtitutionem fideicommiſſi,lucratur fructus perceptos negligẽtia fideicommiſſarij non petentis.c. 26.nu. 2.lib. 2.pag.ibid.

Hæres tenetur certiorare legatarium legati ſibi relicti, aliàs erit poſſeſſor malæ fidei,& præſcribere illud minime poterit & competit tunc temporis legatario cõtra præſcriptionem triginta annorum reſtitutio in integrum ex capite ignorantiæ, & clauſula generali prætoris, Si qua mihi iuſta cauſa, &c. capit. 26.numero. 18. & 19. libro. 2. pagina. 907.

Hæreditas vel legatũ relicta, vel relictũ à monacho ingreſſo religionem bonorum mobilium capacem,efficitur caduca,vel caducum, ſi interim viuente monacho hæres,vel legatarius decedat.capit.1.numero.53.& 91.lib.2.pagin.437.& 449. Limitatur quod prædictum eſt numero præcedenti,quando hæreditas,vel legatum eius conditionis eſſet,vt in vita ipſius hæredis,vel legatarij monachi verificari, aut deferri non poſsit,ſed poſt mortem eiuſdem hæredis, vt hic capit. 1.numero.54.& 59. quem ſe vſum habebit hac in ſpecie voluntas teſtatoris.libro. 2.pagina.439.& 440.

Homicida occultus per accidens,an incurrat irregularitatem.c.13.nu.11. & ſeqq. lib.1.pag.153.

Homicida occultus an poſsit celebrare, quando aliàs probabiliter timeretur reuelatio delicti.capit.13.numer.21.lib.1. pag.157.

Homicidio ab ebrio cõmiſſo tres actus cõſiderãtur: primus ipſa potatio,ſecundus ebrietas,tertius hominis occiſio. In primum profertur voluntas directe, in ſecundũ indirecte; & per accidens,in tertium neque per ſe,neque peraccidens.c. 4.nu.98.lib.2.pag.492.

Homicidium inter grauiora crimina computatur.capit.5.numero.1. libro. 2. pagina.497.

Homicida volũtarius publicus, vel occult' irregularis eſt.c.5.n.2.lib.2. pag.498.

Homicidium volũtarium bifariam dicitur: vno modo directe, quia intentum, alio modo per accidens.c.6.n.1.libr.2.pagina.528.

Homicida voluntarius erit quodammodo ille qui non remouet ea ex quibus ſequitur homicidium,ſi debeat remouere.c. 6.nu.3.lib.2.pag.ibid.

Homicidium ſubſecutum in caſu numeri.7.quoad pœnam exteriorem ordinariam non imputatur rixanti, ſed tantum quoad arbitrariam, nec quod aliquem,ſi ille non dedit cauſam rixæ,nec fuit in culpa. cap. 6.numero. 9.& ſeqq. lib.2.pag.530.

Homicidium ex puro& mero caſu accidẽs, ceſſante animo occidendi,& nulla culpa interueniente nullam pœnam meretur.c.6.num.14.& 15.lib.2. pagin.531. Caſus in praxi contingens in propoſito refertur ibidẽ dictisnumeris.libr.2.pag. ibidem.

Homicida reputatur, qui vulneratum ad mortem nouo ictu, vel alio modo ad mortem accelerat.capit. 6. numero.34. lib.2. pag. 535.

Homicidium caſuale tunc demum ad irregularitatem imputandum eſt danti operam rei illicitæ, quando actus ille ordinatus eſt ſua propria natura ad mortis læſionem, vel ad homicidium, aut quoties homicidium illud procedit ab illo actu illicito per ſe quidem, & neceſſario, non per accidens, aut ſaltem vbi illicitum illud opus per ſe volitum genere ſuo eſt periculoſum, aut ſaltem ſæpe inde mors ſequitur, aut frequenter.capit.6.numero.41.libro.2.pagina.537.

Homicida mentalis tantum,niſi actu homo interficiatur,non fit irregularis.c. 6. nu. 118.lib.2.pag.553.

Homicidium actu commiſſum abſque voluntate,& culpa, an committenti imputetur quoad ordines ſuceptos.c.6.num. 169.lib.2.pag.562.

Homicidium commiſſum per iudicem,aut iuſtitiæ miniſtros,eſt cauſale,ac proinde diſpenſari valet ab eo qui facultatem habet diſpenſandi ſuper irregularitate contracta ex homicidio caſuali.c.6.nu.170. lib.2.pag.ibid.

Homo agit contra naturam alium coitum quam vxorium ſectando.c. 7.nu.19.lib. 2.pag.569.

Homo homini non poteſt quicquam promittere niſi voce, aut ſignis, Deo autẽ per ſolá mentis loquelá fieri poteſt promiſsio.c.22.n.3.lib.2.pag.833.

Homo in his quæ ad propriá conſciẽtiam pertinẽt


Ayuntamiento de Madrid

pertinent ad publicam poteſtatẽ debet informare conſcientiam ſecundùm ea, quæ in publico iudicio ſciri poſſunt.c.29.n.5.lib.2.pag.937.

Hodie per decretalem à crapula, de vita & honeſta.clerico.alia mitior pœna clericis ebrijs iubetur imponi, nempe vt niſi à ſuperiore commoniti ſatisfecerint, ab officio & beneficio ſuſpendantur arbitrio ſuperioris.capit.4.numero.6.lib.2.pag.485.

Hoſpitalia an viſitare poſsit & debeat Epiſcopus, & quid debeat facere in viſitatione.c.35.n.17.& ſeq.lib.1.pagin.363.

Et an hoſpitalia dicantur loca pia.ibid.nu.29.lib.1.pag.ibid.

Hoſpitalarij, Ciſterciẽſes, Tẽplarij, decimas laborum ſuorum, quos proprijs manibus vel ſumptibus impendunt, ſoluere non tenentur; cæteri verò religioſi de noualibus ſuis, quæ proprijs manibus, aut ſumptibus excolunt, & de nutrimentis animalium ſuorum, & de hortis ſuis decimas ſoluere non tenentur.c.21.nu.134.lib.2.pag.822.

Hoſpitalitas quæſtuaria, quam cauponariã vocamus, illiberalis, aut ſordida admodum eſt.capit.4.numero.91.libro.2.pagina.487.

I

IOannem Euangeliſtam an Chriſtus Ieſus à nuptijs ad caſtitatis profeſsionem vocauerit.c.17.nu.13.& 14.& ſeq.c.25.nu.11.lib.1.pag.183.& 247.

Ioannes Maior audiendus nõ eſt, dum exiſtimauit, non licere capto iuſte fugere, ad euadendam mortis pœnam, vbi ex ea fuga cuſtodi damnũ ſequeretur.c.24.n.7.lib.2.pag.877.

Ioannis à Methymna opinio in propoſito ab argumentis Couarruu. eiuſque ſenſu defenditur ipſiuſque verba expenduntur.c.25.n.20.lib.2.pag.902.

Ioannes Segura Ouetenſis carpitur.c.18.nu.10.lib.1.pag.198.

Iudex ad petitionem partis læſæ poteſt authorem damni occultum generaliter excommunicare: quinimo ſi illud ſciat in confeſsione, poteſt eum indeterminate arguere, non verò nominatim, ſed in genere à cõmunione remouere, quia nec Chriſtus Iudam à communione remouit.c.11.n.16.lib.1.pag.127.

Iudex dicitur procedere ex officio ſuo puro, & mero, quando nemo petit ſeu defert.c.11.n.19.lib.1.pag.128.

Iudex requiſitus omnino tenetur impartiri officium ſuum, etiam nobile, conſiſtens in ipſomet iudice.capit.11.numer.17.lib.1.pag.128.

Iudex caueat, ne non rite procedat interrogando reum illicitè, & nõ legitimè, quia aliàs damnaret animam ſuam.c.11.num.45.lib.1.pag.134.

Iudex eccleſiaſticus tenetur remittere laicum exeuntẽ ad monitorias, & allegantem rem tenere iuſto titulo ad ſuum iudicem, ſi hoc petatur: cognoſcit tamen iudex eccleſiaſticus, an legitime propalauerit, vel non.c.11.nu.84.& 85.& ſequen.lib.1.pag.141.& 142.

Iudex eccleſiaſticus poteſt cognoſcere contra laicum perſeuerantem in excommunicatione, ipſumque mulctare, & temporaliter punire.capit.12.numer.6.lib.1.pag.145.

Iudex ſecularis etiam inter clericos eſt iudex competens ad cognoſcendum de cauſa poſſeſsionis rei ſpiritualis.c.34.n.19.lib.1.pag.338.

Iudicis cuiuslibet, etiam ſecularis, intereſt, ne violentiæ, & ſpolia fiãt inter clericos & laicos.c.34.n.20.lib.1.pag.339.

Iudices ſeculares apud Gallos ſecundùm vſum forenſem, & ex priuilegio Martini. V. & Leonis.II.cognoſcunt etiam inter clericos de poſſeſſorio cuiuslibet cauſæ ſpiritualis: ſed contraria ſententia verior eſt de iure, & in iudicando & conſulendo tenenda.c.34.num.22.lib.1.pag.ibid.

Iudex laicus poteſt cognoſcere de cauſis poſſeſſorijs beneficialibus, ex priuilegio & conceſsione Summi Pontificis, prout in Regno Franciæ fit: item & quando iudex Eccleſiaſticus eſſet negligens in adminiſtranda iuſtitia ipſi laico turbato à clerico.c.34.nu.38.& 39.lib.1.pag.343.

Iudex laicus poteſt cognoſcere de cauſis poſſeſſorij, beneficialibus, quãdo ipſe requiritur in auxilium iudicis eccleſiaſtici.c.34.n.40.lib.1.pag.ibid.

Iudex laicus in adipiſcenda poſſeſsione beneficij inter clericos minime ius dicere poteſt.c.34.n.41.lib.1.pag.ibid.

Iudex ſecularis an poſsit cognoſcere de cauſa ſpolij poſſeſsionis beneficialis inter laicos, vel quãdo ſpoliator, ſeu turbator



Ayuntamiento de Madrid

deliquerunt,& de ſola leuitate illos damnari dicit.c.4.nu.99.lib.2.pag.493.

Seducens virginem,dormiéſq; cum ea, tenetur eam ducere in vxorem. c.37.n.1. lib.1.pag.376.

Seducens & corrumpens virginem, an ad prædicta duo copulatiue teneatur, hoc eſt,ducere & dotare eam, vel adimpleat dotando.c.37.nu.7.lib.1.pag.377.

Semen verum eſt ſtilla, quæ in ſe calidum cótinet ſpiritú, & à cerebro excernitur, & per ſpinalem medulam in membra genitalia defluit,& cum in medulam ſpinæ peruenit,renes cóſeſtim petit,ex ipſiſq; per medios teſtes in pudenda penetrat. c.16.nu.11.lib.1.pag.175.

Semen viri ſufficit ad generationem,etiam ſi ſemen fœminæ non concurrat. c.16. num.17.lib.1.pag.177.

Senatores ſupremi an teneantur iudicare ſecundúm allegata & probata, vel poſſint ex propria & priuata conſcientia contra publicam ſentẽtiam dicere, cap. 29.nu.21.lib.2.pag.942.

Sententia excommunicationis lata abſq; vlla præuia citatione, an ſit valida.c.16. nu. 1. & ſequentibus,per totá quæſtionem,lib.20.pag.732.

Sententia lata ſine citatione etiam in fauorem abſentis,eſt ipſo iure nulla.c.16.nu. 10.lib.2.pag.734.

Sententia declarationis nõ requiritur neq; eſt neceſſaria,vbi aliquid ita notoriũ eſt, quod nullá excuſationé habet,neq; poſſit aliqua tergiuerſatione celari. c. 1.nu. 3.ſed cótra nu.16.lib.1.pag.8.&.16.

Sententia declaratoria requiritur regulariter, vbicunq; pœna aliqua pro crimine etiá ipſo iure infligitur.c.1.nu.4.libr.1. pag.8.

Sententia lata à iudice publice excommunicato eſt ipſo iure nulla. c. 1. num.79. lib.1.pag.33.

Sentẽtia lata nedum à iudice delegato publice ex communicato, ſed etiam ab ordinario eſt nulla, ibid.nu.75. hoc tamen procedit,quando huiuſmodi iudex eſt nominatim excommunicatus, & denũtiatus,vel notorius clerici percuſſor.c.1. nu.76.lib.1.pag.ibidem.

Sententia excommunicationis publice lata intelligitur,ſi iudex eam tulerit in loco vbi publice iudicare conſueuit, hoc tamen hodie non procedit. c. 1. nu.78. lib.1.ibidem.

Sententia excommunicationis, ſiue lata à iudice,vel a iure,in dubio intelligitur de maiori.c.7.nu.22.lib.1.pag.98.

Sententia Paſtoris,ſiue iuſta,ſiue iniuſta,timenda eſt.c. 4.nu.53.lib.1.pag.76.

Sententia excommunicationis non debet imponi niſi pro culpa & peccato mortali,ſiue ſit a iure,ſiue ab homine. c.7. nu. 23.& 24.lib.1.pag.98.

Sententia interlocutoria del interim durat vſquequo feratur diffinitiua ſuper poſſeſſorio ordinario.c.24.num.113. lib.1. pag. 360. Quid ſi fuerit appellatú á ſententia lata ſuper poſſeſſorio ordinario contra eum, pro quo fuit in hoc iudicio ſummario pronuntiatum? vide ibid. nu. 114.lib.1.ibidem.

Senſus teſtatoris cum manifeſtus eſt, verborum interpretatio nuſquam tantum valet,vt melior ſenſu exiſtat.c.32.num. 48.lib.1.pag.310.

Separari an poſſit matrimonium ex cauſa ſæuitiæ inter virũ & vxoré,& plura circa materiá.c.24.per totũ. lib.1.pag.241.

Sermones prolati vulgari lingua iuxta cómunem vſum loquendi interpretandi ſunt, ſed prolati in literali ſermone ſecundùm artem literarum, vel groſſum modum loquendi c.21.nu.5.lib. 1.pag. 214. Loquentium qualitas, & conditio in propoſito etiam attendenda eſt,ibid. nu.6.lib.1.ibidem.

Seruus pœnę hodie nemo bene natus à principio ex ſupplicio fit, & ſic non perdit libertatem, neq; matrimonium diſſoluitur.c.1.nu.69.lib.2.pag.444.

Seruus pœnæ non erit hodie damnatus ad mortem, ſiue ciuilem,vel naturalé,cum poſſit teſtari,vt in.ll.regijs. c. 1.nu. 72. lib.2.ibidem.

Serui pœnæ dicebantur in metallum damnati, & in opus metalli, & ſi quid eis in teſtamento datum fuerat,pro non ſcripto erat,quaſi nõ Cæſaris ſeruo datú,ſed pœnæ.c.1.nu.70.lib.2.ibidem.

Seruire prælato ea intentione,vel pacto,vt ſacerdotium, vel præbendam conferat, an ſit ſimonia?c.23.n.66. & ſeqq. lib.2. pag.870.

Simonia eſt ſeruire principaliter prælato ſpe conſequendi ab eo beneficium Eccleſiaſticum, deficiente etiam expreſſa pactione.c.15.nu.4.lib.2.pag.695.

Simonię diffinitio,aut deſcriptio, & num. 20.quod effectus rei promiſſæ nõ requiritur ad ſimoniam internam, ſed ad externam.c.23.nu.1.lib.2.pag.848.



Ayuntamiento de Madrid

Simonia eſt hæreſis, quāuis ſimoniacus nō ſit proprie hæreticus, vt in numer.5.vbi quod re ipſa & facto videtur profiteri erorem hæreticum.vt hic capit.23.num.3.lib.2.ibidem.

Simonia à Simone Mago nomen accepit,& quare,& in numero.6. vbi quod fuit hæreticus, & numer.7.capitul.23.numer.4.lib.2.pag.849.

Simonia duplex eſt,altera prohibita quia ſimonia,altera ſimonia quia prohibita, vt hic late declaratur ſigillatim. cap. 23.nu.11.lib.2.pag.850.

Simonia eſt, ſi electione facta à maioriparte, aliquid detur contradicenti electionē de voluntate electi etiam turbata,& cætera, vt hic capitul.23. numer.26.libr.2. pag. 854.

Simoniæ expreſſæ & mentalis differentia. c.23.nu.48.lib.2.pag.863.

Simonia mentalis eſt,quando intentio principalis in mente eſt dandi, vel accipiendi aliquid pro ſpiritualibus, ſine qua non fieret actio, ſecus ſi ſit intentio ſecundaria,ſine qua actio fieret.capit.23.num.51.lib.2.pag.864.

Simonia in foro exteriori probatur per coniecturas, & præſumptiones, in foro autem conſcientiæ iudicatur per ſolam veritatem.capitul.23. numero. 82.libro.2. pag.873.

Simoniacus protinus nulla expectata ſententia tenetur beneficium per ſimoniam acquiſitum reſignare.cap. 23.num.22.& 28.&.29.lib.2.pag.853.&.855.

Simoniacus mentalis an teneatur ad reſtitutionem eius quod accepit,late hic. c. 23. numer.31.& ſeqq. examinantur.libro.2. ibidem.

Simoniacus mentalis quare non teneatur ad reſtitutionē,vſurarius vero mētalis tenetur,plures rationes differētiæ aſsignātur. c.23.nu.38.& nu.ſeqq.vbi nu.46.&.47. vna ratio noua, quæ vera videtur, redditur.lib.2.pag.859.&.863.

Simoniæ conuentionalis conſummatio ab vtraq; parte an requiratur ad hoc,vt pœna excommunicationis, & reſtitutionis fructuum appoſita contra dantē,vel recipientem beneficia ſimoniace procedat.c. 9.nu.2.lib.1.pag.113.

Simoniacus de iure cōmuni regulariter priuari debet per ſentētiā.c.9.n.3.lib.1.ibi.

Simonia ex ſola traditione rei ſpiritualis ob pretium committitur ad incurrendā ſententiam excōmunicationis,licet pretium nō ſoluatur:ſecus eſt è cōuerſo, quia traditione pretij ſi res ſpiritualis non tradatur,non cōmittitur ſimonia ſubiecta cenſuris eccleſiæ,quamuis incurratur crimen ſimoniæ.c.9.nu.8.lib.1.pag. 114.

Simoniæ crimen ſacrilegum eſt,atque ideò naturali diuinoq; iuri cōtrarium, vt nulla poſsit cōſuetudine excuſari,ſi pro ſpirituali Sacramentorū gratia pecunia, vel quidquid pro ea æſtimatur accipiatur. c. 20.nu.2.lib.1.pag.276.

Simoniacum eſſet ſoluere aliquid combeneficiarijs in electione, præſentatione, vel admiſsione ad poſſeſsionem. cap.29. nu.26.lib.1.pag.276.

Simonia non eſt dare, vel accipere temporale alia ratione quam pro pretio quærēdi ſpirituale, puta pro ſuſtentatione miniſtri,vel pro liberalitate, vel eleemoſyna, vel pro ſolutione obligationis, vel alias.cap.29. numer. 13. libro. 1. pagin. 274.

Significatio propria dictionis,Ante, eſt excludere illud cui præponitur. c.26.num. 11. Et illud dicitur ante, quod omnino ante eſt,nu.12.lib.1.pag.253.

Significatio propria & genuina huius dictionis,Ceſſatio,plane inducere videtur ceſſationem penitus ádiuinis eam, quæ diſtinguitur à prohibitione illa, quæ per interdictum decernitur.capit.10. num.5.libr. 1.pag.119.

Si quis ſibi, vel alteri præbendam procurās, ſit alij obſtaculo ne eam obtineat,id que faciat,non vt alteri noceat, ſed vt ſibi,vel amico proſit,non tenetur ad reſtitutionem, & quid ſi id faciat ex odio, & malo animo alterius procurans nocumentum.capitul.11.numer. 71. & ſeqq. lib.2.pag.658.

Si quis ex conſuetudine antiquas perciperet decimas, noualia tamen eius territorij non habebit: ſi vero de noualibus habeat titulum coloratum,tunc quadraginta anni ſufficiunt ad præſcribendum decimas noualium, ſicut in alijs decimis.capit.21.numer.81. &.82. lib.2.pag.813.

Si quis ira, aut calore percitus,aut mortis metu, quæ rationis iudicium tollerent, votum emitteret, non obligaretur:ſecus vbi illa rationis lux perſiſtat, quæ:facere poteſt, aut meritum, aut mortale delictum,quia tunc votum obligat. c.22.nu. 10.lib.2.pag.834.

Si quis non intendit facere quod promittit,

G

Ayuntamiento de Madrid

ſit, nec promittere quod dicit,ſed nugari, aut ſe ducere, in foro interiori non obligatur, in exteriori verò tenetur & compellẽdus eſt adimplere, niſi ante iudicis tribunal ſuam intentionem ſe non obligandi deducat, & probet.capit. 22. num. 25.27.& de probatione vide num. 29.lib.2.pag.838.

Sobrietas virtus valetudinem noſtram cõſeruat,corporis,animæque ſenſus ad vltimum vſque vitæ noſtræ finem perducit integros atque incolumes. cap. 4.nu. 45.lib.2.pag.484.

Sola conſuetudo ius ſuccedendi tribuit.c. 14.nu.61.lib.2.pag.690.

Somnus non eſt de ſubſtantia digeſtionis, vt quis dicatur ieiunus,ſed ſatis eſt quod ſit perfecta digeſtio, ad hoc vt clericus celebrare poſsit ſine dormitione. cap.4. nu.78.lib.2.pag.488.

Spiritualia non ſunt neganda laicis propria authoritate, ſub prætextu ceſſationis ab oblationibus,ſed miniſtranda prius ſunt libere, & poſtea compellendi ad præſtãdas oblationes.capitulo. 21.numer.152. lib.2.pag.827.

Spiritualia vendentes conformantur Simoni Mago intentione: ementes verò actu: illi autem in actu Giezi imitãtur. cap. 22. nu.9.lib.2.pag.850.

Spiritualia gratis ſunt concedenda. cap.22. nu.10.lib.2.ibidem.

Spadones qui dicantur.cap. 16. nu. 1.lib.1. pag.173.

Spadones, quibus ambo teſticuli extracti ſunt (vulgò dicti capones) an matrimonium contrahere poſsint?cap.16.num.2. & ſeq.lib.1.ibidem.

Spadones quamuis non poſsint ſe vltro cõiungere per verum matrimonium, attamen quantum ad cohabitationem,& cõmunicationem officiorum domus,poſſunt ſe in totam vitam confœderare & obligare, vt fœmina ſeruiat viro, & vir alat fœminam,non tamen erit matrimonium, ſed ſocietas quædam ciuilis reputatur: periculoſiſsima tamen eſt hæc cõfœderatio.c.16.nu.5.&.6.lib.1.pag.174.

Spadones vt contrahere poſsint matrimonium praxis obtinuit. c.16.num.9.lib.1. pag.175.

Spadones,vt medici & Philoſophi affirmãt, niſi aliàs natura frigidi ſunt, aliquid in modum ſeminis emittunt, aut emittere poſſunt ,quod medici Arabes Agnadim appellant, etſi non prolificum neque album, ſed incoctum. capitulo. 16.num. 10.lib.1.ibidem.

Spoliator conueniendus eſt coram ſuo iudice laico, vel eccleſiaſtico reſpectiue, & etiam poteſt conueniri coram iudice ordinario competenti illius loci, vbi cõmiſſum ſpolium eſt.capit. 34.numero.5. lib.1.pag.335.

Spoliator ex occupatione rei eccleſiaſticæ ſacrilegium committere dicitur,ſi certũ ſit eum ſpoliaſſe:ſecus ſi dubitaretur, nã tunc ſuper illa qualitate tribuente iuriſdictionem eſt cognoſcendum. c. 34.nu. 15.lib.1.pag.338.

Spoliatus ante omnia eſt reſtituendus interdicto vnde vi. capitulo. 34. numero. 58.lib.1.pag.346.

Spoliator notorius,etiam attenta benignitate iuris canonici,appellare non poteſt. c.34.nu.95.lib.1.pag.357.

Spoliatus non eſt reſtituendus ante omnia, quoties ei obijcitur atq; obſtat exceptio, quod neq; poſsidet,nec poſsidere poteſt c.21.num.72.lib.2.pag.812.

Statutum in ſynodo Conſtantienſi de excommunicatis non vitandis ante denuntiationem, præterquam in notorio clerici percuſſore, ſaluberrimum inſtitutum fuit ad ſedandas timoratas conſcientias, adimendosq; ſcrupulos.capit.1. num.11. lib.1.pag.13.

Statutum ſeu conſtitutio eccleſiæ, vt clericus excommunicatus pro cauſa eccleſiæ lucretur fructus ſuæ præbendæ, valet,& eſt ſeruanda.cap.1.num.147.lib.1. pag.51.

Statuta condere eſt iuriſdictionis. c. 4. nu. 7.lib.2.pag.66.

Statutum quo caueatur, vt quilibet de collegio & confraternitate teneatur ſoluere ſingulis annis aliquid pro ſeruitio diuino,validum eſt, dummodo hoc fiat propter honeſtam cauſam, & non dicatur in ſtatuto,ne quis recipiatur,niſi ſoluat eam aliamue quantitatem. capit. 35. nu.5.lib.1.pag.362.

Statutum fundamentale eccleſiæ cathedralis Placentinę quo cauetur, vt ſeruitores chori oriundi ex ciuitate, vel diœceſi aſſumantur, & prouideãtur ad præbendas & dignitates pro tẽpore vacãtes eiuſdem eccleſiæ, iuſte defendi poteſt, ac literis executorijs regalis cõſilij obſeruari iuſſum eſt,& quomodo prædictũ ſtatutũ intelligatur.c.11.nu.36.lib.2.pag.644.

Statuto ſtante, vt electio fiat ad annum, ſi


fiat

Ayuntamiento de Madrid

fiat ad tres non valeret etiam ad annum c.13.nu.4.lib.2.pag.672.

Statutum, vel conſtitutio, vel Princeps cõcedens aliquid exprimens circa actũ conficiendũ aliter quàm iure cõmuni ſit diſpoſitum, cenſetur ex hoc formam inducere.c.15.nu.110.lib.2.pag.725.

Statutũ quo cauetur, illos de domo teneri pro conſorte, eſt contra ius diuinum & humanum.capitul.30.numer.16.libr.2.pag.947.

Statuta, & conſuetudines, quibus diſponitur, municipia teneri reſarcire damna data in eorum finibus, non debent intelligi, quando ſcitur à quo fuit illatum damnum, & eſt ſoluendo, quia tunc non debet quis grauari odio alterius, ſed quando ignoratur, à quo damnum fuit illatum, vel ſcitur, & non eſt ſoluendo qui damnum dedit.capitul.30.num.28.lib.1.pag.951.

Statuta, vel conſuetudines valebunt, vt alij in pœnis pecuniarijs pro commiſsis aliorum teneantur & puniantur, ſtante iuſta cauſa, etiamſi nihil vere, vel præſumptiue commiſerint, dummodo non corporaliter plectantur.cap.30.nu.27.& 29.lib.2.pag.952.

Steriles matrimonium contrahere poſſunt, licet effectu generationis careant, quia apti ſunt ad actum.capitul.16.numer.14.lib.1.pag.176.

Stylus vetuſtiſsimus eſt Romanæ curiæ à tempore Benedicti.XII. vt quando in ſacra pœnitentiaria gratia in foro conſcientiæ petitur, abſolutio confeſſori cõmittatur literis laniatis, & nullis teſtibus adhibitis, nec vlla tunc fit compoſitio pecuniaria cum Datario: ſecus ſi in foro fori gratia petatur, quia tunc gratia cum Datario componenda eſt. cap.2.nu.14.lib.1.pag.55.

Stipendium pro neceſſaria miniſtri ſuſtentatione, an poſsit licite ab initio in pactum deduci? cap.29.num.7.& ſeq.lib.1.pag.271.

Stipendium neceſſarium pro miniſtri ſpiritualia miniſtrantis ſuſtentatione ſecundum conſuetudinem approbatam, & ordinationem eccleſiæ, ac Epiſcoporum conſtitutiones, licitum eſt accipere. capitulo.29. numero.3. libro.1. pagina.270. Quod ſi authoritate ſuperioris, vel conſuetudine taxatum non ſit, licitum eſt in pactum deduci, dummodo moderate exigatur, alias ſecus, ibid. numero.8.libro.1.pagina.272.

Stipendium de quo ſupra, ſi neceſſarium non ſit pro ſuſtentatione miniſtri, quia ipſe aliunde eam congruam habeat, diueſque ſit, in pactum deduci non poteſt atque exigi ab inuitis per ſpiritualium ſubtractionem ob auaritiam, quæ tunc in foro ſeculari præſumeretur, ſecus in conſcientia, dummodo immoderatum non exigatur. capit.29.num.9.lib.1.ibidem.

Stipendium neceſſarium pro ſuſtentatione miniſtri, ſi certum ſtatutum ac taxatum ſit, poteſt in pactum deduci a ſacerdote paupere, vel diuite. capit.29.numer.10.lib.1.pag.273.

Stuprum propriè eſt virginum defloratio. c.37.nu.2.lib.1.pag.376.

Stuprator non ducens ſtupratam, debet tãto plus ei dare propter deflorationẽ virginitatis, quantum oporteret dare. capit.37.nu.8.lib.1.pag.377.

Stuprans ſponte volentem, ad nihilum patri etiam, vel curatori puellæ tenetur, quando ſtuprum ita occultum eſt, quòd non ſit infamata mulier, neque aliquam iacturam patiatur.capitul.37.numer.25.lib.1.pag.383. Idem ſi parens, vel curator de lenocinio conuinceretur, ibid.nu.26.libr.1.ibidem. Quid ſi ſtuprans promiſerit vere, vel ficte ſe ducturum virginem, vide ibidem, numero.27.libro.1.pag.384.

Sublegato alicui facto eius quod viuus teſtator præſtabat, ea videntur relicta, quæ certam formam erogationis annuæ, non incertam liberalitatis voluntatem habuerunt.capitul.21.numer.145.lib.2.pag.825.

Subreptio cauſæ impulſiuæ non vitiat gratiam.capitulo.15.numero.31. libr.2.pagina.701.

Subreptionem induerunt illa, quæ ratione iuris tertij, vel ob ius commune mouere poſſunt Principem ad non concedendũ. c.15.nu.27.lib.2.ibidem.

Succedens per ſententiam iudicis tenetur ſtare colono, vel inquilino, niſi locatio fuerit facta in fraudem.cap.8. numer.49.lib.2.pag.603.

Succeſsio ab inteſtato ceſſat, quãdiu eſt locus teſtamẽto.c.1.nu.65.lib.2.pag.442.

Succeſsiones ſunt de iure ciuili.capitulo.1.numer.89.libr.2.pagin.449. In ſucceſſione maioratus linea recta debet ſemper ſuccedi, vt nec ſucceſsio retrocedat, nec



Ayuntamiento de Madrid

de vna linea ad aliam tranſitus fiat. c. 14. nu.46.lib.2.pag.687.

Succeſſor ſingularis non per viam tranſmiſsionis, ſed per viam priuationis iuris quod erat in prædeceſſore ſuo, non tenetur ſtare colono ſui prædeceſſoris. c. 8.nu.8.lib.2.pag.591.

Succeſſor ſingularis ſi approbauerit locationem à priore domino factam, non poterit illi poſtea contrauenire: approbatio autem videbitur facta per receptionem penſionum à colono pro illis tantum annis, pro quibus penſiones recepit, vt in numer. 11. Inducitur etiam approbatio, ſi ſucceſſor ſingularis dixerit colono, quod continuaret locationem ei factam à prædeceſſore, & bene poſſeſsionem gubernaret, vt in numer. 12. Inducitur etiam approbatio, quando emptor poſt emptionem dixit colono: Volo, quod ſic ſemines, & ſic facias, vt in numer.13.capit.8. numer. 10.libr. 2.ibidem.

Succeſſor non tenetur præciſè ſtare contractui locationis, quando locator non habeat plenum dominium in re, nec plenam eius adminiſtrationem, vt vſufructuarius, fideicommiſſarius, & poſſeſſor maioratus, & ſimiles.capit.8. numer.47. lib.2.pag.602.

Succeſſor vniuerſalis tenetur ſtare colono. c.8.nu.51.lib.2.pag.603.

Succeſſor ſingularis eccleſiæ, an teneatur ſtare colono? c.8.nu.66.& nu.ſeqq.libr. 2.pag.605.

Succeſſor ſingularis fiſci tenetur ſtare colono, ne fiſcus teneatur illi ad intereſſe.cap.8.num.66.lib.2.pag.606.

Succeſſor in prælatione & rectoria tūc demum tenetur ſtare colono, cum res bona fide & rite geſtæ fuerint, & cum debita ſolennitate. cap. 8. num.73.libr.2. pag.607.

Summus Pontifex poteſt libere compoſitionem facere, ac commutare cauſam in quam res iſtæ incerti domini expendantur, vt hic.capitul. 9. numer. 13.lib. 2. pagin. 612. Procurantes huiuſmodi compoſitiones, ſunt in peccato, donec eas adipiſcantur, ſi cum poſſunt, non reſtituunt pauperibus, imo & poſt compoſitionem in caſu de quo hic. capit. 9. nu.14.lib.2.ibidem.

Si poſt compoſitionem comparerent veri domini, qui ſua debita legitimè comprobarent, non reciperetur debitoris exceptio dicentis ſe fuiſſe compoſitum, vt hic c.9.nu.15.lib.2.ibidem.

# T

Tabellio ciuitatis, vel villæ, alij ve officia perpetua habentes committentes delictum priuatione dignum, an interim pendente proceſſu poſsint renūtiare huiuſmodi officijs? Huiuſmodi officia publica ſub hypotheca bonorum includuntur, & in eis executio fieri poteſt, & quæſita conſtante matrimonio mulieri debetur æſtimatio pro parte eius, & filio imputatur in legitimam.c.5.num.47. lib.2.pag.513.

Tabernarij ſunt de genere prædonum. c. 4.nu.71.lib.2.pag.487.

Taciturnitas copulæ intercedentis ante impetratam, vel poſt conceſſam diſpenſationem ad contrahendum matrimonium inter conſanguineos, vel affines, commiſſam ordinario loci, prius tamen quam ab eo expediatur, an vitiet diſpenſationem.capitul. 15. num. 1.& ſeq. lib.1.pag.167.

Taciturnitas veritatis ea ſola nocet, quæ à iure præcipitur vt exprimatur. c. 15.nu. 3.lib.1.ibidem.

Taciturnitas eius, quo expreſſo, adhuc gratia beneficij concederetur, gratiā vitiat, c.15.nu. 26.lib.2.pag.172.

Tacita hypotheca competens fiſco poſt ſententiam in bonis delinquentis, quibus creditoribus præiudicet. c. 5. num. 57.lib.2.pag.515.

Tacita hypotheca videtur inducta in fructibus.c.8.nu.54.lib.2.pag.603.

Tactus inhoneſti fugiendi. Referūtur plures qui per mulieres fuerunt decepti. c. 7.nu.10.lib.2.pag.567.

Tantum præſcriptum, quantum poſſeſſum. capitul.21.numero.83.& numero.13.& declaratur numero.114.libr.2.pag. 795. &.814.&.819.

Tauros agitari in Dominicis, & alijs feſtiuis diebus in circo, vel in foro, minime hodie licet ſub pœna excommunicationis maioris latæ ſententiæ aduerſus Principes, communitates, & reſpublicas, earumque rectores. capit.7.num. 10.lib.1.pag.93.

Tauros agitari an liceat, quoties ita moderate fit, vt ex ea agitatione probabiliter

credi

Ayuntamiento de Madrid

credi poſsit nõ ſequutura notabilia nocumenta perſonalia.cap.7.num. 13.libr. 1.ibidem.

Tauros agitari per calles chordis longis cornibus vel pedibus ligatos non eſt prohibitum.capitulo.7. numero.14.lib. 1.ibidem.

Tauros agitari non licet per calles chordis non ligatos Dominicis, vel alijs feſtiuis diebus,portis ciuitatis clauſis, ita vt tauri,licet velint, exire non poſsint.c.7.nu. 15.lib.1.pag.94.

Templarij decimas laborum ſuorum, quos proprijs manibus,vel ſumptibus impendunt,ſoluere non tenentur: cæteri vero religioſi de noualibus ſuis, quæ proprijs manibus,aut ſumptibus,excolunt,& denutrimentis animalium ſuorum, & de hortis ſuis decimas ſoluere non tenentur.c.21.nu.134.lib.2.pag.822.

Tempore interdicti celebrari poſſunt diuina officia ianuis clauſis ſubmiſſa voce, excommunicatis & interdictis excluſis, & campanis non pulſatis. c.10.nu.1.lib. 1.pag.117. Et an idem locum habeat tẽpore ceſſationis á diuinis,num. 2.& ſeq. lib.1.ibidem.

Tempus, quo quis in ex communicatione permanere debet, vt pœnis legis primæ,titul.5. de los deſcomulgados. libr. 8.nouæ collect. reg. puniri poſsit, debet eſſe continuum.capitul.12.num.23. lib.1.pag.150.

Tempus requiſitum à lege,niſi aliud exprimatur,debet eſſe continuum.cap.12.nu. 24.lib.1.ibidem.

Tempus quo electores ſunt excommunicati excommunicatione maiori, vel alio iuſto impedimento detenti, non computatur in tempore ſemeſtri a Concilio Lateranenſi deputato ad prouidendas præbendas, & cætera beneficia eccleſiaſtica.capitul.28. numero.3. libr.1. pag.266.

Tempus excommunicationis, vel ſuſpenſionis, non computatur in ſemeſtri præfinito a Concilio Lateranenſi ad prouidendum præbendas. capit.28.numer.4. lib.1.ibidem.

Tempora quæ prouidentiam eccleſiarum recipiunt, quoad quid ſint vtilia, quia impeditis non currunt.capitul.28.num. 12.lib.1.pag.268.

Terminus datus ad eligendum à Concilio Lateranenſi, non currit quibuſcunque alijs iuſte impeditis, præterquam ibi nominatis.capitul.28.numer.11.lib. 1.pag.268.

Tertius poſsidens rem per vſuram ab alio acquiſitam,an & quando conueniri poſſit pro ea ? & an alienari potuit titulo oneroſo, vel lucratiuo. capitulo.18. numero. 39.&. 44. libro.2.pagina.762. &.764.

Teſtamentum conditum ab aliquo ante ingreſſum religionis validum eſt, nec poſtea per ingreſſum rumpitur, nec vitiatur, ſiue ingrediatur monaſterium bonorum immobilium incapax, ſiue capax. capitulo.1. numero.1.libr. 2.pagin.424.

Teſtamentum eius, qui poſtea ingreditur religionem bonorum immobilium capacem, tunc demum per ingreſſum aut profeſsionem non rumpitur, quoties illud condidit cogitans de ingreſſu religionis: ſecus verò ſi de illo non cogitauit, quia tunc teſtamentum rumpitur per ingreſſum religionis, ſecundùm magis communem ſententiam. capitulo.1.numer.2.& ſequentibus, præcipue numero.10. libro.2.pagina. 424. &.427.

Teſtamentum factum cogitatione religionis bonorum. immobilium capacis, ſicut non infirmatur per ingreſſum religionis, pariter per ipſum non confirmatur, donec teſtator naturaliter moriatur.capitulo.1.numero.3.libro. 2.pagin.425.

Teſtamentum agnatione poſthumi rumpitur.c.1.nu.4.lib.2.ibidem.

Teſtamentum ab eo cõditum, qui religionem ingreſſurus eſt, vt per eam non infirmetur, oportet relinqui monaſterio legitimam titulo inſtitutionis,alias rumpetur per profeſsionem: ſed contraria eſt verior & communis,& tenenda ſententia,vt in nu.12.&.13.quod ſi aliquid relinquatur monaſterio titulo inſtitutionis, proculdubio nõ irritatur teſtamentũ per profeſsionem. c.1.n.6.lib.2.pag. 425.&.427.

Teſtamentum ingreſſuri religionẽ,ad ſciendum,an poſtea rumpatur,nec ne? diſtinctio quædam Antonij de Butrio refertur, agiturq; de veritate ipſius. c.1.nu.7. lib.2.pag.425.

Teſtamẽtũ etiã factũ ab eo qui cogitauerat religionis profeſsionẽ,etiã portione legitima monaſterio titulo inſtitutionis dimiſſa,per profeſsionẽ rũpitur, quaſi per



Ayuntamiento de Madrid

capitis diminutionem, ſecũdum opinionem Salicceti & aliorum; ſed falſa eſt.c.1. nu.9.lib.2.pag.426.

Teſtamentum conditum ab eo, qui religionem ingreſſurus eſt, cogitante de ingreſſu, an valeat, & teneat, licet in eo non ſit ſeruata ſolennitas iuris communis, capitul. 1.numer.14. libro.2.pagin.427.

Teſtamentum conditum abſque vlla religionis bonorum capacis cogitatione, ſequuta profeſsione, reuocatur, ſiue ſe ipſum & bona expreſſe religioni dicauerit, ſiue tacite, cap.1.numer. 15.lib.2. pag.428.

Teſtamentum factum ab eo, qui religionis ingreſſum minime cogitauerat, profeſsione ſequuta rumpitur ſolum quoad legitimam portionem monaſterio competentem, capitul.1. numero.17. libr.2. ibidem.

Teſtamentum ingreſſuri religionem incapacem bonorum immobilium, licet de ea non cogitauerit, non rumpitur per huiuſmodi religionis ingreſſum ac religionem, ſed imo ab ipſa vires aſſumit, non aliter ac ſi ipſe ingrediens naturaliter fuiſſet mortuus capitul. 1. numero.18. &.52. libro. 2. pagin.429. &.437.

Teſtamentum ſecundum monachi profeſſi cum duobus vel tribus teſtibus valebit cõtra primum cum ſeptem teſtibus. c.1.nu.36.lib.2.pag.432.

Teſtari libere permittitur à iure ingreſſuris religionem, dummodo eo tempore cogitent de hoc.capit.1.num.16.libr.2. pag.428.

Teſtator in dubio, quando non conſtat vtrùm tempore teſtamenti de religione cogitauerit, nec ne? ex interuallo temporis à teſtamento ad religionis ingreſſum id iudex arbitrabitur, vt hic.c.1.nu. 19.lib.2.pag.429.

Teſtis, qui in vno eſt varius, contrarius, vel falſum deponit, an & quando in cæteris fidem faciat, vel non? c.15.num.130. lib.2.pag.729.

Teſtes ſi deponant, aliquem percepiſſe decimas frumenti, & alij teſtes vini, non ſufficient ad aſsignandum totum genus decimarum, ſed tantum in his in quibus probant, minutæ namque, & mixtæ ſaltem curatò manebunt, cum de his probatum non ſit. c.21.numer.86.lib.2. pag.814.

Teſtis periurus, ob quod reus abſoluitur à pœna confiſcationis bonorum fiſco applicandorum, quam incurrerat, non tenetur ad reſtitutionẽ eorum: ad damnũ vero quod intulit ex ſuo falſo dicto, cũ iuramento, vel ſine eo, tenetur læſo reſtituendum vltra peccatum mortale. c. 28.nu.64.&.65.lib.2.pag.914.

Teſtis vnus quamuis ſufficiat quantum ad excõmunicationem in genere, ſecus tamen eſt quantum ad excommunicationem in ſpecie, & nominatim. c.11.num. 94.lib.1.pag.144.

Teſtis vnus ſufficit ad impediendum matrimonium nondum contractum, quãdo iuramentum de ipſo contrahendo non interuenit: is tamen teſtis ſciens ex ſua manifeſtatione magnum ſcandalum ſequuturum, ad denuntiandum non tenetur.c.11.num.28.&.29.lib. 1.pag. 129. &.130.

Teſtis vnus de auditu ad impediendũ matrimonium contrahẽdum ſufficit, ſi circa impedimentum teſtificetur, iuxta formam à canonibus expreſſam. c. 11. nu. 34.lib.1.pag.130.

Teſtis vnus ita demũ ſufficit ad impediendum matrimonium contrahẽdum, quoties cum iuramẽto aſſereret id certò ſcire, alioqui vnus teſtis etiam iuratus de auditu cum altero abſque iuramento de certa ſcientia non ſufficeret. c.11.num. 31.&.32.lib.1.ibidem.

Teſtis, qui falſum teſtimonium in iudicio contra aliquem innocentem dixerit, ad quid teneatur capitul. 38. numer.4.lib. 1.pag.386.

Teſtatoris ſenſus cũ manifeſtus eſt, verborum interpretatio nunquam tantum valet, vt melior ſenſu exiſtat.cap.32.num. 48.lib.1.pag.310.

Textus in authen. de ſanctiſ.Epiſcopis. §. ſed & hoc præſenti. collat.9.cum ſimilibus, exorbitans eſt à regulis iuris communis, & à mente teſtatoris, ideò non debet extendi ad alios terminos, vel caſus.capitulo.32.numero.19.libro.1.pagin.301.

Text.in d. §.ſed & hoc præſenti, non procedit, ſi alia pia cauſa fuerit ſubſtituta, quamuis non ſit æque pia cauſa ac illud monaſterium.cap.32.nu.39.&.40.lib.1. pag.309.

Text. in. dict. §. ſed & hoc præſenti, non habet locum, vbi verba teſtatoris clara ſunt, eiuſque mentem ſignificantia,



Ayuntamiento de Madrid

ex quibus voluit diſpoſitionem ſuam naturaliter, nõ autem ciuiliter, & per fictionem intelligi. c. 32. numer. 46. lib. 1. pagina. 310.

Text. in authen. de ſanctiſ. Epiſcopis. §. ſed & hoc præſenti. collat. 9. & eius diſpoſitio, non eſt trahendus neque extendendus ad alios caſus & conditiones quam in eo expreſſas, nempe nuptiarum, ſiue defectus liberorum. cap. 32. num. 45. lib. 1. pag. ibid.

Text. in authen. de ſanctiſ. Epiſcopis. §. ſed & hoc præſenti. collat. 9. non cenſetur ſatisfactum ex ſolo ſacerdotio. c. 32. nu. 72. lib. 1. pag. 318. Limitatur hoc, ſi clericus bona ſua dediſſet capellæ, cuius factus ſit ſacerdos, vel ſi omnia bona ſua, vel ſaltem hæreditatem ſibi relictam expendat in pias cauſas, dicto c. 32. nu. 73. lib. 1. pag. ibid.

Textus in c. poſtulaſti de reſcriptis, procedit, non ſolum in beneficialibus, ſed etiã in cęteris omnibus gratioſis, & in priuilegijs. c. 15. nu. 22. lib. 2. pag. 700.

Titulus. ff. & C. de bonis eorum qui mortem ſibi cõſciuerunt, procedit in vtraq; morte, ciuili nempe, & naturali, quæ erat imponenda accuſato, vel inquiſito pro delicto, ſi probaretur. cap. 3. num. 26. lib. 1. pag. 473.

Titulus. ff. & C. de bonis eorum, qui mortem ſibi conſciuere, non eſt hodie correctus per auth. bona damnatorum. C. de bonis proſcriptorum. c. 3. nu. 25. libr. 2. pag. ibid.

Tornoamenta de iure canonico ſunt prohibita, adeò vt qui in eis moritur, quamuis confeſsione, & communione ſacra munitus, non ſit in loco ſacro ſepeliendus. c. 7. nu. 3. lib. 1. pag. 90.

Tutior pars non ſemper eligenda eſt, cum ſatis ſit eligere tutam. c. 31. num. 39. lib. 1. pag. 296.

Tranſactio ſiue alia diſpoſitio, prohibetur ſuper coniugij Sacramento, vt ab eo recedatur. c. 17. nu. 18. lib. 1. pag. 185.

Translatio dominij beneficij per ſimoniam collati, & pretij per ſimoniam dati, non impeditur iure naturali, neque diuino, ſed humano. capit. 9. numero. 16. libr. 1. pag. 116.

Trebellianica deducenda eſt ex relictis cõfratrijs. c. 35. n. 12. lib. 1. pag. 361.

Tria bona in matrimonio exiguntur, proles, fides, Sacramentum, re, vel ſpe. c. 16. nu. 3. lib. 1. pag. 174.

Triginta dies pœnæ carceris impoſitę à lege Regia blaſphemo debent eſſe continui, neque ſufficit quod ſint interpollati computati in diuerſis vicibus. c. 12. n. 25. libr. 1. pag. 150.

## V

Vacantibus duabus Eccleſijs, vna locupletiſsima, vt Toletana, alia verò pauperiore, habente tamen multos ex Mahometis neophitis, vt Granatenſi, itidẽ & ſunt duo ſacerdotes, dignus, & dignior, quomodo ſint hæ duę Eccleſiæ, vel prębendę, ſiue beneficia prouidẽda. c. 11. nu. 41. lib. 2. pag. 646.

Valor verus beneficij de iure in impetratione exprimi non debet, ſecus de ſtylo Curiæ Romanæ. c. 15. nu. 75. & 76. lib. 2. pag. 714.

Valor falſus beneficij expreſſus vitiat gratiam, etiam motu proprio conceſſam. c. 15. nu. 77. lib. 2. pag. ibid.

Valor beneficij expreſſus in impetratione ipſius ſecundũm communem ſtylũ Romæ quomodo probetur. c. 39. nu. 68. lib. 1. pag. 414.

Varietas opinionum vbi eſt, nõ peccat nõ ſeruans ius pręcepti. c. 9. nu. 11. lib. 1. pagina. 115.

Vaſſalli liberati ſunt à debito fidelitatis dominij, & totius obſequij propter hæreſim manifeſtam domini ſui. c. 1. nu. 18. lib. 1. pag. 17.

Vaſſallus excuſatur à propalando cõtra dominum. c. 11. nu. 56. lib. 1. pag. 135.

Vaſſallus feudum amittit, ſi concubuerit cum vxore domini viui, vel mortui. c. 12. nu. 4. lib. 2. pag. 665.

Vbi plura copulantur in reſcripto circa vnum effectum, quorũ quodlibet per ſe ſufficit, vnum probare ſat eſt. Ampliatur nu. 60. & limitatur numer. 63. capit. 15. nu. 53. lib. 2. pag. 710.

Vbi plures cauſæ narrãtur in reſcripto, quarum aliquæ ſunt ſubreptitiæ, aliquæ verò non, procedendum eſt, vt latius hic. c. 15. nu. 56. lib. 2. pag. 711.

Vbi aliquis bona fide eſt in eo ſtatu, vt tantùm contra legem humanã ſine proximi iniuria vitam agat, abſque trangreſsione legis naturalis ac diuinæ, in eo ſtatu dimittendus eſt, ſi ex correctione ſcandalum graue immineret. c. 15. nu. 102. lib. 2. pag. 722.

Vbi

Ayuntamiento de Madrid

# INDEX.


Vbi in diſpoſitione legis,vel hominis ponitur aliquid coditionaliter,illud dicitur eſſe de forma.c.15.n.112.lib.2.pag.725.

Vbi plura ſũt requiſita de forma,omnia debet ſeruari,etiã ſi aliquid ex eis videatur ſuperfluũ.cap.15.n.116.lib. 2.pag.ibid.

Vbi per acceptationem , vel agnitionẽ alicui eſt actio competitura , antequam is agnouerit, alter cõtra quem actio datur, non poteſt dici malæ fidei poſſeſſor.c. 26.nu.4.lib.2.pag.904.

Venari ex cauſa publicę vtilitatis in tribus menſibus à lege regia prohibitis , an ſit peccatum mortale,vel veniale.c.28.nu. 8.& ſeqq.lib. 2.pag.919.

Venatione prohibita à dominis temporalibus,reſtituere tenentur damna illata à feris in alienis fundis.c.28.nu.15.lib. 2.pagina.920.

Venatio auiũ quomodo , & quo tẽpore ſit faciẽda.c.28.n.58.lib.2.pag. 930.

Venator an capta poſt prohibitionẽ domini , vel eius qui ab eo ius venationis in ſuo agro cõduxerit,teneatur eidẽ reſtituere in foro cõſciẽtiæ ante cõdẽnationẽ iudicis.c.28.n.36.lib.2.pag.926.

Venator arte ſua,etiã vetita,faciẽs in loci m publicum exire feras de loco priuato,vt eas venetur,nõ tenetur ad reſtitutionem earũ,ſed tantũ de dãno , ſicut tenetur is qui venatorẽ impedit, ne in locis publicis venetur,& ipſe impediẽs in eiſdẽ venetur locis,quamuis ex dicta fraude poſſet ſecundũ ſtatuta & conſuetudinẽ puniri, ac ſi in loco publico venaretur.cap. 28. n.38.lib.2.pag927.

Venator iam quod capta poſt prohibitionẽ domini,aut eius conductoris non teneatur eiſdem reſtituere ante condẽnationẽ,vt in.n.22.cum ſeqq.late eſt diſertũ, an ſaltem teneatur eiſdem ad id quod veroſimiliter ipſe dominus , vel conductor , ibidem cepiſſet ex animalibus captis à præd.venatore ,& nu.43.ponitur quædam declaratio in hoc. c. 28.nu.39. lib.2.pag.ibid.

Venator tenetur omnino ad dãnũ qđ agri domino intulerit in fructibus,& ſegetibus,etiãſi expreſſa prohibitio nõ fuerit præmiſſa.c. 28.n.40.lib.2.pag.ibid.

Vẽdere poteſt quis frumẽtũ pretio,quo valebit hebdomada,mẽſe,vel die,ad quem vſq; erat ſeruaturus, nõ tamẽ exigere debet pretiũ maius illius diei,vel mẽſis,ſed mediocre,vel cõmune.c.39.nu.6.lib.1. pag.399.

Vendere nõ licet carius rẽ vltra latitudinẽ iuſti pretij,quã in præſenti valet,ratione crediti prorogatiq; pretij,neq; vilius iuſto pretio,viliori emere ratione anticipatæ ſolutionis , niſi veriſimiliter dubitetur tempore ſolutionis plus , vel minus valituram.c.39.n.11.lib.1.pag.400.

Vendere an liceat carius ob dilatam pretij ſolutionem, propter lucrum ceſſans.c. 39.nu.23.& ſeqq.lib.1.pag.403.

Vendere licet carius ad creditũ ratione intereſſe lucri ceſſantis,& à fortiori damni emergentis,tribus concurrẽtibus,de quibus.c.39.n.25.& 26.& nu.27. ſecus eſſe deficiẽte aliqua ex prędictis cõditionibus.lib.1.pag.404.& 405.

Vẽdere an liceat carius ad creditũ illas merces,quæ cõmuniter & frequẽtius in aliqua ciuitate,vel oppido ob pecunię penuriã,vel ob conſuetudinẽ patrię vendũtur ad creditum,quia rarò niſi parua pecunia venduntur in prõptu,quia nõ ſunt ementes niſi ad terminum , vel an tunc etiã pretium , quo in prõptu ſolẽt vẽdi, conſiderari debeat,ſaltẽ ſupremũ, vt illud ad creditum nõ excedatur.c.39.nu. 35.lib.1.pag.406.Et quid in venditionibus groſſis,hoc eſt,*de por jũto en grueſſas partidas*,ibid.n.39.& 40.lib.1.pag.407. & nu. 41.quid in mercibus maritimis, quæ niſi in magna quãtitate aduehi non poſſunt.lib.1.pag.ibid.

Vendere carius merces ad tẽpus nõ licet,etiã ſi ob gratiã cõmoditatẽ,& neceſsitatẽ emptorũ terminus præciſe ſoluẽdi conſtituatur,ad hoc nẽpe, vt illas res venales emptores habeant, & per hũc modũ negotientur atq; victum quærant.c.39. nu.36.lib.1.pag.ibid.

Vendens carius ad creditũ vltra latitudinẽ iuſti pretij quã in promptu res valẽt ob dilatam pretij ſolutionẽ,aut vilius emẽs ob anticipatam ſolutionem,dubio nõ exiſtenti,an plus vel minus ſit valitura,etiã in foro exteriori vſuram committit , ac proinde peccat mortaliter , & reſtituere tenetur.c.39.num.16.lib.1.pag.401.Et quid ſi vendatur res non conſiſtens in pondere,numero vel menſura,veluti domus,vel prædium.n.17.& ſeqq.vbi idẽ hoc caſu probatur aduerſus Bald.lib.1. pag.402.Et nu.21.in equis,mulis,pecoribus , & alijs animalibus carius venditis ob dilatam ſolutionẽ pretij ad tempus. lib.1.pag.403.

Vendi non poſſunt merces carius tempore venditio-


Ayuntamiento de Madrid

vēditionis quando dubium eſt plus vel minus valituras tempore ſolutionis, niſi ſimul & copulatiue concurrat quod venditor eas tempore cōtractus non fuerat venditurus, vnum enim ſine altero non ſufficit. c. 39. nu. 2. lib. 1. pag. 398.

Venditio rei feudalis, vel emphyteuticæ ſimpliciter facta nulla eſt, ſecus ſi ſub conditione, ſi dominus cōſenſerit, vel Rex licentiam præſtiterit, fiat. c. 22. nu. 7. lib. 1. pag. 225.

Vēditor, qui ſuas merces eſſet alioqui ſeruaturus, poteſt eas vēdere ea cōditione, vt cū ei libuerit, eligat pretiū cōmune, modó ſemel eo cōſtituto & electo variare nō poſsit. c. 39. n. 7. lib. 1. pag. 399.

Vēditor, qui merces eſt ſeruaturus ad Calēdas Martias, nō poteſt eas vēdere Calendis Octobris pretio, quo valebūt Calendis Maij. c. 39. n. 8. lib. 1. pag. ibid.

Venditor, qui ſuas merces nō erat venditurus vſq; ad tēpus, quo pretiū actū iri conijcitur, poteſt eas rogatus plus vendere quā tēpore venditionis valeant, deductis expenſis, laboribus, ac periculis, quæ in eis ſeruandis, aut cuſtodiendis eſſet venditor expenſurus arbitrio boni viri. c. 39. n. 3. lib. 1. pag. ibid. Et nu. 4. ex hoc infertur, quod ſeruaturus frumentum ad menſem Maium, poterit ſub Natalē Domini carius quàm tunc valeat vendere, ſi dubiū veriſimiliter ſit plus vel minus eſſe valiturum, &c. lib. 1. pag. ibid.

Venditor, quādo in diſſolutione nundinarū merciū pretia decreſcūt, nō poteſt vēdere credito merces ſuas, quanti præſenti numo vendidiſſet in emptorum feruore, quia tunc minoris ęſtimatur. c. 39. nu. 13. lib. 1. pag. 400.

Venditor, qui nō eſt ſeruaturus ſuas merces, neq; emptores earū habet pretio ſtatim numerato, vel ſi erat paratus ad vendendū omnibus ita pecunia pręſenti ſicut ad creditū, aut ſi habebat plures merces ad vendendū, tā in prōptu quàm ad creditū, quia non ſunt emptores ad comparandas eas omnes pecunia pręſenti, prout cōmuniter contingit in mercatoribus (*vulgo dichos traperos*) & alijs huiuſmodi, tunc nullo modo liceret pretium ad creditū augere ratione intereſſe lucri ceſſantis. c. 39. n. 26. lib. 1. pga. 405.

Venditurus frumentū ad menſem Maium, poterit ſub Natalē Domini carius quàm tūc valeat vendere, ſi dubiū veriſimiliter ſit, &c. c. 39. n. 4. lib. 1. pag. 399.

Vēditio rei alienę eſt nulla, nec dominiū ex ea trāſit, quāuis emptor eius bonæ fidei agere poſsit ad intereſſe. c. 23. num. 25. lib. 2. pag. 854.

Verba vniuerſalia omnia includunt. c. 1. n. 27. lib. 2. pag. 424.

Verba debent impropriari, vt actus valeat. c. 2. nu. 5. lib. 1. pag. 53.

Verba hæc, Nō ducam vxorem niſi te, & ſimilia, quid operentur. c. 21. n. 1. & 2. lib. 1. pag. 214. Et cōmunis ſenſus horū verborum quis ſit. ibid. n. 7. 12. & 13. lib. 1. pag. 214. & 216.

Verba prolata quem valorē habeāt in matrimonio contrahendo, in dubio communis attendendus eſt. c. 21. nu. 3. lib. 1. pag. 214.

Verba conſenſum de præſenti exprimētia eſſe debent ad inducēdum matrimoniū de pręſenti, nec verba ad hoc ſunt neceſſaria, ſed ſatis eſt conſenſum de pręſenti induci per ſigna, non ſolū in muto, ſed etiam in valentibus loqui. c. 21. num. 8. lib. 1. pag. 215.

Verba hæc, Promitto quòd non habebo aliam mulierem in vxorem niſi te, nō inducunt matrimonium de pręſenti. c. 21. nu. 21. lib. 1. pag. 218.

Verbū Volo, adiunctum infinitiuo deſignāti initiū actus eiuſq; ſuſpenſionē, in his quæ à ſola voluntate diſponentis pēdēt, erit contractus ſponſaliorū, nempe volo contrahere matrimoniū, erit tamē matrimonium, ſi dicta verba deliberate ad interrogationē alterius prolata fuiſſēt, vel quādo pręceſſiſſet tractatus de matrimonio contrahendo, vt in. c. 21. num. 23. & 24. lib. 1. pag. ibid.

Verba hæc, Ego te volo accipere in meā, inducunt ſpōſalia de futuro: ſi autē cōſtat de intētione, ei ſtādū eſt in foro cōſcientiæ. c. 21. n. 25. lib. 1. pag. 219.

Verbū Volo, adiūctū verbo denotāti executionē actus perfecti, & ſic matrimonij exercitiū, vt volo te habere in vxorem, vel tenere in vxorē, inducit matrimoniū de præſēti, niſi præcederēt ſpōſalia de futuro, vt in. c. 21. n. 26. lib. 1. pag. ibid.

Verba hæc, Volo te in vxorē, ſi mulier ſimiliter concedat, inducūt matrimoniū de præſenti. c. 21. n. 27. lib. 1. pag. ibid.

Verba hæc, Volo te eſſe vxorē meā, quādo inducāt matrimoniū de pręſēti, & quando non. c. 21. nu. 28. lib. 1. pag. ibid.

Verba hęc, Iuro vel promitto q̄ te habebo in vxorē, inducūt matrimoniū, vel ſpōſalia de futuro. c. 21. n. 29. lib. 1. pag. 220.

Verba quæ propriè cōpetunt contrahēdo matri-

Ayuntamiento de Madrid

matrimonio ſi tẽpore futuro promittientur, inducunt tãtũ ſponſalia de futuro. c. 21. nu. 30. lib. 1. pag. ibid.

Verba hęc. Iuro vel promitto ꝙ te habebo in vxorẽ, inducunt matrimoniũ de pręſenti ſubſequuta traductione ad domũ, ac ſimul tractatu præſẽti matrimoniali, vel quoties cõmunis vſus loquẽdi & intellect⁹ præd. verborũ iſ eſſet, vt ex eiſdẽ matrimoniũ de pręſẽti celebratũ intelligeretur. c. 21. n. 35. lib. 1. pag. 23.

Verba hæc, Promitto ꝙ ducã in vxorẽ & tenebo te pro legitima cõiuge, nõ inducũt matrimoniũ de præſenti, ſed ſpõſalia de futuro. c. 21. nu. 36. lib. 1. pag. ibid.

Verba denotãtia tẽpus, ſi ſint ſingularis numeri, verificãtur in tẽpore incepto, ſi verò ſint pluralis numeri, debet eſſe tẽpus cõpletũ. c. 26. n. 10. lib. 1. pag. 253.

Vera rerũ cognitio à cauſis prioribus deriuatur, & rectè eam rem ſcimus, quam ex prioribus cauſis cognoſcimus. c. 14. nu. 15. lib. 2. pag. 681.

Veritas narratorũ ad impetrandã diſpenſationem pro matrimonio contrahendo, eſt conſideranda ſecundum tẽpus impetrationis, quãdo veritas cauſę narratur de præſenti. c. 15. n. 131. lib. 2. pag. 729.

Vetuli quãuis quandoq; non habeant caliditatem ad generandum, habent caliditatem ſufficientem ad copulã carnalem, & ideò permittitur eis matrimoniũ cõtrahere, quatenus eſt in officium naturæ. c. 16. n. 4. & 13. lib. 1. pag. 174. & 176.

Via executiua agi poteſt aduerſus illũ, cui literæ penſionis intimatæ fuerunt, ſecus contra illum, cui intimatæ non fuerunt, ſed via ordinaria tunc procedendũ erit. c. 1. nu. 113. lib. 1. pag. 41.

Vicarij inferiores & foranei nõ poſſunt, neque ſolẽt cõcedere licentiã contrahendi matrimoniũ ſine denũtiationibus. c. 19. nu. 16. lib. 1. pag. 205.

Vicarius generalis alicuius, ſeu vices gerẽs omnia poteſt, quæ ipſe, cuius vices gerit. c. 17. n. 15. lib. 2. pag. 745.

Vicarius generalis Epiſcopi eſt ordinarius. c. 17. n. 17. lib. 2. pag. 746. Ad ordinariũ ſpectãt omnia, quę ſunt de lege diœceſana, & iuriſdictionis. c. 17. num. 18. lib. 2. pag. ibid.

Vicarius generalis Papæ reuerendas cõcedere poteſt in exẽptis de quibus hic reſiue. c. 17. n. 28. lib. 2. pag. 747.

Vitia corporalia & ſpiritualia, animique mores, & infirmitas patris, an in filios tranſeat. c. 39. nu. 45. lib. 2. pag. 957.

Vitiũ clandeſtinitatis tollitur per interuentum tituli, & bonæ fidei. c. 34. num. 66. lib. 1. pag. 351.

Vidua durante viduitate, videtur adhuc eſſe in primo matrimonio quoad priuilegia. c. 12. n. 2. lib. 2. pag. 665.

Viduæ luxuriãtes dãnantur, quia primã fidem irritam fecerunt, nõ luxuriantes verò in fide prioris matrimonij perſiſtũt. c. 12. nu. 5. lib. 2. pag. ibid.

Vidua luxurioſe viuens, videtur marito atque eius animæ maximã triſtitiam atque iniuriam irrogare. c. 12. num. 8. lib. 2. pagina. 666.

Vidua luxurioſe viuens priuatur tutela teſtamentaria, legitima, & datiua. c. 12. nu. 9. lib. 2. pag. ibid.

Vidua propter ſtuprum poſt mortem viri commiſſum amittit medietatem lucrorũ conſtante matrimonio acquiſitorum. c. 12. nu. 10. lib. 2. pag. ibid.

Vidua luxurioſè viuens amittit donationẽ quam habuit á marito. c. 12. nu. 11. lib. 2. pag. ibid.

Vidua luxurioſe viuens amittit facultatem teſtandi, ſibi à marito conceſſam. cap. 12. nu. 12. lib. 2. pag. ibid.

Vidua luxurioſe viuens amittit hereditatẽ, vel legatum ſibi à marito relictum, & officium executoris. c. 12. num. 13. & 14. lib. 2. pag. ibid.

Vidua propter ſtuprũ amittit dotem. c. 12. nu. 15. ſed contra nu. 19. cum ſimilibus lib. 2. pag. 666. & 667.

Vidua viuens luxurioſe, eaſdem patitur pœnas, quas mulier ſecundò nubens. c. 12. nu. 21. lib. 2. pag. 668.

Vidua propter ſtuprũ etiã intra annũ luctus commiſſum non amittit dotẽ, nec etiam actionem ad eam repetendam. c. 12. nu. 24. lib. 2. pag. 670.

Vinũ & mulieres apoſtatare faciunt ſapiẽtes. c. 4. n. 10. lib. 2. pag. 480.

Vinum cupiditatẽ veneris in primis accendere poteſt ſecundũ Philoſophũ, & qui vino indulgent, ſunt ad venerẽ proniores. c. 4. nu. 17. lib. 2. pag. ibid.

Vinũ non moderate ſumptũ detegit arcana, ſoletque manus ad arma vocare. c. 4. nu. 19. lib. 2. pag. ibid.

Vinum moderate potatum plurimas corpori præſtat vtilitates. c. 4. num. 32. libr. 2. pag. 482.

Vinum moderatę potatum exultatio animæ & corporis, & ſobrius potus ſanitas eſt animæ, & corporis. c. 4. nu. 33. lib. 2. pag. ibid.



Ayuntamiento de Madrid

# INDEX.


Vinum ſi malum eſſet ex ſua natura, Saluator noſter nó conuertiſſet aquã in vinũ, neq; initiũ ſignorum illius fuiſſet vinũ ex aqua factum, nec ſi non liceret bibere vinũ, idem Dominus præcepiſſet miniſtrantibus in conuiuio nuptiarum, vt ferrent vinum Architiclino. c.4.nu.34. lib. 2.pag.ibid.

Vina de per ſe ſunt excellentiora omnibus alijs rebus habentibus liquorem.c.4.nu. 37.lib.2.pag.483.

Vinorum probatorum qualitates.c.4.num. 38.lib.2.pag.ibid.

Vina Balnélia meliora omnibus alijs totius orbis ſecundum Chaſſaneum. capit. 4. nu.39.lib.2.pag.ibid.

Vina oppidi *de Robledillo, y Deſcargamaria*, Ciuitatenſ.diœceſ.*y de Sanmartin de Valdeigleſias, y de Ribadauia*, in Hiſpania excellentiſsima reputantur.c. 4. nu.40.lib.2. pag.ibid.

Vina ſpiſſa non adeó proſunt morbis ſicut ſubtilia, & ſicut ſubtile vinũ multos ſpiritus procreat, atq; ſubtiles, ita groſſum groſſos.c.4.nu.41.lib.2.pag.ibid.

Vinum palmæ, ſiue album, eſt melioris ſaporis, & odoris quàm cætera vina.c.4.n. 42.lib.2.pag.ibid.

Vina mixta ſi vetera ſunt, atque ſubtilia, tempore caloris ad cœnam indulgétiora plerumque reputantur.c.4.num. 43. lib.2.pag.ibid.

Vinum, oleum, & alia ſimilia, an ad renouãdum dari poſsint? Idem dicẽdum eſt in eis, quod in frumento veteri pro nouo. c.39.nu.57.lib.1.pag.411.

Virgo quando dicatur ſeducta.c.37.n.15. lib.1.pag.379.

Virginitatis circũſtãtia, ſi volũtas fornicandi nó peruenit ad actũ, an ſit neceſſariò confitenda.c.31.n.28.libr.1.pag.293.

Voluntas libera puellæ an liberet ſtupratorem, quando abſq; ſeductione eã corruperit ab actione parentibus, vel curatoribus, ſub quorum cura eſt, pro dote, & iniuria, ſibi illata competente.c. 37. nu. 24.lib.1.pag.383.

Voluntaté teſtatoris credendum eſt talem fuiſſe, ſicut lex ipſa cõſtituit & interpretatur, tametſi verbis refragari quodãmodo videatur.c.32.n.7.lib.1.pag.299.

Vltima dies termini cedit cómodo promiſſoris, ad hoc vt nó ſit in mora, antequã totũ tẽpꝰ labatur.c.26.n.13.li.1.pag.254.

Vnio Chriſti & Eccleſiæ duplex eſt, vt in c.17.nu.25.lib.1.pag.186.

Vxor petẽs ſeparari à viro quoad thorũ, & mutuam cohabitationem ex cauſa ſæuitiæ audienda eſt, ſi aliàs ei cautione ſufficienti non poſsit prouideri.c. 24.nu.1. & 2.lib.1.pag.241.

Vxor ſi propria authoritate à viro diſcedat ob nimiã ſæuitiã, ſi hoc cõſtet in cótinẽti, eidẽ minime eſt reſtituẽda ſed alicui prouidæ & honeſtæ mulieri, vſq; ad cauſę deciſionẽ, cuſtodiẽda tradenda eſt, & in loco vbi vir neq; parẽtes eius vllam poſsint mulieri violẽtiam inferre.c. 34. nu.4.& 5.lib.1.pag.241.& 242.

Vxori litiganti cum marito ſunt miniſtrandæ expenſæ, & alimenta per eum.c.24. nu.7.lib.1.pag. 242.

Vxor inſidiãs vitæ mariti, & tẽtãs cũ perdere veneno, ſi aliter nó poteſt cohiberi veriſimiliter, poteſt eijci propria authoritate à marito, & petẽti reſtitutionẽ obſtabit exceptio.c.24.n.8.libr.1.pag.ibid.

Vxor propter adulteriũ amittit ius, qđ in viro habebat.c.25.n.3.lib.1.pag.245.

Vxoratus de licentia vxoris atque ipſa religionem profitente poteſt in Epiſcopatum promoueri.c.25. num. 8. libr. 1. pag.246.

Vxoratus eo ipſo ꝙ promouetur ad ſacros ordines videtur cótinentiam profiteri. c.25.n.14.lib.1.pag.248.

Vxoratus nullũ ſacrũ ordinẽ ſuſcipere præſumere debet durante matrimonio, niſi prout ſacris canonibus nouerit expedire, aliàs neq; matrimonio ſoluto in ſic ſuſcepto ordine miniſtrare, neq; ad ſuperiores ordines prouehi, neq; ad aliquod beneficiũ, vel officiũ eccleſiaſticũ valet promoueri.c.25.n.17.lib.1.pag. 249.

Vxor poterit occulte & ſine ſcandalo de bonis mariti ſoluere debitum ipſius, etiã contra eius voluntatem.c.11. num.70. lib.1.pag.139.

Vxores veras quãdoq; dici à canonibus cõcubinas.c.7.n.30.lib.2.pag.571.

Vxor ſoluto matrimonio, an teneatur ſtare locationi factæ per maritum.c.8.nu. 39. & ſequentibus: & an colono detur exceptio, vel retentio in hac ſpecie, ibid. nu. 40. Et quid in paraphernalibus.n. 43. Locationi autem ad modicum tempus, nempe ad annum, ſtare tenetur, ibid. nu. 45. pag.600.& 601.& 602.

Vxor iure canonico propter adulteriũ à viro ſeparata iudicio Eccleſiæ, vel volũtariè ab eo recedẽs, perdit dotẽ, niſi recóciliꝰetur viro.c.12.n.1.lib.2.pag.665.


**Finis.**

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

# CANONICARVM VTRIVSQVE FORI, TAM exterioris, quam interioris animæ, Quęſtionum Liber primus, Authore D. Ioanne Gutierrez, Canonico Doctorali Ciuitatenſi.

## SVMMARIVM.

1 CONCILIVM Conſtantienſe circa excommunicatos vitandos, vel non, refertur; nec non & Baſilienſe.

2 Acta in Conſtantienſi & Baſilienſi Concilijs circa damnationem quorundam articulorum hæreticorum, & cauſas beneficiales ac cenſuras, approbata fuerunt authoritate Apoſtolica: & quomodo hoc intelligatur. nu 15.

3 Sententia declarationis non requiritur, nec eſt neceſſaria, vbi aliquid ita notorium eſt, quòd nullam excuſationem habet, nec poßit aliqua tergiuerſatione celari: cõtrariũ, nu. 16.

4 Sententia declaratoria requiritur regulariter, vbicumque poena aliqua pro crimine, etiam ipſo iure, infligitur.

5 Publicè excommunicatus, publicè eſt vitandus, etiam ante denuntiationem, iure communi attento.

6 Notoriè excommunicatus, ita quòd ipſius factum nulla tergiuerſatione celari poſsit, vitandus eſt ante denuntiationem, ſecundùm literam Concilij Baſilienſis: & citantur authores huius ſententiæ.

7 Sed contrarium latè probatur rationibus & authoribus hic adductis, & in numeris ſequentibus.

8 Hæreticum ante condemnationem non tenemur vitare, etſi ſciamus illum eſſe hæreticum.

9 Excommunicatio hæreſi cohæret, ſicut lepra leproſo, & homini vmbra.

10 Incarcerati propter hæreſim, priuſquàm pro talibus declarentur, deuitari ſolent, nec diuina officia, nec Sacrificia permittuntur audire, nec alijs Sacramentis Eccleſiæ vti, nec tradantur eccleſiaſticæ ſepulturæ, donec cauſa peragatur.

11 Satutum in Synodo Conſtantienſi de excommunicatis non vitandis ante denuntiationem, præterquam in notorio clerici percuſſore, ſaluberrimum inſtitutum fuit ad ſedandas timoratas conſcientias, adimendoſque ſcrupulos.

12 Ratio differentiæ aßignatur inter notorium clerici percuſſorẽ, cur ſit vitandus ante denuntiationem, & alios notorios excommunicatos non vitandos.

13 Hæreticus notorius cur non ſit vitandus ante condemnationem.

14 Verum eſſe reſoluitur, in Concilio Conſtantienſi ſub Martino V. celebrato editam fuiſſe præd. ſaluberrimam conſtitutionem iuxta literam & ſenſum nu. 1. relatũ: & quamuis inter acta eiuſdem Concilij ipſa non extet, eſt tamen hoc receptißimum apud



Ayuntamiento de Madrid

crebriores & grauiores authores: & in hoc numero reſolutio præcedentium ponitur.

17 Manifeſtatio authoritatiua requiritur, etiam ſi facti euidentia ſit, vt, quod authoritas publica inchoauit lege, authoritas publica perficiat iudice.

18 Vaſſalli liberati ſunt à debito fidelitatis domini, & totius obſequij, propter hæreſim manifeſtam domini ſui.

19 Cuſtodiens depoſitum ſibi ab hæretico commiſſum, non debet illud reddere hæretico manifeſto id petenti.

20 Præſes alicuius oppidi, aut arcis munitæ, qui ſub fidelitate & iuramento illud ab aliquo accepit, non tenetur illi reſtituere notorio hæretico effecto, nec alteri eius mandato, ſed fiſco.

21 Hoc tamen procedit ſequuta ſententia declaratoria iudicis, nempe illum eſſe notoriũ hæreticum, alias ſecus.

22 Nemini priuato, nec etiam iudici ſeculari, licet iudicare aliquem hæreticũ, etiam ſi notorius talis appareat, quouſque ab Eccleſia id iudicetur, aut per ſententiam declaretur: idque procedit indiſtinctè, vt hic.

23 Pœnæ non debentur in foro conſcientiæ ante condemnationem, etiam ſi ipſo iure impoſitæ ſint.

24 Occultè excommunicatus hodie nullo modo vitandus eſt, nec etiam ante denuntiationẽ, cuius excommunicatio duobus etiam teſtibus probari poſſet.

25 Fama publica excommunicationis non ſufficit ad hoc vt teneamur aliquẽ vitare ante denuntiationem.

26 Excommunicatio quotuplex ſit in propoſito ad ſciendum an excommunicatus vitandus ſit, vel non.

27 Nominatim excommunicatus non eſt quicunque fecerit aliquid contra canonem idipſum facientem excommunicantem.

28 Nominatim excommunicatus dicitur, qui nomine proprio, officij, vel dignitatis, aut aliquibus appoſitis ſignis indubitatis excommunicatur, vt hic, quanuis vitandus nõ ſit, etiã à ſciente, quouſque fuerit declaratus & denuntiatus per iudicem.

29 Nominatim excommunicatus, & declaratus per iudicis ſententiam, quæ illum denuntiat, mandatque denuntiandum publicum excommunicatum, vitandus eſt; antea verò non.

30 Vſus atque communis interpretatio Chriſtiani orbis in hunc ſenſum accepit conſtitutionem Concilij Conſtantienſis, per quam nunc nõ negatur ſepultura ijs qui excommunicati moriuntur, niſi ſint denuntiati.

31 A quocunque per ſimplicem excommunicationem præciſo, ſi non fuerit nominatim excommunicatus, publicatus, vel denuntiatus, aut manifeſtus percuſſor clerici, licet cuicunque, tam in neceſſitate, quàm extra, Sacramenta percipere, perinde ac ſi non eſſet præciſus: ſecus aliàs: & quomodò hoc intelligatur. num. 47. & 48.

32 Publicatio excommunicationis vbi fiat.

33 Publicatio excommunicationis facta in conſiſtorio iudicis coram paucis, non ſufficit.

34 Excommunicatio non eſt neceſſarium vt omnibus de ciuitate ſit manifeſta, ſed ſatis eſt quòd tranſeat in notitiam viciniæ, ſeu maioris partis in qua actus geritur, ſicut de notorio dicitur.

35 Denuntiationes excommunicatorum quomodò fiant.

36 Publicatio & denuntiatio nihil ad excommunicationem addunt

37 Pœna excommunicationis ipſo iure affligit & inhabilitat, quo ad omnes ſuas potentias, illum qui in eam incidit abſque alia declaratione: trahit namque ſecum executionem paratam.

38 Excommunicatus regulariter peccat alijs communicando, etiam ante denuntiationem, & magis quàm alij eidem communicantes poſt denuntiationem: quo fit, vt ipſe excommunicatus ante denuntiationem teneatur ſe abſtinere à communicatione fidelium, & à diuinis.

39 Occultè excommunicatus tenetur ſe vitare à communione fidelium, & à diuinis abſtinere ante denuntiationem.

40 Et an id procedat, quãdo ex hac euitatione occultum eius crimen, occultaq; excommunicatio proderetur cum graui ſcandalo?

41 Parochus, etiamſi penes ſe habeat denuntiatoriam ſcripturam, qua ſpecialiter & nominatim quis ſit excommunicatus, ſibique præcipiatur, vt ſtatim, viſis literis, teneatur eundẽ vitare atque denuntiare, nihilominus

non

Ayuntamiento de Madrid

non tenetur eum vitare, donec eum denũtiauerit, aut denuntiatum eſſe conſtiterit.

42 Hæretici, ſchiſmatici, & apoſtatæ, ſi ſint hæreſis, apoſtaſiæ, aut ſchiſmatis condemnati, veniunt nomine excommunicatorum nominatim, atque etiam ſimoniaci, & omnes, qui per ſententiam fuerint pronuntiati, & condemnati alicuius criminis, cui annexa ſit excommunicatio, & præterea quicunque proprio nomine propter aliquod aliud delictum fuerit pronuntiatus excommunicatus.

43 An ſuperiora dicta in nominatim excommunicato, publicato vel denuntiato, & de notorio omnino excommunicato vitandis, procedant etiam in interdictis, vel ſuſpenſis nominatim per ſententiam iudicis publicatam vel denuntiatam, vel adeò notorijs quòd nulla tergiuerſatione poſsint celari.

44 Iure communi non licet audire rem diuinã, nec ſuſcipere Sacramenta eccleſiaſtica à clerico notorio concubinario, etiam ſine vlla monitione ſuperioris.

45 Hodie ſecus eſt, niſi clericus publicus cõcubinarius fuerit nominatim publicè denuntiatus per prælatum, vel ſuſpenſus, vt euitetur.

46 Audiens Miſſam à ſacerdote exiſtente in alio crimine notorio, non peccat mortaliter.

49 Prælatus vel curatus non excommunicatus non tenetur in Sacramentorum adminiſtratione vitare parochianos ſibi ſubditos occultos excommunicatos, quando volunt ab eo recipere Sacramenta, imò ea tenetur ipſis miniſtrare, quamuis hi malè faciant ſe illis ingerendo.

50 Excommunicatus occultus, ſi habet aliàs ius cõpellendi ſacerdotem, vt habet parochianus eius, petit autem Euchariſtiam in publico, tenetur ei parochus miniſtrare ſicut occulto peccatori: ſecus ſi occultè petatur, vel in publico & notorio excommunicato, etiam ſi non ſit denuntiatus.

51 Sacramentum Poenitentiæ non eſt exhibendum cuicunque excommunicato.

52 Excommunicatis dubijs (hoc eſt occultis) licitum eſt porrigere Euchariſtiam, etiã ceſſante ſcandalo ſi non porrigeretur.

53 Curatus excommunicatus nominatim & ſpecialiter, ante denuntiationem an debeat euitari ab eo, qui eius excommunicationis habet notitiam?

54 A præciſis ab Eccleſia, quos Concilium Conſtantienſe vitari præcipit, non licet regulariter recipere Eccleſiaſtica Sacramenta, nec cum illis alio modo communicare in diuinis, nec extra.

55 An in caſu extremæ neceſsitatis liceat Sacramẽtum Baptiſmi recipere ab huiuſmodi præciſis, vel etiam hæreticis?

56 Et quid in Sacramento poenitentiæ in articulo mortis, vbi alius miniſter deeſt? & numeris ſequentibus.

57 Contritio interior in articulo mortis ſatis eſt deficiente confeſſario habili cum voto Sacramenti, quando fas fuerit, & copiæ confeſſarij dari contingat, quamuis difficile ſit contritione legitima & ſufficienti illo tempore potiri.

58 Excommunicatus abſoluendus eſt in articulo mortis à quolibet ſacerdote, nullaque reſeruatio eſt in illo articulo.

59 Hæreticus moriens, ſi Epiſcopus & inquiſitores deſint, abſolui poteſt à quolibet ſacerdote.

60 Concilium Conſtantienſe, dum excipit duos caſus, quibus non licet communicare cum excommunicatis, non loquitur nec procedit in articulo mortis, ſed regulariter extra illum.

61 Referuntur authores tenentes partem affirmatiuam, nempe vt in articulo mortis, deficiente alio legitimo confeſſario excommunicatus nominatim, & ab Eccleſia denũtiatus, item & hæreticus, poſsint Sacramentum Poenitẽtiæ miniſtrare.

62 Referuntur authores tenentes contrariam ſententiam.

63 Cõcordia aſsignatur inter prædictas opiniones, vt prima procedat in excõmunicatis aliàs vitandis, ſecunda verò negatiua in hæreticis: hoc vltimũ limitatur nu. 64. in hæreticis nondũ declaratis nec condemnatis ab Eccleſia: aliàs ſecus, vt in num. 67.

65 Moriens, alio legitimo confeſſario deficiente, tenetur excommunicato ſacerdoti confiteri, licèt ſit præciſus ab Eccleſia, ipſeque miniſter ſic adminiſtrando non peccat, ſi tamen reſipiſcat: & animo decernat iam Eccleſiæ parere mandatis, vt excommunicationem excutiat à ſeipſo.



Ayuntamiento de Madrid

66 Speciale hoc eſt in Sacramentis Baptiſmi & Pœnitentiæ, in cæteris vero id non licet. Articulus mortis qui dicatur & remiſſiuè ibi lcm.

68 Qui amat periculum, peribit in illo, & exponens ſe periculo probabili peccandi, peccat tale peccatum, quale periculum eſt.

69 Sacerdos excommunicatus denuntiatus, vel notorius clerici percuſſor, quamuis ſuſpenſam habeat iuriſdictionem propter excommunicationem, membrum tamen Eccleſiæ eſt (licèt præciſum) per fidem informem: at verò hæreticus, apoſtata & ſchiſmaticus, non ſolum vſu iuriſdictionis ſuſpenſi ſunt, verùm etiam iuriſdictionem eradicata fide ſunditus amiſerunt, cùm non ſint mẽbra Eccleſiæ, &c.

70 Hæreticus verè de Eccleſia non eſt. Non poteſt erga homines eſſe fidelis, qui Deo extitit infidelis.

71 Theodoricus Afer iure laudatur, qui cum diaconum haberet orthodoxum à ſe admodum dilectum, & in Arianiſmum conuerſus eſſet, vt eidem Theodorico faueret, gladio eũ interemit, dicens, Si Deo fidem ſinceram nõ ſeruaſti, quomodo mihi, qui homo ſum, conſcientiam ſanam præſtabis?

72 Hæreticus & ſchiſmaticus eſt, qui putat Eccleſiam alias eſſe, vel eſſe poſſe, quàm penes Petri ſucceſſorem. Hermenegildus Rex, filius Leuuigildi Regis olim Hiſpaniæ, qui ob Catholicæ fidei profeſſionẽ ab hæreticis in carcerem coniectus fuit, maluit oppetere mortem, quàm communionẽ ſacram è manibus Epiſcopi Ariani ſumere.

73 C. 7. ſeſsionis. 14. ſacri Concilij Tridentini intellectus.

74 Sententia lata à iudice publicè excommunicato, eſt ipſo iure nulla.

75 Sententia lata, nedum à iudice delegato publicè excommunicato, ſed etiam ab ordinario, eſt nulla.

76 Hoc tamen procedit, quando huiuſmodi iudex eſt nominatim excommunicatus, & denuntiatus, vel notorius clerici percuſſor.

77 Excommunicatus tunc dicitur nominatim declaratus, quando in ſua parochia publicatur illum eſſe excommunicatum, vel in concione publica, & aliàs, vt hic.

78 Sententia excommunicationis publicè lata, intelligitur, ſi iudex eam tulerit in loco vbi publicè iudicare conſueuit: hoc tamen hodie nõ procedit.

79 Iudex occultè excommunicatus bene poteſt ſuo officio vti, validaque erũt al ipſo geſta & pronuntiata, fauore iuris publici, publicæque vtilitatis.

80 Recipiens ordines ſacros ab occultè excommunicato, vel ab hæretico, ſi ab Eccleſia erat toleratus, non ſolùm recipit Sacramentum, ſed etiam executionem Sacramenti: vnde etiam poſtquam ſibi id conſtiterit poterit actus illius ordinis exercere abſque diſpenſatione.

81 Omnes actus ab occultè excommunicato geſti, ſiue ſint ciuiles ſiue ſpirituales, ſũt validi.

82 Iudex occultè excommunicatus, ac proinde toleratus ab Eccleſia, an poſſit alterũ excommunicare? & num ſequen.

83 Epiſcopus publicè excommunicatus nõ poteſt iudicem aliquem inſtituere, quinimo nec ipſe Epiſcopus excommunicatus, nec eius vicarius antea inſtitutus, de cauſa cognoſcent, ſed adiri debet Papa vt prouideat.

84 Secus eſt in delegato, nam ipſius iuriſdictio non ſuſpenditur per excommunicationem delegantis.

85 Poteſtas, vel capitaneus alicuius ciuitatis, ſi ſit excommunicatus, eorum iudices impediũtur de cauſa cognoſcere.

86 Epiſcopo exiſtente ſuſpecto, cenſetur etiam in conſequentiam ſuſpectus eius officialis.

87 Epiſcopo abſoluto ab excommunicatione, ipſius vicarius poterit iuriſdictionem exercere, ſicut ante excommunicationem.

88 Excommunicatio lata à iudice excommunicato tolerato ab Eccleſia, operatur omnes ſuos effectus.

89 Excommunicatus occultè, licitè, ſaltem validè, poterit alteri facultatem concedere audiẽdi confeſſiones: publicè autem excommunicatus minimè.

90 Excommunicatus non lucratur fructus ſui beneficij vel præbendæ dum excommunicatus exiſtit, licèt à ſententia excommunicationis appellauerit.

91 Inimicus Dei & Eccleſiæ non debet de patrimonio Ieſu Chriſti viuere.

92 Excommunicatus, durante excommunicatione, non

Ayuntamiento de Madrid

ne nō facit fructus beneficij ſuos, & ſi quos percepit, tenetur ad eorum reſtitutionem.

93 Nec requiritur ad hoc, quòd ſit denuntiatus.

94 Excommunicatus ipſo iure, amittit fructus ſui beneficij, abſque eo quòd in ſententia hoc exprimatur.

95 Excommunicatus fortius priuatur diſtributionibus quotidianis.

96 Alimenta ſunt miniſtranda ex redditibus beneficij clerico depoſito & ſuſpenſo à beneficio propter crimen, excommunicato autem minimè, etiam ſi is egenus & pauper ſit.

97 Alimenta non ſunt miniſtranda ex redditibus beneficij clerico actu & ſolenniter depoſito, & exauthorato militia ſacerdotali, ſed tantùm depoſito verbaliter per ſententiam. num. 98.

99 Clericus depoſitus non habet facultatem, nec eſt in ſua manu vt à depoſitione liberetur: ſecus excommunicatus vt abſoluatur. ideò illi dantur alimenta, huic verò minimè.

100 Alimenta exhibenda non ſunt ex redditibus beneficij clerico ſuſpenſo propter contumaciam, à qua poteſt reſipiſcere, & non reſipiſcit, ſicut nec excommunicato.

101 Alimenta excommunicato ex redditibus beneficij exhibenda ſunt, quoties excommunicatus eſſet impeditus ex aliqua cauſa abſolutionem petere, vel obtinere, etiam ſi eam petat, vt hic.

102 Alimenta miniſtranda ſunt excommunicato, ex fructibus beneficij in caſu extremæ neceſsitatis, ne fame pereat.

103 Excommunicatus iuſtè, etiám ante denuntiationem, nō lucratur fructus, redditus, nec diſtributiones quotidianas ſui beneficij, vel præbendæ.

104 Excommunicatis & Reipublicæ hoſtibus ſunt beneficia ſubtrahenda, in quantum propter hoc arceantur à culpa.

105 Fructus præbendæ, durante excommunicatione, vel ſuſpenſione contingentes in vtilitatem Eccleſiæ conuertuntur, diſtributiones verò quotidianæ præſentibus accreſcunt & num. ſequenti, quomodo hoc de diſtributionibus quotidianis intelligatur.

106 Caput 3. de reformat. ſeſsion. 21. ſacri Concilij Trident. & cap. 3. de reformat. ſeſsione 22. eiuſdem, conciliantur.

107 Quod prædictum eſt de diſtributionibus quotidianis, vt præſentibus accreſcant, procedit etiam in fructibus principalibus præbendæ, vbi patrimonium Eccleſiaſticum in duas eſt diuiſum partes diſtinctas, quarum vna ad fabricam pertineat, altera verò ad miniſtrorum victum, & laboris mercedem ſit deſtinata.

108 Menſa capitularis, redditusque ipſius, menſæ, in qua inuitati ad comedendum ſedent, aſsimilatur.

109 Capitulum Eccleſiaſticū, quod fructibus præbendæ vacantis fruitur, an pro illo tempore teneatur ſoluere penſionē authoritate Apoſtolica ſuper ipſis conſtitutam? & numeris ſequentibus.

110 Penſio eſt onus reale annexum fructibus eiuſdem præbendæ, &c.

111 Collecta, decima, cenſus, & penſio, ſunt onera realia, obligantque poſſeſſorem.

112 Tunc demum agi poteſt pro penſione præteriti temporis contra nouum poſſeſſorem, quando is poſſet recurrere contra hæredes percipientis fructus, aliàs ſecus, vt hic.

113 Via executiua agi poteſt aduerſus illum, cui literæ penſionis intimatæ fuerunt; ſecus contra illum, cui intimatæ non fuerunt, ſed via ordinaria tunc procedendum erit.

114 Poſſeſſor beneficij ſoluens penſionem præteriti temporis ſui anteceſſoris, poterit pro eo quod ſic ſoluerit, conuenire prædeceſſorem, ſi viuit, qui fructus percepit, &c.

115 Fructus beneficij, ſiue præbendæ, ſuper quibus Eccleſiaſtica penſio authoritate Apoſtolica eſt reſeruata, ſunt obligati, atque hypothecati pro ſolutione penſionis, ideoque agi poteſt contra quemcunque illorum poſſeſſorem, ſiue ſit vniuerſalis, ſiue particularis ſucceſſor.

116 Eccleſia vacans, ſuper cuius fructibus eſt appoſita annua penſio, tenetur ad ſolutionem eius, eamq; ſoluere tenetur oeconomus eius, qui pro ea conueniri poteſt.

117 Idem eſt in ſolutione charitatiui ſubſidij.

118 Camera Apoſtolica, cuius ſunt fructus ſedium vacantium, ſoluit penſiones ſuper ipſis reſeruatas.

119 Capitulum Eccleſiaſticum percipiens medietatem fructuum duorum primorum annorum, nouorum reſidentiū, vigore ſtatuti, vel



Ayuntamiento de Madrid

*alterius conceſsionis tenetur ſoluere dimidiam partem penſionis ſuper ipſis fructibus reſeruatæ.*

120 *Capitulum fructus præbendæ vacantis iure proprio propter perſonalem reſidentiam iure non decreſcendi percipit, atque eis fruitur tanquam proprijs, ſuiſque præbendis addictis.*

121 *Penſionem reſeruatam ſuper fructibus & diſtributionibus quotidianis præbendæ præmaximè Capitulum ſoluere non tenetur pro tempore vacationis eiuſdem, quo fructus percepit.*

122 *Canonicatus, cæteræque præbendæ horum regnorum, quamuis pinguiſsimi ſint, ſemper in Romana curia æſtimantur in valore anno 24. ducatorum auri de camera, & non plus.*

123 *Capitulum tenebitur ſoluere penſionem præbendæ vacantis, vſque ad quantitatem fructuum, quos percipit diſtinctè à menſa capitulari, vt in exemplis hic poſitis.*

124 *Excommunicatus, vel ſuſpenſus iuſtè, etſi ſua culpa, tenetur ſoluere penſionem, ſi beneficij retinet poſſeſsionem. Idem ſi iniuſtè ſit excommunicatus, cum non amittat fructus ſui beneficij. nu.125.*

125 *Idem eſt in charitatiuo ſubſidio.*

126 *Capitulũ tenetur adimplere, atque ſoluere ſuis ſumptibus alia onera præbendæ vacãtis eidem cohærentia.*

127 *Percipiens fructus ex priuilegio Apoſtolico beneficiorũ vacantium primi, vel aliorum annorum, ad idem tenetur.*

128 *Iniquè, & contra ius expenſæ, ſiue ſalaria horum onerum ſucceſſori imponuntur, non obſtante conſuetudine contraria.*

129 *Quid in expenſis factis in affigendis edictis, & alijs pro electione facienda magiſtralis & doctoralis præbendæ.*

130 *Duplex praxis refertur habẽdi capitulum expenſas factas pro electione prælati.*

131 *Ius eligendi prælatum fuit conceſſum capitulo in priuilegium, cum olim ſpectaret ad ſuperiorem: ſic ius eligendi Doctorem, vel Magiſtrum, in Eccleſijs cathedralibus horum regnorum, ad præbendas doctorales & magiſtrales, competit Epiſcopis, & capitulis ex indulto ſedis Apoſtolicæ.*

132 *Capitulum ſede vacante, deficientibus alijs bonis, poteſt recipere mutuum inſtante neceſsitate, pro negotio electionis prælati.*

133 *Iuſtè excommunicatus lucratur fructus ſui beneficij, ſi hoc in ſententia Papæ declaretur.*

134 *Excommunicato in caſu extremæ neceſsitatis ſubueniendum eſt de fructibus ſui beneficij, ne fame pereat.*

135 *Excommunicatus iniuſtè non amittit fructus ſui beneficij, vel præbendæ: quos tunc recuperabit per viam iuſtitiæ principaliter querelando, vel ſuper hoc agendo, non verò per viam attentatorum. nu.136.*

137 *Excommunicatus iniuſtè non amittit diſtributiones quotidianas, quas etiam percipiet ita demum, &c. vt hic.*

138 *Infirmus ita demum diſtributiones quotidianas habere debet, ſi tempore rectæ valetudinis ſolitus erat reſidere, aliàs ſecus.*

139 *Item hoc procedit vbi infirmus eſt præſens in loco vbi eſt Eccleſia, aliàs ſecus, niſi aliud ſit conſuetum.*

140 *Infirmus præſens in loco vbi eſt Eccleſia, iure communi, ſemota conſuetudine, lucratur diſtributiones quotidianas, ſi ſolitus erat antea reſidere, niſi aliud habeat conſuetudo, quia hoc caſu ipſa eſt ſeruanda. Idem eſt in excommunicato iniuſtè, ſtante conſuetudine, vt etiam abſens à loco ipſas lucretur, vt in num.141.*

142 *Excommunicatus ob cauſam ſuæ Eccleſiæ, etiã iuſtè, lucratur fructus ſuæ præbendæ.*

143 *Clerici accedentes ad ſedem Apoſtolicam pro negotijs ſuarum Eccleſiarum, integrè eos recipere debent.*

144 *Abſentes ab Eccleſia pro vtilitate ipſius, lucrantur etiam diſtributiones quotidianas.*

145 *Concordia & intellectus ad cap. vnicum. §. qui verò. de clericis non reſid. lib. 6. & cap. cum non deceat. de elect. eodem lib. quæ videntur contraria circa diſtributiones quotidianas lucrandas ab abſentibus pro vtilitate Eccleſiarum.*

146 *Canonici Ciuitatenſes abſentes ab vrbe pro negotijs Eccleſiæ, ex conſuetudine lucrantur diſtributiones quotidianas.*

147 *Statutum, ſeu conſtitutio Eccleſiæ, vt clericus excommunicatus pro cauſa Eccleſiæ, lucretur fructus ſuæ præbẽdæ, valet, & eſt ſeruanda.*

148 *Canonicus Prouiſor, ſeu Vicarius generalis Epiſcopi,*

Ayuntamiento de Madrid

*Epiſcopi, ſi ob eam cauſam excommunicecetur, lucratur fructus ſuæ præbendæ, præmaximè ſi ſtatuto Eccleſiæ id caueatur, vt in nu. 149.*

149 *Epiſcopus duos canonicos in ſuo ſeruitio habere, occupareque poteſt, ad idque eos compellere.*

150 *Prouiſores & officiales generales à capitulo, ſede Epiſcopali vacante, deputati, ſi excommunicentur ob cauſam officij, lucrantur fructus ſuarum præbendarum.*

151 *Idem eſt dicendum in Canonicis, & alijs beneficiatis acceptantibus iuriſdictionem aliquã Apoſtolicam, ſi ob eam cauſam excommunicentur, quia lucrari debet fructus ſuarum præbendarum, ſicut cæteri, de quibus ſuprà.*

## CAPVT PRIMVM.

### Excommunicati, qui vitandi, vel non.

1 Concilium Conſtantienſe (vt ex communi Doctorum traditione habem⁹) ita decreuit: inſuper ad euitandum ſcandala, & multa pericula, quæ conſcientijs timoratis contingere poſſunt, Chriſti fidelibus tenore præſentium miſericorditer indulgemus, quòd nemo deinceps à cõmunione alicuius in Sacramentorũ adminiſtratione, vel receptione, aut alijs quibuſcunq; diuinis, vel extra, prętextu cuiuſcunq; ſentẽtiæ, aut cenſuræ eccleſiaſticæ, à iure vel ab homine generaliter promulgatę, teneatur abſtinere, vel aliquem vitare, aut interdictum eccleſiaſticum obſeruare, niſi ſententia aut cenſura huiuſmodi fuerit in, vel contra perſonam, collegium, vniuerſitatem, eccleſiam, vel locum certum, aut certam, à iudice publicata vel denunciata ſpecialiter vel expreſsè: conſtitutionibus Apoſtolicis & alijs in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcunque, ſaluo ſi quẽ pro ſacrilega manuum iniectione in clericum ſententiam latam à canone adeò notoriè conſtiterit incurriſſe, quòd factum non poſsit aliqua tergiuerſatione celari, nec aliquo ſuffragio excuſari, nam à communione illius, licèt denunciatus non fuerit, volumus abſtineri iuxta canonicas ſanctiones. Ita fertur ſtatutum fuiſſe in prædict. Concilio Conſtantienſi ſub Martino V. quanuis inter ipſius acta, quæ in. 2. part. ſiue tom. Concil. circumferuntur, vbi adeſt hoc Concilium Conſtantienſe, prædictam conſtitutionem, etſi attentè & accuratè cõquiſierim, nõ repererim, prout re vera non extat, ſicut & alij ante nos teſtantur.

Concilium autem Baſilienſe ſeſsione 20. in. 2. tomo Concil. folio. 646. poſt Conſtantienſe celebratũ vndecimo Calendas Februarij, anno Domini 1435. quanuis eandem conſtitutionem refert vſque ad illum verſic. ſaluo ſi quem, &c. excluſiuè, attamen hoc verſiculo ſublato, loco ipſius interſerit verba ſequentia: Aut ſi aliquem ita notoriè excommunicationis ſententiam conſtiterit incidiſſe, quòd nulla poſsit tergiuerſatione celari, aut aliquo modo iuris ſuffragio excuſari: nam à communione illius abſtineri vult iuxta canonicas ſãctiones: per hoc tamen huiuſmodi excommunicatos, ſuſpenſos, interdictos, ſeu prohibitos nõn intendit in aliquo releuare, neque eis quomodolibet ſuffragari.

Hæ ſunt literæ Conciliorum Conſtantienſ. & Baſilienſ. quæ etſi conueniant in primo ex duobus caſibus, in quibus excommunicatos vitandos eſſe expreſſe præcipiunt, nempe in nominatim excommunicato à iudice, publicato vel denuntiato, maximè tamen differunt in. 2. Concilium enim Conſtantienſ. nõ omnem notoriè excommunicatũ ante denuntiationem vitandum fore decernit, ſed eum tantùm, qui ex cauſa iniectionis manuum violentarum in clericum omnino notoriè ſit excommunicatus, nempe quòd factum non poſsit aliqua tergiuerſatione celari. At verò Conciliũ Baſilienſe expreſſè ſtatuit vitãdum quemlibet omnino ita notoriè excommunicatum, quòd nulla poſsit tergiuerſatione celari, aut aliquo modo iuris ſuffragio excuſari: hęc enim eſt differentia maximi ponderis, tãquam generis & ſpeciei;



Ayuntamiento de Madrid

quia prius Concilium,quod Conſtantię fuit celebratum,excipit caſum ſpecialē notorij clerici percuſſoris: alterum verò,quod Baſileæ poſteà fuit habitum,generaliter excipit quemcunque omnino notoriè excommunicatum:quod igitur horum erit ſequendum, aut quæ litera ex ſupradictis amplectenda?

Hæc profectò diuerſitas literarum,diuerſarum opinionū anſam præbuit:ſunt etenim, qui literam Concilij Baſilienſis ſecundo loco ſupra relatam tanquā poſteriorem ſequantur atque probent,maximè cùm eadem conſtitutio Baſilienſ. in Concilio Lateranenſi ſub Leone X. ſeſsione.11.fuerit eiſdem verbis renouata anno Domini 1517. Primò, quoniam
2 quæ in illa ſynodo & Conſtantienſi acta fuerunt circa damnationem quorūdam articulorum hęreticorum,& cauſas beneficiales,ac cenſuras, approbata fuerūt Apoſtolica autoritate, prout apparet ex Bullis Martin.V.& Nicolai V.Summorum Pontificum,quæ in prædict.2.tom. Concil. habentur atque inſertæ ſunt; id quod adnotauit Author Summæ Conciliorum Frater Bartholomæus Carrança,poſteà Archiepiſcopus Toletanus,ad finem dict. Concilij Baſilienſis, his verbis: Quæ in his duabus congregationibus, Conſtantienſi & Baſilienſi ſtatuta ſunt, non habent aliquod authoritatis robur, niſi duntaxat illa, quæ in bulla Martini V. & Nicolai V. Pontificia authoritate probata ſunt.Secundò, quia
3 vbi aliquid ita notorium eſt, quòd nullam excuſationem habeat,nec poſsit aliqua tergiuerſatione celari, nulla ſententia declarationis requiritur, aut eſt neceſſaria,ſecūdùm Abbatem in cap.cùm non ab homine.de iudicijs.num.29. verſic. ſed certè ſubtiliter.Dominic.in cap. cùm ſecundùm leges, de hæretic. in 6. Idem Abb. in cap. cum Vintonienſ. de electione. colum. vltim. num.14. Felin. in cap. Rodulphus. numero 37.& 39. de reſcript.

4 Tametſi ea requiratur regulariter, vbicunque pœna aliqua pro crimine, etiam ipſo iure infligitur,vt in cap.cùm ſecundùm leges.de hæretic.in 6. & in.l. eius qui delatorem. vbi Bart. ff. de iure fiſci. congerit plurimos Andreas Tiraquel. in.l. ſi vnquam. verb. reuertatur. num.400.C.de reuocand.donat.Antonius Gomez. 3. tomo variarum reſolut.cap. final. nume. 3. Roland. à Valle conſil.10. num.11.lib.1. loquens in feudatarijs, qui intra annū & diem inueſtituram non petunt, eſtque frequentiſsimo omniū conſenſu receptum, regulariter ſententiam in pœnis, ipſo etiam iure ſtatutis,requiri,quæ declarationem inducat,teſte Couarr.ub.in cap.alma mater.1.part.relect.§.2.num.9.de ſententia
5 excommunicat.in 6.Tertiò,ex textu in capit.cùm non ab homine. de ſententia excommunicationis, vbi probatur,publicè excommunicatum, etiam ànte denuntiationem vitandum eſſe publicè: idem probatur in capit. cum deſideres. eodem titul. & in cap. Theugaldum.cū pluribus alijs.11.quæſt.3. cui iuri conſonare videtur dict. Concilium Baſilienſe in verbis ſupra relatis,dum ſtatim addit, Iuxta canonicas ſanctiones: nam idem dicit eſſe de iure antiquo Præpoſit.in ca.pit.curę.in princip.11.quæſt.4.vt refert Probus in additione ad Coſmam Guimier, in gloſſ. conſtiterit. in loco infra ſtatim citando.

Denique & quartò, quia nulla maior ratio eſſe videtur, quare magis excipi debeat caſus notorij percuſſoris clerici, quam alterius notorij excommunicati:
6 & ita in terminis huic parti adhæret Felinus vbi ſupra dict. numero 39. verſic. ſalua veritate,&c.tum ex dicto ſecundo fundamento:tum etiā, quia ſupplementum Piſanelæ in verb. clericus. 3. in fin. refert & ſequitur dictam literam Concil.Baſilien. dicens ſe eam extraxiſſe de libro Domini Iuliani Cardinalis Sancti Angeli,qui authoritate Apoſtolica Martini V. præfuit in dicto Concilio Baſilienſi,& ſibi oſtendit prædictam conſtitutionem in camera ſua, & ſtudio ſuo Florentiæ, anno 1440. die 11. Decembris:tandem Felin. dubius de hac re relinquit cogitandum propter diuerſam

literam

Ayuntamiento de Madrid

literam Concilij Conſtantienſis, qu m ibi refert ex ſancto Antonino: nõ enim viderat, nec legerat acta Concilij Baſilienſis, vt ipſe apertè inſinuat,& allegat Abbatem in Clementina 2. de ſententia excommunic. hanc partem tenentem. in hanc etiam ſententiam refertur Syluest. in ſumma,verbo excõmunicatio.dicens,quòd illa conſtitutio fuit facta antequam Concilium illud reuocaretur à Summo Pontifice., nam priùs fuerat legitimè congregatum & conuocatum, & Eugenius IIII. reuocauit poſteà, & aliqui Cardinales perſtiterunt & proſequuti fuerunt Concilium vſque ad depoſitionem ipſius Eugenij, ſed quòd illa conſtitutio facta fuit antequam reuocaretur,prout refert Frater Martin. Ledeſmius in loco infra citando pro contraria parte. Ego autem hoc non inuenio apud Syluest. ſed potiùs cõtrarium, vt ibidem dicemus: verùm hanc literam Concilij Baſilien.expreſsè approbat,atque in ſuo libro inſerit, eam declarans Petrus Rebuff.in Concordata, in titulo de excommunicatis nõ vitand. fol.727. Idẽ facit prioris immemor CoſmasGuimier in pragmat.ſanctione Gallican. titul.de excõmunicat.nõ vitand. fol.203. & ſequentibus.Hãc etiam literam Baſilienſ.probare videtur, vtramque tamen referẽs, Nauar.in cap.1.§.laboret.nu.10 de pœnitent.diſtinct.6.idem in Manual. Latin.cap.9.num.6. & latiùs cap.27. numero 35.vbi addit,malè eſſe relatam à Felin.vbi ſupra, & à ſancto Antonino vbi infra,ſecundùm lecturam Concilij Conſtantienſis,& bene à ſe in dict.§.laboret. & quòd fuit lata extrauagãs hæc à Martin.V.& renouata à Concilio Baſilienſi, dict.ſeſsione 20. & quòd fuit acceptata ſemel per Conciliũ Bituricenſe in pragmatica ſanctione Gallicana ſupra relata,& iterum renouata à Concilio Lateranenſi habito ſub Leone X. & in concordatis inter eum & Franciſcum Primum,vt per Rebuff.vbi ſupra.Idem refert Bernard.Diaz de Luco in ſua praxi criminal.canonica.cap.73. de concubinarijs. in verſic. & ne quis contemnat. vbi contendit,dictam ſeſsionẽ 20.Concilij Baſilienſis, in qua continetur præfata conſtitutio de excommunicatis non vitandis, & decretum contra concubinarios, fuiſſe factam ante eius ſciſſuram,& quòd quanuis illud Concilium non fuit ab Eccleſia receptum,tamẽ ordinata in eo ante ſciſſuram factam, recipiũtur & allegãtur à Doctoribus, prout ſunt ſupradicti, reſpectu dict. conſtitutionis ad euitandum ſcandala. Tandem de re hac anxius Couarruuias in dicto capitulo alma mater. 1. parte relect.§.2. num.7.ibi,ego verò,&c. vtramque literam referens, cenſet quòd ſtandum eſſet conſtitutioni Baſiliẽſi dubio procul,niſi à tot authoribus,vt infra videbim⁹,iuxta ſenſum alterum, hæc ipſa conſtitutio foret ſæpiſsimè citata, & nihilominùs minimè audet à Baſilienſi conſtitutione diſcedere,cum poſterior ſit,& ex primo fundamento ſupra pro ea adducto exiſtimans præfatam conſtitutionem, quæ Concilio Conſtantienſi tribuitur,fuiſſe à Martino V. tempore eiuſdem Concilij conditam abſque ipſius Concilij decreto, eò quòd ipſam in eo reperire nequiuerit, prout re vera non extat: cuius in hoc ſententia coadiuuari videtur ex eo quòd in conſtitutione Conſtantienſi ſupra relata, loquitur per verbum perſonæ pluralis numeri,nempè, tenore præſentium miſericorditer indulgemus, & iterum in verſic.nam à communione illius,&c. volumus abſtineri,quod potiùs congruere videtur modo loquendi Pontificis, quàm ſynodi conciliaris: at verò conſtitutio Baſilienſis Concilij bis vtitur verbo Statuit,quod conuenit ſynodo:quanuis hoc fundamentum non ſatis vrgeat: quoniam etiam ſynodus vtitur aliquando prima perſona pluralis numeri, vt patet ibidem folio 648. & præterea in ſynodo Conſtãtienſi reperiuntur decreta Martini V. & eiuſdem ſynodi eodem modo compoſita, quo hæc de qua agimus,vt patet ex eodem Concilio folio 561. pag.2. Nihilominus hãc eandem partem amplecti videtur Michael Palacio Cõcanonicus noſter Ciuita-

A 5 tenſ.

Ayuntamiento de Madrid

tenſ.in 4. ſententiarum.diſtinct.18.diſ-
putatione 7.pag.272.ibi,at vero: vbi re-
fert Concilium Baſilienſe ſupradictum,
eiuſque literam, dicens eſſe ſaluberrimũ
de hac re decretum, quod euulgatum le-
gitur primo Conſtantienſi, etiam ſi ibi
non extet. Sed expreſsiùs idem Magiſt.
Palacio hanc partem probauit eodem li-
bro 4. ſententiarum in 5. & 6. diſtinct.
diſputat.3. pagin.159. & ſequenti.in ver-
ſic. decreuit ſynodus Conſtantiẽſis. vbi
referens literam Concilij Conſtantien-
ſis ſuprà primo loco poſitam, inquit po-
ſteà,quòd Concilium Baſilien. idem de-
creuit ſeſsione 20. nẽpè generaliter ex-
communicatos vitandos non eſſe, mo-
dò euidens non ſit eos hac cenſura tene-
ri; vt quia factum eſt euidens, vt in eui-
denti clerici percuſsione, vel quando
nullo ſuffragio iuris excuſari poteſt,hos
videlicèt, non eſſe vitandos; ſicque ap-
probat literam Concilij Baſilienſis ſu-
prà relatam, inſuper & literam Concilij
Conſtantienſis loco ſpeciei vel exem-
pli: additque,ſeſsionem præfatam Baſi-
lienſ. quãtum ad hoc eſſe authenticam,
quippè legati Eugenij Papæ à ſeſsione
17. aſtiterunt huic Concilio & illi præ-
fuerunt,& ita ſi non quoad alia,quæ tã-
gunt Papalem præeminentiam, ſaltem
quoad ea, quæ illam non concernunt,au
thoritate roborari Apoſtolica videtur,
& à Pariſienſibus Theologis veneratur
cum Papa Adriano: quanuis idem Ma-
giſter diſtin.18. diſputatione 3. pag.342.
in verſic.hæc autem omnia, tertiò retu-
lerit ex præfato ſaluberrimo decreto
Conſtantienſ. non eſſe vitandos excom
municatos, niſi in duobus caſibus, aut
quando ſunt nominatim denuntiati &
declarati, & quando incidunt in cano-
nem contra percutientem clericũ,quod
nulla tergiuerſatione poſsit excuſari,
ſicque videtur à priori ſua ſentẽtia diſ-
cedere,approbareque literam Conſtan-
tienſis Concilij: nihilominùs intelli-
gendus eſt iuxta à ſe tradita ſuperiori-
bus locis,nempè,vel in alio quocunque
notorio excommunicato, quandoqui-
dem illud ſatis expreſſerat, & nunc quo-
que hoc tertio loco ad ibi dicta ſe refert
illis verbis, Vt ſuprà à me ſatis eſt diſſer-
tũ: itaq; author hic ſatis probare videtur
hanc literam,& partẽ Concilij Baſilien-
ſis,quanuis Conſtantienſem non explo-
dat, ſed illam loco exempli, ſiue ſpeciei
notorij excommunicati, de quo gene-
raliter loquitur Conciliũ Baſilienſe, ad-
mittat, magni faciens ſemper prædicto-
rum Conciliorum decreta,propter ſalu-
berrimam ipſorum diſpoſitionẽ, atque
Chriſti fidelibus nimis fauorabilem. De-
nique eandem literam concil. Baſil. ap-
probat & tenendam dicit, non verò li-
teram Concilij Conſtantienſ. Paz in ſua
praxi. in 5. tempore primæ partis. 1. to-
mo,num.72. cum ſequentibus.

7 Rurſus,maior pars authorum, atque
vſus Eccleſiæ Catholicæ literam Con-
cilij Conſtantienſis primo loco ſuprà
relatam probauit, atque recepit. Impri-
mis enim ſanctus Antoninus Archie-
piſcopus Florẽt.in 3. parte ſuæ Summæ
titul.25.c.3. eam referens,dicit eſſe Con-
cilij Conſtantienſ.ſub Martino V. & in-
ſuper addit, quoſdam dixiſſe,illam con-
ſtitutionem fuiſſe in Concilio propoſi-
tam, ſed non acceptatam, præcipuè ab
Italica natione: alios verò,fuiſſe tempo-
ralem, ſcilicèt, per quinquennium, vſq;
ad Concilium ſequens, quod Senis fuit
celebratum, ſed nullum horum fuiſſe ve-
rum. Nam duo viri famoſiſsimi in vita
& ſcientia, qui præſentes fuerunt Con-
cilio Conſtantienſi, vbi facta fuit dict.
conſtitutio,dixerunt,ipſam acceptatam
fuiſſe ab omnibus,& perpetuam, vnam-
que de concordatis; & quòd Magiſtri
etiam vniuerſitatis Pariſienſis accepta-
uerunt eam, quia in ipſa dicitur, Omni-
bus Chriſti fidelibus: & quòd vnus ex di-
ctis famoſiſsimis viris, poſt celebratum
Concilium Senis, cui etiam interfuit, vi-
dens ad curiã ad viſitãdum Martinũ V.
Papam, cùm ipſe putaret dict. conſtitu-
tionem fuiſſe temporalem, ſcilicèt, per
quinquennium tantùm, ſicque iam ex-
piraſſe, loquens cum Papa,petiuit ab eo,
vt concederet ſibi, ex gratia, vti tali ſen-
tentia, ſiue diſpenſatione, quam conti-
nebat

Ayuntamiento de Madrid

nebat illa conſtitutio, reſpondit Papa, Vos ſcitis illam eſſe vnam de concordatis: & cùm ipſe interrogans, quinquennalem eſſe obijceret, dixit Papa: Ego volo quòd ſemper duret: & quòd domin⁹ Iulianus Cardinalis ſuper hoc conſultus dixit, tale indultum datum non ſolùm Germanicis, verùm etiam omnibus Chriſtianis: & de iure eſſe perpetuum, quia iſta eſt natura conſtitutionis ipſius, niſi reuocetur: non fuit autem reuocata, ſed in Concilio Baſilienſi cõfirmata ante ſuî diſſolutionem: ergo, &c. Cuius relatione, atque teſtimonio illorum trium grauiſsimorum virorum, quos refert, qui fuerunt teſtes oculares dicti Concilij, ſatis ſuperque remanet verificatum, atque probatum, non ſolùm prædictam conſtitutionem fuiſſe editam in Concilio Conſtantienſi, ſub Martino V. & ab ipſo ore proprio promulgatã, & in Concilio poſteà Baſilienſi ante ipſius ſciſſuram confirmatam, præcipuè cum præd. dominus Iulianus authoritate Apoſtolica eiuſdem Martini V. præfuerit in dicto Concilio Baſilienſi, vt ex ipſius initio conſtat: ſed etiam præd. eius literam eſſe amplectandam, quanuis non extet inter acta Concilij Conſtantienſis, & in Concilio Baſilienſi poſteà ſequuto, diuerſo modo euulgata reperiatur in prædicto ſecundo caſu excepto, in quo excommunicati ſunt vitandi, vt eſt prædictum. Idem refert ipſe Beatus Antoninus in tractatu de cenſur. cap. 83. in verſic. nota diligenter. mihi verò eſt in tractatu de excommunic. cap. 79. num. 16. volum. 16. tract. diuerſ. doct. Idem refert & ſequitur Angel. de Clauaſ. in ſua Sũma, verbo excommunicatio. 8. num. 3. dicẽs, quòd ipſe etiam habuit à fide dignis perſonis, quòd fuit confirmata & approbata prædicta conſtitutio in Concilio Conſtantienſi. Eandẽ partẽ breui tuetur ſermone Felin. in capit. cùm non ab homine, in finalibus verbis, de ſentẽtia excommunicationis. Decius in capit. 2. de except. numer. 4. vbi reprobat Felin. in dicto capit. Rodulphus. contrarium tenentem. Sylueſt. in Summa, verbo excõmunicatio. 5. quæſt. 4. num. 7. ibi, ſciendum eſt quartò. Caietan. in ſua Summa, verbo excommunicatio minor, vbi refert literam prædicti decreti Conſtantienſis, illamque probat. Idem in verbo abſolutio. 2. ibi, extrauaganti, &c. vbi dicit hanc extrauagantem eſſe conſuetudine vtentium approbatam. In hãc partem refertur etiam idem Sylueſt. in ſui conflatorio, in epiſtola, quæ ibi habetur in vltimo folio, ad lectorẽ ſcribens, ſtandum eſſe extrauaganti Concilij Conſtantienſis, & non determinationi Concilij Baſilienſis; addens, quòd quãdo ſcripſit Summam, putauit prædictam conſtitutionẽ Concilij Baſilienſis fuiſſe editam antequam Eugenius IIII. reuocaret illud Concilium, & quòd poſteà legit Ioannem de Turrecremata in ſua Summa Eccleſiæ, dicentem, prædictam extrauagantem non fuiſſe editam, niſi poſt ſciſſuram Concilij: vnde infert Syl ueſt. nullius eſſe momenti: ideò nec illi ſtandum, ſed adhærendum eſſe extrauaganti Concilij Conſtantienſis: prout hæc omnia, hanc partem expreſsè probans quatuor fundamentis, & dicens, hanc hodie eſſe in vſu, non verò Baſilienſ. probat Ledeſmius in 2. 4. quęſt. 25. art. 1. fol. 345. colum. 2. & 3. & expreſsè idem probat Adrianus in 4. tractatu de confeſsione. quæſtione 9. folio 282. vbi inquit, Con cil. Conſtantienſ. per Baſilienſ. poſteà confirmatũ eſſe: idẽ Adrian. in materia de clauibus. quæſt. 3. fol. 310. vbi etiam meminit Baſilienſis Concilij: ſed tamen inquit, quòd quia de illius authoritate plures dubitant, & communiter ei pondus authoritatis non defertur, poſſumus ſtare Concilio Conſtantienſi, & eſt pro conſolatione timoratorum. Sed & in eandem opinionem referuntur Maior in 4. Sententiarum, diſtinct. 18. quæſt. 3. & Ioannes Driedo de libert. Eccleſiaſt. pag. 88. Eam etiam probat Summa Armilla aurea, verbo abſolutio. §. 30. vbi refert illud Caietani vbi ſuprà, hoc Concilium Conſtantienſe eſſe conſenſu vtentium approbatum. Idem author in verbo excommunicatio. 1. §. 50. vbi

aſſerit

Ayuntamiento de Madrid

aſſerit, eſſe approbatum Concilium hoc Conſtãtienſe in Baſilienſi ante eius ſciſſuram. Eandem ſententiam tenet Ioannes à Medina in ſuo codice de reſtitutione, quæſtione 3. in cauſa 9. fol. 21. col. 1. Hanc eandem partem probat Frater Dominicus à Soto in 4. Sententiarum, diſtinctione 1. quæſtione 5. articul. 6. pagina 106. columna 2. in verſic. in tranſitu autem, vbi mentionem faciens prædicti Concilij Baſilienſis, affirmat, quòd vſus Eccleſiæ tam amplam exceptioné, (nempè in quocunque notorio excommunicato) non recepit, niſi illam duntaxat Concilij Conſtantienſis; quam quidem conſtitutionem, vt Antoninus inquit, Papa Martinus confirmauit. Rurſus, idem Dominicus Soto optimè diſtinctione 22. quæſtione 1. artic. 4. pag. 946. colum. 1. & 2. vbi profitetur, quòd licèt conſtitutio Baſilienſ. facta fuiſſet ante ſchiſma: poſteà tamen in Concilio Florentino ſub Martino V. omnia fuerunt decreta ſecundùm tenorem Concilij Conſtãtienſis, & ideò iã more vtentium, & vſu Eccleſiæ receptiſsimũ eſſe, vt non euitemus, niſi duas illas excommunicatorum ſpecies, quas præd. Concilium Conſtantienſ. iuſsit; & quòd ità abſque vllo metu tenendum eſt: ipſe tamen hoc non inueni in præd. Concilio Florent. quanuis totum conſultò perlegerim. Idem Soto diſtinct. 13. articulo 9. quæſt. 1. colum. penult. in verſic. veruntamen, pagina 554. eandem conſtitutionem Conſtantien. breui ſermone ſequitur, referens ſe ad primum locum, diſtinction. 1. ſuprà citatum. Eandem literam Conſtantienſ. probauit Alfonſ. à Caſtro (quanuis alterius Baſilienſ. non meminerit) libro 2. de poteſta. leg. pœnal. c. 15. verſ. circa iſtos ſic occultè excommunicatos, &c. colum. mihi. 1919. in magnis. & Victoria in ſua Summa de Sacrament. Baptiſmi. quæſt. 30. & de excommunicat. quæſt. 4. & latiùs quæſt. 10. per totam, vbi aſſerit, quòd ita teſtatur vſus Eccleſiæ, quia illa determinatio Concilij Conſtantiẽſis nõ extat apud nos, nec in pręd. Concilio ex defectu impreſſorum, ſed quòd multi teſtantur eam vidiſſe: & Papa Eugenius in quibuſdã ordinationibus reuocauit omnia facta in Concilio Baſilienſi, vbi fuit ordinatum, quòd omnes excommunicati vitarentur (intellige notorij) quod erat contra determinationẽ Concilij Conſtantienſe: ibiq; in fine ponit duos caſus, in quibus quilibet fidelis tenetur iure diuino vitare excommunicatũ, quomodocunque ſit excommunicatus. Eãdem partẽ ſequitur ſimpliciter F. Bartholo. à Medina in ſua Sũma de inſtruccion de cõfeſſores, lib. 1. §. 5. fol. 44. colũ. 1. & F. Ioſeph. Angles in ſuis Floribus Theologicarum quęſt. in quęſt. de excommunic. in 2. difficul. in 1. dubio, vbi poſt allegatam extrauagantem, Ad vitãdum ſcandala, pręd. Concilij Conſtantien. inquit, Hinc reuocatũ eſt Concilium Baſilienſe, vbi excommunicatũ notorium ante denuntiationem vitandum præcipiebatur, vt referunt Adrian. & Syluеſt. nam Eccleſiaſtica conſuetudo, quæ eſt optima legum interpres, ſolùm tenorẽ Concilij Conſtantienſis, vt habetur in dict. extrauagãti, ſeruat. Idem fatetur D. Couarruu. vbi ſuprà, num. 9. dicens, magis receptam eſſe in Chriſtiano orbe Martini V. & Conſtantienſem conſtitutionem: & Nauarr. (quanuis literã Concilij Baſilien. probauerit) in dicto ſuo Manuali Latin. cap. 27. num. 35. in 3. notab. vbi quanuis dicat videri conſequi ex d. Concil. Baſil. peccare omnes Catholicos Galliæ & Germaniæ, qui Lutheranis manifeſtis, imò & palàm confitentibus ſe tales, cõmunicãt, quia ſunt manifeſtè excõmunicati propter hæreſim notoriam, per Bullam Cœnę Dñi: ſed quia durũ eſt damnare gentẽ, in qua ſunt tot viri eruditiſsimi, pientiſsimi, & Academiæ celeberrimę, præſertim Pariſienſis, Toloſana, & Louanien. probabiliter dici poteſt, pręd. extrauagantẽ eſſe vſu receptã, cũ ſola illa limitatione, De excõmunicatione manifeſta percuſsionis clerici, iuxta tenorẽ antiquę: vel quòd multitudo negotiorum, & neceſsitas cõmunicandi, atq; negotiandi faciat licitum, quod

quod aliás nõ eſſet,iuxta regulam,quod non eſt licitum.de regul.iuris. Hæc ille. Idẽ priùs in dict.Manual.c.9.nu.6. quibus verbis expreſsè fatetur vſum noſtrę conſtitutionis Conſtantien. nã illud de neceſsitate cõmunicandi,&c.quod poſteà adiecit,non eſt neceſſariũ; quandoquidem etſi ſciuerim aliquẽ † eſſe hęreticũ, non teneor illum vitare, donec ſit condemnatus de hæreſi: eo enim quòd quis de hæreſi condẽnatur,cenſetur nominatim excõmunicatus, ſecundũ Dominicũ à Soto vbi ſuprà in duobus poſterioribus locis,vbi eum citauimus: licèt enim hæretici ſint excommunicati ipſo iure, vt in.c. excõmunicamus,in 1. & per totũ, de hæretic. & in Clementina.1.eodem titulo. & in bulla in Cœna Dñi, quotannis legi ſolita: excõmunicatio enim † hæreſi cohæret,ſicut lepra leproſo, & homini vmbra, vt refert D. Ioan.à Rojas de hęreti.1.par.num.249. qui nu.246.& ſequentibus,probat cum Iuriſtis in propoſito aduerſus Theologos,idem eſſe in occulto hæretico:attamen ante declarationẽ Eccleſiæ vitandi non ſunt,vt ex dict. Concilio Conſtan. aduertit Nauar. & antè eum Soto vbi ſuprà.Sicque eſt intelligendus D.Simancas de inſtitu.Cathol.tit.40.nu.43.† Cũ illis tamen,qui propter hęreſim carcere clauſi ſunt,ſeruari ſolet, quòd priùs etiã quã declarentur hæretici,tanquã excõmunicati deuitari ſolent,nec diuina officia, nec ſacrificia permittuntur audire, nec alijs Sacramentis Eccleſiæ vti, nec tradũtur Eccleſiaſticæ ſepulturæ, donec cauſa peragatur:tunc enim vel exuruntur dãnati, vel ad Eccleſiaſticã ſepulturam abſoluti dantur, ſecundũ Simãc. de inſtit. Cathol.tit.27.num.9.Quod licèt fiat ante ſententiã, non ideò eos iudicat Eccleſia excõmunicatos ante declarationem, ſed.vſque ad deciſionem cauſæ tanquam ſuſpectos de hæreſi & excommunicatione,eos ſeparat à communicatione fideliũ,ne, ſi fortè poſteà appareãt hæretici, indignè communicent, & ſacrilegè interſint diuinis.

11 Fundamentũ autem huius partis, vel ex eo ſumi poteſt,quòd ſtatutũ in illa ſynodo Conſtan.fuit ſaluberrimũ inſtitutum ad ſedandas timoratas conſciẽtias, adimendoſq; ſcrupulos: nã cũ aliter excõmunicati, quã in dicta ſynodo Conſtantiẽſi continetur, nõ ſint ita notorij, ſicut ille notorius clerici percuſſor, multi inſerperent ſcrupuli inter homines, vtrùm illi, cũ quibus conuerſantur,ſint excõmunicati:nam quanuis notoriè ſit quis excõmunicatus extrà clerici percuſſorẽ, cùm tamen nominatim non ſit quis excõmunicatus,publicatus, vel denuntiatus, multi exiſtimabunt, eum nõ eſſe notoriè excõmunicatũ,qui verè ſit, ſicq; cõmunicando cum eo, peccarent, atq; proinde excõmunicationẽ minorẽ incurrerent: alij verò notoriè excõmunicatũ iudicabunt illũ, qui talis non ſit, quẽ cum iniuſtè vitare curabunt, eũ iniuria afficient, alijſque ſcandali anſam præbebunt: plures etiã dubij, anxijque erunt,an eum vitare debeãt,necne:ſicq; tota Reſpublica abundabit ſcrupulis ſuper huiuſcemodi negotio, reſq; confuſione plena erit. Ergo cõſtitutio Baſiliẽ. nõ admodum conueniet fini, in quẽ ipſa dirigitur, nempè ad vitãda ſcandala, & ſedãdas proborũ virorũ cõſciẽtias. Saluberrimè igitur ad vitãda prędicta ſcãdala, & multa pericula, quæ conſciẽtijs timoratis contingere poſſunt,vniuerſis Chriſti fidelibus miſericorditer indultum eſt per Concilium Conſtant.vt non teneantur euitare alios,quàm nominatim excõmunicatos, publicatos, vel denuntiatos, atque ita notorium clerici percuſſorem, quòd nulla tergiuerſatione celari poſsit.Si ergo teneremur etiam vitare alios quoſcunque notorios omninò excommunicatos, contrarius effectus inde ſequeretur intento à dicto Concilio Conſtantienſi,nẽpè quæ prędiximus inconuenientia. Inducta autem ad vnũ effectum, non debent contrarium operari, vt in.l.legata inutiliter ff. de legatis.1. & in.l. legata inutiliter. ff. de adimendis legat. Sed dices, nõne quæſo eadem damna † iam ſuprà conſiderata ſequẽtur ex euitatione notorij clerici percuſſoris,

cuſſoris,quæ ex alio quocũque notorio excommunicato,vt videtur? quare igitur diuerſum ſtatui debet in vno caſu, quã in alio,cũ eadẽ ratio in vtroq; militare videatur? ergo idem ius ſtatui debet:argumẽto.l.illud. cũ ſimilib. ff. ad.l. Aquil. Rectè igitur Concilium Baſil. quemcunque omninò notoriè excommunicatũ præcepit euitari,quandoquidem nulla differentiæ ratio,ſaltem concludens,aſsignari poteſt inter vtrumque caſum, vt dicebamus in quarto fundamẽto contrariæ partis. Reſpõderi tamẽ poteſt,in notorio clerici percuſſore ius & factũ eſſe notorium;quòd ſi aliquando probabilis dubietas adſit, iã non erit omninò notori⁹ clerici percuſſor,prout requiritur,ac per cõſequens nõ euitabitur: at verò in alijs notorijs excõmunicatis,etiam ſi factum ſit euidens, iuſque certũ,attamen non ita notoriũ eſt, ſicut in notorio clerici percuſſore cõtingit: difficiliùs enim cæteri caſus excommunicationis cognoſci poſsũt,quã ille ſpecialis notorij clerici percuſſoris: quare in cæteris declaratio nominatim facta ab Eccleſia requiritur, atque denuntiatio ipſius, vt euitari debeat: quod infrà dicemus.

Ex quo diluitur altera difficúltas,quę oriri videbatur ex exceptione notorij clerici percuſſoris,facta à prędicto Cõcilio Conſtãtienſi, nam iuxta eam idem à fortiori videbatur dicendũ in manifeſto hęretico,cũ is ſit omninò hęreticus, ita vt nulla tergiuerſatione celari poſſit,factumq; & ius ſit euidentiſsimũ:videbatur enim hunc euitandũ eſſe, & tamen contrariũ docuimus ſuprà, nempè requiri ſententiã:igitur,&c. Hoc nanq; quãuis ita verum ſit,quantũ ad claritatẽ notitiæ,non tamen quantũ ad authoritatem claritatis: quia, etſi quando factũ ita notoriũ ſit, quòd nulla poſsit tergiuerſatione excuſari, executio fieri poſſit, nõ tamen tenemur ad exequendum, quandiu Eccleſia, vel iudex tolerat; ad ipſam enim ſpectat declaratio huiuſcemodi negotij, nõ verò ad quoſlibet priuatos: at verò ſuper omninò notorio percuſſore clerici nulla dubietas,vt plurimũ,contingere poteſt in facto, nec in iure, ideò notorius clerici percuſſor iuſtè vitari præcipitur, abſque alia iudicis declaratione: quòd ſi aliqua dubietas in facto ſubrepãt,nõ vitabitur: in alijs verò etiã euidẽter excõmunicatis frequentiùs cõtingere poterit dubitari, an tales ſint,necne: ſed quia dari poteſt caſus notorij hęretici,ita vt nulla tergiuerſatione celari poſsit, & tamen hic nõ erit vitãdus ante declarationẽ Eccleſiæ,veriùs dicendũ videtur, Eccleſiã caſum notorij percuſſoris clerici excepiſſe in fauorẽ ſtatus clericalis. En tibi fundamenta & authoritates vtriuſq; partis:indicandũ igitur nunc eſt, quænam ſit tenenda.

Reſoluo igitur primò, verum quidem eſſe,in Concilio Conſtantienſi,ſub
14 Martino V. celebrato, † editam fuiſſe prædictam ſaluberrimam conſtitutionem, iuxta literam & ſenſum primo loco relatam, & ſecundo fundatã: & quãuis inter acta Concilij Conſtantienſis ipſa non extet,eſt tamen hoc receptiſsimũ apud crebriores & grauiores authores, atque teſtimonio teſtiũ omni exceptione maiorum cõprobatum, qui prędicto Concilio interfuerunt.

Præterea & ſecundò, verum eſſe video, præfatam conſtitutionem Concilij Conſtantienſis, ſiue extrauagantem Martini V. in eodem Concilio editam, in Baſilienſi fuiſſe,eſſeque vulgatam,atque poſitam iuxta ſecũdam literam ſuprà relatam,& primò fundatam; ſicque loco ſpecialis exceptionis,notorij clerici percuſſoris factæ à Concilio Conſtantienſi, in Baſilienſi, illa ſublata,adijcitur atque inſeritur alia generalis cuiuſcunque notorij excõmunicati, cuius factũ nulla tergiuerſatione excuſari poſsit, vt omnibus vidẽtibus præfatã ſeſsionẽ 20. eiuſdem Baſilien. Cõcilij patebit, atque iuxta eam literam fuiſſe initam concordiã in Concilio Lateranenſi ſuprà citato cũ Rege Franciæ,per Leonem X. qui eam approbauit, atque acceptatam ſemel per Concilium Bituricenſe, in pręfata ſanctione Gallicana, vt patet ex Rebuffo

Ayuntamiento de Madrid

Rebuffo,& Coſma Guimier præcitatis: quod aduertit nominatim Nauar. vbi ſuprà.

Tertiò, ſemoto vſu, & confirmatione Apoſtolica, exiſtimo ſatis poſſe dubitari de authoritate præd. Concil. Conſtant.& Baſil.præterquã in his,quæ ſpecialibus bullis Martini V. & Nicolai V. maximorũ Pontificum expreſsè approbata ſunt, de quibus infrà in reſpõſione ad argumenta pro conſtitutione Concilij Baſilien.ſuprà adducta agemus.

Quartò & vltimò (in quo cõſiſtit tota vis, atque vtilitas præſentis diſputationis) intrepidè teneo, atque eſt obſeruandum, literam priorem Concilij Conſtantienſis eſſe receptam Eccleſiæ vſu, atque omninò cõſuetudine approbatã: quod etiam authores contrariæ opinionis fatentur apertè, eamque eſſe obſeruandã in iudicando & conſulendo indubiè,& abſq; vllo metu,nempè, vt nullus alius excõmunicatus vitandus ſit, nec vitare teneam⁹,niſi illũ, qui nominatim excõmunicatus fuerit, & à iudice publicatus,vel denũciatus, & prætereà notorius clerici percuſſor, ita quòd factũ nulla poſsit tergiuerſatione celari, aut vllo ſuffragio excuſari: non verò alius quicũque, etiã notorius omninò excõmunicatus,ante eius publicationẽ, ſiue denũtiationẽ, vt patet ex omnibus ſuprà adductis pro hac 2.parte. Idque procedit, quanuis conſtitutio præfata Baſilienſis authoritatem haberet, quam nõ habet: quandoquidem, nec fuit acceptata,nec vſu recepta,ſed ea,quã prædiximus Cõſtant. quinimò contrariæ Baſil.derogatũ:ea enim eſt natura atq; legis cõditio neceſſaria ad ſui valorem,vt à principio recipiatur, vt in c.in iſtis.4.diſt.ibi:Leges inſtituuntur, cũ promulgantur: firmantur cũ moribus vtentiũ approbantur: ſicut enim moribus vtentiũ cõtrarium, nonnullæ leges hodie abrogatæ ſunt, ita moribus vtentiũ ipſæ leges cõfirmãtur:ex quo deciditur ibi,illud Teleſphori Papæ, quo decreuit, vt clerici generaliter à Quinquageſima ieiunandi propoſitum ſuſciperẽt, & à carnibus & delicijs abſtinerent,quia moribus vtẽtium approbatum non eſt,aliter agentes tranſgreſsionis reos non arguit:per quẽ tex. hãc doctrinam comprobat Syluеſt. in ſua Summa,verb.lex.nu.6.

Hinc videmus,aliam extrauagantem Pauli Veneti incip. ambitioſæ. de rebus Eccleſ.nõ alien. dum prohibet locationes rerum Eccleſiaſticarum vltra triennium fieri,ſub cenſuris, alijſque pœnis, non debere ſeruari in terris, vbi nõ fuit acceptata,vel vbi contrario vſu ſit eidẽ derogatum, vt infrà ſuo loco dicemus c.8.ergo ita & eodem modo dicendum eſt in propoſito, vt conſtitutio illa Concilij Baſil. de qua agimus, cùm non fuerit acceptata, ſed altera Conſtantienſis, quæ vſu Eccleſiæ eſt recepta,illa nõ obliget, hæc autem liget: vt cum communi reſoluit Anton. à Corduba lib. 1. quæſtionarij. q. 43. ſtatim in principio. Et quod diximus de conſtitutione Concilij Baſil.non eſſe vſu receptam,idem dicendũ prorſus erit de renouatione eiuſdem facta in Concil. Lateran. ſuprà citato. Nam authores graues, qui parum poſt prędict.Concil.Lateran.claruerũt, conſtitutionem Concilij Conſtantienſis ſequuti ſunt, & ſuis ſcriptis ſequendam eſſe docuerunt: & pręterea in ſpecie de cenſuris prædicti Concilij Lateran. dubitat Caietan.in Summa, verb. excommunicatio, fuerint ne receptæ, quòd nouæ eſſent ſuo tempore. In eadẽ dubitatione etiam eſt reuerendiſsimus Bartholomæus de Carrança,Archiepiſcopus Toletan. in Summa Concil. in ſumma eiuſdem Concilij Lateranen. Et idem dici poteſt certiùs de hac conſtitutione, cùm idem Caiet. qui parũ poſt præfatum Concil. ſcripſit, Victoria, & Dominicus à Soto,nulla facta mẽtione de hac Lateranen.Concilij conſtitutione,ſequuti ſint Conci. Conſtan. Sed arguet aliquis aduerſus hanc noſtram ſententiam,ex verbis Chriſti ad Petrum,Si Eccleſiæ non audierit, ſit tibi tanquam Ethnicus & Publicanus: ſed quã primũ cõſtiterit mihi aliquem eſſe Ethnicum, teneor illum vitare à ſacris, ac cum eo

non

non communicare in diuinis: ergo quã primùm mihi conſtiterit aliquẽ eſſe excommunicatum, licèt denuntiatus non ſit, aut notorius percuſſor clerici, iure diuino teneor illum vitare. Sed dicẽdum eſt, verba prædicta Chriſti non eſſe contra noſtram ſententiam, quia tunc non auditur Eccleſia, quãdo præceptis illius non obtemperatur, & maximè cum illa ſua ſententia eum veluti pertinacẽ damnauit: quare ante ſententiam aut declarationem iudicis, qua conſtat iam illũ Eccleſiæ non audire, non eſt tanquã Ethnicus & Publicanus habendus, vt excommunicatum à ſacris, & communicatione illorum excludamus. Vel ſecundò dicamus, vt velit Chriſtus, eum, qui Eccleſiæ præceptis non obedierit, eſſe habendum tanquam Ethnicum & Publicanũ: non tamen eſt vitandus antequã ab Eccleſia vitari præcipiatur, aut ſit notorius clerici percuſſor: hos enim vitãdos præcipit Eccleſia, & præfata conſtitutio Concilij Cõſtantien. cenſet, atque ideò hi ſolum quoad præſentem materiam videntur Eccleſiæ non audire.

His igitur ita conſtitutis, ſupereſt vt ad fundamẽta prioris partis (hoc eſt contrariæ) reſpondeamus per ordinem. Et primò non obſtat quòd approbata fuerint, quæ in illa ſynodo Baſilienſi, † & Conſtantienſi acta fuerunt circa damnationem quorundam articulorum hęreticorum, atque itidem, quæ circa cenſuras & cauſas beneficiales decreta fuerunt, per bullas Martini V. & Nicolai V. vt patet in eiſdem, quæ ſunt in dict. ſecundo tom. Concil. illa fol. 563. & ſequentibus, hęc fol. 693. quoniam hic nõ agimus de prę fatis erroribus, nec de cauſis beneficialibus, ſed tantùm an notorius excommunicatus vitandus ſit abſque denũtiatione, de quo in dictis bullis non video verbum vllum: quia quanuis in bulla Nicolai V. approbentur atque ratificentur inter alia abſolutiones à quibuſcunque excommunicationum, anathematizationum & alijs cenſuris eccleſiaſticis, interdictorum, tam generalium, quàm ſpecialium relaxationes, ac etiam illarum fulminationes & appoſitiones, iuramentorum etiam fidelitatum relaxationes, rehabilitationes ab omni macula irregularitatis aut alia inhabilitate vndecũque proceſſerit, & alia huiuſmodi ibi contenta: nihilominus tamen prę fatam conſtitutionem Concilij Baſilienſis de notorio excommunicato vitando, non inuenio approbatam in prę fatis bullis.

16 Secundum fundamentum etiam non obeſt, † quoniam verius eſt, etiam in factis notorijs, quę nulla tergiuerſatione celari poſſunt, requiri ſententiam declarationis, vt optimé docet Caietan. ſuper Diuum Thomam in 2.2. quęſt. 12. articulo 2. verſic. ad hoc dubiũ, vbi inquit, quòd quando notorium facti toleratur à iudice, tolerandum quoque inſinuatur priuatis: peruerſus enim ordo ſtatuitur, vt priuati teneantur facere, quod ſuperior timet attentare: eueniet enim quòd principe exiſtente notorié hęretico, Eccleſia tacens vellet ſubditos illi non parere, quod non eſt dicendum. † Prętereà 17 etiam ſi facti euidentia ſit, requiritur manifeſtatio authoritatiua, vt quod authoritas publica inchoauit lege, authoritas publica perficiat iudice: quia licet quando eſt aliquid ita notorium, quòd nulla poſsit tergiuerſatione excuſari, poſsit exequutio fieri, non tamen tenetur quis ad exequendum, quandiu iudex tolerat, vt ſic notorium facti ſortiatur effectum ſententię. Probatur prętereà per tex. in cap. peruenit. 1. de appellat. & in cap. inter dilectos. de exceſſib. prę lat. vbi etiam in cauſa notoria requiritur declaratio iudicis: & quanuis tex. in dict. c. peruenit. loquatur in notorio clerici percuſſore, in quo adhuc requirit denuntiationem iudicis, minime tamen in propoſito nocet: quoniam ibi agitur tantùm de ea quęſtione, an non obſtante appellatione ſit declarandus & denuntiãdus notorius clerici percuſſor? & reſpondetur affirmatiuè: at verò in caſu conciliorum, de quibus agimus, notorius clerici percuſſor, quando nulla tergiuerſatione celari poteſt, prę cipitur vitari ſtatim: iſtaque deciſio poſterior eſt quàm dict. c. peruenit.

Supereſt

Ayuntamiento de Madrid

Supereſt igitur, vt illis textibus rectè probetur, etiam in notorijs requiri declarationem iudicis: quam ſententiam aduerſus Abb. probauit alios allegãs D. Couarruuias vbi ſuprà num.8. in verſi. ipſe verò.

18 Nec contra exemplum Caietani de ſubditis, Principe exiſtente hæretico, ꝙ teneantur illi parere, Eccleſia tacente, obeſt text. in cap. final. de hæretic. qui ita ſe habet: Abſolutos ſe nouerint à debito fidelitatis dominij, & totius obſequij, quicunque lapſis manifeſtè in hæreſim aliquo pacto quacunque firmitate vallato tenebãtur aſtricti: ex quo videtur contrarium aſſertioni Caietani

19 prorſus probari. † Vnde fit, vt cuſtodiens depoſitum ſibi ab hæretico commiſſum, non debeat illud reddere hæretico manifeſto id petenti: nam etſi lege naturæ teneantur omnes in reddendo depoſitum fidelitatem ſeruare, ab hac tamen obligatione liberatus eſt quiſquis ab hæretico depoſitum accepit, vt iam poſt illius manifeſtam hæreſim minimè illud hæretico reddere teneatur, ſed fiſ-

20 co id apprehendere volenti. † Sic etiam præſes alicuius oppidi, aut arcis munitę, qui ſub fidelitate & iuramento illud ab aliquo domino accepit, ſi huiuſmodi dominus hæreticus efficiatur notorius, nõ tenetur illi caſtrum, aut arcem reſtituere, nec alteri eius mandato, ſed fiſco, cui iure ipſo competit talium rerum dominium. Quin etiam Catholica vxor debitum hæretico viro reddere non tenetur, vt argument. & ex ratione dict. cap. fin. probatur, & in cap. de illa. de diuort. vt hæc omnia refert & probat, latè agẽs de intellectu dict. cap. de illa. Alfonſus à Caſtro lib.2. de iuſta hæretic. punitione. capit. 7. per totum. & D. Simanc. de inſtitut. Catholic. titul. 46. numer. 73. fol. 225. Cùm igitur dict. cap. fin. de hæret. dicat, Abſolutos, &c. apertè oſtẽditur, ſententiam eſſe à iure latam, & non à iudice proferendam: ergo contra Caietani aſſertum.

21 Sed hoc inquam non obeſt, quoniam etſi hoc caſu ſententia condemnatoria iudicis neceſſaria non ſit, vt in dict. cap. final. adhuc tamen declaratoria requiritur, nempè hunc eſſe notorium hæreticum, ad hoc vt ipſius capit. final. pœnas incurrat: quandiu enim Eccleſia tolerat, ſubditi domino parêre tenentur, vt rectè in terminis probauit Caietan. vbi ſuprà: cuius in hoc ſententia comprobatur ex altera, quam modò adduximus, nempé etiam in notorijs requiri declaratioñe iudicis: idque roboratur ex deciſione text. in capit. cùm ſecundùm leges. de hæretic. in 6. ad finem, vbi quanuis bona hæreticorum ipſo iure ſint cõfiſcata, confiſcationis tamen executio, vel bonorum ipſorum occupatio fieri non debet, antequam ſententia Eccleſiæ ſuper eodem crimine fuerit promulgata: cuius text. deciſio etſi generaliter in bonis hæreticorum loquatur, nec mentionem faciat notoriæ hæreſis, ratio tamen ipſius in quibuſcunque hæreticis, etiam notorijs, idem concludit: nec inter vnum & alium hæreticum congrua

22 ratio differentiæ aſsignari poteſt: † nemini namque priuato, nec etiam iudici ſeculari, cùm ſit incompetens cauſæ, licet iudicare aliquem hæreticum, etiam ſi notorius talis appareat, quouſque ab Eccleſia id iudicetur, aut per ſententiam declaretur. Limitant tamen nonnulli loquentes generaliter in quocunque crimine notorio, præterquàm ſi iudex exequutionis, eſſet iudex competens cognitionis ipſius cauſæ, tunc enim non eſſet neceſſaria ſententia declarationis, ſi ita notorium eſſet crimen, quòd nulla poſſet excuſari ratione, ſed poterit executio fieri ab eodem iudice, abſque declaratione, ſecundùm Dominicum conſilio 136. columna vltima. & Albertum in rubrica de hæreticis, quæſtione 13. num. 43. & 46. Declaratio nãque ſolùm videtur neceſſaria, cùm eſt aliquod dubium declaratione indigens: ſed quando ita notoriè quis eſt hæreticus, vt nulla poſsit tergiuerſatione celari, non eſt aliquod dubium: ergo nulla erit neceſſaria declaratio Eccleſiæ. Sed verius eſt, indiſtinctè requiri ad-



Ayuntamiento de Madrid

huc declarationem iudicis, ſecundùm Couarru. vbi ſuprà alios allegãtem: quo fit, vt illationes, quas ſuprà deduximus ex dict. cap. final. de hæret. collectæ per Caſtr. & Simanc. vbi ſuprâ, intelligendæ ſint præcedente declaratione iudicis, aliâs ſecus. Imò ſupradicta procedunt, non ſolùm in foro exteriori, de quo agimus, ſed etiam in foro interiori conſciẽtiæ, in quo pœnæ ſupradictæ non debentur, etiamſi impoſitæ ſint ipſo iure, ante condemnationem & ſententiam, prout tenet gloſſ. verb. cum augmento, in fin. in cap. fraternitas. 12. quæſt. 2. & ibi Doctor. quam ſequitur Angel. de Clauaſ. in ſua Summa, verb. pœna. §. tertio. & Sũma Roſela in verb. abſolutio. el. 1. §. 19. & in verb. reſtitutio. §. ſexto. Sylueſter verb. hæreſis. 1. quæſt. 8. verſic. 3. Ioan. à Medina in ſuo codic. de reſtitut. in rubrica de rerum diuiſ. colum. 4. ſequitur F. Dominicus à Soto, optimè examinãs, pluresque Theologos referens, de iuſtitia & iure lib. 1. quæſt. 6. art. 6. per totũ, vbi reprehẽdit Alfonſ. à Caſtro, vbi infrà citabitur, contrarium tenentẽ. Eandem priorem ſententiam probauit F. Petrus de Couarru. in lib. de remedio luſorum. 3. parte, capit. 21. col. 3. Hanc dicit cõmunem Sylueſt. in parte, Aſſaſsinus. in 5. quæſtione. & Simanc. optimè diſputans, de inſtit. Catholic. titul. 9. num. 82. qui anno 27. incipit tractare articulum hunc: & Couarru. de ſponſalib. 2. parte. cap. 6. §. octauo. num. 10. Antonius Gomez in. l. 1. Tauri. numero 4. & 3. tom. variarum. cap. 2. num. 5. & latiùs in dicto 3. tom. cap. 14. de cõfiſcatione bon. num. 3. vbi etiam contra Caſtrum tenet plures allegans: & illam gloſſam teſtatur communiter approbatam, plures referens Didacus Perez in. l. finali. titulo 3. libro 2. ordinam. colum. 377. vbi ampliat, etiamſi pœna ſit impoſita per verbum, Ipſo iure, dicens hanc eſſe veriorẽ & receptiorem opinionem. Idem in. l. 4. titul. fin. libro 2. colum. 718. in fin. & ſequentibus: ſed & alij plurimi eandem doctrinam ſequuntur: tametſi Alfonſus à Caſtr. vbi ſuprà, paulò poſt principiũ dict. capit. 7. exiſtimauerit, quòd reus in conſcientia in caſu dict. capit. final. ad illius pœnam ſuſtinendam obligetur, etiam ante omnem aliam iudicis ſententiam, ſicut ſuprà dixerat de priuatione cæterorum bonorũ, latiſsimè eam probans lib. 2. de lege pœnal: per totum, & ante eum tenuit Abb. in cap. dilecti. nu. 12. de arbitr. & in cap. 1. num. 11. de conſtit. & ibi Felinus num. .& Decius in 1. lectu. num. 20. eandem opinionem videtur ſequutus, qui tamen nutat, & eam ſequitur Felin. in dicto cap. Rodulphus. nume. 38. de reſcript. & Antonius Gomez lib. 3. variar. reſolut. cap. 2. num. 6. Sed hæc vltima ſententia exploſa eſt à communi ſchola Theologorum & Canoniſtarum, quippè quia à veritate deuiet. Vt autem meliùs intelligatur hæc communis ſententia (ſcilicèt vtroque foro neceſſariam eſſe iudicis declarationem, etiã in criminibus notorijs, vt pœna à iure impoſita incurratur, excepto illo caſu à Concilio Conſtantienſi excepto de notorio percuſſore clerici) quando quis tenetur vitare excommunicatum: notandum eſt, nullum eſſe vitandum, antequam à iudice fuerit legitimè ſeparatus: nam priuati vitando nõ iudicant, ſed exequendo obediẽtiam ſuperioris & iudicis, euitant, quos ſuperior vitandos declarauit, & præcepit: hæretici autem quanuis generaliter à iure, vt prædiximus, ſint excõmunicati, & ideò ipſi ſe abſtinere debeant à communicatione fidelium: in particulari tamen Petrus, aut Paulus non eſt excommunicatus, nec ſeparatus: quare ſi priuatus aliquis eum euitaret ante iudicis ſententiã, quà ſeparatio illa iuris generalis illi in particulari applicetur, ſepararet ac euitaret in particulari eũ, qui particulariter non eſt ſeparatus ab Eccleſia, & ſic officio iudicis hac in re vteretur, quod priuato non licet: in illo autem caſu particulari Cõcilij Conſtant. de notorio percuſſorẽ clerici, talis iam ab Eccleſia, non ſolùm in generali, ſed in particulari eſt ſeparatus; quare nulla eſt neceſſaria iudicis ſententia [illegible]

Ad

Ad tertium contrariæ partis fundamentum reſpondetur, text. in dicto cap. cùm non ab homine, de ſentent. excommunic. cum ſimilibus, dum probat, excommunicatum publicum, publicè vitandum eſſe: occultum verò, occultè, & ſecretò; procedere de iure cómuni antiquo Decretalium.
24 † Hodie autẽ, attẽto ſupradict. Concil. Conſtantienſi, in vſu receptiſsimo, nec occultè excommunicatus vllo modo vitandus eſt, nec etiam ante denuntiationem, cuius excommunicatio duobus etiam teſtibus probari poſsit, nec publicè, nec priuatè; ſicque tollitur ſententia Abbatis, Henrici, & Felini, in. d. c. cũ nõ ab homine. & eiuſdem Henrici in. d. c. cùm deſideres. eodem titul. exiſtimantium teneri quem vitare hunc excommunicatum, cuius excommunicatio duobus teſtibus probari poſsit, cùm is occultus non ſit, nec dici poſsit: cuius contrarium rectiùs tenet Innocentius in cap. inquiſitioni. de ſentent. excommunic. quem ſequuntur ibi Cardinal. & frequentiùs Doctores, tenentes, excommunicatum non eſſe ante denuntiationem publicè vitandum, niſi ſit notoriè excommunicatus, vt refert Couarru. vbi ſuprà num. 3. in verſic. quid autem. cui magis in hoc applaudit ſententia præfata Innocẽtij aduerſus Panormita. & alios reſpectu publicæ euitationis: nam de ſecreta & occulta dubium non eſſe affirmat, cum ſecretè vitandus ſit, etiam occultè excommunicatus illo iure: hoc autẽ Conſtantienſi minimè, nec publicè, nec ſecretè, qui non ſit nominatim excommunicatus, publicatus, vel denuntiatus, vel notorius clerici percuſſor, nõ autem alius etiam notoriè excommunicatus ante denuntiationem, vt ſuprà reſoluimus.
25 † Quò fit, vt nec ſufficiat fama publica, vt teneamur vitare excommunicatos ante denuntiationem. Sicque tollitur etiam reſponſio text. in dict. c. cum deſideres. in 2. eius parte, vt rectè aduertit Couarru. vbi ſuprà. nu. 7. in verſic. 2. & 3. Quarto fundamento contrariæ partis, nempè nullam maiorem rationem differentiæ poſſe dari, quare magis excipiatur notorius clerici percuſſor, quàm alius notorius excommunicatus, iam ſuprà ſatisfactum eſt.
26 Supereſt, vt videamus pro intelligentia præfati Concilij Conſtantiẽſis, quotuplex ſit in propoſito excommunicatio? In quo obſeruandum eſt, triplicem conſiderari poſſe. Prima eſt generalis ſentẽtia, à iure, vel ab homine lata, excõmunicans omnes incendiarios, adulteros, cõcubinarios, vel alios aliquid prohibitum facientes, vel furtum non reuelantes, & hoc caſu etiamſi aliquibus pateat, Titium, vel Sempronium incidiſſẽ in illam excommunicationẽ, hoc ſcientes non tenentur illum vitare in Sacramentis, neque in ſacrificijs, cùm ipſe nõ ſit nominatim, ſed ſimpliciter excomunicatus, vt in prima parte dict. decreti Concilij Conſtantienſis, hoc eſt, in regula affirmatiua ipſius, quod profitẽtur Doctores ſuprà citati, de hac re agentes, & prætereà plures referens D. Couar. in dict. c. alma mater. in 1. parte relect. §. 6. in 5. concluſione. fol. 54. in fine. & folio ſequent. nu. 7. & Nauar. in Manuali Latino, cap. 9. nu. 7. quanuis gloſſ. 1. in cap. à nobis. el. 11. de ſententia excõmunicationis, exiſtimet hoc caſu
27 † eũ dici nominatim excommunicatum, qui fecerit aliquid contra canonem ſuprà dicto modo excommunicantem, nempè, Quiſquis hoc fecerit, ſit excommunicatus. Nam ſi cõſtiterit, Petrum actũ hunc prohibitũ feciſſe, erit nominatim excommunicatus, iuxta ſupradictam gloſſam: ſed hæc ipſius opinio vera quidem non eſt, nec probatur in locis ab ea adductis, atque ideò frequentiori Doctorum ſuffragio improbatur, vt teſtatur Couarru. vbi ſuprà. nu. 8. in princip. Nõ enim huiuſmodi eſt nominatim excommunicatus, ſed generaliter, ideò nõ vitandus, vt prædiximus.
28 Secundo modo cõſiderari poteſt excommunicatio, nempè quãdo quis excommunicatur nominatim, & ſpecialiter nomine proprio, vel officij, vel dignitatis, aut aliquib⁹ appoſitis ſignis in-

dubitatis, vt ſi feratur ſententia excom-
municationis in Petrum, Martinū, vel
Ioannem, vel in prætorem Salmantinū,
Ciuitatéſem, vel Decanum, aut officia-
lem modernum Toletanum, & ſic de ſi-
milibus, ſi tale commiſerint crimen, nō
tamen ſit declaratus, & denuntiatus, &
hoc caſu, ſi aliquis ſciat illum cōmiſiſſe
prædict. crimen, ſicque verè eſſe excom
municatum, non tenetur eum vitare,
quouſque fuerit declaratus, & denun-
tiatus per iudicem, vt in dicto Concilio
Conſtantienſi cauetur: & quòd hic di-
catur nominatim excōmunicatus, pro-
batur argumento. l. nominatim. ff. de
condit. & demonſtrat. & l. 1. & 2. ff. de
liberis & poſthum. & in. §. nominatim.
inſtit. de exhæredat. liber. ex quibus ita
probauit gloſ. in cap. cùm & plantare.
§. excōmunicatos. de priuileg. verb. no-
minatim. & in cap. conſtitutionem. de
ſentent. excommunic. in 6. verb. nomi-
natim. gloſſ. in Clement. 1. verb. nomi-
natim. de vita & honeſtate cleric. quas
Doctores communi conſenſu probant,
teſte D. Couarru. vbi ſuprà, dicto nu. 8.
plures referente.

29 Tertius modus eſt, quando aliquis no
minatim eſt excommunicatus, & decla
ratus per iudicis ſententiam, quæ illum
denuntiat, mandatque denuntiandū pu-
blicum excommunicatum: & hic poſt-
quam fuerit publicatus, vel denūtiatus,
eſt omninò euitandus, non verò anteà,
etiamſi ſit nominatim excommunica-
tus, vt in primo caſu, excepto à præci-
tato Concilio Conſtantienſi: ipſum nā-
que Concilium ad hoc vt nominatim
excommunicatus vitandus ſit, requirit
publicationem, vel denūtiationem ex-
communicationis, etiam ſi ſpecialis, &
certa ſit excommunicatio, vt ex eo pa-
tet euidenter, & tenet expreſsè Coſmas
in dicta pragma. ſanctione Gallic. ſuper
dict. extrauagan. ad vitandum ſcandala,
in gloſ. generaliter: & ita vſus vrbis, &
orbis habet non vitare excommunica-
tos ſpecialiter, ob contumaciā non com
parendi, vel non parendi, antequam de-
clarentur & denuntientur, vt expreſ-
ſim teſtatur Nauar. in dicto cap. 1. §. labo
ret. num. 23. & iterum in Manuali Lati-
no, cap. 27. numero 35. verſic. Nota pri-
mò. & Couar. in dicto cap. alma mater.
1. parte relect. §. 2. num. 7. verſic. quartò
ex eadem, &c. dicens, quòd vſus, atque
30 cōmunis interpretatio † Chriſtiani or-
bis, in hunc ſenſum accepit prædictam
conſtitutionem, per quam nunc nō ne-
gatur ſepultura ijs, qui excommunicati
moriuntur, niſi ſint denuntiati ſecundū
Nauarrum in dicto cap. 27. numero 36.
verſ. ad ſecūdum. & Paz in practica vbi
ſuprà, numero 76. Quod ante eum pro-
31 bauit, † loquens in vſurario, cui in vita
non fuit mota quæſtio ſuper excommu
nicatione, nec vitatus, vt excommuni-
catus, nec contra eum ſententia ſynoda
lis canonis publicata, vt ei non ſit de-
neganda ſepultura. Petrus Ancharra-
nus conſilio 189. tribus de cauſis, per to
tum, pręcipuè num. 2. in ſumma, A quo-
cunque per ſimplicem excommunica-
tionem præciſo, ſi non fuerit nomina-
tim excommunicatus, publicatus, vel
denuntiatus, aut manifeſtus percuſſor
clerici, licet cuicunque, tam in neceſsi-
tate, quàm extra, Sacramenta percipere,
perinde ac ſi non eſſet pręciſus: ſi autem
fuerit nominatim excommunicatus, pu
blicatus, vel denuntiatus, aut notorius
clerici percuſſor, minimè licet, vt ex ſu-
pràdictis patet.

32 Publicatio autem excommunicatio-
nis fit in ciuitate, loco, aut parochia,
excommunicati in publica Miſſa po-
pulari, vel in ſermonibus, aliovè actu
frequentato per populum, aut per af-
fixionem ſentētiæ in locis publicis, ita
quòd faciliter tranſeat in notitiam po-
puli: argumento tex. in Clement. quan-
uis. §. ſi verò. de foro competent. & in
Clementina, cauſam. de elect. in verbo,
ſolenniter. cum ibi notatis. Nec ſuffice-
ret publicatio facta in conſiſtorio iudi-
33 cis † corā paucis, iuxta gloſ. in Clemen.
1. de ſepult. in verbo publicè. Non tamē
34 eſt intelligendum, † vt omnibus de ci-
uitate debeat eſſe manifeſtum, ſed ſatis
eſt quòd tranſeat in notitiam viciniæ,
ſeu

Ayuntamiento de Madrid

ſeu maioris partis, in qua actus geritur, ſicut de notorio dicitur, vt eſt bonus tex.in cap.cũ dilectis. de purgat.canon. notatur per Doct. in cap. veſtra. de cohabit.cleric.& mul. Oportet ergo, vt aliquid dicatur publicari, quòd ita publicè & palàm fiat, vt tranſeat ilicò, vel ſucceſsiuè in notitiam populi, viciniæ, vel maioris partis, vt prædicta omnia probat Coſmas Guimier in dict.pragm. ſanctione Gallic.in titul.de concubin.§.publicè.in gloſſ.ſententiã. pag.187. & iterum in dict.extrauagan.ad vitanda ſcandala, in gloſſa publicata.pagina 207.colum. 2. vbi in gloſ. denuntiata, ad finem dicit, quòd denuntiationes huiuſmodi fiunt per appoſitiones illorum nominũ in foribus Eccleſiarum, aut alio celebri loco, vt cunctis conuenientibus conculcetur, & quòd hæc eſt quotidiana practica, etiam in curia Romana ſecundũ Præpoſ. quem refert. In Hiſpania autẽ, ſaltem vbi commoratus ſum, ſemper vidi publicari excõmunicationes huiuſmodi, atque denuntiari excommunicatos in Eccleſijs parochialibus, vel in maiori loci, cũ ſolennitate & inſignijs conſuetis; literæ autem excommunicatoriæ Apoſtolicæ, à curia Romana emanatæ, quæ huc circumferuntur cum quibuſdã ſignis, atque effigiebus dæmonũ, & excommunicatorũ, & vulgò letrones appellantur, communiter ad fores Eccleſiarum affiguntur, ne fortè ſi in Eccleſia legantur, atque publicentur, earum lator detegatur, atque eidem ob hoc aliquod damnum eueniat.

36 Huiuſmodi autem publicatio & denuntiatio, nihil ad excommunicationẽ addunt, vt probatur in cap. paſtoralis.§. verùm. in fine, de appell. Excommunicatus enim per denũtiationem ampliùs non ligatur, vt in ſimili dicitur de declaratione, quæ fit, vt excommunicati ab alijs vitẽtur, vt per Roman. conſil.482. num. 5. incipit in caſu præmiſſo. ſequitur in propoſito Coſmas vbi ſuprà, in verb. ſpecialiter. id quod probat præfatum Concilium in finalibus verbis, ibi, Per hoc tamen non intendimus releuare, nec iuuare ſic excõmunicatos, ſuſpen-
37 ſos, interdictos, aut prohibitos. † Pœna enim excommunicationis ipſo iure affligit, & inhabilitat, quoad omnes ſuas potentias illum, qui in eam incidit, abſque alia declaratione, trahit namque ſecum executionem, vt in dicto capit. paſtoralis, in fine. de appellat. facit text. in cap.cùm non ab homine. de ſentent. excommunicat. vnde reſpectu ipſius excommunicati, excommunicatio ſtatim operatur, repellendo eum à communione, celebratione, cæteriſque actibus excommunicato vetitis, vt notat Felinus in dicto. c. Rodulphus. nu.38. ad fin. de reſcrip.& D.Couarru. latiſsimè vbi ſuprà.num.11.vbi ex text.in.c.illud.de cleric.excõmu.miniſt.& ibi gloſ. & Doct.
38 probat, † excõmunicatũ regulariter peccare alijs cõmunicando, etiam ante denuntiationẽ, & quòd magis peccat ipſe quã alij poſt denuntiationem eidẽ communicantes: quo fit, vt ipſe excõmunicatus, ante denuntiationem teneatur ſe abſtinere à communicatione fidelium, & à diuinis, vt cum alijs ibi probat, ſic interpretatus dictum Concilium in verbis modo recitatis: idem probarunt Dominicus à Soto in 4.diſtinct. 22.q.1.art. 4.pag.948.in verſic.2.concluſio.& Nauar.in dict.§.laboret.in fine.

39 Quæ procedũt etiam in occultè excommunicato, ipſe enim adhuc tenetur ſe vitare à communione fideliũ, & à diuinis abſtinere ante denuntiationem, vt infrà ſtatim citandi vno ore fatentur. Difficultas autem in eo conſiſtit, an idẽ dicendum ſit, quando ex hac euitatione ſui ipſius occultum eius crimen, occultaque excommunicatio proderetur cũ
40 graui ſcandalo? † videtur enim hoc caſu non teneri cum ſcandalo & præiudicio ſui honoris ſe abſtinere à communione fidelium, cùm nemo teneatur ſe prodere: & in terminis ita tenet F. Alfonſus à Caſtro de poteſtate leg. pœnal. libro 2. capit. 15. quod eſt vltimum, in verſic.circa iſtos, ibi, Hanc tamẽ ſententiã, &c. Verùm contrarium probat Sylueſt. in Summa, verbo excommunica-



Ayuntamiento de Madrid

tio.3.§.5.Quare eſt tertia opinio cócordans præcedentes, nempè, vt ſententia Caſtri procedat, quoad communionem fidelium, quæ extra Sacramẽtorum perceptioné contingit, idque ratione ſcandali vitandi: attamen huiuſmodi occultus excommunicatus non poterit Miſſam celebrare, nec Sacramenta recipere, etiam ob ſcandalum vitandum: nec curatur hoc caſu, quòd ex euitatione à diuinis ſe prodat: & ita procedat, atque intelligi debeat opinio contraria Syluestri, in diuinis nempè; ſecus in profanis, prout eſt communio fidelium: vt optimè recenſet D. Couar. vbi ſupr. in verſi. quamobrem. 1. & 2. vſque in finem. Nihilominus prior ſententia indiſtinctè probabilis eſt, atque forſan verior, vt latiùs dicemus infrà. cap. 13. de irregularitate ex homic. occulto prouen. Excommunicatus igitur, ante denuntiationem, quanuis ſe abſtinere debeat à communicatione, tam in diuinis, quàm extrà, ab alijs autem vitandus nó eſt, etiam ſi ſit notorius excommunicatus ante denuntiationem, vel niſi ſit notorius clerici percuſſor, vt ex ſupradictis patet, atque probatur.

41 Quinimò etiamſi parochus habeat penes ſe denuntiatoriam ſcripturam, qua ſpecialiter & nominatim quis ſit excommunicatus, ſibique præcipiatur, vt ſtatim viſis literis, teneatur eundem vitare, atque denũtiare: nihilominùs tamen nó tenetur eum vitare, donec eum denuntiauerit, aut denuntiatũ eſſe conſtiterit: diuerſum enim eſt mandatũ, ſiue præceptum de publicatione, ſiue denuntiatione facienda, ab ipſa publicatione, & denuntiatione iam facta. Euitare auté quis non tenetur, etiam nominatim excommunicatum, niſi publicatus, aut denuntiatus exiſtat, vt ſæpè diximus: ergo ante denuntiationem ipſam actualiter factam, vitandus non eſt à parocho, cui ea faciéda mandatur, nec ab alio. Ita tenet Syluester in Summa, verbo, excommunicatio. 5. numero 24. & Armilla aurea in verbo excommunicatio. 1. numero 6. folio mihi. 98. id quod inſinuat Nauar. in cap. 1. §. laboret. nu. 23. de pœniten. diſtinct. 6.

42 Obſeruandum tamen eſt, quòd nomine excommunicatorum nominatim, veniunt hæretici, ſchiſmatici, & apoſtatæ, ſi ſint hæreſis, apoſtaſiæ, aut ſchiſmatis condemnati, atque etiam ſimoniaci, & omnes qui per ſententiã fuerint pronuntiati & condemnati alicuius criminis, cui annexa ſit excommunicatio; & prætereà quicunque proprio nomine propter aliquod aliud delictũ fuerit pronuntiatus, ſecundùm Dominicum à Soto in. 4. diſtinct. 1. quæſt. 5. articulo 6. pagina 107. col. 2.

43 Solet tamen maximè dubitari, an ſuperiora omnia dicta circa Concilium Conſtant. & Baſilien. de nominatim excommunicato, publicato, vel denuntiato, & de omninò notorio excommunicato vitandis, procedant etiam in interdictis, & ſuſpenſis nominatim per ſenténtiam iudicis publicatam, vel denuntiatam, vel adeò notorijs, quòd nulla poſſint tergiuerſatione celari? Occaſionem auté dubitandi præbet, quòd licèt principium dict. extrauagantis, Ad vitãdum ſcandala, in ſua regula, quæ habet vt nó teneamur vitare generaliter excommunicatum, idem eſſe expreſsè pręcipiat in generaliter interdicto, poſteà tamé excipit ab ea regula notorium excommunicatum, non verò notoriè ſuſpenſum, vel interdictum. Nihilominùs tamen retenta litera pręd. Concilij Baſil. ſi ipſa ſequenda foret, idem dicendum eſſet eadem ratione in notoriè ſuſpenſo, vel interdicto taliter, vt nulla tergiuerſatione celari poſſet, ea præcipua inter aliâs ratione, quòd tam principium, quàm verba finalia eiuſdem Concilij Baſilienſis, vtroſque comprehendunt expreſsè, vt patet ibi, Per hoc tamen huiuſmodi excommunicatos, ſuſpenſos in, terdictos, ſeu prohibitos, non intendit in aliquo releuare, nec eis quomodolibet ſuffragari. Ergo clauſula in medio poſita de notorijs excommunicatis vitandis, in huiuſcemodi interdictis, vel ſuſpenſis intelligenda quoque eſt, cùm eadem

in

Ayuntamiento de Madrid

in vtriſque ratio militet: vt in terminis probauit Coſmas in dicta pragmatica ſanctione Gallicana, in expoſitione dicti Concilij Baſilienſis, ad vitanda ſcandala, in gloſſ. ſuſpenſionis, ad finem. folio 206. columna 1. ibi, Qui licet loquatur, &c. & iterum in gloſſa excommunicationis, in principio. fol. 209. col. 1. id quod pluribus alijs rationibus comprobat, & ſequitur reſpondens fundamẽtis contrarijs Nauar. in dict. c. 1. §. laboret. nu. 13. & ſequent. Hæc tamẽ quæſtio, atque ipſius reſolutio ceſſat, & ſuperfluere videtur, ſequendo, prout debemus ſequi, literam præfatam Concilij Conſtantienſis, non excipientis notorium excommunicatum in genere, ſed tantùm notorium clerici percuſſorem. Nam prior exceptio de nominatim excommunicato, publicato, vel denunciato, expreſsè comprehendit eodem modo ſuſpenſum vel interdictum, cùm dicat, Niſi ſententia, aut cenſura huiuſmodi, &c. Nam ſententia intelligitur excommunicationis, cenſura verò interdicti, de quo ſuprà extrauagans loquitur: Nihilominùs volui præfata breuiter referre, vt Concilij Baſilienſis ſectatoribus ſatisfaciam.

44 Ex ſuperioribus videtur inferendum, quòd quamuis iure communi non liceat à clerico notorio concubinario audire diuina, nec recipere Sacramenta Eccleſiaſtica, etiam ſine vlla monitione ſuperioris, prout contingeret, quando clericus teneret publicè concubinam, ſicut vxorem, ita quòd etiam ipſe non auderet diffiteri, à quo eſt omninò abſtinendum, non quia in Sacramento ſit defectus, ſed ad ipſorum fornicariorũ emendationem, iuxta text. in cap. veſtra. & in c. vnic. de cohabit. cleric. & mul. & in capit. nullus. 32. diſtinct. vbi Doctores, gloſſ. in cap. de homine. de celebratione Miſſar. Nauar. latè in Manuali Latino, c. 27. nu. 78. & ſequent. Armil. aurea in ſua Summa. verb. clericus. nu. 13. Theologi in 4. ſent. diſtinct. 13. eo quòd talis ſit ſuſpẽſus ab officio & beneficio, adeò vt ſi celebret, incurrat irregularitatem, ſecundùm Abb. in dict. cap. veſtra. colũ. 3. in 1. 2. 3. & 4. quæſtionibus: & quia tunc publici concubinarij excommunicati erant ſecundùm Diuum Thom. in. 4. ſentent. diſtinctione 13. in ſolut. 3. quẽ refert ibi Dominicus à Soto art. 9. circa fin. pag. 554. ad finem. Secus verò erit, ſi fornicatio non habeat operis euidentiam, quia concubina habitat cum matre clerici, & dicit eſſe pediſſequam matris, vel quid ſimile, quia tunc debet expectari monitio, eiuſque cõtemptus, ſecundùm eundem Abb. & probatur in dictis iuribus, traditq; latè Coſmas Guimier in Pragmatic. ſanct. Gallic. vbi ſuprà. in glo. ſuſpenſionis, per totã. Sequitur alios allegans Bernard. Diaz de Lugo in ſua pract. crimin. cap. 73. de concubinar. in verſi. aduerte tamen: vbi addit bonum verbum ex Archiepiſ. Florent. Sylueſt. & alijs, nempè quòd non ſolùm ſacerdos, ſed etiam in quocunque ordine conſtitutus, licèt minori, eſt ſuſpenſus ab omnibus actibus ordinum ex notoria fornicatione, tandiuque eſt ſuſpenſus, quandiu perſeuerat in vitio; & quòd ſi interim exequatur officium ſuum, etiam ſemel, ſit irregularis, & indigeat diſpenſatione Papæ, ſecundùm Archid. & Anton. quos refert, ſequitur, & probat Nauar. vbi ſuprà, dict. c. 25. numero 76. & ſequentibus.

45 Hodie tamẽ, attento ſæpẽ citato Concilio Conſtantienſi, fideles Chriſtiani non tenentur vitare Sacramenta concubinariorum, aut alia diuina eorum, prout eſt celebratio Miſſarum, niſi fuerint per prælatos nominatim denuntiati publicè, vel ſuſpenſi, vt euitentur: vnde non ſufficit, quòd ſit notorius concubinarius per ſententiam, aut confeſsionem in iudicio factam, ſicut volebant olim iura ſuprà allegata, quæ in hoc corriguntur, niſi ſentẽtia ſuſpenſionis fuerit publicata, vel etiam ſecundùm Concil. Baſilien. (non tamen ſeruandum, vt prædiximus) ſi fornicarius fuerit ita notorius ex operis euidentiã, quòd nulla excuſatione celari poſsit: ita in terminis probauit Coſmas vbi ſuprà per totã

 gloſſam,

Ayuntamiento de Madrid

gloſſam, præcipuè in principio, & in fine: quia licèt dictum Conciliū loquatur in excommunicatis, idem tamen intelligit de ſuſpenſis & interdictis, ex paritate rationis, vt ibidem patet, eſtq; prædictum. Eandem ſententiam in prædictis terminis, de quibus agimus, tenent etiā Archiepiſcopus Florentinus, Ioannes Maior, Syluester, & Adrianus, quos refert & ſequitur Nauar. in cap. 1. §. laboret. nu. 10. & 22. de pœnit. diſtinct. 6. & D. Couarru. vbi ſuprà, dict. 1. part. relect. §. 2. numero 10. eamque probo: iam enim bona cauſa rigor ille ceſſauit, quia iudicatum eſt, tùm ipſis concubinarijs occaſionem perfricandæ verecundiæ, tùm & populo laqueum delinquendi inde offerri, ſecundùm Dominicum à Soto vbi ſuprà, & Bartholomæum à Medina in ſua Summa de inſtructione confeſſorum, libro 1. §. 8. fol. 48. col. 1. ad fin. quanuis non exceperit caſum nominatim denūtiati à iudice, vt euitetur: id tamē eſt de per ſe notum per ſuprà dicta: illud verò de notorio concubinario per euidentiam facti, iuxta literam Concilij Baſil. ſuprà citati, non videtur, nec eſt recipiendum per ſuprà dicta, ſicque ab illo huiuſcemodi ſacerdote, non erit prohibitum audire Miſſam, nec Sacramēta Eccleſiaſtica recipere, ſed tantùm à nominatim denuntiato, vel à ſuſpenſo publicato à ſuo prælato.

46 Hinc fit, perperam exiſtimaſſe Antonium de Butrio, nempè, omnem illum peccare mortaliter, qui audit Miſſam à quouis ſacerdote exiſtente in quocunque crimine notorio: quia licèt in dicto capit. veſtra. & in dicto cap. nullus. pręcipiatur, vt nullus audiat Miſſam presbyteri, quem ſcit concubinam indubitanter habere: de alijs tamen presbyteris, qui alijs criminibus, quanuis notorijs ſunt inculcari, nihil tale ſtatuitur: vnde ſequitur, vt qui ab illis Miſſam audiunt, non peccent. Nec pro Anton. facit text. in cap. final. de temporibus ordinan. quem ille pro ſe citat, quia text. ille loquitur de ipſis presbyteris criminoſis, non verò de ijs, qui Miſſam ab illis audiunt, & ita meritò præfatam Antonij de Butrio ſententiam reprobauit Alfonſus à Caſtro lib. 1. de poteſt. leg. pœnal. cap. 7. in fine.

47 Ex ſuperioribus etiam, præcipuè ex decreto Concilij Conſtantienſis, atque eius litera, iam rectè colligitur, atq; deducitur planè, licere cuicunque, tam in neceſsitate, quàm extra, Sacramentum percipere à quocunque per ſimplicem excommunicationem præciſo, ac ſi nō eſſet excommunicatus, ſi tamen paratus ſit Sacramentum miniſtrare: quia cū ex ſępè citata conciliari conſtitutione vſu Eccleſię obſeruata, non tenemur vitare, niſi nominatim excommunicatum publicatum, vel denuntiatum, præthereà & notorium clerici percuſſorem, cuius factum nulla tergiuerſatione celari poſſit, conſequitur maniſeſtiſsimè, hos tantùm eſſe euitandos in Sacramentorum ſuſceptione, & extrà, nō verò ſimpliciter excommunicatum: ſi tamen paratus nō ſit præfatus excommunicatus Sacramentum miniſtrare, non licet eum ad id inducere, quia eſſet cauſa peccati mortalis, inducendo eum ad peccatum, ac proindè inducēs peccaret: qui enim cauſam damni dat, damnum dediſſe videtur, vt in regula iuris vulgari.

48 Hoc tamen fallit in duobus caſibus. Primò, quando inducens eſſet in extrema neceſsitate Sacramēti. Secūdò, quoties ſacerdos eſſet inducentis prælatus, vel curatus, tūc enim huiuſmodi parœcianus inducens, vtitur ſuo iure, cum etiam poſsit eū ad hoc cogere, ac proinde non peccabit eum inducendo, ac ſuſcipiēdo Sacramenta ab huiuſmodi pręlato, vel curato, nec hi adminiſtrando peccabunt, ſi modò per interni animi motum conterantur, hac illuſtri inter aliás ratione: quoniam cùm conſulendo timoratis conſcientijs Concilium præfatum conceſsit non eſſe vitandos ſic generaliter excōmunicatos, conceſsiſſe quoque videtur ipſis excommunicatis, vt Sacramenta poſsint adminiſtrare, quando aliâs ad id tenerentur; alioqui non ſatis fuiſſet petentibus conſultum; quando

Ayuntamiento de Madrid

quandoquidem perplexitate complicarentur,ſiue Sacramentum prębe rēt,ſiue ſecus, vndiq; peccatum timentes: imò poſſent ſe iuſtè defendere,allegantes, ſe id facere minimè poſſe ſine ſcelere,quod nequaquam eſt committendū. Hanc doctrinam latè probat & tenet Dominic. à Soto in. 4. ſentent. diſt.1.q.5. art.6.pag. 106.col.2.circa fin.ibi, dubium autem, & pag.ſequen.& iterum diſt.22.1.quęſt. art.4.pag.947.col.1.& Ledeſmius in. 2. 4.quęſt.25.art.5.Victor.in ſumma, titu. de clauib.quęſt.16.& deBaptiſmo quæſ. 29.Nauar.in Manual.Latin.c.9.nu.7 in fine: quam etiam ſententiam ſequutus eſt Magiſt.Palac. Concanonicus noſter Ciuitatenſ.in dict. 4. lib.ſenten. in.5. & 6.diſt.diſput.3.pag. 164. col. 2. ad fin.& pag.ſeq.Nec prędictis obſtat vltima pars Concilij ſupra citati,ibi,Per hoc non intendimus, &c. quoniam in præfata ſpecie ſecundi caſus fauor atque ius parœcianorum,ſiue populi,attenditur,nō verò prælati excommunicati ſimpliciter: quare Sacramenta ab eo illo tempore ſuis ſubditis miniſtrata,erunt rata,cuius viribus nihil detrahit excommunicatio ſimplex , ſecundùm Innoc. & Sylueſt. quos refert & ſequitur idem Magiſt.vbi ſupra. d. pag.164. colu.1.Secundò fit,vt
49 idem pręlatus vel curatus † è conuerſo non excommunicatus,non tenebitur in Sacramentorum adminiſtratione vitare parœcianos ſibi ſubditos occultos excommunicatos,quando volunt ab eis recipere Sacramēta,imò ea tenentur ipſis miniſtrare, quanuis hi maléfaciant ſe illis ingerendo;hoc enim eſt quod diſponit pręfatum Concil. Conſtant. Ex quo ſequitur, quòd ſi excommunicatus occultus habeat aliàs ius compellendi ſacerdotem,vt habet parochianus eius,petit autem Euchariſtiam in publico,tenetur ei miniſtrare,ſicut occulto peccatori:ſecùs ſi occulte petatur,vt tenet in terminis Ioá.à Medin.in ſuo.cod.de reſtitu. quæſt.3.cauſ.9.fol.21.col.2.ſecus autem eſſet in publico & notorio excommunicato,qui etiamſi publicè petat Euchariſtiam,parochus nō debet eidē illam ad miniſtrare, etiam ſi non ſit denuntiatus, aut notorius percuſſor clerici;non ratione cenſuræ excommunicationis,qua nō eſt prohibitus parochus talem à diuinis excludere, ſed quia de publico peccato publica debet præcedere pœnitentia & ſatisfactio,qua ſcandalū de publico pec-
50 cato & notorio tollatur,† & ante huiuſ modi ſatisfactionem indignè ſuſciperet & traderetur illi Euchariſtia, vt in noto-
51 rio vſurario tradūt Doctores.† Sacramē-
tum autem Pœnitentiæ,quomodocunque ſit excommunicatus,& quomodocunque petat,nō poteſt ei exhiberi,quia abſolutio nulla eſſet ſecūdùm Soto dict. diſtinctio.22.quæſtione.1.articu.4.pag. 947.col.2.ad fin.Magiſter tamen Palacio vbi ſuprà,in dict.diſtin.5.& 6.diſpu-
52 tat. 3. pag. 160. colum.1. † tenet fas eſſe
porrigere Euchariſtiam excommunicatis dubijs(hoc eſt occultis) etiam ceſſante ſcandalo ſi non porrigeretur,& quod de iſtis eſt ferendum idem iudiciū,quod de peccatore occulto, qui ſe ingerit ad perceptionem Euchariſtiæ in die Paſchę, parocho non occulto:quod magis accedere videtur ad literam mentemque di-
53 cti Concilij. † Dubitari tamen conſue-
uit,an curatus excommunicatus nominatim & ſpecialiter,ante denuntiationē debeat euitari in adminiſtratione Sacramentorum & aliorum,ab eo,qui eius excommunicationis habet notitiam necne?Et videbitur fortaſsis hunc vitandū eſſe, ea nempe ratione,quòd Concilium Conſtantienſ.ſiue Baſilienſ.tantùm corrigat vetera iura quoad excommunicationem generaliter latam , nec quicquā mutauerit quoad nominatim & ſpecialiter excommunicatione affectum, vt ex litera patet:ergo cùm antiqua iura clarè ſtatuerint,excommunicatum, interdictum & ſuſpenſum vitandos eſſe à quocunque,qui id ſciuerit, publicè quidem ab eo, qui ſciret publicè, ſecretò autem ab eo,qui ſciret occultè,vt in ca.cùm nō ab homine,cum ſimilib.de ſententia excommunica. meritò vt hoc caſu in ſuo robore permaneant,argumento.l.ſancimus.C.de teſtam.&.l.præcipimus. C. de



Ayuntamiento de Madrid

appell.cũ ſimil.& in terminis hanc partem tuetur Adrianus in.4.ſentent.in tractatu de Confeſſ.dubio.9.& in tractatu de Sacramento Euchariſtiæ.c.viſo de impedimentis, in verſ.quãtũ ad tertium.& Ioan. à Medina de Pœnitentia tractatu 2.c. de confeſsione,exiſtimans hoc procedere maximè in ſacris ſeu diuinis:quãuis ſuſpicetur contrariam ſententiã conſuetudine receptam eſſe. Hoc tamẽ non obſtante,verior & tenenda eſt in hoc cõtraria ſententia,imò quòd curatus, ſiue quiuis alius excõmunicatus nominatim & ſpecialiter,ante publicationẽ vel denunciationem minimè ſit vitandus,tam in diuinis quàm extra,etiã ab ijs,qui notitiam excommunicationis habuerint: hoc namque eſt quod expreſſe decreuit atq; nouè prouidit Concilium Conſtantieſe ſubueniens timoratis fidelium conſcientijs,quę multis laborabãt ſcrupulis ex iſta communicatione cum occultè excommunicatis,nempe vt non teneamur vitare generaliter,imò nec ſpecialiter excommunicatum, niſi is,qui nominatim excommunicatus eſt,publicatus vel denũtiatus quoq; fuerit: is enim ſolus,atq; notorius omnino clerici percuſſor vitandi omnino ſunt,cęteri verò excõmunicati minimè.Conſequitur igitur apertiſsimè,curatum & quemuis aliũ excommunicatum,etiam nominatim, non eſſe vitandum,niſi denuntiatus quoque fuerit,quia qui nominatim eſt excommunicatus,quandiu non eſt per iudicem publicatus vel denuntiatus,occultus excõmunicatus eſt atque toleratus, ſi quidẽ eius excommunicatio nondũ authenticè manifeſta eſt fidelibus:quia quanuis nominatim facta ſit,non tamen facta eſt denũtiatio,& vtrũq; copulatiuè requirit præfatum Concilium,quòd ſententia, nempe prohibitio, vel cẽſura huiuſmodi contra perſonam certam aut locum certum à iudice publicata vel denuntiata fuerit ſpecialiter & expreſſe : neceſſaria igitur eſt publicatio & denuntiatio perſonę excommunicatæ,vt illã euitare teneamur, tam in diuinis,quàm extra : nec ſatis erit quòd quis nominatim fuerit excommunicatus, niſi publicatus vel denuntiatus quoque fuerit ſimul : excommunicatus enim,etiam nominatim,ante denũtiationem toleratur ab Eccleſia,quia illi tolerãtur,qui ab ea non pręcipiuntur vitari; Concilium autem ſæpe citatum tantùm pręcipit vitari nominatim excõmunicatum,publicatum vel denuntiatum,notoriumque omnino clerici percuſſorem; hi enim ſunt præciſi ab Eccleſia, cæteri verò tolerati. Cum igitur parochus excommunicatus nominatim, non tamen denuntiatus,ſit toleratus ab Eccleſia,licitè ab eodem recipi poſſunt Sacramenta per ſubditos,quanuis ſcientes præfatam excommunionem; abſolutioque ab eo præſtita valida erit,nec iterum confeſsio repetenda,quia Sacramentum impẽſum eſt verè Sacramentum,cùm hoc caſu ex beneficio decreti prænotati eiuſmodi excommunicato tribuatur iuriſdictio ad exercitium Sacramentorum,quam aliàs non habebat,vel ſaltẽ erat ſuſpenſa quouſque Eccleſia eam illi tribuiſſet in caſibus prę notatis:quod minimè eſt in fauorem excommunicatorum, ſed fidelium ſubditorũ;quanuis huiuſmodi parochus ſic excommunicatus adminiſtrando Sacramẽta,etiã ſuis ſubditis,peccet,ſi priùs contritionem cordis nõ habuerit:parœciani autem minimè, etiamſi eum ad id inducãt,quia iure ſuo vtuntur,vt eſt prędictum:& in terminis noſtrę quæſtionis hanc ſecundam partem breuiter, efficaciter tamen, probauit Coſmas Guimier in dict.pragmati.ſanct.Gallic.in declaratione d.extrauag.ad vitandum ſcandala, in gloſ.generaliter, vbi cum extrauagãs præfata iuſsiſſet,generaliter excommunicatum non eſſe vitandũ in diuinis,nec extra,ipſe author hoc ampliat, dicẽs idẽ eſſe,ſi ſpecialiter,niſi ſententia fuerit publicata,vt infrà ſequitur in eadem extrauagãti in verſi.niſi,&c.ibi à iudice publicata & denuntiata ſpecialiter & expreſſe,quem refert & ſequitur Nauar. in Manual.Latin.cap.9.nu.7.& in dict.cap.1. §.laboret nu.23.de pœnitentia diſt.6.aduerſus Adrian. vbi ſuprà,quem quoque citat,addẽs, quod ſuprà nu.7.retulimus, nempe

Ayuntamiento de Madrid

nempe quòd ferè omnium vſus habet,neminem ob excommunicationem,etiam ſpeciatim in eum latam,vitandum,donec denuntietur vitandus.Idem Nauar. in dict.Manual.cap.27.num.35.Eandem ſententiam aduerſus Adrian.& Medinã vbi ſuprà,cum Coſma & Nauar. ſequitur & probat D. Couar. in dict. c. Alma mater.1.part. relect. §.2. num. 7. verſic. quartò ex eadem conſtitutione,& in.§. 6.nu.7.in verſi.ſecundum,fol. 55.& latè Magiſter Palacio in.4.ſentēt.diſtinctio. 18.diſputat.1.pag.273.& ſequenti.

54 A miniſtris autem præciſis ab Eccleſia,quos prefatum Concilium Conſtantienſe vitandos precipit(in duobus caſibus, nempe quando quis eſt nominatim excommunicatus,& denuntiatus,& preterea notorius omnino clerici percuſſor)minimè licet regulariter recipere Eccleſiaſtica Sacramenta,nec cum illis alio modo communicare in diuinis,nec extra:vt in dict.Concil. Conſtantienſi expreſſe cauetur: vnde confeſsio ſcienter facta ſacerdoti,etiam proprio, excommunicato tamen,quem vitare tenemur, inualida quidem erit,atque omnino iteranda,grauiſsimoque cũ peccato fit:hec eſt omnium concors ſententia, vt teſtatur bene probans D.Couarru. vbi ſuprà dict.§.6.num.7.in.6.concluſione.vbi in 7.idē rectè exiſtimat in abſolutione peccatorum præſtita ignoranti ab excommunicato iam per Eccleſiam denuntiato,nempe eſſe inualidam,atque ideò erit confeſsio repetenda,cùm pœnitens huius excommunicationis ſciētiam habuerit.

55 † Sed an in caſu extremæ neceſsitatis liceat Sacramentum Baptiſmi ſuſcipere ab huiuſmodi præciſis,vel etiam hæreticis? quæſtionis eſt apud Theologos. Quidam enim relati ab Scoto & Paludan.in 4. diſtinct. 5. quæſt. 2. & ibi Adrian. in queſt.de Baptiſm.articul.3.exiſtimarunt hoc minimè licere,imò ſi ille, qui baptizari optat,adultus eſt,aliusque non adeſt miniſter,Baptiſmo flaminis cōtentus ſit, hoc eſt legitima contritione: ſi verò pater infantis id cupiat, nec ipſe pater habeat manus,aut linguã,vt id munus exequi valeat, nec alius ſit miniſter præter præciſum,potius debet,inquiunt ipſi,illum mori permittere æternaliter periturum,quàm illo vtatur miniſtro:quia vbi non eſt niſi præciſus,perinde eſt ac ſi nullus adeſſet.Hec illi.

O immanis atque crudelis ſententia: & quam nullum ſcriptorum exiſtimo tenuiſſe.Nam nominatim citati ad hoc in margine Scoti,prout ſunt Ricard. in.4. diſtinct.5.artic.3.& Sanctus Thom. ibidem quæſt.2.artic.2.contrarium expreſſe probant,& in contrarium eſt etiam expreſſa ſententia Diui Auguſtini lib.1. de vnic.baptiſm.refertur in cap.ſi quē forté.24.quæſtio.1.vbi quendam laude cōmendat,qui in articulo mortis baptiſmum ab hæretico petijt atque ſuſcepit: id quod & in noſtris terminis omnes Theologi moderni probarũt, precipuè Dominicus à Soto latiſsimè ibidem,diſtinct.1.quæſt.5.artic.7.pag.108.colum. 2.& pagin.ſequenti,reſoluens,vniuerſos mortales,nemine excepto,miniſtros eſſe Baptiſmi in extrema neceſsitate, ſi modò defectus naturæ non obeſt. Nam vt ait Scotus diſtinct.6. quæſt.1. cùm tria ſint ad Baptiſmum neceſſaria, materia, forma & intentio,& manum habere debet, qua aquam aſpergat, linguam, qua formam proferat,& ſanam mentem,qua id facere intendat, quod Eccleſia iubet: his autem concurrentibus,omnes in articulo extremæ neceſsitatis poſſunt Baptizare abſque peccato. Quò fit,vt adultus prefatus, de quo modò meminimus, debeat ſuſcipere,imò tenetur,ſi tunc poteſt, ſuſcipere Baptiſmum à preciſo ab Eccleſia,ſi alius eiuſdem Sacramenti miniſter non adſit,& caſus extremæ neceſſitatis,vt mortis,concurrat,vt cum Scoto & Adrian. reſoluit Soto vbi ſuprà:id quod etiam probauit Melchior Cano in relectione de Pœnitentia.5.part.fol.30. & Victoria in ſumma,titul.de Baptiſmo quæſt.29.ad fin.vbi quòd poſſunt & tenentur à prædictis hereticis & excommunicatis huiuſmodi,præciſiſque, Baptiſmum ſuſcipere.Sequitur etiam D. Couarr.vbi ſupra.nu.8.dicens eſſe commu-

nem

nem Theologorum ſententiam, Sacramentum Baptiſmi in caſu neceſsitatis poſſe ſuſcipi ab hæretico & excõmunicato:& Naua.in Manual. Latin.c.22.nu. 7.vbi quòd Baptiſmus collatus à quocũque, ſiue mare, ſiue fœmina, fideli vel infideli, cum intentione faciendi quod facit Eccleſia, valet, vt in cap. quicũque, & in cap. à quodam Iudęo. cap. conſtat. capit. mulier. de cõſecrat. diſtinctione. 4. idem Nauar. in cap. 1. §. laboret. num. 5. de pœnitentia. diſtinct. 6. vbi quòd Stephanus, Cornelius, Auguſtinus & tota Eccleſia contra Cypria. definiuit, licitum eſſe ab hæretico in neceſsitate Baptiſmum accipere, vt teſtatur Gratianus in cap. prę-ter, ſub finem. 32. diſtinct. & F. Alfonſ. à Caſtro lib. 3. aduerſus hæreſes in princi. in. 6. hæreſi. Nouiſsimè Michael de Palacio in præfatis. 5. & 6. diſtinctione, diſputatione. 3. 2. concluſione. pagin. 160. & ſequẽtibus. Nec his oberit Concilium Cõſtantienſ. quoniam ipſum non loquitur in caſu neceſsitatis, qui lege non cõſtringitur, ſicque moderari iure debet, vt non procedat in caſu extremæ neceſsitatis in Sacramẽto Baptiſmi, adeo neceſſario ad noſtram ſpiritualem ſalutem.

56 Ingens tamen controuerſia eſt, an ſicut Baptiſmus licitè recipi poteſt in articulo mortis à quocunque, etiam præciſo, Iudæo, hæretico, & infideli, vbi alius miniſter deeſt, ita etiam idem ſit dicendum in Sacramento Pœnitentiæ, cùm ſit quoque neceſſarium ad ſalutem, vt in Concilio Tridentin. cauetur ſeſsione. 14. cap. 1. & canone. 6. Et primò videtur idem eſſe tenendum in Sacramento Pœnitentiæ, nempe vt tempore extremæ neceſsitatis, hoc eſt, in articulo mortis, licitum ſit confiteri cuicunq; etiam præciſo, hæretico & ſchiſmatico ſacerdoti, abſolutionemque ab eiſdem præſtitam hoc caſu validam eſſe:& ita hæc duo Sacramẽta æquiparat in propoſito tanquam neceſſaria gloſſ. in verb. Baptiſmum paruulum, in cap. non eſt vobis de ſponſal. ibi, Vnde etiam in neceſsitate poſſũt recipi ab hęretico: cuius ſẽtẽtiæ hæc ſunt fundamenta. Primò, quia non eſt credendum, Eccleſiam excommunicantẽ hæreticum ſacerdotẽ, voluiſſe etiam ſub mortis articulo pœnitentis in caſu extremæ neceſsitatis, vbi alius cõfeſſor deeſt, eum priuare iuriſdictione in foro animæ, quã quilibet ſacerdos iure diuino habet, ne vt puniat hæreticum, priuet Catholicũ morientem hoc caſu ſubſidijs vitæ æternæ, quæ illi poſſunt prouenire ex Sacramento Pœnitentiæ: quando quidem ſalubriùs agitur cùm Catholico filio ab Eccleſia piẽtiſsima matre ſua, ſi hoſti hęretico permittat illum tunc abſoluere, quàm ſi claudat viſcera ſua, vt etiam tũc hæreticum priuet iuriſdictione abſoluẽdi: ſi enim iuxta legitimas ſanctiones ſatius eſt nocentem impunitum relinqui, quàm innocentem damnare, vt in. l. abſentem. verſicu. ſatius. ff. de pœnis. l. 9. titul. 31. part. 7. æquius erit, atque potiori iure permittendum Catholico tunc in tanta neceſsitate ſpiritualis vitæ conſtituto ſuffragari Pœnitentiæ Sacramento, quàm hæreticum punire, non permittendo illum vti tunc iuriſdictione in foro animæ.

57 Secundò, quia etſi contritio interior ſatis tunc ſit deficiente cõfeſſario habili, cum voto Sacramẽti quando fas fuerit, & copia confeſſarij dari contingat, attamen difficile ſatis eſt, contritione illo tẽpore potiri, ſaltem legitima atque ſufficienti; falluntur enim plerunq; pœnitentes, qui ſibi gratulantur ex contritione, quæ fortaſsis eſt tantùm attritio: neceſſarium igitur erit Sacramentum Pœnitentiæ, vt de attrito reddat contritum, & ſic ſaluetur moriens.

58 Tertiò probatur hæc eadẽ ſententia argumento tex. in cap. quanuis. de ſentẽtia excommunic. vbi traditur, excommunicatum abſoluendum eſſe in mortis articulo à quolibet ſacerdote (ſicque nõ arctatur illic abſolutio eo caſu magis ad non præciſos, quã ſoluatur ad præciſos) idẽ probatur in. c. quod de his. & in. c. nõ dubiũ. eodem titul. & eſt ſententia communis Theologorum, quam probant Paludan. in 4. ſentent. diſtinct. 20. quæſtio. 1. artic. 2. Durand. diſtinct. 19. q. 2. ſenſit

Sanctus

Ayuntamiento de Madrid

Sanctus Thomas ibi,quæſt.1.artic. 3. & diſtinct. 20. quæſt. 2.art. 1.ad ſecundam quęſtionem.Melchior Cano in ſua prælect.de Pœnitentia.5.part.fol.30.colum. 3.vbi id inquit à Chriſto & Apoſtolis eſſe inſtitutum.Nauar. in Manual. Latin. cap.27.num.271.quod clarius omnibus iuribus antiquis & doctoribus definitur hodie in ſacro Concilio Trident.ſeſsio. 14.c.7.in hæc verba; Veruntamen piè ad modum,ne hac ipſa occaſione aliquis pereat,in eadem Eccleſia Dei cuſtoditum ſemper fuit,vt nulla ſit reſeruatio in articulo mortis,atque ideò omnes ſacerdotes,quoſlibet pœnitētes à quibuſuis peccatis & cēſuris abſoluere poſsint. Quod adeò procedit, vt etiam hæreticus mo-
59 riēs,ſi Epiſcopus & † Inquiſitores deſint, abſolui poſsit à quolibet ſacerdote,vt in Cōcilio Arauſicano cap. 2. probatur.& in cap.his qui tempore.cum ſequen.26. quæſt.6.& præterea in dict.decreto Concilij Trident.vt in terminis ex his aduertit D.Simanc. de inſtitut. Catholic.titu. 3.nume.3.

60 Nec Concilium Conſtantienſe excipiens prædictos duos caſus, quibus non licet communicare cum excommunicatis,tam in diuinis,quàm extra,huic opinioni obſtat,quippe,qui in eo non loquatur,ſed regulariter: at verò caſus neceſsitatis lege non conſtringitur, quare intelligi,& reſtringi debet iuxta ius commune, quo,vt prędiximus,in articulo mortis quilibet ſacerdos authoritatem habet abſoluendi morientē: ſicut enim excipit prædictos duos caſus iuxta canonicas ſanctiones,excepiſſe quoque videtur & noſtrum,cùm etiam is à canonicis ſanctionibus ſit exceptus. Nō etiam obeſt, ex ſuperioribus tantum cōcludi, excommunicatos abſoluendos eſſe in mortis articulo à quocunque ſacerdote,non verò è conuerſo,qui eſt noſter caſus,nempe vt præciſi,hæretici & excommunicati abſoluere poſsint à peccatis Sacramentaliter conſtitutum in mortis articulo, alio idoneo miniſtro deficiente,cùm etſi generaliter loquatur dictum decretum ſacri Concilij Tridentini de omnibus ſacerdotibus, reſtringendum videatur de habilitate, & ſic de illis,qui iuriſdictionem in actu habent,non verò ſuſpenſam vel extinctam,prout eam habent excōmunicati & hæretici, cęterique præciſi ab Eccleſia reſpectiuè: Nam reſponſio in promptu eſt, quia ſi excommunicatos, vt recipiant abſolutionis gratiam, Concilium admittit,cur non vt excommunicati ſacerdotes illam impendant? Nam ſi ſub neceſsitate corporali vel ſpirituali licitum eſt cum excommunicato communicare, vt eleemoſynā extremè indigenti præſtet, & conſilium addirigendam conſcientiam ſuſcipere,& præterea ad vtilitatem communicantis, & alijs pluribus caſibus, vt omnes fatētur, cur non idem erit à fortiori dicendum pro neceſsitate animæ ſalutis? & ita hāc
61 primam ſententiam affirmatiuam, † probauit Palud. in. 4. ſententiarum diſtinctione.25.quęſtio.1.& Sylueſter in ſumma,verbo confeſſor.1.§. vltimo. & Maior in.4.ſententiarum.diſtinct.17.Victoria in ſua ſumma titul.de clauib.quęſtione.17.dicens,quòd re vera de excommunicatis Catholicis non dubitat, quin in articulo mortis poſsint Sacramentū Pœnitentiæ miniſtrare: & idem ſibi probabile eſſe de hæretico,à quo periculū non timetur,& qui non errat in articulo Sacramēti Pœnitentię. Eandem ſententiā, latè de ipſius veritate diſputans,opinatur ſatis defendi poſſe, tametſi contrariam communem Theologorum eſſe referat, Melchior Cano in relectione de pœnitentia.5.parte.dicens eſſe probabilem in hæretico præciſo ab Eccleſia,ſi abſque periculo fidei recipi ab eo poſsit Sacramentum Pœnitentię: à Catholico tamen excommunicato, etiam nominatim,in articulo mortis nō ambigit cum eàdem tranſit D.Couar.in cap. alma mater.1.parte.§.6.nume.8.de ſententia excommunic. lib.6. dicens,ea ratione defēdi poſſe,quòd quilibet ſacerdos in mortis articulo iure diuino habeat authoritatem abſoluēdi. Eandem neruoſè probat Palacio in.4.ſententiarum.in.5.& 6.diſtinct. diſputat. 6. 2. & 4. concluſ.præcipuè

Ayuntamiento de Madrid

cipuè pagina, 165. & ſequentibus vſque in fin. vbi limitat, quando pœnitẽs timeret quòd hæreticus eum in prauã ſectam induceret, hoc eſt, in ſuam hęreſim: nam tunc abſtinendum ſibi eſt ab huiuſmodi confeſsione, niſi ea fortitudine mentis polleat, ex qua putet probabiliter pœnitens repugnandum, & non eſſe cedendũ hæretico, nam ſi aliud arbitraretur, teneretur prorſus illi non confiteri; quòd ſi confiteretur, confeſsio eſſet irrita; non ex defectu iuriſdictionis, ſed quia in crimine eſſet celebranda: quam limitationẽ ſenſit prius Victoria vbi ſupra, atque etiam Couar. loco citato. Eãdem partem ſequitur nouiſsime F. Ioſeph Angles in ſuis Floribus Theologicarum quæſt. in prima parte. in quęſtione de confeſsione. pag. 316. exiſtimans eſſe definitam in præallegato decreto Concilij Trident. reſpectu ſacerdotis excommunicati, etiã denuntiati: admonet tamen eſſe intelligendum cautè, ſcilicet, deficiente ſacerdote non impedito: idemque probat in degradato, hæretico & apoſtata ſacerdote, dummodo habeat intẽtionem faciendi quod Romana Eccleſia facit; quia Cõcilium pręfatum Tridentin. in diſtinctè loquitur, dicens, in articulo mortis omnes ſacerdotes, quoſlibet pœnitentes abſoluere poſſe à quibuſuis peccatis & cenſuris: & hęc ſententia magis conſtare poteſt, quia ſi omnis ſacerdos habet iuriſdictionem à iure diuino abſoluendi in articulo mortis ab omnibus peccatis & cẽſuris, vt multi graues authores tenẽt, nõ aufertur huiuſmodi iuriſdictio, ſed nec Eccleſia poſſet illam auferre: ſi autem talis illa iuriſdictio in mortis articulo eſt ab Eccleſia & à iure humano, vt alij authores credunt, piam matrem Eccleſiam non eſt credendum eam auferre in caſu prędicto, cùm Sacramentum Pœnitẽtiæ ſit neceſſarium ad ſalutem, & medio neceſſario filium priuare, de nulla matre, niſi nouerca ſit, credi poteſt.

62 Contrariam tamen ſententiam alij tuẽtur, imò quòd etiam tempore neceſsitatis, quãuis ab excommunicato, præciſo, hæretico, ſchiſmatico, & quouis alio quocunque ſacerdote poſsit recipi Sacramentum Baptiſmi, non tamen Pœnitentiæ, nec Sacramentalis abſolutio ob defectum iuriſdictionis, quæ cùm ſit neceſſaria ad abſoluendum, per excommunicationem, eiuſq; denuntiationem eſt omnino extincta. Secundò, ne hæreticus in prauam ſectam & deſperationem pœnitentem inducat, atq; in ſuum errorem collabi faciat; prout fecerunt Iudęi cum Iuda proditore, cùm ei pœnitenti dixerunt, Quid ad nos? tu videris: vt probat gloſſ. in cap. præter. verbo, ſed agentibus, & in verb. per manus. ibi, vel dic. 32. diſtinct. Deinde in hãc partem adduci ſolet ſanctus Thomas in. 4. ſenten. diſt. 17. q. 3. art. 3. quæſtio. 1. ad ſecundum. & diſtin. 19. quæſtione. 1. artic. 2. ad tertiũ. & 3. parte. quæſt. 82. articulo. 7. ad ſecundum. & eam expreſſe probat atque defendit Ioan. à Medina in tractatu. 2. de Pœnitentia. capit. 2. cui debeat fieri confeſſio. verſi. aliud. & eſſe communẽ Theologorum ſententiam fatetur Melchior Cano vbi ſupra. pagin. 31. columna. 1. in verſic. at ſi quis communem ſequi velit: & pręterea Victor. vbi ſupra. Eandẽ Canoniſtæ probarunt in dict. cap. non eſt vobis. de ſponſalibus. vbi Præpoſit. nu. 10. circa fin. teſtatur gloſſam cõtrariam ibi, iam ſuprà pro priori parte citatam, communiter reprobari, ſequutus hãc ſecundam: & Nauarr. in capit. 1. in princip. num. 87. de pœnitentia. diſt. 6. & item in Manual. Latin. c. 26. nu. 26. dicẽs gloſſam contrariam communiter reprobari. & gloſſ. dict. cap. præter. eſſe communiter approbatam. Hanc etiam ſequitur Cordub. in ſuo tract. *de caſos de conciẽcia*, quæſt. 18. in. 2. puncto. in. 1. dicto. in verſic. *Tambien digo.*

63 Quid tenendum in re hac admodũ difficili. Ego profectò (ſub aliorum rectius ſentientium cenſura) exiſtimo diſtinguẽdum inter excommunicatum denuntiatum, vel omnino notorium clerici percuſſorem (nam de non denuntiato, vel de occulto, non eſt dubium, quin vitandus non ſit, vt ſupra nõ ſemel admonuimus) & hæreticum, ſchiſmaticũ, & alios

omnino

Ayuntamiento de Madrid

omnino prçciſos: in priori etenim ſpe-
cie, nempè in excommunicato denuntia
to, vel notorio omnino clerici percuſſo
re, veriorem & certiſsimam atque tenen
dam exiſtimo priorem ſententiam, vt is
in articulo mortis, alio legitimo deficien
te miniſtro, poſſit audire pœnitentẽ iam
moriturum, ipſumque abſoluere, atque
proinde tam confeſsio quàm abſolutio
valida ſit, & non iteranda, per omnia ſu-
pra adducta pro hac parte, quæ in hoc
caſu bene concludunt, præcipuè præfa-
tum decretum Concilij Trident. ſeſsio-
ne. 14. capit. 7. dum vniuerſaliter loqui-
tur, nullũ excipiendo: quilibet enim ſa-
cerdos habet authoritatem iure diuino
abſoluendi in mortis articulo conſtitu-
tum, ſecundùm probabiliorem ſenten-
tiã: nec enim eſt dare cauſam, quare fide-
lis in articulo mortis, prçſente ſacerdote
Catholico, quanuis excommunicato &
denuntiato, priuetur Sacramento neceſ-
ſario ad ſalutem iure diuino: nec eſſet mi
nus intolerabile prohibere abſolutionẽ
in articulo mortis hoc caſu, quàm reſer-
uare caſus: hoc autem eſt contra deter-
minationem Eccleſiæ: ergo & illud non
eſt tolerandum, præſertim cùm commu-
niter homines illo tempore habeãt attri-
tionem. Prætereà ſicut Sacramentũ Bap
tiſmi eſt neceſſarium ad ſalutem, ita &
Pœnitentiæ Sacramentum eſt neceſſa-
rium, nõ ſolùm neceſsitate prçcepti, ſed
etiam neceſsitate medij: ergo ſicut illud
poteſt ab excommunicato recipi, vt eſt
prædictum, ita & hoc: & ita vltra ſuprà
allegatos hanc ſententiam probauit Na
uar. in Manual. Latin. cap. 27. num. 271.
ex ſupradicto decreto Concilij Tridẽt.
& quia probabiliter credi poteſt, piam
matrem Eccleſiam non auferre excom-
municato huiuſmodi, nec ſuſpendere iu-
riſdictionem quoad mortis articuli tem
pus, quanuis ante præd. Concilium com
munis cõtra tenuerit, quam ipſe Nauar.
quoque, immemor tamen præd. Conci-
lij, ſecutus fuit; capit. 26. numer. 26. in
64 dicto Manual. † Atque idem eſſe omnino
exiſtimo fortiori ratione in hæretico an
te declarationem, vel condemnationem
Eccleſiæ, ſiue iudicis competentis, quan-
doquidem hunc etiam extra articulum
extremæ neceſsitatis, ſupra reſoluimus
65 non eſſe vitandum: † in quibus mihi pla
cet ſententia Magiſtri Palacio, vbi ſupra
aduerſus Sylueſt. non ſolùm nempè vali
dam eſſe confeſsionẽ, abſolutionemque
Sacramentalem à prædicto præſtitam,
ſed imò teneri ſic in mortis articulo con
ſtitutum confiteri eidem, alio non impe
dito deficiente, & quòd ipſe miniſter ſic
adminiſtrando non peccet, ſi tamen reſi-
piſcat, & animo decernat iã Eccleſię pa-
rere mandatis, vt excommunicationem
66 excutiat à ſe ipſo. † Addit prçtereà, hoc
eſſe ſpeciale in duobus prçnotatis Sacra
mentis, propter eorum neceſsitatem; ſe-
cus verò in cæteris, vt tenuit prius gloſ.
in d. cap. nõ eſt vobis de ſponſalibus. Ar
ticulus autem mortis in propoſito quis
dicatur, videndi ſunt Syluest. verb. con-
feſſor. 1. §. ſexto. Nauar. in Manual. capi.
27. num. 271. Cordub. in ſuo tractatu *de
caſos de conciencia*, quçſtione. 18. in quarto
dicto aduerſus Dominic. à Soto in quar-
to, diſtinctione. 28. quæſt. 4. artic. 4.
67 In ſecunda ſpecie, nempè in hæretico,
ſchiſmatico, & ſimilibus omnino ab Ec-
cleſia præciſis, & declaratis, exiſtimo ve-
riorem eſſe & tenendam communẽ ſen-
tentiam negatiuam ſupra poſitam, vt eiſ
dem minimè licitum ſit confiteri, nec ab
eis abſolutio præſtita valida exiſtat, ſed
potiùs nulla: tùm ex fundamentis ſupra
pro hac eadem parte adductis: tum etiã,
quia huiuſmodi omnino prçciſi ab Ec-
cleſia, de quibus eſt præſens ſermo, nullã
habẽt iuriſdictionem, quia extincta eſt,
quam ante condemnationem habebant;
tùm prætereà propter maximum pericu
lum, ne pœnitentem hæreſi coinquinent;
quia licet aliquando ita fortis mente eſſe
poſsit, & ſibi talis videatur, vt hoc euita
tet, plerunque tamen, vt plurimũ, in hu-
iuſmodi articulo mortis conſtituti, cùm
in extremis laborent, non ita cauti eſſe
poſſunt, vt omnia attentè circunſpiciant,
ſicque veneno hæretici, ſaltem latẽti, in
fici poterunt. Prætereà, cùm dicat Scrip-
68 tura, † Qui amat periculum, peribit in
illo,

Ayuntamiento de Madrid

illo; Eccleſiaſt.cap.3.cap. ad audientiam. de homicid.& cap.iuuenis.de ſponſalib. Exponens namque ſe periculo probabili peccãdi, peccat, & tale quidem peccatũ, quale periculum eſt, vt probat ſanctus Thom.quodlib.8.articu.13.Nauar.in capit.qualitas.num.18. de pœnit. diſtinct. 5. non licebit etiam in articulo mortis ſacerdoti hęretico confiteri, pręſertim quòd maximè timendum ſit ab hæretico & apoſtata, quòd intentionem non habeat legitimam abſoluendi: rectè igitur communis ſententia prohibuit Sacramẽtum Pœnitentiæ ab hæretico & ſchiſmatico eſſe recipiendum: quod etiam quanuis dubius probare videtur Dominicus à Soto libro quarto ſententiarum, diſtinctione.18.quæſtione quarta.articu.quarto.pagina.811.in.1.& 2.columnis.

Quòd ſi exquiris rationem differentiæ inter ſacerdotẽ excommunicatum, vel notorium omnino clerici percuſſorem
69 ex vna parte, hæreticum condemnatũ,† vel apoſtatam, vel ſchiſmaticum ex altera, ea in promptu eſt: ille namque quáuis ſuſpenſam habeat iuriſdictionẽ propter excommunicationẽ, membrum tamen Eccleſiæ eſt per fidem informẽ, quanuis manente excommunicatione ab Eccleſiæ communione ſegregatus ſit, vt latè probat D. Couarru. in dict. capit. alma mater. in initio.1. partis. numero 6. At verò hæreticus, apoſtata & ſchiſmaticus non ſolùm vſu iuriſdictionis ſuſpenſi ſunt, verùm etiam iuriſdictionem eradicata fide funditus amiſerunt, cum non ſint membra Eccleſiæ nec fidem habeãt: quandoquidem fidem Catholicam, quã profeſsi fuerant, violarunt, atq; ſuſceptã per apoſtaſiã deſeruerũt: ergo ſi alius inueniri nequeat ſacerdos in articulo mortis perinde erit tũc iudicãdũ, ac ſi nullus eſſet, & moriturus cõtritionẽ peccatorũ, quàm magnam poſsit, habere intendat.

Et quòd hæreticus verè de Eccleſia nõ ſit, probatur primò, quia hæreſis diuiſionem ſignificat: ideoque dicuntur hæretici, quia diuiſi ſunt ab Eccleſia. Secundò
70 ex Diuo Matthæo,† ibi, Si Eccleſiã non audierit, ſit tibi tanquam Ethnicus & Publicanus: ergo ſicut Ethnicus non eſt in Eccleſia, ita neq; hæreticus. Tertiò, quia vt inquit Apoſtolus, vnus Deus, vna fides, vnum Baptiſma: hæreticus igitur, qui non manet in vnitate fidei, non eſt in Eccleſia Dei. Sed & alijs pluribus authoritatibus id comprobat doct. Simãc. de inſtitut.Catholi.titul.24.nu.42. Ac-
71 cedit prætereà, quòd maiores noſtri,† in 4. Concilio Toletan. dixerunt, Non poteſt erga homines eſſe fidelis, qui Deo extiterit infidelis: quam obrem iure laudatur Theodoricus Afer, qui cùm diaconũ haberet orthodoxum à ſe admodum dilectum, & in Arianiſmum conuerſus eſſet, vt eidem Theodorico faueret, gladio eum interemit, dicens: Si Deo fidem ſinceram non ſeruaſti, quomodo mihi, qui homo ſum, conſcientiam ſanam præſtabis: vt referunt Theodor. libro ſecundo hiſtoriæ Tripartitę capit.22. Nicephor, libr.16.hiſtoriæ Eccleſ. cap.35. Zonaras tomo. 3. annal.in imperio Anaſtaſij. D. Simanc.de inſtit.Catholi.titul.46.num. 60. Ergo veriſimiliter timendũ eſt, quòd ſi moriens illi confiteatur, intentionem non habeat legitimam abſoluendi: quinimo maximè verendum, quòd virus in pœnitẽtem euomat; quare meritò, quòd etiam in extrema neceſsitate non liceat confiteri hæretico, qui quidem per propriam culpam ab Eccleſiæ vnitate diuiſus eſt, vt in capit. ſanè. 19. quæſtione. 7. vt præter ſupradictos probauit etiam in noſtra ſpecie Nauar. in capit. primo. §. laboret.num.2.& 7.de pœnitent. diſtinct. 6. vbi num.8. idem exiſtimat in ſchiſma-
72 tico illo,† qui putat Eccleſiam alibi eſſe, vel eſſe poſſe, quàm penes Petri ſucceſſorem, is enim hæreticus eſt, vt in capit. ſchiſma.24.quæſtione.1.

Sic Hermenegildus Rex, filius Leuuigildi Regis olim Hiſpaniæ, qui ob Catholicæ fidei profeſsionẽ ab hæreticis in carcerem coniectus maluit oppetere mortem, quàm communionem ſacram è manibus Epiſcopi Ariani ſumere; vt habetur in ſua hiſtoria apud Beatum Gregor. Magnum in ſuis dialogis libro tertio. refertur in capit. fin. 24. quæſtione. 1.

idem

Ayuntamiento de Madrid

idem ſentit Medina in ſua ſumma, *Inſtruccion de confeſſores* vulgò nuncupata, ad fin.c.19.in princip.dicens idem quod Soto vbi ſupra, nempè quemlibet ſimplicē ſacerdotem, Catholicum tamen, abſoluere poſſe pœnitentem in articulo mortis: ergo hæreticus, cùm Catholicus mini-
73 mè ſit, hoc miniſterio vti non poterit.† Dum ergo Concilium Tridentinum ſupra citatum diſponit, in articulo mortis omnes ſacerdotes, quoſlibet pœnitentes abſoluere poſſe, &c. intelligendum eſſe videtur (ſalua cenſura ſanctæ matris Eccleſiæ) de ſacerdotibus Catholicis; ſecus de hæreticis pro talibus ab Eccleſia declaratis & denuntiatis.

Ex ſuperioribus iā ſatis perſpicuè deducitur intellectus ad textū in.c.ad probādum.de ſententia & re iudicat. vbi probatur, quòd ſententia lata à iudice publicè excommunicato, eſt nulla: idē probat text.in.c.exceptionem.ad finem. de exceptionib.& quanuis in dict.c. ad probādum.dicatur, ſententiam eſſe infirmandā atque caſſandam, ſicque innuatur eſſe va-
74 lidam: gloſſa tamen ibi, in verb.caſſata,† intelligit, id eſt caſſa & irrita nuntiata: eſt igitur nulla ipſo iure ſententia lata à iudice publicè excommunicato, vt ibi reſoluunt doctores, & latè probat plures ita tenentes allegans Sebaſtianus Vātius in tractatu nullit.in rubrica de nullit.ſententię ex defectu iuriſdiction. ordinarię. nume.137.pagin.225. & ſequenti, & iterum in rubrica de nullitat.ſentent.ex defectu iuriſdict. delegat. nume. 61.pagin.
75 287.† Quod nedum procedit in ſententia iudicis delegati publicè excommunicati, de quo loquitur dict. capitul. ad probandum. ſed etiam iudicis ordinarij eodem modo excommunicati, vt probatur in dicto capit.exceptionem. in fine, quod generaliter loquitur, eſtque magis communis ſententia ſecundùm Ioannem Oroſc. in.l. & quia. numero 47. ff. de iuriſdictione omnium. iudicum, dicentem, quòd deciſio Rotæ 24. in antiquis, quæ contrarium probat, non eſt receptā. Idem tenet, atque profitetur Antonius de Padilla in. l.1. numero. 52. C. de iuris & facti ignorantia.

76 Hæc namque omnia intelligenda ſunt hodie procedere, quando huiuſmodi iudex, qui protulit ſentētiā, erat nominatim excommunicatus & denūtiatus, vel notorius omnino clerici percuſſor, hi nāque excommunicati in præfatis duobus caſibus ſunt, qui iuxta formam atque tenorem Concilij Conſtantienſ. vſu Eccleſiæ recepti, præcipiuntur vitari, nō verò cęteri, ſiue generaliter, vel ſimpliciter excommunicati, ſiue nominatim tantùm, ſi non ſint publicati, vel denūtiati, vel etiā notorius excommunicatus, præter notorium omnino clerici percuſſorem: hos nanq; vltimos vitare non tenemur, vnde ſunt tolerati ab Eccleſia, ſuoque officio vti poſſunt, & valida erunt geſta per eos, ratione publicę vtilitatis. arg.l.Barbarius Philippus.ff.de offi.prætor.& ita in terminis, quanuis non allegent dict. Concil.Conſtantienſ.tenent & probant Felin.in.c.Rodulphus.n.39. de reſcript. & in cap.fin.in fine.de except.& in dict. cap.ad probandum.colum.3. verſi. adde etiam.nu.5.& Decius conſil 522.in cauſa electionis.nu.13.eoſq; referens Vātius vbi ſupra in dict. rubri. de nullit. ſentēt. ex defectu iuriſdictio. delegat.nu.63. & Magiſter Palac.in.4.ſentent.diſtinct.18. diſputatione.4.in princip.verſic.porrò.
77 pag.347.colum.2. † vbi quòd tunc dicitur nominatim declaratus, quando in parochia excommunicati publicatur illum eſſe excommunicatum, vel in concione publica, vel à parocho publicè euulgatur coram plebe illum eſſe excommunicatum, vel à notario Epiſcopi, vel aliàs: quæ omnia ex ſupra latè adductis comprobātur. Vnde gloſ.dict.cap.exceptio-
78 nem.verb.publicè, dicens, † publicè latā intelligi ſententiam excommunicationis, ſi iudex eam tulerit in loco vbi publicè iudicare conſueuit, præſentibus officialibus ſuis & partibus, vel altera abſēte per contumaciam, hodie non procedit, nec talis publicatio ſufficit, cùm ipſa debeat fieri in Eccleſia, denuntiando illum eſſe publicè excommunicatum, vt ſupra cum Coſma & alijs reſoluimus.

Iudex igitur occultè excommunicatus his modis, quibus eum à nominatim & publice excõmunicato diſtinximus, bene poterit ſuo officio vti, validaque erunt ab ipſo geſta & pronuntiata, fauore iuris publici, publicæque vtilitatis, vt ſupra aduertimus: cùm enim toleratus ſit ab Eccleſia, & communiter reputetur ab omnibus pro non excommunicato, non debemus eum vitare, vt in dict. l. Barbarius Philippus. & in terminis probãt gloſſa, & doctor. in dict. c. exceptionẽ. & in dicto. c. ad probandum: & Syluest. latè in ſua ſumma, verb. excommunicatio. 3. n. 3. 4. & 5. eſtque communis opinio, vt cũ Ricard. in. 4. ſentent. diſtinct. 18. arti. 7. quæſt. 1. in reſponſ. ad ſecundum, & alij teſtatur Victoria in ſua ſumma titulo de excommunicat. quæſtio. 16. in verſi. occultè autem excommunicatus. Selua in tractatu beneficij. 4. part. quæſtio. 4. nu. 30. volumi. 15. tracta. diuerſ. doct. fol. 54. quam latè probat Alfonſ. à Caſtro libi 2. de poteſta. leg. pœnal. cap. 15. & vltimo. in verſic. alterum, quod circa occultè excommunicatos. colum 1920. & ſequenti, vbi ampliat, etiamſi poſteà manifeſtetur illũ fuiſſe excommunicatum

80 quando illud fecit: qui inde etiam probat cum Innocent. in capit. 1. de ſchiſmat. aduerſus gloſſam in cap. ab excommunicato. 9. quæſtio. 1. quòd recipiens ordines ſacros ab occultè excommunicato, vel ab hæretico, ſi ab Eccleſia erat toleratus, nõ ſolùm recipit Sacramentum, ſed Sacramẽti executionem, vnde etiam poſtquam ſibi id cõſtiterit, poterit actus illius ordinis exercere abſque diſpenſatione: quanuis contrarium, & ſic cũ gloſſa in dict. capit. ab excommunicato. teneat Petrus de Palud. & eum referens Beatus Anton. in tracta. de excommunica. cap. 76. num. 23. volu. 16. tract. diuerſ. doct. fol. 223.

81 Quæ communis ſententia Ricardi & aliorum, vt indiſtinctè, & generaliter omnes actus ab occultè excommunicato geſti, ſiue ſint ciuiles, ſiue ſpirituales, ſint validi, magis placet Caſtro vbi ſupra columna. 1922. quàm diſtinctio Innoc. & Abb. in capit. veritatis. de dolo & contum. tenentium, omnes actus occulti excommunicati valere, ſi non ſunt ſpirituales ſecus ſi ſint ſpirituales, vt el dictio; quã plures referens ſequitur Selua vbi ſupra nu. 33. Sed nihilominus præd. communis ſententia Ricard. & aliorum verior videtur & tenenda, præmaximè attentis prædictis Concilijs Conſtantienſ. & Baſilienſ. in verbis ſupra citatis.

82 Ex quibus rectè infertur ad deciſionem quæſtionis difficilis & in iure controuerſæ, an ſcilicet iudex occultè excommunicatus, ac proinde toleratus ab Eccleſia, vt in exemplis ſupra fictis, poſſit alterũ excommunicare, & an ſentẽtia excommunicationis, vel alia ab eo lata, ſit valida? gl. etenim in ſumma 24. quæſt. 1. negatiuam ſententiam probauit, & gloſ. in c. infamis. glóſ. fina. 3. quæſt. 7. idem voluit, item Ancar. & Francus in cap. pia. colum. 3. de except. Anto. & Imol. in cap. ſciſcitatus. de reſcript. quos & alios refe rens eam magis communem teſtatur D. Couar. in dict. c. alma mater. 1. parte relect. §. 11. num. 4. de ſentent. excommun. lib. 6. quanuis ipſe contrarium probet, vt infra dicemus. Eandem communem ſequitur ſimpliciter Iacob. de Ligni. in tra. de cenſur. Eccleſiaſt. §. 22. num. 4. in fine. volu. 16. tract. diuerſ. doct. fol. 240. Probat etiam Syluest. in ſumma, verb. excõmunicatio. 1. num. 6. circa finem. & F. Ioſeph. Angles in ſuis florib. Theolog. quæſt. titul. de excommun. art. 4. de his, qui poſſunt excommunicare. 2. concluſio. pag. 49.

Verùm contraria ſententia, & ſic affirmatiua, verior eſt proculdubio, & tenenda, nempè, quòd quandiu quis ignoratur eſſe excommunicatus, excommunicatio, ſeu alia ſententia eius, & alij actus teneant ex ſupradictis circa intellectum dict. capit. ad probandum. de re iudica. & prætereà quia cùm hæc ſint de iure poſitiuo, non cenſetur Eccleſia iudices vſu iuriſdictionis priuare, quouſque conſtet eſſe excommunicatos; & hoc propter bonum commune, nam alias actus latenter excommunicatorum irriti

Ayuntamiento de Madrid

irriti eſſet defecta excommunicatione, multiq́ue de ſtatu ſuo dubitarēt: & hac de cauſa Concilium Conſtantieſ. ſupra citatum ad ſubueniendum conſciētijs timoratis fidelium ſtatuit, vt excommunicati, exceptis illis duabus ſpeciebus eorum, poſſent Sacramenta cōferre, nō q; eſſe vitādos in diuinis nec extra. Præterea quia dignitas videtur excōmunicari, nō perſona, argum. dict. l. Barbari⁹, & huius ſententiæ videtur eſſe diuus Thom. in. 4. diſtinct. 18. quæſt. 2. artic. 2. ad. 3. dum aſſerit, excommunicatum nō poſſe excommunicare, quia priuatur iuriſdictionis vſu: ergo cùm habet eum vſum, prout excommunicatus occultus, poterit excommunicare eodē modo intelligendus eſt tex. in capit. audiuimus. 24. quæſtion. 1. vbi expreſſè probatur, quòd excommunicatus non poteſt excommunicare, in eo nempè excommunicato, qui ſuſpenſam habet iuriſdictionē, ſcilicet quia publicè excommunicatus eſt, vt in dict. capit. ad probandū. hodie denuntiatus, vel notorius omnino clerici percuſſor, vt prædiximus.

83 Hinc fit, ꝙ Epiſcopus publicè excōmunicatus nō poterit iudicē aliquem inſtituere, quia ille etiam eſt actus iuriſdictionis: ſi tamē poſtquā eum inſtituit, excommunicetur, nō ceſſat inſtitutio, vt docet Soto in. 4. diſtinct. 22. q. 2. art. 1. pag. 955. col. 1. ad. fi. & col. ſeq. qui hoc vltimū aliquo iuris adminiculo nō probat: quinimò verum non videtur, & cōtrarium tenet gloſ. in cap. 1. verb. ipſius. de offic. vicarij. lib. 6. nēpè quòd ſi Epiſcopus eſt excōmunicatus, nec ipſe, nec ipſius officialis de cauſa cognoſcēt, ſed quod adiri debet Papa, vt prouideat: cuius rei ea eſt ratio ſecundùm glo. præfatam, quia Epiſcopi & ſui officialis idem eſt conſiſtorium, vt in cap. nō putamus. de conſuetu. in. 6. ideò meritò vt ſuſpenſa iuriſdictione Epiſcopi propter excōmunicationē ipſius, ſuſpenſa quoque ſit iuriſdictio ſui officialis, qui eam accepit ab eodem, quamuis ipſe officialis nō ſit excommunicatus, argumento text. in. dict. capitul. 1. Quo fit, vt diuerſum ſit dicēdum in delegato, nam ipſius iuriſdictio delegata, ſiue in totum, ſiue pro parte ſibi ſit commiſſa, non ſuſpenditur per excommunicationē delegātis, cùm non ſit vtriuſque idem conſiſtorium: & quia delegante excommunicato, nō appellatur ad eum à ſubdelegato, ſed ad ſuperiorem, hoc eſt ad primum delegantem, vt in. c. ſi is cui. de offic. delegat. in. 6. & in terminis ita tenet gloſ. fin. in. d. c. licet. ibi, Quid ſi excōmunicatur, & ibi Innocent. circa fin. & Abb. nu. 8. præd. differētiam inter officialē Epiſcopi, Epiſcopo excommunicato, vt vtriuſq; ſit ſuſpēſa iuriſdictio, & delegatū, delegāte excommunicato, vt poſsit procedere in cauſa re non integra, expreſsè probant, & præterea Marant. de ordin. iudic. 4. p. prin. in. 5. diſt. iudiciorum, n. 70. fol. 136. Et in delegato, quòd nō reuocetur officium ipſius per excommunicationem delegātis, cū Innocē. vbi ſupra, tenet expreſsè Bart. in. l. more. nume. 16. ff. de iuriſd. & omn. iudic. quem ibi ſequuntur omnes communiter doct. vt affirmant Curt. Iun. ibi nu. 89. & Ioan. Oroſ. nu. 35. in. l. & quia. ff. eodem titul. & in vicario Epiſcopi, ipſo Epiſcopo excōmunicato, vt impediatur de cauſis cognoſcere, tenet etiam expreſsè Roman. ſingul. 626. per tex. in d. c. 1. de offi. vicarij, lib. 6. vbi officiali Epiſcopi excōmunicato, geſta per vicarios eiuſdem officialis, qui ab eo tātùm iuriſdictionem receperunt, non tenent: nam ſicut repellitur iudex, ita etiā officiales eius repelluntur.

85 Qua ratione, ſi poteſtas, vel capitaneus alicuius ciuitatis ſit excommunicatus, eorum iudices impediūtur de cauſis cognoſcere, per d. c. 1. ſecundùm Rom. vbi ſupra, & Dec. in. c. intelleximus, in. 1. notab. de iudi. Oroſciū vbi ſupra, nu. 44. poſt Purpurat. ibidem col. fi. quē refert. Rectè igitur ex ſupradictis probatur, ꝙ Epiſcopo excōmunicato, eius vicarius nō poteſt de cauſis cognoſcere, aduerſ. Domin. à Sot. vbi ſupra. Niſi ipſū ſalues, intelligendo quòd ipſe nō tenuit cōtrarium expreſsè, ſed tantū dixit, quòd ſi Epiſcopus poſtquam inſtituerit iudicem,



Ayuntamiento de Madrid

excommunicetur, nō ceſſat inſtitutio, quaſi voluerit dicere, per excōmunicationē Epiſcopi nō extingui inſtitutionē vicarij antea ab eo inſtituti, nos autem hoc nō cōtradicimus, ſed affirmam⁹, iuriſdictionem huiuſmodi vicarij eſſe ſuſpenſam per excommunicationē Epiſcopi, ita vt ea durāte, de cauſis cognoſcere minimè poſsit, iuxta veriorem & magis receptam prȩfatā ſententiā, quæ ſūt diuerſa. Sic etiam eâdem ratione quando
86 Epiſcopus eſt ſuſpectus, † cēſetur etiam in cōſequentiā ſuſpectus eius officialis, ſecundùm Abb. Imol. Feli. & alios in. c. inſinuante. de offi. delegat. ſequitur Marant. de ordi. iudi. 6. part. in. 2. actu, titu. de appellat. num. 28. pag. 559. & Rolan. à Valle conſi. 16. nu. 8. lib. 2.
87 Sublata autē excōmunicatione Epiſcopi per abſolutionē, ipſius vicari⁹ poterit iuriſdictionem exercere, de cauſisq; cognoſcere, ſicut ante excōmunicationē præd. Iudex igitur occultè excōmunicatus (vt ad noſtrum propoſitū redeamus) quia nō eſt priuatus vſu iuriſdictionis, ſed toleratus ab Eccleſia, quouſq; detegatur ſua excōmunicatio, rectè poterit excōmunicare: & in terminis ita tenet & probat Palud. in. 4. diſt. 18. q. 2. art. 3. & Ricard eadem diſt. Silueſt. in verb. excommunicatio. 2. in princ. Abb. in. c. ab excōmunicato. col. 2. n. 5. de reſcript. idem Abb. & Feli. in d. c. ad probandū: nu. 1. vbi alios citat. idem Feli. in. c. ſi verè. de ſentēt. excommuni. Nauar. in Manual. Latin. c. 27. n. 7. vbi ampliat, etiāſi excōmunicatus excōmunicationem ferat in fauorē eius, qui ſcit eum excōmunicatum. D. Couar. vbi ſupra. d. nu. 4. id probans: eandem ſequitur, & cōmunem profitetur Selua vbi ſup. n. 32. Eiuſdem ſententiæ eſt Victoria in ſua ſumma tit.
88 de excōmu. q. 16. quanuis credat, † ꝙ per talem ſentētiam non priuetur excōmunicatus ſuffragij communibus: idque confirmare vult ex Concilio Cōſtātieſ. dum probat, illam indulgentiam nō prodeſſe ipſi excōmunicato: ergo cū priuare ſuffragijs (inquit ille) pertineat ad authoritatem ipſius excommunicantis, non debet releuari ſuffragijs, id eſt, bonis interioribus, quæ Deus prȩbet membris ſuæ Eccleſiȩ: nam bene priuat eum orationibus publicis, Miſſa & officio diuino: hoc autem vltimum ipſius Victoriȩ aſſertum verum non credo, quia ſi præd. excōmunicatus occultus, quandiu toleratur ab Eccleſia, poteſt excōmunicare, excommunicatioque ſua, ſiue ſētētia excommunicationis, valida eſt, & operari debet omnes ſuos effectus, quādoquidem huiuſmodi excōmunicatus iudex habet vſum ſuȩ iuriſdictionis, vt eſt prædictum. Neq; Victoriæ fundamētum aduerſus hāc ſententiā aliquid probat: nam quòd excommunicatio illa lata ab excommunicato tolerato ſit valida, non eſt propter eius bonum, nec ad authoritatē illius pertinet, ſed propter bonum Eccleſiæ, & publicam vtilitatē, quibus ſic expedit.
89 Occultè etiam excommunicatus licitè (ſaltem validè) poterit alteri facultatem concedere ad audiendas cōfeſsiones: publicè autē excōmunicatus minimè, ſecūdùm Victor. vbi ſupra, quod verum eſſe exiſtimo.
90 Vltimò ex ſuperioribus infertur reſolutio ad intellectum tex. in c. paſtoralis, § verū. in. ſi de appel. vbi expreſsè probatur, quòd excommunicatus nō lucratur fructus ſui beneficij vel præbendæ, dum excommunicatus exiſtit, licèt à ſētētia excommunicationis appellauerit: nam, vt inquit tex. illi prouentus Eccleſiaſtici meritó ſubtrahūtur, cui Eccleſiȩ communio denegatur: qui tex. eſt mētetenēd⁹, quia nō eſt alibi ita expreſſus ad hoc: & ibi id notāt Abb. & cōmuniter doct. gl. in. c. præter. 32. diſt. Feli. in. c. Apoſtolicæ. col. 5. de except. Ripa in. c. 1. colu. 12. verſi. 8. nota. de iudic. Ioan. Andr. in tract. de fructib. pag. 261. ſub rubr. ꝙ excōmunicat⁹ fructibus ſui beneficij priuetur, Marāt. de ordin. iud. 2. q. 3. p. 6. partis princi. n. 168. deciſ. Rotȩ. 8. de ſentē. excom. in antiquis, & ita fuit cōcluſū in Rota noua, vt refert Iacob. Put. li. 1. deciſ. 280. fo. 95. Lācel. de attēta. 2. p. c. 12. li
91 mit. 22. n. 1. & ſeq. † Quia inimic⁹ Dei & Eccleſiæ,

Ayuntamiento de Madrid

Eccleſiæ, non debet de patrimonio Ieſu Chriſti viuere, ſecũd.Bald.in.c.1.col.3. in.2.lect.de iudi.arg.c.cõmiſſa,de elect. lib.6.refert & ſequitur Rebuff.in praxi benef. in forma & declaratione nouæ prouiſ.in verbo,teque abſoluentes,&c.
92 n.18.pag.210.† Et quòd excõmunicatus durante excommunicatione nõ faciat fruct⁹ beneficij ſuos,& ſiquos percepit, teneatur ad eorũ reſtitutionẽ,tradit ex d.c.paſtoralis.§.verũ.plures allegans Didac.Perez in.l.1.ti.5.lib.8.ordin.fo.178. col.1.in verſ.nihilominus durante excõmunicatione. Idẽ probat Paul.Borgaſ. in tract.de irregularit.&c .6.par. in tit. quot ſint effectus excõmunicat.n.9.& ſeq.pag.336.& in tit.an excõmunicatus ab vno Epiſcopo,perdat fructus beneficij in aliena diœceſi cõſtituti, ſtatim in princip.pagi.337.probat etiam eos per-
93 dere.† Ad hoc enim vt hęc deciſio locũ habeat,nõ requiritur,vt præd.excõmunicatus ſit etiã denuntiatus: tùm cũ per ipſam denuntiationem amplius nõ ligetur,vt inquit idẽ tex.ibidem:tũ etiã per dict. Concil.Baſilieñ.in finalibus verbis, ibi,Per hoc tamẽ huiuſmodi excommunicatos,ſuſpẽſos,interdictos, ſeu prohibitos nõ intẽdit in aliquo releuare,nec eis quomodolibet ſuffragari:nã cũ hęc acquiſitio fructuũ de qua agimus,ſi permiſſa foret,eſſet in fauorem ipſius excõmunicati,& non aliorum, meritò quòd illa priuetur per ſolam excommunicationem ante denuntiationem.

94 Quod primò procedit,& ampliatur,vt excõmunicatus amittat ipſo iure pręd. fructus,etiã abſque eo quòd in ſentẽtia hoc exprimatur,vt conſtat ex d.§.verũ. in ſui generalitate,quia licet gl. ibi ver. ſubtrahãtur,aliud teneat, cũ qua tranſeunt doct.vſque ad tempora Ioan. Andreę excluſiuè,cõmuniter tamen doct. poſteà tenẽt qđ pręd ixi aduerſus d.gloſſam,nẽpè non requiri quòd hoc in ſententia exprimatur,vt tenet Hoſtiẽ.in ſũma de ſententia excõmunicationis. in §.quis ſit eius effectus.in verſi. itẽ quòd nullum.nu.11.Speculat.in titu.de ſuſpẽ. & interdict.in fine.vbi refert idẽ tenere Vincẽ.in.c. quoties.de ſimon. & Hoſt. vbi ſup. Eandẽ ſententiam aduerſus gl. præfatam probarunt Antonius de Butrio,colum.10.& Abb.in dict.§.verum. num.17.per text.ibi, quem rectè in hoc expendit,& ibi additio: ſequitur etiam Imol.ibidem.Philip. Frãcus ſuper eadẽ gloſ.Decius nume.9. & inquit Ripa in capit.1.nume.17.de iudic.quòd communis concluſio eſt, vt excommunicatus ſit priuatus fructibus ipſo facto : quam etiam ſequitur Marant.de ordine iudic. 6. parte princi. in rubrica de appellat.
95 nume.68. † fortiùs priuatur excommunicatus diſtributionibus quotidianis,ſecundùm Imol.& Frãc.vbi ſupra,& Petrum Dueñas in regula. 42. fallentia.8. & Didac.Perez vbi ſupra columu.2.in 4.concluſione.

96 Secũdò præd.cõcluſio, quæ habet, vt excommunicatus fructus & diſtributiones quotidianas ſui beneficij vel præbẽdæ non lucretur tẽpore quo eſt excommunicatus,adeò procedit,vt quãuis clerico depoſito & ſuſpẽſo à beneficio propter crimen,ex redditibus beneficij alimenta ſint miniſtranda,ne cogatur mẽdicare in opprobriũ ordinis clericalis: excommunicato tamen nihil ex redditibus Eccleſiæ datur, etiamſi is egenus & pauper ſit,vt probat gloſ.in dict.§. verum,in verb.ſubtrahuntur,per totã,pręcipuè in fine,& ibi omnes doct.& eſt recepta ſecundùm Nauar.in Manual.Latin.capit.25.num.124. ſequitur Didac. Perez vbi ſupra,& F.Ludoui. Lopez in ſuo inſtructorio cõſcien.2.part.c.97.in princip.& cum ea tranſeunt omnes, ſecund.Borgaſ.vbi ſupra,nu.13. gloſ.etiã in capit.cum Victonienſis.de electiõn. gloſ.in cap.ſtudeat.50.diſtinct. in verb. & ſui.Dominicus in capit.præter hæc. 32.diſtinct. Abb.in cap.Apoſtolicę.colum.3.num. de except. & ibi Feli.nu. 9.eſtque receptiſsimum omnium conſenſu ſecundùm Couar. lib. 3.variarum reſol.capit.13.numer.8.in verſi. duodecimo.ibi, Adeò ſanè,vbi etiam idem in eo qui actu & ſolenniter depoſitus ſit, & exauthoratus militia ſacerdotali : nã

C 3 huic

Ayuntamiento de Madrid

huic minimè exhibẽda ſunt aliméta ex redditibus Eccleſiaſticis, ſicut nec excõmunicato, authore Felin. in cap. ex parte. de accuſationib. nu. 1. Cõmunis igitur ſententia ſupradicta, ea cõcedẽs depoſito,
98 poſito, procedit & loquitur † in depoſito verbaliter per ſẽtẽtiã: ſecus ſi actualiter depoſit⁹ ſit, per ſupradicta: & ita tenet Imol. poſt alios in. c. ad ſupplicationem. 2. col. de renuntiat. Felin. in dict. c. Apoſtolicę. num. 11.

Ratio autẽ differentię inter clericum
99 depoſitum vel ſuſpenſum, † & excõmunicatum, quare illi alimenta ſint præſtãda ex redditibus Eccleſiaſticis, huic verò minimè, ea eſt, quia depoſitus nõ habet facultatem, nec in ſua manu eſt, vt à depoſitione liberetur, ideòq; meritò vt eidem in hoc ſubueniatur: excommunicatus autem habet in manu ſua, vt abſoluatur comparendo reſipiſcens à ſua contumacia, cauendo ſtare mandatis Eccleſiæ, vel ſatisfaciẽdo cùm poſsit, vt in. c. ex parte. el. 1. de verborum ſignificatione. & vbi ſatisfacere nõ potuerit per inopiam, liberabitur ab excõmunicatione gaudere volens beneficio tex. in capit. Odoardus miles. & ibi communiter doctor. de ſolutionib. Quòd ſi illo omittat vti propter pudorẽ, ſibi imputet, & ſic meritò alimenta denegantur eidem ex prædictis fructibus & redditibus Eccleſiaſticis, quos ratione excommunicationis ipſius tempore iuſtè amittit, atque à iure ei ſubtrahuntur: ita Abb. & cæteri doct. vbi ſupra.

100 Ex quibus primò infertur, quòd ſi quis ſit ſuſpenſus propter contumaciam, à qua poteſt reſipiſcere, & non reſipiſcat, eidem etiam ſicut excommunicato eadem ratione alimenta exhiberi non debent ex redditibus Eccleſiaſticis: ita Abbas in dicto. §. verum. numero. 17. & ibi Francus ſuper gloſ. final. & Decius numero. 9. Nauarr. & Ludouicus Lopez vbi ſupra. Idem eſſet, vbi ſuſpenſus ob crimẽ, viuere poſſet de patrimonio ſuo, vel propria induſtria, quia tunc nihil habebit de Eccleſiaſtico beneficio, ſecundùm Baldum in dict. cap. cum Victoniẽſis. poſt medium, per notata in dict. c. ſtudeat. 50. diſt. & in. l. ſi maritus. ff. ſoluto matrimonio. ſequitur Feli. in dict. cap. Apoſtolicæ. nume. 10.

101 Secundò infero, quòd ſi excommunicatus eſſet impeditus ex aliqua iuſta cauſa, vt non poſſet abſolutionem petere (adde tu, vel obtinere, etiam ſi eam petat) vt ſi in lõginquis partibus adſit, qui eum abſoluere debet ac poteſt, ipſe tamẽ excommunicatus faciat quod in ſe eſt pro illa abſolutione obtinenda, ſicque non ſit in mora, eſſet ſibi prouidendum hoc caſu particulari alimentis ex redditibus Eccleſiaſticis, ſicut ſuſpenſo, eadẽ ſupradicta ratione: ita in terminis fertur tenere Ioan. de Lign. in Clemẽti. vt hi qui diuinis. §. 1. quæſtione. 20. de ætate & qualitate. & ibi Cardin. idem vult numer. 20. & expreſsè tenet & probat Decius in dict. § verum, numero. 9. Felinus in dict. capit. Apoſtolicæ. numer. 10. vbi alios allegat: ſequitur etiam Silueſt. in ſumma, verb. clericus. 4. numer. 17. & Beatus Antonin⁹ Archiepiſcopus Florent. in tractatu de excommunicat. capit. 76. numer. 16. volum. 16. tracta. d. uerſ. doct. fol. 223. vbi in idem citat Petr. de Palud. in quarto ſentent. Sequitur etiam Gregor. Lopez in. l. 31. titul. 9. parti. 1. in gloſ. *Las rentas del beneficio*, ad finem. Nauar. & Ludouic. Lopez vbi ſupra.

102 Tertiò deducitur, quòd in caſu extremę neceſsitatis, ne fame pereat excommunicatus, debet eidẽ ſubueniri ex fructibus beneficij: ita gloſſ. ſæpè citata in dict. §. verum. verb. ſubtrahuntur, & ibi omnes doctor. ſecũdùm Decium ibi dem dict. numero. 9. Gregorium Lopez in. l. 31. titul. 9. partita. 1. in gloſſ. *Las rentas del beneficio*, quod poſſe moderari affirmat Paulus Borgaſ. vbi ſupra, numero. 13. niſi ex tali confidentia excommunicatus malignaretur, quia tunc vtiliùs eſurienti panis tollitur, vt ibi per eum.

103 Ex ſupradictis omnib⁹ iã deducitur regula veriſsima & cõmuniter approbata, ꝙ iuſtè excõmunicatus, etiã ante denũtiatio-

Ayuntamiento de Madrid

tiationem nõ lucratur, fructus redditus, nec diſtributiones quotidianas ſui beneficij vel præbendæ, vt in dict.c. paſtoralis.§. verum. vbi gloſ. fin. circa finé. ibi, Si fuit iuſtè excommunicatus, &c. quæ eſt communiter recepta, vt teſtatur D. Couarruuias vbi ſupra. ſequitur etiam Gigas de penſion. quęſtione 64. nume. 1. & 9. volumi. 15. tracta. diuerſ. doct. fol. 212. eſt communis, vt teſtatur Didac. Perez vbi ſupra colum. 2. in verſic. iuſtè excommunicatus. vbi quòd ceſſante excõmunicatione, eos non recuperabit: ſequitur etiam Borgaſ. vbi ſupra. & approbatur in dict. l. 31. titul. 9. parti. 1. vbi inquit lex. *Otro ſi puſo por pena al Clerigo que fueſſe deſcomulgado con derecho, que no pudieſſe demandar las rentas del beneficio que deuia auer por aquel tiempo en que lo fue, nin pudieſſe ganar otro de nueuo*: facit optimus text. in. l. cum allegatis. C. de re milit. libro 10. vbi Gordianus reſcripſit, deſertorem militię, quanuis à principe reſtitutus fuerit, ſtipendia tamen eius temporis, quo in deſertiono fuit, exigere nõ poſſe: † imò
104 vt aſſerit ſanctus Thomas 2.2. quæſtione 31. artic. 1. excommunicatis & Reipublicæ hoſtibus ſunt beneficia ſubtrahenda, in quantum propter hoc arcetur à culpa, quę refert & ſequitur Greg. Lopez vbi ſupra.

105 Fructus autem prębendę durante excommunicatione vel ſuſpenſione cõtingentes, in vtilitatem Eccleſiæ conuertuntur (& vt inquit Borgaſ. vbi ſupra num. 18. applicantur ſacerdoti, qui medio tempore ſeruiat, ne Eccleſia debitis fraudetur officijs) diſtributiones verò quotidianæ præſentibus accreſcũt, iuxta gloſſam in Clementin. 2. verbo. ſuſpenſos. de vita & honeſt. cleric. & in Clemẽti. vt hi qui. de ætate & qualit. verb. dimidia. ſequitur Felin. alios referens in dict. capit. Apoſtolicæ. nume. 12. de exceptionib. Decius in dict. §. verum. nume. 9. poſt Prępoſit. ibi, eſtque communiter approbata diſtinctio hæc ſecund. Couar. vbi ſupra dict. libr. 3. var. reſol. c. 13. nume. 7. vbi rectè cum alijs, quos citat, id, quod prædiximus de diſtributioni-
106 bus quotidianis, intelligit, † vbi ſtatuto vel cõſuetudine Eccleſiæ certa quãtitas eſt diſtribuenda inter eos qui horis Canonicis, diuiniſq; officijs pręſentes fuerint, tunc enim pars, quæ abſentibus ob præſentiam deberetur, potius præſentibus competit iure non decreſcendi quàm accreſcendi: quod hodie probatur c. 3. de reformat. ſeſsion. 21. ſacri Concilij Tridét. Nec obſtat eidem aliud capi. 3. de reformat. ſeſsio. 22. eiuſdem Cõcilij, dum ibi probatur, fabricæ Eccleſiæ, aut alteri pio loco partem amiſſam diſtributionũ quotidianarum applicari: loquitur namque expreſsè in diſtributionibus quotidianis quas præſentes obtinent; ſed quia cõpetens ſibi ſeruitium quolibet die ſtatuto non impleuerint, amittunt illius diei diſtributionem, ideo meritò in pœnã contumacię applicatur illa pars fabricæ Eccleſię, vel alteri pio loco, at verò pręd. caput ſeſsio. 21. loquitur in caſu de quo modò agimus, nẽpe vt pars, quæ abſentibus ob præſentiã deberetur, præſentibus cõpetat, qui eſt diuerſus: ſecus ſi in Eccleſia inſtitutum ſit, vt cuilibet canonico, qui pręſens horis canonicis fuerit, detur certa ac diffinita quantitas, nam tunc portio abſẽtis pręſentibus minimé dabitur, ſed apud ipſam Eccleſiam manebit, hoc ſi quidem caſu locus non eſt iuri accreſcendi, quia præſenti certa debetur quantitas, abſenti verò nulla.

Hæc tamen omnia intelligenda ſunt & procedunt, cùm ex patrimonio Eccleſiæ, cui miniſtratur, dantur redditus, & quotidianæ diſtributiones ipſis miniſtris nulla facta diuiſione redditũ inter
107 ipſam Eccleſiam, & capitulum. † At verò vbi patrimonium Eccleſiaſticum in duas eſt diuiſum partes diſtinctas, quarum vna ipſius Eccleſiæ ad eius fabricam, veſtes, aliaque ei neceſſaria propria atque applicata ſit, altera verò ad miniſtrorum victum & laboris mercedem ſit deſtinata, prout eſt illa, quæ communiter pertinet ad menſam capitularẽ, tunc etiam in redditibus principalibus diſtinctis à diſtributionibus quotidianis idem erit, quod in ipſis diſtributio-



Ayuntamiento de Madrid

nibus quotidianis, quoties certa redditũum quantitas conſtituta ſit atque deſtinata ad hoc, vt inter ipſos miniſtros diuidatur, nam eo caſu portio abſentium portiones præſentium & perſonaliter miniſtrantium auget:& quod in præmiſſa diſtinctione diximus in Eccleſiæ vtilitatem conuertendum, hoc caſu non ad ipſam pertinebit, ſed verè cedit in patrimonium commune ipſorũ miniſtrorũ, non verò ipſius Eccleſiæ, cùm ea alteram fructuum ac reddituum partem habeat ab hac diſtinctam, hæc verò ſolis miniſtris Eccleſiæ inſeruientibus, atque eidem intereſſentibus conuenit: quare hoc caſu portio abſentium, ſiue principaliũ fructuum, ſiue diſtributionum quotidianarum meritò præſentibus & intereſſentibus accreſcit, ſi certa quædam quantitas præſentibus tantùm diſtributa, atque conſtituta ſit: ſecus ſi cuilibet præſenti detur, ac definita quantitas, abſenti verò nulla, tunc enim portio abſentium, quam ſi præſentes fuiſſent lucrarentur, in menſa capitulari remanet cum reliquis eiuſdem fructibus inter omnes reſidentes reſpectiuè pro ſuis præbendis & rata temporis ſuæ reſidentiæ diuidenda: hæc eſt inueteratiſsima, atque immemorabili tempore obſeruatiſsima cõſuetudo huius almæ Eccleſiæ Ciuitatenſ. ſuiſque ſtatutis & conſtitutionibus conformis, aliarumque plurium huius regni: quod etiam docet inſignis Couarru. vbi ſupra, qui eo tempore huius ciuitatis meritiſsimus Epiſcopus erat, præfatamque conſuetudinem noſtræ Eccleſiæ non ignarus id ſcripſit, eidem virtualiter nitens, quanuis eius expreſsè non meminerit.

108 Menſa enim capitularis, redditusque ipſius, menſæ in qua inuitati ad comedendũ ſedent, aſsimilatur: ſicut enim cibi appoſiti in hac ad edendum tantùm pertinent ad ſedentes ad eã, qui edere volũt, atq; inter ipſos tãtum diſtribuuntur, nõ verò non veniẽtibus nec ſedentibus, ita redditus atque fructus illius, qui ad victum & laboris mercedẽ Eccleſiæ miniſtrantium, atq; inſeruientium deſtinati ſunt, ad illos tantùm pertinent, qui reſident, atque in eadem Eccleſia horis Canonicis, diuiniſque officijs interſunt, nõ verò abſẽtibus: hinc eſt vt portiones abſentium, quæ ſi præſentes forent, eiſdem diſtribuerentur, vel præſentibus tantùm ſtatis horis, ſi diſtributiones quotidianæ ſunt, accreſcunt, vel ſi fructus principales ſint (vulgò, *la grueſſa*, nuncupati) in ipſamet menſa capitulari remanent inter reſidentes diſtribuendi, quibus hoc competit iure nõ decreſcẽdi: quo fit, vt præd. fructus minimè abſentium dici poſsint, ſed præſentium, hoc eſt, reſidentium, cùm in id ipſum in menſa ſint, vt reſidentibus impartiantur: vnuſquiſque ergo beneficiatorum tantum capit, quantum reſidet reſpectiuè pro numero, & præbẽdarum, & reſidentium: augentur igitur portiones reſidentium iure proprio per abſentiam non reſidentium. Nam ita demum horum ſunt fructus prædicti, ſi ſtatuto tempore reſederint, vel ſtatis horis interſint, aliàs ſecus. Ex quibus decidẽda
109 venit quæſtio illa ſatis difficilis, † atq; recens, an penſio authoritate Apoſtolica cum conſenſu beneficiati reſeruata, ac conſtituta ſuper fructibus alicuius præbẽdæ pro tẽpore vacationis eiuſdem præbendæ, ſoluenda ſit à capitulo Eccleſiæ fructibus illius præbẽdæ gaudẽte, necne, vel à nouo ſucceſſore, poſtquam eidem fuerit prouiſus?

Nam primò videtur, capitulum ad eam ſoluendam teneri: fructus namque, atque portionem ad illam præbendam vacantem, tempore quo vacauit pertinentes percepit, in ſuoſque vſus conuertit ex conſuetudine, ac vi ſtatutorũ eiuſ-
110 dem Eccleſiæ: † ergo ad penſionem tenetur, quæ ſuper dictis fructibus conſtituta eſt. Penſio enim eſt onus reale, annexum fructibus eiuſdem præbendæ, hoc eſt ipſi Eccleſiæ vel præbendæ, & ab illius rectore intuitu ipſius Eccleſiæ debetur, vt per Paul. de Caſtro conſilio 338. incipienti, quia exceptiones, colum. vltima. volumi. 1. ſequitur Felinus in d. cap. ad audientiam. el 2. de reſcriptis.
111 † Collecta enim, decima, cenſus & penſio,

ſio, ſunt onera realia, obligantque poſſeſſorem. cap. ſi quis laicus. 16. quæſt. 1. vnde eſt vt nouus poſſeſſor conueniri poſsit, vt præteritam penſionem inſolutam ſoluat, vt in capitulo 1. de ſolution. l. Imperatores. ff. de public. & vectigal. quia beneficium tranſit cum onere, vt in dictis iuribus, & in cap. ex literis. de pignor. & in capit. cum dilectus. de donat. & in terminis quòd ſucceſſor in beneficio teneatur ad ſolutionem penſionis temporis anteceſſoris decurſæ, tenet Philippus Francus in cap. fin. in fin. de officio ordin. in 6. & probat latiſsimè Gigas in tractatu de penſion. Eccleſiaſt. quæſtione 39. per totam. & iterum quæſtione 43. vbi reſoluit, eſſe in electione penſionarij, vel agere contra beneficij poſſeſſorem, vel contra hæredem defuncti poſſeſſoris in caſibus, in quibus ipſe anteceſſor erat obligatus, vt tenet Fredericus de Senis conſilio 81. quem refert & ſequitur Cardinal. in Clemen-
112 ti. 1. quæſt. 11. de cenſibus. † Quo fit, vt tunc demũ poſsit agi pro penſione præteriti temporis contra nouum poſſeſſorem, quando nouus poſſeſſor poſſet recurrere contra hæredes percipientis fructus, ſecus aliâs, nempè quando alius ex conſuetudine illos recepit, quia cũ tunc contra illum nouus poſſeſſor agere non poſsit, penſionarius nõ poterit eundem conuenire, vt tenet Rota noua ſecundũ Iacob. Puteum libro 2. deciſionum Rotæ, deciſ. 189. vbi num. 5. cum Gigante quæſt. 62. tenet, quòd ſucceſſor non tenetur ad ſolutionem penſionis eo caſu, quo eius prædeceſſor nõ teneretur. Cõſulit tamen Gigas dicta quæſt. 39. & 43. quòd ſemper creditor penſionis (intellige in caſu quo poteſt) potiùs agat con-
113 tra ipſum poſſeſſorem beneficij, † quã contra hæredem defuncti prædeceſſoris, quia aduerſus illum, cui literæ penſionis intimatæ fuerunt, procedi poteſt via executiua, contra hunc verò minimè, ſed via ordinaria, & ita dicit in facto obtinuiſſe in ciuitate Venetiarũ: quãuis Caſsiador. deciſi. 3. & 4. in rubrica de locat. dicat eſſe paſſum dubium, an nouus poſſeſſor beneficij teneatur ad decurſam penſionem tempore prædeceſſoris, & quòd nondum fuit in Rota deciſus: nihilominus tamen opinio Doctorum ſuprà relata verior & communis eſt, atque proinde tenenda in iudicando, &
114 conſulẽdo. Quòd ſi penſionarius † in caſu permiſſo conuenerit nouum beneficij poſſeſſorem, poterit nouus poſſeſſor ſoluens, pro eo quod ſic ſoluit, conuenire prædeceſſorem, ſi viuit, qui fructus percepit, & ad quem ſpectabat ſatisfactio illo anno oneris currentis, ex quo fructus percepit, vt in dict. cap. fin. de offic. ordina. lib. 6. vt tenet ibidem Francus, & refert Gigas. d. q. 39. nu. 5.

Cùm igitur penſio ſit onus reale ſuper fructibus beneficij impoſitum, conſequitur, capitulum gaudens dictis fructibus tempore vacationis illius beneficij ad præd. onus teneri, poſſeque ipſum ad id ſoluendum conueniri, nõ verò nouum ſucceſſorẽ, cũ hic non poſsit recurrere contra capitulũ, quod vigore con-
115 ſuetudinis percepit fructus. † Secundò, quoniam fructus beneficij, ſiue præbendæ, ſuper quibus Eccleſiaſtica penſio, authoritate Apoſtolica reſeruata eſt, ſunt obligati & hypothecati pro ſolutione penſionis, ideòq; agi poteſt contra quẽcunq;, ſiue quoſcũq; illorũ poſſeſſores, ſiue ſit vniuerſalis, ſiue particularis ſucceſſor, vt in terminis probat Ludou. Roma. cõſ. 338. incip. in caſu propoſito thematis, cuius in hoc ſententiam aduerſus Paul. de Caſtr. & Felin. latiſsimè probauit atq; ſequutus eſt Gigas de pẽſion. Eccleſ. vbi ſuprà, quæſt. 51. numer. 17. & ſequentibus. Sed capitulum habet & poſſidet hos fructus: ergo poterit hypothecaria conueniri pro ſolutione penſionis tempore vacationis beneficij decurſæ.
116 Tertiò facit, quia Eccleſia vacans, ſuper cuius fructibus eſt appoſita annua penſio, tenetur ad ſolutionem pẽſionis, eamque ſoluere debet œconomus eiuſdem Eccleſiæ, qui pro ea conueniri poteſt, vt latè & bene probat Gigas vbi ſuprà quæſt. 65. vbi quòd ſi vacatio Eccleſiæ diutina eſſet, tunc Eccleſiæ curator



Ayuntamiento de Madrid

dari poterit, cum quo iudicium agatur: ſi verò Eccleſia collegiata ſit, Capitulũ ipſius conueniri poterit, cũ etiam agere poſsit pro ipſa Eccleſia, cum conſenſu Epiſcopi ordinarij: & in ſolutione cha-
117 ritatiui ſubſidij † idem decidit Bellenzin. in ſuo tracta. de charit. ſubſid. quæſtione 7. in. 1. par. Quòd ſi ad alterum ex conſuetudine pertineāt illi fructus, contra eum agi poteſt, tenebiturque ſucceſſor ad id actionem cedere ſecundùm Iacob. Puteum vbi ſuprà num. 5. Et ita vi-
118 demus, quòd Camera Apoſtolica, † cuius ſunt fructus ſedium vacantium ipſarum Eccleſiarum, ſoluit ſemper penſiones ad illius fructus ſpectantes: ergo cum beneficium, ſiue præbenda Eccleſię cathedralis, vel Archiepiſcopalis, vel etiã collegiatæ vacat, ipſa Eccleſia percipiens fructus tempore vacationis, tenebitur, ac cõueniri poterit ad ſolutionem penſionis illo tempore decurſæ impoſitæ ſuper prædictis fructibus.

119 Quartò facit, quia quoties capitulum Eccleſiæ Cathedralis, & ſimilium, vigore ſtatuti eiuſdem Eccleſiæ, vel alterius cõceſsionis debet habere, & habet medietatem fructuum præbendarum duorum primorum annorum, nouorum reſidẽtium, tenetur ſoluere dimidiam partem penſionis ſuper omnibus fructibus earundem reſeruatæ, atque impoſitæ, vt pluribus comprobat idem Gigas vbi ſuprà, quæſt. 89. per totam: ergo ad idem tenebitur in totum, quoties capitulum omnes fructus præbẽdæ percipit, atque illis fruitur vigore ſtatuti, vel conſuetudinis, eo quòd præbenda vacauerit.

Nihilominus tamen his non obſtantibus (etſi paſſum hunc dubium vehementer eſſe exiſtimem, dignumque, vt ſi lis aliqua ſuper eo contingat agitari, cõcordia inita ſopiatur) contrariũ in puncto iuris verius eſſe exiſtimo in quæſtione propoſita, nempè vt capitulũ ad ſolutionem præd. penſionis minimè teneatur ex ratione præd. in verſic. menſa autem. num. 108. quæ eſt radicalis, atque ſubſtantialis difficultatem eneruãs: quia
120 cum capitulũ † hoc caſu iure proprio propter perſonalem reſidentiam, atque ſeruitium perſonaliſsimũ prædictis fructibus, non tanquam alienis, ſed proprijs, atque ſuis præbendis, iure non decreſcendi addictis fruatur, atque ipſos lucretur, conſequitur non teneri ad ſolutionem penſionis ſuper fructibus prębendæ illius conſenſu antiqui poſſeſſoris reſeruatæ, quoniam fructus hi percepti à capitulo tempore vacationis illius præbendæ oneratæ, nõ ſunt eiuſdẽ præbendæ, ſed cæterarum reſidentium, ſicque ceſſant omnia fundamenta contrariæ partis, quæ in alijs beneficijs Eccleſiaſticis, quæ habent ſuos diſtinctos & peculiares fructus, atque redditus diuiſos abſque communione aliorum concludere poſſent: ſecus in his præbendis Eccleſiarum cathedralium & ſimilium, quæ menſam communem pro reſidentibus habent ſimul: præcipuè quia conſuetudine, etiã immemoriali, iuuari poſſunt ad non ſoluendam præd. penſionẽ, cum nũquam, aut raro à capitulis petatur huiuſmodi penſio, ſed à modernis poſſeſſoribus.

121 Præterea, capitulum huic pẽſioni reſeruandæ minimè conſenſit, nec eſt ſucceſſor in præbenda, vel beneficio, ſed iure proprio capit fructus, ſicut cæteros eiuſdem menſæ: ergo ad ſolutionem dictę pẽſionis minimè tenetur. Quod prę maximè procedit, ſi penſio ſit reſeruata, non ſolùm ſuper fructibus, & redditibus beneficij, ſiue præbendæ, ſed etiam ſuper diſtributionibus quotidianis eiuſdem; quia cum hæ minimè acquirantur, niſi per perſonalem reſidentiam, reſidentibuſque accreſcant, vt eſt prædictum, conijcitur aperta mens reſeruantis penſionem, vt tempore vacationis præbendæ, cum nullos fructus, nec diſtributiones quotidianas habeat illa præbenda, capitulum eas percipiens iure proprio,
122 ad penſionem non teneatur. † Facit etiã pro hac parte, quia communiter canonicatus, cæteræque præbendę Eccleſiarum horum regnorum, quãuis pinguiſſimi ſint, ſemper in Romana curia æſtimantur in valore annuo communi viginti

Ayuntamiento de Madrid

gintiquatuor ducatorum auri de Camera,& non plus,eo quòd ſi non reſideantur,nihil valeant,ſed ad capitulum fructus eorum iure proprio pertineant:ergo cùm deficiente poſſeſſore,canonicatus, vel præbenda fructus non habeat, conſequens eſt,vt penſio non debeatur pro tempore vacationis eorumdē. * Et poſt huius operis primam editionē,hāc noſtram ſententiam in fauorem capituli,& cōtra ſucceſſorem in dignitate cuiuſdam cantoriæ, poſtquam perceperit fructus eius,quibus poſsit penſionē ſoluere, latè ex profeſſo, ſine vllo dubio probat Nauarrus conſi.49.de præbend. per totum. *

123 Quòd ſi præbenda vacās aliquos habuerit fructus,redditus atque prouētus, diſtinctos ac ſeparatos à menſa cōmuni capitulari, vt contingit in aliquibus Eccleſijs huius regni,in quibus ſingulæ quæq; præbendæ habent præſtimonia, vel veſtuaria annexa,cuius fructus non intrant in pręd.menſa communi,vt in hac alma Eccleſia Ciuitaten.contingit, vel etiam in alijs,vbi præbendæ habent annexa quędam prędia,domus,fundos, vel vineas, quorū redditus,nec adminiſtratio ad capitulū,nec eius mēſam pertinent,nec ſpectāt,quoties præbendæ nō vacant,his caſibus cùm ceſſet ſupradicta ratio,ſi capitulum,vacante præbenda,vigore ſtatuti,vel conſuetudinis,alteriusve priuilegij,illis bonis,ſiue rebus vtatur,ac fruatur,tenebitur quidem vſque ad quantitatem fructuum illorum, quos perceperunt, penſionem tempore vacationis decurſam ſoluere, iuxta ſuprà adducta in tertio fundamento contrariæ partis,hocque caſu limitanda venit meo iudicio præfata noſtra de hac re ſententia.

Non obſtāt modò fundamenta contrarię partis ſuprà adducta,quibus nuncupatim & ſigillatim ſic ſatisfit. Primò enim,quòd penſio ſit onus reale,& ſic tranſit cum fructibus penes quemcumque poſſeſſorem, vel ſucceſſorem, hoc fatemur:negamus tamen, prębedā vacantem habere vllos fructus, ſed qui eiuſdem eſſent, ſi poſſeſſorem reſidentem haberet, tempore vacationis proprij ſunt aliorum reſidentium, ſuarumque præbendarum:ergo cúm ipſi nō habeant illud onus ſuper fructibus præbendarum ſuarū,meritò quòd ad id nō teneantur.

Secundum etiam fundamentum cōtrariæ partis nō obeſt,quoniam etſi verum illud ſit,quod adhuc expeditū non eſt,cùm Paulus de Caſtro,& Felin.contrarium latè probauerint,attamen procedit in fructibus beneficij, ſuper quibus penſio reſeruata eſt:at hi fructus,de quibus agimus,non ſunt huiuſmodi,ſed menſæ capitularis,atque cæterarū præbendarum reſidentium,vt eſt ſæpiùs dictum & probatum:ergo,&c.

Tertium etiam fundamentum nihil probat in propoſito, quoniam agit in fructibus Eccleſiæ principalis vacantis, hoc eſt, Epiſcopalis, vel Archiepiſcopalis,& ſimilibus, qui ſunt proprij eiuſdem, à menſa capitulari diſtincti ac ſeparati,quos nullo modo lucrantur canonici,nec cæteri beneficiati, ſed Cameræ Apoſtolicæ ſunt, qui durante vacatione illius Eccleſiæ currunt, tunc enim meritò vt ex eiſdem fructibus ſic exiſtentibus vacantis Eccleſię,ſiue ſint Cameræ Apoſtolicæ, ſiue ad Curiam Regiam,vel certam perſonam,vel communitatem ex priuilegio, vel conſuetudine immemoriali pertineant,ſoluantur penſiones, & ita videmus quotidie fieri,ac practicari:non tamen inde ſequitur,idem eſſe in præbendis Eccleſiarum Cathedralium, & ſimilium,quarum fructus & redditus in cōmuni menſa capitulari ponuntur,cū cæteris reliquarum prębendarum inter reſidentes diuidendi: cùm enim præbenda huius menſæ vacat, nullus particularis eiuſdem eſt reſidens, ſed cęteri præbendati, qui ſuas præbendas reſident, eos conſequuntur iure proprio,non verò alieno.

Quartum etiam fundamentum nobis non contradicit:quoniam ſi in caſu ipſius capitulum percipit medietatem illorum

illorum fructuum, id contingit, nõ quidem iure proprio, ſed tanquam alterius titul. ſufficienti, nempè vigore ſtatuti, cõſuetudinis, indulti, vel priuilegij Apoſtolici: nihilominùs tamen illa medietas fructuum exit atque diuiditur ab altera medietate pertinente ad poſſeſſorẽ, qui integros omnes fruct⁹ ratione ſuæ prębendę atque reſidentię habere debebat, & tamẽ medietas ex iuſtis cauſis ſibi aufertur, & capitulo applicatur, vnde meritò vt hoc caſu medietatem penſionis capitulum ſoluere debeat: hinc autem minimè cõuincitur idem eſſe in noſtro caſu, in quo iure proprio, non verò tanquam alterius capitulum fruitur dictis fructibus.

* Poſt primam huius operis editionem accepi, Romæ in hac quæſtione controuerſa diuerſum cenſeri, & inſtanter agi nomine Eccleſiarum Cathedralium Hiſpaniæ, vt de cauſa in Rota diſputetur, & in earum fauorem decidatur: ideòque in re hac me ſubijcio declarationi Sedis Apoſtolicæ, ſacrique Palatij auditorum.

Licet autem iuſtè excõmunicatus, vel ſuſpenſus fructus ſui beneficij non lucretur, nec diſtributiones quotidianas durante ipſa excommunicatione, vel ſuſpenſione, vt ſupra reſoluimus numero. 90. cum ſequentibus, & nouiſsime idem probat cum communi Barthol. Vgolin. in tractat. de cenſur. Eccleſ. in titul. de excommunic. mai. tabula. 2. capit. 12. per totum, vbi octo ampliationes, & totidem declarationes congerit, eſtque etiam communis opinio, vt ex Ripa affirmat Flamin. Pariſ. de reſign. benefi. libr. 5. quæſtion. 6. numero. 76. & ita fuit reſolutum in vna Brixien. 6. Maij. ann. 1542. teſte Puteo deciſ. 280. lib. 1. quem refert idem Flamin. libr. 4. de reſign. benef. quæſtion. 3. numer. 52. de quo etiam late ſtrenue agit Petrus Surd. in tractat. de aliment. titul. 1. quæſtion. 81. foli. 74. & iterum titul. 7. quæſtion. 36. fol. 264.

124 Cum tamen ſua culpa ſit excommunicatus, vel ſuſpenſus, etiam ſi fructus & redditus ſui beneficij habere non debeat, penſionem tamen ſuper eiſdem fructibus reſeruatam ſoluere tenebitur ſi beneficij retinet poſſeſsionẽ, vt latiſſime pluribus cõprobat in terminis Gigas in tractat. de penſio. quæſtion. 64. per totam, ex Bart. Alberic. Angel. & Paulo Caſtrenſ. in. l. inter quos. §. damni. ff. de damn. infect.

125 Idem que eſſe in charitatiuo ſubſidio cum Bellenzin. in ſuo tractat. de charit. ſubſid. quæſti. 33. quem refert & ſequitur Gigas d. quæſtion. 64. numer. 9. dummodò clericus excommunicatus retineat poſſeſsionem beneficij.

Hoc tamen intelligunt ipſi non procedere in clerico iniuſte excommunicato, qui fructus beneficij non percipit, nam hoc caſu charitatiuum ſubſidium ſoluere non tenebitur. Addo ego, quòd cum iniuſtè excommunicatus non amittat fructus ſui beneficij, vt infra dicemus, numer. 135. tenebitur quidem ex eis perceptis penſionem ſoluere.

Sed contra ſupra dicta numero. 124. cum ſequenti. tenet Vgolinus vbi ſupra, circa finem d. capit. 12. in verſicul. quare penſionarij, dicẽs, quòd in pręd. ſpecie penſionarij ex fructibus beneficij ſuas penſiones conſequẽtur, & Epiſcopus charitatiuum ſubſidium, quia non debet de ſuo excommunicatus ſoluere, nam ſi excommunicatus priuatus ſit fructibus ob ſuam culpam, culpa tamen ipſa non eſt cauſa immediata, quominus habeat fructus, ſed excommunicatio, quo caſu ad onera quis non tenetur, iuxta gloſſã in d. § damni, quam vltra Vgolin. vbi ſupra, ſequitur Bald. in. l. vltim. column. 1. C. de bonis. author. iud. poſsid. & ibi Cuman. argumento c. quia diuerſitatem, de conceſſ. præb. vbi Abb. numer. 11. notat, quòd vbi non ipſa culpa, ſed pœna culpæ eſt cauſa proxima immediata impedimenti, minime imputatur ei qui culpam contraxit: culpa igitur, quæ excommunicationem

Ayuntamiento de Madrid

tionem præceſsit, non eſt immediata cauſa impedimenti, quo excommunicatus impeditur fructus Eccleſię percipere, & ex eis onera ſubire, ſed ipſamet excommunicatio, quæ quidem culpa non eſt, ſed pœna culpæ: quo fit, vt verior appareat opinio præfata gloſſæ, Bald. Cumani, & Abbatis, quàm Bartoli & aliorum qui contrarium probare conati ſunt, ſecundùm Didac. Couarruu. lib. 3. variar. reſol. capit. 13. numer. 8. in verſi. duodecimo ad fi. quam etiam gloſſæ opinionē probat Didac. Perez in l. 1. titul. 5. libr. 8. ordinamenti. pagin. 175. colum. 1. in verſicul. eſt etiam aliud, vbi dicit, quòd pro rata fructuum, cum ſit onus reale, tenebitur ſoluere percipiēs fructus non excommunicatus, cum ex fructibus beneficij quis teneatur ſoluere penſionem & ratione beneficij ſuper quo impoſitum eſt tale onus, & ſic non debet extendi ad propria bona excommunicati, quę ſeorſum à beneficio poſſidet quocumque modo.

Quid tenendum? Ego in re hac ita diſtinguendum cenſeo, ſcilicet, vt opinio prima Gigantis, Bart. & ſequacium procedat, & vera ſit in clericis iuſtè excommunicatis, qui præbendas obtinent in Eccleſijs Cathedralibus: cùm enim penſio ſit impoſita ſuper fructibus, & diſtributionibus quotidianis canonicatus & præbendæ verbi gratia, tuncque temporis ratione excommunicationis ob non reſidentiam nulli ſint fructus, nec diſtributiones quotidianæ dicti canonicatus & præbendæ, conſequens eſt, vt ipſe excommunicatus de ſuo teneatur ſoluere penſionem. Opinio verò contraria gloſſę in d. §. damni, & ſequaciū procedat, & verior apparet in cæteris beneficiarijs, extra Cathedrales Eccleſias, qui non habet diſtributiones quotidianas, nec fructus ſuorum beneficiorum diſtributi ſunt ſtatis horis, in illis etenim meritò vt ex fructibus ſuorum beneficiorum, ſuper quibus eſt penſio impoſita, ipſa ſoluatur, ad quemcumq; ipſi fructus pertineat, cum tunc extens & dicatur etiam fructus beneficiorum.

Neque primo membro diſtinctionis prædictæ obſtat, quòd culpa ipſa nō fuit cauſa immediata, quominus excommunicatus haberet fructus, ſed excommunicatio ipſa, quia negari non poteſt, quin culpa illa dederit cauſam immediatam excommunicationi, ob quam excommunicatus non lucratur ipſos fructus.

Nec etiam d. capit. quia diuerſitatem, iuncta ſua gloſſa verb. ſuſpenſus, vbi licet quis ſua culpa inciderit in excommunicationem, vel ſuſpenſionem, non imputatur ei, quod ex illa culpa proceſſerit, quia procedit rectè in ſuo caſu, ex ratione expreſſa in textu, ibi, A qua & ſi fuerit ſua culpa ſuſpenſus, non tamen ad ipſum capitulum ex illa culpa præbendarum erat donatio deuoluta, &c. At in noſtra ſpecie, propter culpam, & excommunicationem beneficiarij Eccleſiæ Cathedralis nulli ſunt fructus, nec diſtributiones quotidianæ ſunt ſuæ præbendæ, ſed cæterarum eiuſdem Eccleſiæ: ergo ex eis ſolui penſio non debet, cum non ſint fructus beneficij ſuper quibus impoſita eſt penſio.

Non obſtat gloſſa contraria in d. §. damni, quia ibidem à Doctoribus reprobatur, teſte Gigante vbi ſupra, in finalibus verbis. Vel ſecundò reſpondeo poſſe procedere in ſecundo membro diſtinctionis prædictæ, non autem in primo ex ratione differentiæ de qua ſupra, & ita cenſeo, ſalua etiam declaratione Sedis Apoſtolicæ, & dominorum de Rota. *

126 Supereſt tamen vt aduertamus, aliud eſſe in oneribus proprijs præbendæ vacantis, atque eidem cohærentibus ex natura ipſarum, hæ enim ſoluendæ quidem ſunt ex fructibus, qui alias eſſent eiuſdem præbendæ, ſi poſſeſſorem haberet reſidentem: & tamen propter eius defectum pertinent etiam iure proprio ad capitulum: quia cùm hæc onera ſint coætanea ipſius præbendæ,

quinimò

quinimò ad ea ſubeunda fuerit præbenda cum ſuo titulo inſtituta ab initio, vt puta, cantoria habet onus regendi chorum cantorum, incipiendique cantus ipſos, ideò ſubſtituit ſuccentorem, qui id munus exequatur expenſis ſuæ præbendæ, quia vt plurimum dignitas hæc confertur perſonæ graui, quę hoc onus ſubire neſcit, ea tamen lege tacita, vt ſui loco alium clericum ſubſtituat, qui onera adimpleat: aliæ verò præbendæ habent annexum ordinem presbyteratus, vt in altari Miſſas cantent præbendati, aliæ verò Diaconatus, vt Euangelia canant, aliæ Subdiaconatus, vt Epiſtolas dicant: & in Eccleſijs, vbi hic ordo ſeruatus non eſt, pręcipit ſacroſanct. Concil. Tridentin. ſeſsio. 24. capit. 12. de reformat. verſicul. Epiſcopus. vt ab Epiſcopo id diſtribuatur ſingulis quibuſque præbēdis. Hæc igitur onera quoniam neceſſaria ſūt ad ſeruitia ipſarum præbendarum, atque Eccleſiarum, capitulum, vacante pręhenda, ſoluere tenebitur, quod ita demū lucratur eius fructus, ſi pro præd. pręhenda inſeruiat: inſeruire autem non poteſt, niſi præd. miniſterium adimpleat: ergo ſuis expenſis facere tenetur: quod propè in his terminis probauit Ioannes Copi in tractatu de fructibus. titul. 3. cap. 3. num. 3. vol. 8. tract. diuerſ. doct. folio. 164. vbi in caſu cap. tua nobis. de verborum ſignificat. vbi probatur, quòd priuilegium ſummi
127 Pontificis indultum Epiſcopo † pro releuatione oneris debitorum, vt fructus beneficiorum, quæ interim in ſua diœceſi vacare contigerit, ſibi liceat biennio retinere, comprehendit pręhendas, ac alia beneficia, inquit Ioannes Copi, quòd hoc caſu, vt is onus ſuſtineat, ad quem commodum pertinet, Epiſcopus, vel alius, qui fructus primi, ſecundi, vel aliorum deinceps annorum percipiūt, curare debent, vt diuina obſequia peragantur, & miniſtrū conſtituere, cui neceſſaria ſubminiſtrent. Si hoc igitur ita eſt, prout veriſsimum eſſe exiſtimo, & in Eccleſijs Cathedralibus miniſter hic nouus creari non poteſt, abſque ſummi Pontificis licentia, prætorquam ſuccentor præfatus, qui conſuetudine immemoriali cunctarum Eccleſiarum, ad ſeruitium ipſarum à cantore ſubſtituitur, conſequitur, vt cum ipſum capitulum, præbenda vacante, pro ea inſeruiat, fructuſque percipiat, ex eiſdem expenſas ſoluere teneatur illud onus adimpleti, ſiue is ſit ſuccentor, ſiue alius ex choro,
qui mandato capituli id faciat. † Quare 128
iniquè, & contra ius expenſæ, ſiue ſalaria horum onerum, durante vacatura eiuſdē præbendæ, cauſata ac debita ſucceſſori imponuntur, atque, vt ea ſoluat ex proprijs fructibus cogitur. Nec conſuetudine antiqua iuſtificari, aut colorari poſſe exiſtimo, cum potiùs ſit corruptela, & violentia, & in graue damnū, ac præiudicium nouorum reſidentium, qui maxima paupertate primis annis laborant, atque debitis premuntur, cùm non gaudeant hic præbenda groſſa primo anno reſidētię annalis, ſed poſt mortem ipſorum ſibi reſeruetur ſtatuto antiquiſsimo eiuſdem Eccleſię, authoritate Apoſtolica nouiſsimè roborato: & ſæpiſsimè exclamaui de hoc in capitulo huius almę Eccleſiæ, & maior pars idem aſſerebat, ſed ex aduerſo contradicebāt alij, quorū pars, etſi minor, propter iurgia, & contentiones vitandas, ac negligentiam eorum quorum intererat, præualuit.

129 Idem eſſe videtur in expēſis factis in affigendis edictis, & alijs pro electione facienda prouidendorum ad Doctorales, Magiſtrales, ac lectorales præbēdas, atque ad alias canonicales, hę namque ex fructibus, quos percipit capitulum tempore vacantium earundem, qui ad eas aliàs pertinerent, ſoluendæ videntur, nō verò computādę poſteà electis. Sed in his ſubſiſto, quoniam fructus & diſtributiones, quos capitulum percipit, qui ad has præbendas vacantes pertinerent, ſi poſſeſſores reſidentes haberēt, iure proprio, pro ſuo ſeruitio & reſidentia capiunt, non verò alieno, vt eſt prædictū: ſuis

Ayuntamiento de Madrid

ſuis ergo ſumptibus non tenentur electionem facere, ſed præbendæ vacantis, argumento text.in cap. vt prӕteritæ. de electio.& in cap.cupientes.§.ad hæc. de elect.libro 6.vbi probatur,quòd expenſæ neceſſariæ, quas facit capitulum pro electione prælati,de bonis prelaturę debent fieri, vel reddi, hoc eſt, de bonis ad prælatum ipſius Eccleſiæ, de cuius ele-
130 ctione agitur pertinentibus. † Ex quo textu duplex praxis colligitur in huiuſmodi expenſis habendis: poteſt enim capitulum ſede vacante de redditibus ipſius prælaturæ tantum capere,quòd ſufficiat pro expenſis, vt innuit tex.ibi,De bonis Eccleſię Patriarchalis fiant totaliter. Poterit etiam expendere capitulũ de proprijs redditibus, & poſteà repetere ex bonis prælaturæ,putà à prælato nouiter creato: & hoc innuit text. ille in verbo,redduntur. tenet Archid.in cap. final. 64. diſtinct. ſentiunt Doctores in dict. cap. vt præteritæ. de electio. & ibi expreſsiùs Abb. num.1. & præd. ſecunda praxi vtitur ſemper capitulum huius Eccleſię in expenſis factis pro electionibus præd.præbendarum.

Si ergo capitulum ſede Epiſcopali vacante,deducit expenſas neceſſarias,quas facit pro electione pręlati de bonis prę-laturæ, quæ ſunt diſtincta à bonis menſæ capitularis, eodem modo expenſæ, quæ fiunt, pro electione canonicorum dictarum præbendarum, deduci debent à bonis earundem,atque computari nouiter electis in fructibus, & redditibus ad eos pertinentibus, quos ratione propriæ reſidentiæ ſuos fecerint, cum vacantibus præd. præbendis,nulli fructus eiſdem competant,ſed ad capitulum reſidens iure proprio ſpectent, vt eſt prædictum; capitulum ergo ſuis expenſis minimè facere debet præfatas electiones,ſed eligendorum,per ſupradicta.

Nec obſtat,quòd Vincentius in dict. capit.vt præteritæ.teneat,quòd expenſæ pro electione prælati factæ, vel fiendæ,debent fieri de bonis capituli, quia capitulum in eligendo exercet officium ſuum,& propriam vtilitatem proſequitur,quia punitur,ſi non eligat,vt in cap. non pro defectu. de elect. ſed expenſæ tantùm fiendæ pro electione iam facta promouenda, hoc eſt, confirmanda, debeant deduci de bonis prælaturæ, in quibus intelligit d. c. vt præteritæ. Pro
131 quo etiam facit, quia ius eligendi prælatum, fuit cõceſſum † capitulo in priuilegium, cùm olim ius prouidendi ſpectaret ad ſuperiorem, iuxta notata per gloſſam in cap. quanquam. de elect.lib. 6. Sic etiam ius eligendi Doctorem, vel magiſtrũ in Eccleſijs cathedralibus horum regnorum ad præbendas doctorales, & magiſtrales,competit Epiſcopis, & capitulis ſimul earumdẽ, ex indulto ſedis Apoſtolicæ eiſdem conceſſo per Sixtum IIII. Summum Pontif. anno Incarnat.Dominic.1474.Idibus Septẽbris,confirmato per Leon.X.

Capitulum ergo volens vti priuilegio, non debet ab alio requirere expenſas, quia videtur potiùs eligere vtẽs iure ſuo, quàm gerendo negotium alterius. Hæc namque opinio Vincentij ſingularis eſt:communiter enim Doctores ibidem indiſtinctè tenent contrarium, imò quòd omnes iſtæ expenſæ, ſiue pro fienda electione prælati, vel ea promouenda, & confirmanda,fiant, & deducãtur de bonis prælaturæ, cũ tex. ille generaliter hoc decidat,ibi,Pro electionis negotio,& ibi, Fiãt totaliter,vel reddãtur:& quia iure,& priuilegio vtatur capitulum eligendo: attamen principaliter gerit negotium prælaturæ, atque eligendorum: ergo debet repetere expenſas ab ipſa prælatura,vt in cap. cũ pro cauſa.de procurat. officiumque capituli eidem damnoſum eſſe non debet, vt in cap.cum expediat.de electio.lib.6. & ita hanc ſententiam probarunt aduerſus Vincent. ibidem Compoſtellan. & cæteri ſcribentes, eſtque magis communis,vt teſtatur Abb.in proprio loco. numero 5. dicens num. 4. ſibi placere hoc dictum Doctor. in dict. cap. cupientes. §.ad hæc.de electio.lib.6. præcipuè Philip.Franc.nu. 2. & Dominici nu.3.
132 Adeò, vt deficientibus præd. bonis, capitu-

capitulum ſede vacante poſsit recipere mutuum inſtante neceſsitate, pro negotio electionis prælati, ex talique mutuo obligatur futurus ſucceſſor, iuxta gloſ. ind. §. ad hęc. verb. aliunde, vbi Francus nu. 2. alios referés idem ſequitur, addés, hoc procedere, etiam ſine ſuperioris licentia, quando de facili authoritas eius haberi non poteſt, aliâs ſecus: non tamé poterunt ſecundùm ipſum, pro negotio electionis alienari bona ad prælatũ pertinentia, ſed tantùm fructus & redditus.

Ergo ita & eodem modo capitulum pro electione facienda præd. canonicorum expenſas factas poterit iuſtè cõputare eiſdem, atque à ſuis redditibus deducere, iuxta ſecundam praxim deſumptã à dict. cap. vt præteritæ, præſertim ſi antiqua conſuetudine hoc fuerit obſeruatum, prout fit hic Ciuitatenſ. conſuetudini enim in hoc, ſiue ſit huiuſmodi, ſiue contraria, ſtandum eſſe exiſtimo.

133 Supradicta autem regula communis, quæ habet, vt iuſtè excommunicatus, non lucretur fructus, ſiue redditus ſui beneficij, limitatur nunc primò, niſi ſententia, qua iubetur abſolui, loquatur de reſtitutione fructuum, vt in d. l. 1. cum al legatis. C. de re milit. lib. 10. Ita tenet Felin. in d. c. Apoſtolicæ. num. 12. de exceptionib. Beatus Antonin. vbi ſuprà, dicens, quòd iuſtè excommunicatus abſolutus, non ex hoc facit fructus ſuos, niſi cum eo ſuper hoc circa medio tempore perceptos fuerit ſpecialiter diſpenſatũ: & Didac. Perez vbi ſuprà. col. 2. in 3 concluſ. vbi loquitur in ſententia Papæ.

134 Secundò limitatur ſupradicta regula, in caſu extremæ neceſsitatis, quia tunc, ne fame pereat, ſubueniendum eſt ei debito modo ex redditibus beneficij, vt eſt prædictum, quia hoc in caſu excommunicato poteſt fieri eleemoſyna: ſecus vbi non eſt tãta neceſsitas, vt reſoluũt præfati Doctores. Quod procedit, etiamſi culpa ſua, vel delicto in tali neceſsitate conſtitutus ſit, iuxta gloſſam optimam in cap. ſacrorum. 12. quæſt. 2. Decius in dict. cap. paſtoralis. §. verum. de appellationibus. nu. 9.

135 Tertiò limitatur præfata communis ſententia in clerico iniuſtè excommunicato, is enim non amittit fructus, ſeu redditus ſui beneficij, vel præbendæ, vt bene probat text. in cap. ſuper cauſa. 2. quæſt. 4. aliàs 2. quæſtione 5. ibi, Tunc dictante iuſtitia ſine omni controuerſia presbyter, quæcunque ob hoc iniuſtè amiſerit, ac ſacerdotium accipiat, & integra beneficia, vbi gloſ. verb. beneficia expreſsè tenet, & ibi Dominicus. gloſſ. etiam fin. in dict. cap. paſtoralis. §. verũ. in verſic. ſed nunquid, ibi, Si iniuſtè poteſt, eſtque communis ſententia Doctorum ibidem, ſecundùm Couarru. vbi ſuprà: ſequitur Diuus Antoni. vbi ſuprà d. nu. 16. & Ioã. Copi in tracta. de fructib. cap. 5. volum. 8. tracta. diuerſ. Doct. fol. 165. vbi inquit, nullam dubitationẽ eſſe hoc caſu, ſi conſtiterit, quòd iniuſtè fuit excommunicatus, quin omnes fructus excommunicationis tempore percepti ei reſtitui debeant: tenet etiam Sylueſt. vbi ſuprà. Borgaſ. etiam vbi ſuprà nume. 14. 15. & 16. & probatur in dict. l. regia, ibi, *Con derecho*, à contrario ſenſu, per quam ita tenet Didac. Perez vbi ſuprà. columna 2. in 2. concluſione, vbi quòd probata iniuſtitia, debent reſtitui fructus iniuſtè excommunicato: limitat Borgaſ. vbi ſuprà numero 17. cum Raymund. niſi fuiſſet in mora petendæ abſolutionis.

136 Hos autem fructus recuperabit tunc iniuſtè excommunicatus per viam iuſtitiæ principaliter, querelando, vel ſuper hoc agendo, non verò per viam attentatorum, quamuis à ſentẽtia excommunicationis appellauerit; ita Anto. de Butr. Imola, & Præpoſit. in dict. §. verũ. ſuper dictam gloſſam final. & ibi Francus numero 21. & Lancelotus vbi ſuprà numero 4. Pendente verò quæſtione ſuper iniuſtitia, vel nullitate cenſuræ, fortè deberent fructus conſeruari, quia facta abſolutione, tanquam de cenſura nõ iuſta, debent reſtitui abſoluto iuxta ſupradicta: quod difficiliùs fieret fructibus iam conſumptis: hoc autem in capitulo Eccleſiæ cathedralis, vel ſimilis,

ceſſare

Ayuntamiento de Madrid

ceſſare videtur, cum ſemper duret, & ſit ſoluendo, habeatque intentionem ſuam fundatam in dubio percipiendi fructus canonici, ſiue alterius combeneficiati excommunicati, eos poſteà reſtituturũ, ſi fuerit condemnatum.

137 Hæc quarta limitatio ampliatur, vt procedat non tantùm in redditibus beneficij, quos iniuſtè excommunicatus, vel ſuſpenſus habere debet, ſed etiam in diſtributionibus quotidianis, quas etiã percipiet, ita demum ſi tempore ipſo excommunicationis præſens fuerit in loco, vbi beneficium habebat, eratque ſolitus ante excommunicationem diuinis officijs in ſua Eccleſia intereſſe: ita Felinus in dicto.c. Apoſtolicæ. numer. 12. de except. quem refert & ſequitur D. Couar. vbi ſuprà, aduerſus Dominic. in c. contumaces. 50. diſtinctione. tenentem indiſtinctè contrarium, nempè vt ipſi non dentur vnquam excommunicato, vel ſuſpenſo, etiam iniuſtè, quia non darentur eidem ante excommunicationẽ, vel ſuſpenſionem, ſi diuinis non intereſſet: cuius opinio ſolùm procederet, in eo, qui ante excommunicationem non conſueuit reſidere in Eccleſia, aut diuinis officijs intereſſe: at verò qui id conſueuit facere, iniuſtè poſteà excommunicatus, vel ſuſpẽſus, eas habebit: ſequitur Didacus Perez vbi ſuprà, colum. 2. fol. 179. colum. 1. vbi hoc etiam intelligit, dum tamen per excommunicatum non ſtetiſſet, quominùs abſolutus eſſet, nec mora ei poſſet imputari in petenda abſolutione.

138 Sicut etiam videmus idem in infirmo, qui licèt diſtributiones quotidianas habere debeat, vt in cap. vnico. de cleric. nõ reſident. in 6. ad fin. in verſic. qui verò, etiam ſi propria culpa in morbum inciderit, vt tenet Couar. vbi ſuprà, in verſic. ſeptimo quotidianæ: attamẽ hoc procedit, eſtque intelligendum, quando ægritudo fuit cauſa abſentię, quia infirmus ſolitus erat tempore rectæ valetudinis officijs diuinis intereſſe, aliàs ſecus: ita tenet Ioannes Andreas, Abb. & communiter omnes Doctores in cap. ad audienti am. de clericis non reſident. vt teſtatur Felinus in dicto cap. Apoſtolicæ. numero 12. & Couarruuias alios referens, idem ſequutus, vbi ſuprà, in verſic. ſexto, hoc ipſum. vbi in verſiculo octauo, † hoc intelligit, vbi infirmus eſt pręſens in loco vbi eſt Eccleſia: ſecus ſi ab illo abſit, tunc enim nullo modo habet diſtributiones quotidianas, cum etiam ſi ſanus eſſet, eas non lucraretur tanquam abſens, niſi conſuetudine fuerit obtentum, vt infirmus, etiam abſens, lucretur diſtributiones quotidianas, quia tunc ipſa erit ſeruanda, per textum in cap. cum non deceat. de electione. libro 6. adiuncta interpretatione text. in dicto capitulo vnico. §. 1. ſecundùm gloſſ. Ioannẽ Andreã, & Doctores ibi, præcipuè Dominic. quam reſolutionem ſequitur Rip. in tractatu de peſte. 2. parte, num. 145.

139

140 Si tamen infirmus præſens ſit in loco, vbi eſt Eccleſia, vel beneficium iure communi, ſemota etiam conſuetudine, lucratur diſtributiones quotidianas, vt conſtat ex dicto capitulo vnico, in verſiculo, ſtatuimus. de Clericis nõ reſidentibus, libr. 6. vbi ponit regulã generalem, in hunc modum. Statuimus, vt diſtributiones ipſæ quotidianæ, in quibuſcunque rebus conſiſtant, canonicis, ac alijs beneficiatis, & clericis Eccleſiarum ipſarum, qui eiſdem officijs in ipſis Eccleſijs adfuerint, tribuantur, iuxta Eccleſiæ cuiuſlibet ordinationem rationabilem iam factam, ſeu etiam faciendam: & in prædicta regula non meminit conſuetudinis, ſed excipit infirmos, qui morbo impediente non potuerunt diuinis officijs perſonaliter intereſſe, vt rectè deduxit aduerſus Philippum Francum, Couarru. vbi ſuprà numer. 8. in princip. Adde tamen, & quòd ſoliti eſſent ante infirmitatem reſidere, vt eſt prædictũ: niſi conſuetudine legitima introductum ſit, vt infirmus in oppido præſens, etiam ſi ante infirmitatem non eſſet ſolitus perſonaliter reſidere, atque diuinis officijs intereſſe, lucraretur etiam diſtributiones quotidia-



Ayuntamiento de Madrid

nas, quia hoc caſu ſicut in proximè dicto valebit, & ſeruanda erit præfata cõſuetudo.

141 Quo fit, vt idem cenſendum ſit in excommunicato, vel ſuſpenſo iniuſtè, vt quamuis ipſe tunc demum diſtributiones quotidianas habere debeat, ſi in loco, vel oppido, vbi Eccleſia eſt, præſens ſit, & ſolitus eſſet anteâ reſidere; aliâs ſecus iuxta ſupradicta: attamen ſi conſuetudo adſit, vt iniuſtè excommunicatus, vel aliâs legitimè impeditus, etiam abſens à præd. loco, vel oppido, ipſas lucretur, ea ſeruanda erit, ſicut in terminis abſentis à loco beneficij ex iuſta cauſa, decidit Ripa vbi ſuprà, quem ſequitur etiam Didacus Couarruuias vbi ſuprà.

142 Quintò, ſupradicta communis regula, quæ habet, vt iuſtè excommunicatus non lucretur fructus ſuæ præbendæ, vel beneficij, limitari poterit in canonico præbendato, vel alio beneficiato, qui ob cauſam Eccleſiæ ſuæ excommunicatur: contingit enim ſæpiſsimè, quòd Epiſcopi, ſiue alij prælati, vel iudices delegati Apoſtolici, excommunicãt capitulũ, vel canonicos ſingulos, alioſque beneficiatos ſuæ Eccleſiæ, vel alterius, pro cauſis, vel præeminentijs ſuarum Eccleſiarum, vel pro debito aliquo capituli: ſi hoc fiat iniuſtè, non eſt dubium, niſi quòd lucrantur fructus per ſupradicta in quarta limitatione. Si verò iuſtè, adhuc idem probo, quouſque conuincantur iuridicè, quia pro vtilitate, & defenſione iuris ſuæ Eccleſiæ id patitur, exiſtimans iuſtam cauſam fouere, quare ipſius fructibus, atque prouentibus meritò priuari nõ debet: ſicut enim, vbi quis pro amico moleſtias, damnaque patitur, & ad ſuam inſtantiam detentus in carcere exiſtit aliquo temporis ſpatio, æquum & iuſtum eſt, vt ſibi id à præd. tertio ſatisfiat, atque ita fit per homines boni nominis; quanto melius id fieri debet per Eccleſiam, quoties ipſius beneficiatus pro eius cauſa, quam iure defendere irrequiſitus tenetur, excommunicatione feritur? nulla ſiquidem maior amicitia eſt, quàm Eccleſiæ erga ſuos.

143 Secundò, quia ita videmus de iure eſſe, quòd clerici accedentes ad ſedem Apoſtolicam pro negotijs ſuarum Eccleſiarum (cum tales proſequentes vtilitatem earumdem, cenſeantur reſidentes) fructus beneficiorum ſuorum, quæ obtinent in eiſdem eccleſijs, & etiam aliorum, quos poſſent recipere in ipſis Eccleſijs reſidendo, integrè recipere debent (quotidianis diſtributionibus duntaxat exceptis) vt in capit. cum non deceat. 30. de electione, libro 6. vbi gloſſa, & Doctores. cuius text. ratio generalis idem concludit in clericis abſentibus à loco ſui beneficij, in quamcumque aliam partem eant, quàm ad ſedem Apoſtolicam pro negotijs ſuarum Eccleſiarum, cum id fuerit contingentia facti in caſu illius tex. potius quàm iuris ſpecialis introductio.

144 Quinimò & abſentes ab Eccleſia pro vtilitate ipſius, lucrantur etiam diſtributiones quotidianas, vt probat expreſsè tex. in dict. cap. vnico. in verſic. qui verò. de cleri. non reſident. libr. 6. ibi, Aut euidens Eccleſiæ vtilitas excuſaret: ſicque text. in dict. cap. cùm non deceat, in exceptione præfata de diſtributionibus quotidianis. & dict. c. vnic. in eiſdem videntur contrarij.

145 Sed pro vera huius articuli reſolutione, atque illorum iurium concordia, & intelligentia, eſt obſeruandum, quòd canonici, ſiue alij clerici abſentes à loco, ciuitate, vel oppido, in quo Eccleſia eſt, pro negotijs, vel vtilitate ipſius Eccleſię, diſtributiones quotidianas minimè lucrentur: & hoc caſu loquitur manifeſtè text. in dicto capit. cum non deceat. vt ex eius contextura apparet: præſentes verò in præd. loco, ciuitate, vel oppido occupati, ſiue impediti, pro vtilitate & negotijs Eccleſiæ, prædictas diſtributiones quotidianas habere debeãt; & in hac ſpecie loquitur & procedit d. cap. vnicum. ſicut fuit etiam ſuprà idem concluſum in infirmo. Hoc tamen limitatur, niſi conſuetudine fuerit obten-

Ayuntamiento de Madrid

obtentum, vt abſens etiam à loco pro vtilitate Eccleſiæ ipſas lucretur, iuxta gloſſam, & alios Doctores in dicto cap. vnico. quos refert & ſequitur Didacus Couarruuias vbi ſuprà, in verſicul. octa uo. & illud de conſuetudine ſequitur etiam Archid. & Francus in dicto capitulo vnico. & Paulus Pariſius conſilio

146 32.numero 20.volumine 4. † In hac autem alma Eccleſia Ciuitatenſi inuiolabiliter obſeruatur, vt canonici abſentes ab Eccleſia, & etiam ab vrbe, cum licentia capituli, pro negotijs & vtilitate Eccleſiæ, lucrentur omnes fructus, & diſtributiones quotidianas reſpectiuè, pro tempore abſentiæ, præter illas, quæ matutinis horis ſtatutæ ſunt, quas, nec infir mus, nec alius, quiuis lucratur, niſi corporaliter, verè, & actualiter præſens ſit in choro: nec in huiuſmodi abſentibus, vel infirmis fit vlla diſtinctio, ſi ante abſentiam, vel infirmitatem erant ſoliti reſidere, necne, ſed conſtitutionibus & conſuetudine antiquiſsima dictæ Eccleſiæ, eas indiſtinctè lucrantur præfatæ perſonæ: ſi tamen infirmus in ciuitate adſit, aliàs ſi extra infirmat, literas teſtimoniales infirmitatis mittit capitulo, à quo verè ægrotantibus conceditur licentia.

147 Cum igitur hæc ita ſe habeant, quòd abſenti pro negotijs & vtilitate Eccleſiæ fructus præbendæ, atque reſidentiæ concedantur, meritò vt idem dicendum ſit in abſentibus ab Eccleſia per excommunicationem pro cauſa & iuris defen ſione, & in vtilitatem ipſius Eccleſiæ: hocque præcipuè procedet, ſi in ipſa Eccleſia adſit conſtitutio, qua hoc caueatur, atque ſanciatur, nempè, vt excommunicatus pro cauſa Eccleſiæ, fructus ſuæ præbendæ lucretur, quia cum hæc conſtitutio maximè iuri communi con ueniat, vt ſuprà vidimus, meritò ſuſtinenda, atque omninò ſeruãda eſt, prout ea adeſt, & ſeruatur in hac Eccleſia Ciuitatenſi.

148 Sextò eadem communis regula limitari poterit, vt procedat, non ſolùm in excommunicato pro cauſa Eccleſiæ, vt modò dicebamus, ſed etiam ſi aliquis ca nonicus, vel alius beneficiatus, ob ſeruitium ſui Epiſcopi, nempè exiſtens ſuus Prouiſor, & Vicarius generalis Epiſcopatus: ob eam cauſam, vel ob defenſionem iuriſdictionis Epiſcopalis excommunicetur à Metropolitano, vel alio iudice Apoſtolico, ſiue iuſtè, ſiue iniuſtè.

149 † Nam Epiſcopus duos canonicos in ſuo ſeruitio habere & occupare, ad idque eos compellere poteſt, & ipſi in eo exiſtentes, integrè lucrantur fructus ſuarum præbendarum; cùm abſentes dici non debeant, ſed præſentes, qui cum Epiſcopo, pro ſuo, & ipſius Eccleſiæ ſeruitio commorantur, vt probant text. in in cap. de cætero. & in cap. ad audientiã. de cleric. non reſident. & vtrobiq; gloſ. & Doctores notant, quòd qui eſt in ſeruitio Epiſcopi; ſeruire Eccleſiæ intelligitur: Epiſcopus enim eſt in Eccleſia, & Eccleſia in Epiſcopo, cap. ſcire debes. 7. queſt. 1. Preterea Epiſcopus eſt caput, capitulum autem membra, quæ non licet à capite recedere. cap. cùm non deceat. de præſcript. ergo eadem ratione, qua ſuprà concluſimus, excommunicatũ propter cauſam Eccleſię, lucrari fructus ſuę præbendæ, compellimur idem dicere in excommunicato pro ſeruitio Epiſcopi, prout eſt eius Prouiſor, & Vicarius generalis, quando ob id excõmunicatur. Hocque præmaximè procedit, ſi conſti tutione Eccleſiæ id caueatur: fieri enim ſuper eo conſtitutio poteſt, cũ hoc dici non poſsit contra ius, ſed imò ſecundũ ius, per prædicta, vel ſaltem præter ius, quo caſu conſtitutio Eccleſiæ plurimũ poterit, atque operabitur.

150 Et à fortiori idem erit dicendum in Prouiſoribus, & Vicarijs generalibus, à capitulo ſede vacante deputatis, excom municatis ratione officij, cùm ob cauſam ſuæ Eccleſiæ, cuius eſt iuriſdictio, ſint excommunicati.

151 Septimò & vltimò limitari etiam po terit præfata communis regula in canonico, vel alio beneficiato, qui acceptauit iuriſdictionem aliquam Apoſtolicam ſibi delegatam, vel commiſſam, &



Ayuntamiento de Madrid

ob eam cauſam excommunicetur iuſtè, vel iniuſtè: nam cùm præd. cauſæ non committantur, niſi huiuſmodi perſonis Eccleſiaſticis, præcipuè iudicibus in Synodo prouinciali deputatis, & per hoc ſeruire videantur Eccleſiæ vniuerſali, hoc eſt, Romanæ, à qua iuriſdictio præfata emanat, meritò, vt ob eam excommunicati lucrétur fructus ſuarum præbendarum, ſicut cæteri, de quibus ſuprà, argum. text. in cap. cum dilectus. de cleric. non reſid. vbi commorans in ſeruitio Papæ, lucratur fructus ſuæ præbendæ: & quamuis maior ratio illo in caſu, quàm in noſtro adſit, eadem quoq; militare videtur, præmaximè ſi hoc conſtitutione eiuſdem Eccleſiæ caueatur, per ſupradicta.

---

*SVMMARIVM.*

1 *Excommunicatus à iudice, an poſſit per confeſſarium abſolui virtute bullæ Cruciatæ, vel iubilei, ſatisfacta parte in vtroque foro.*

2 *Factum iudicis, reputatur factum partis: & quomodo hoc intelligatur. nu. 16.*

3 *Principis beneficium, ſiue priuilegium, eſt latiſſimè interpretandum.*

4 *Actus in dubio potiùs debet interpretari, vt valeat, quàm pereat.*

5 *Verba debent impropriari, vt actus valeat.*

6 *Princeps in dubio non præſumitur vti plenitudine poteſtatis.*

7 *Hoc fallit, quando aliàs actus ſine plenitudine poteſtatis non valeret.*

8 *Plenitudo poteſtatis, dicitur res odioſa.*

9 *Confeſſario aſſerenti ſe abſoluiſſe aliquem à ſententia excommunicationis, quam incurrerat, credendum eſt, ſed contrarium. numero 17.*

10 *Quando in bulla, vel iubileo, datur facultas abſoluendi aliquem à ſententia excommunicationis, ſatisfacta parte, in foro conſcientiæ res eſt clara.*

11 *Idem quando in eis dicitur in vtroque foro.*

12 *Sed ſi nihil dicatur, reſpectu cuius fori ſit intelligenda abſolutio, in foro tantũ conſcientiæ intelligitur.*

13 *Abſolutus in animæ iudicio, etiam poenitentia peracta, poteſt in exteriori foro accuſari, & puniri.*

14 *Stylus vetuſtiſſimus eſt Romanæ Curiæ, à tempore Benedicti XII. vt quando in ſacra Poenitentiaria gratia in foro conſciẽtiæ petitur abſolutio confeſſori, committatur literis laniatis, & nullis teſtibus adhibitis, nec vlla tunc fit compoſitio pecuniaria cũ Datario: ſecus ſi in foro fori gratia petatur, quia tunc gratia cum Datario componenda eſt.*

15 *Iudici excommunicanti præiudicium inferretur, ſi abſque ipſius licentia cum ſatisfactione partis abſolutio fieret in vtroque foro.*

18 *Motus proprius Pij V. anno 1568. 15. Calendas Decembris, latus circa ſupradicta, declaratus.*

19 *Abſolutio à cenſuris in vtroque, vel in altero foro virtute iubilei facta, intelligitur tam quoad effectum conſequendi iubileum, eo autem conſequuto, cenſuræ reincidunt.*

20 *Abſolutio in foro conſcientiæ tantùm parte non ſatisfacta, parum prodeſſet ad conſequendum iubileum, contradicente parte, vel parocho, alióve ſacerdote, cui excommunicatio innoteſceret.*

## CAPVT SECVNDVM.

### An excommunicatus à iudice, poſſit per confeſſarium abſolui virtute bullæ Cruciatæ, vel iubilei, ſatisfacta parte, in vtroque foro, vel tantùm in interiori.

1 A Doctiſsimis viris frequenter dubitari contingit, an excommunicatus à iudice, poſsit per confeſſarium abſolui virtute bullæ Cruciatæ, vel iubilei, ſatisfacta parte, in vtroq; foro, vel tantùm in interiori?

Hæc quæſtio maximi momenti eſt, ſæpiſsimeque in dubiũ refricatur: quoniam ſi partem affirmatiuam elegeris, ſequetur inde, quòd huiuſmodi abſolutus, ſi ſacra egerit, non erit irregularis, & præ-

Ayuntamiento de Madrid

& prętereà poterit diuinis intereſſe, cęteraque facere tanquàm integrè abſolutus: ſin autem negatiuam veriorem exiſtimaueris, huiuſmodi celebrans, erit irregularis, & ab ordine in quo miniſtrauerit, ſuſpenſus, nec intereſſe diuinis poterit, aliâs punietur, cæteraque excommunicatis publicis interdicta prohibebuntur: quòd ſi diu in excommunicatione permanſerit, puniri poterit iuxta formam & pœnas legis Regiæ, de qua infrà, annuente Deo, agemus.

Et primò videtur, quòd debitor excommunicatus à iudice, ſatisfacto creditore, ac de ipſius cõſenſu poſsit abſq; mandato iudicis, qui eum excommunicauit, virtute bullæ Cruciatæ, vel alterius priuilegij Apoſtolici abſolui à confeſſario ab illa excommunicatione, nõ ſolùm in foro conſcientiæ, ſed etiam in exteriori, ita quòd abſolutus hoc caſu à ſacerdote, in vtroque foro remaneat abſolutus, atque ſecurus, etiamſi in præd. bullis hoc expreſsè minimè contineatur; ſi tamen excommunicatum à iure, vel ab homine, ſatisfacta parte, abſolui in eiſdem permittatur, quia intelligi debet in vtroque foro, & ſic integrè: quandoquidem ſummus Pontifex, qui eſt ordinarius ordinariorum, ac ſupremus omnium, in præfatis literis conceſſerit facultatem confeſſario abſoluendi excommunicatum ab omni excõmunicatione lata à iure, vel ab homine, ſatisfacta parte: ſoluto igitur debito creditori, qui eſt pars, cui ſatisfieri debet, iudex, qui excommunicauit, nec ipſius officiales conqueri debent, nec ſe reputare offenſos, quandoquidẽ ipſi ad inſtantiam & vtilitatem tantùm eiuſdem partis iam ſatisfactæ prædictam excommunicationem fulminarunt, atque decreuerũt: excommunicatio autem ipſa, iam ſublata eſt authoritate ſuperioris: ſilere
2 igitur tũc debet † iudex pręfatus, quãdoquidem pars eſt ſatisfacta, cõſenſumque præbuerit abſoluendi excommunicatum: factum enim iudicis, reputatur factum partis, vt in.l.ſi ob cauſam, & ibi Doctores. C. de euict. Tiraquel. in tracta. de vtroque retract. tit. 1. §. 1. gloſ. 14. num. 13.

3 Secundò, quia Principis beneficium, ſiue priuilegium, latiſsimè eſt interpretandum, vt in.l. beneficium. ff. de conſt. princip. & in.l. 28. titul. 34. partit. 7. ergo abſolutio præfata in vtroque foro prodeſſe debet, quia aliâs ſi à iudice Eccleſiaſtico puniri poſſet, atque in præfatas pœnas incurreret, abſolutio nullius, aut paruæ vtilitatis eſſet; imò captioni occaſio daretur, calumnijs atque vexationibus, & dum Princeps Eccleſiaſticus fidelibus fauere ſtudet, verteretur illis in odium, ingenſque damnum; quod abhorrere videtur ab intentione ſummi Pontificis.

Tertiò, quia cum in bullis & priuilegijs Apoſtolicis huiuſmodi non exprimatur, in quo foro præſtanda ſit abſolutio, in dubio in vtroque intelligendũ eſt eam profuturã, vtpotè fauorabilior ſit ſic abſolutis, ac priuilegiatis: aliâs namq; nullum eis priuilegium concederetur:
4 † & in dubio potiùs debet act⁹ interpretari, vt valeat, quàm pereat, vt in.l. quoties. la 2. ff. de reb. dub.
5 † verba enim impropriari debẽt, vt actus valeat, vt in.c. conſtitutus. vbi gloſ. in verb. iuxta ratã, de religioſ. domib. l. ſi olei. vbi Bartol. C. locat. Decius in rubric. de probat. in Decretal. col. 2. in fin. nu. 4. vbi plura in
6 propoſito. † Imò ſunt intelligenda verba largiſsimo modo, & omni meliori quo fieri poteſt, vt actus valeat, ſecundũ Abb. conſil. 63. nu. 8. lib. 2. Et licèt Princeps in dubio non præſumatur vti plenitudine poteſtatis, ſecũdùm Bald. in.l. bonorum. poſt princ. nu. 2. C. qui admitti. & ibi additio Paul. de Caſtro conſil. 317. viſo & examinato puncto. colũ. 2. poſt med. num. 2. libr. 1. Cæpolla conſil. vltim. colum. 7. poſt med. Decius in.l. in teſtamento. nu. 11. C. de teſtam. mil. hoc
7 tamen fallit, † quàdo aliâs ſine plenitudine poteſtatis actus non valeret, ſecundùm Paul. Caſtrenſ. conſil. 414. in facto præſenti. colum. 3. circa med. libro 1. additio Bald. vbi ſuprà in dict. l. bonorum. Decius in. l. in teſtamento. nu. 11. de te-

8 ſtam.milit. † & tamē plenitudo poteſtatis dicitur res odioſa, vt in deciſ. Rotæ. 21. alias 331.ſuppoſito facto. numer.2.in in verſ. modo licet Papa. in nouis.Curt. Senior conſil. 9. colu. penult. circa fin. vtrumque refert, & ſequitur poſt alios plures Aymon Crauet.conſil.222.nu.9. Ergo cum Papa poſsit concedere præd. priuilegium, vt ſatisfacta parte confeſſarius poſsit abſoluere excommunicatum ab homine in vtroque foro, de quo non eſt dubium, & generaliter indulgeat in præd.bullis, vt confeſſarius poſsit abſoluere excommunicatum à iure, vel ab homine, ſatisfacta parte, intelligendum eſt in dubio de abſolutione in vtroque foro, vt actus pleno iure valeat, & excommunicato plenius proficiat: aliâs enim, ſi in foro tantùm interiori animæ intelligeretur valere, non ſatis eſſet conſultū excommunicato, cū poſſet in foro exteriori puniri ob pœnas, quas incurreret celebrando, vel adminiſtrando in ordine, quē habet, vel intereſſendo diuinis, vel etiam ex diuturna mora in præfata excommunicatione, & prætereà, quia à diuinis excluderetur, donec abſolutionem eiuſdem iudicis excommunicantis demonſtraſſet, ſicque ei nihil prodeſſet abſolutio: quod non eſt dicendum.

Et in proprijs terminis hanc partem affirmatiuam tenet, & probat expreſsè Bartholomęus à Medina in ſua Summa, *Inſtruccion de confeſſores.* cap.12. *Del modo como el Confeſſor ha de abſoluer al penitente.* ad fin. vbi cōſulit ſic abſoluto, vt habeat penes ſe ſchedulam ſubſcriptam à confeſſario abſolutionis præfatæ, virtute Bullæ Cruciatæ, vel alterius priuilegij, parte ſatisfacta, vt iudex, qui eum excommunicauit, non poſsit eum calumniare, ſi viderit eum rem diuinam au-
9 dire, † quia credendum eſt confeſſario hoc caſu, ſecundùm Cardinal. conſil.2. de teſtibus, ad finem. Sicuti ſtandum eſt confeſſario aſſerenti aliquem eſſe emendatum de crimine, iuxta gloſſ. in cap. 1. verbo, innocentis. de except. vbi Felin. numero 3. alias gloſſ. & Doctores allegat, ſuntque communiter receptæ: ſequitur idem Felinus in cap. teſtimoniū. de teſtib. num. 36. in repertorio. verbo, emendato.fol.41.col.2.ad finem.

His tamen omnibus non obſtātibus, contraria ſententia, & ſic negatiua, imò quòd huiuſmodi abſolutio minimè admittenda ſit in foro exteriori iudiciali, nec eam excōmunicato prodeſſe, quòad exterioris iudicij effectus, ſed tātùm in foro interiori animæ, niſi in literis Apoſtolicis dictum ſit, quòd ea in vtroque foro vim obtineat, longè verior, & tenenda eſt, tanquam fortioribus fundamentis probata, diſtinguendo, ac conſi-
10 derando tres caſus. † Primò, quando in prædictis bullis, vel alio priuilegio Apoſtolico expreſsè ſit mentio, quòd in foro conſcientiæ poſsit fieri præd. abſolutio, & tunc res eſt plana, quia conſtat de intentione ſummi Pontificis limitata ad forum conſcientiæ, ac proinde in foro exteriori denegata videtur: quia incluſio vnius eſt excluſio alterius, argum. l. cum prætor. cum ſimil. ff. de iudic. & limitata cauſa limitatum parit effectum, vt in.l. age cum Geminiano.C.de tranſact.cum ſimil.& in claris non eſt locus coniecturis, vt in l. continuus.§. cum ita. ff. de verborum obligation.

11 Secundò, quando in literis Apoſtolicis continetur, ac conceditur facultas confeſſario abſoluendi in vtroque foro, prout in eiſdem, quibuſdam in caſibus exprimitur, & tunc etiam res eſt clara: imò ex hoc noſtra ſententia comprobatur in alijs caſibus, vbi id non exprimitur, cùm manifeſtè diſtinguere velit ſummus Pontifex forum interius ab exteriori.

12 Tertiò, quando in literis Apoſtolicis nullius fori ſit mentio, ſed ſimpliciter indulgetur, vt quis poſsit abſolui per confeſſarium à ſententia excommunicationis, quam incurrit à iure, vel ab homine, ſatisfacta parte, prout regulariter dicitur in bullis Cruciatæ, & in hoc caſu verè conſiſtit noſtra quæſtio: & cùm de abſolutione à confeſſario facienda loquatur, conſequitur in foro pœnitentiali

Ayuntamiento de Madrid

tentiali tantùm, hoc eſt, animæ, locum habere præfatam abſolutionem, non verò in iudiciali, ſicut cætera in eiſdẽ bullis contenta, hancque eſſe mentem Summi Pontificis: ſi enim aliud vellet, expreſsiſſet, prout moris eſt exprimere regulariter, quoties in vtroque foro ſuam conceſsionem prodeſſe vult: ex quibus ſatisfit fundamentis contrariæ partis: nam etiamſi beneficium Principis latiſſimè ſit interpretandum, & in dubio magis, vt actus pleno iure valeat, quàm debiliori, id tamen verum eſt, vbi ex verbis concedentis, ac iuxta materiam ſubiectam de contraria mente legiſlatoris non conſtaret: argument. l. non aliter. ff. de legatis 3. & in. l. ſi vno. ff. locat. ergo cum hic conſtet mentẽ Summi Pontificis eam eſſe, vt circa forum animæ loquatur ex ſupradictis, in eo tantùm valere debet abſolutio, & ſic ſuſtinetur, & non perit, non verò in foro exteriori, vltrà, & præter intentionem concedentis, &c.

13 Secundò, principaliter hæc eadẽ ſententia probatur, quoniam abſolutus in animæ iudicio, etiam pœnitentia peracta, poteſt in exteriori foro accuſari, & puniri, iuxta gloſ. in cap. de his. de accuſat. gloſ. vnica. in fine. communiter ibi approbata ſecundùm Couar. libro 2. variar. reſolut. c. 10. num. 3. vbi agit, an etiã idem ſit in pœnitentia publica: quę communis ſententia procedit abſque dubio, etiamſi virtute bullarũ, vel iubilei, quis fuerit abſolutus à confeſſario à ſuis peccatis & exceſsibus, quantumcumq; grauibus & enormibus: illa enim conceſsio & priuilegium, reſpectu tantùm fori interioris locum habet, vt manifeſtè patet ex eiſdẽ literis Apoſtolicis: ergo abſolutio ab excommunicatione, lata à iudice, ſatisfacta parte, permiſſa in eiſdem literis, eodem iure cenſeri debet, quandoquidem eius reſpectu aliud non exprimitur, nec differentia fit vlla inter abſolutionem à peccatis, & à cenſuris, ſed à prædictis omnibus iubetur abſolui per confeſſarium, ſumens bullam, vel iubileo gaudere volens: abſolutio ergo omnium ſupradictorum intelligi debet in foro pœnitentiali, non verò etiam in exteriori: quia cùm abſolutio à criminibus non tollat accuſationem in foro exteriori, ita nec abſolutio ab excommunicatione ſatisfacta parte, tollet eandem in exteriori foro: vna enim determinatio reſpiciens plura determinabilia, pariformiter debet determinare, vt in. l. iam hoc iure. cum ſimilibus. ff. de vulgari & pupillari. Quòd ſi inſtes, plures determinationes dari in propoſito in bullis, vel iubileo, vnam reſpectu nempè peccatorum, alteram reſpectu cenſurarum, adhuc idem quod prædiximus, exiſtimo; cum eadem ratio in vtrâque concurrat, & militet, atque eadem intentio concedentis ſub vna eademque bulla & diſpoſitione contineatur: quare etſi plures ſint determinationes, omnes tamen ſub vnica conceſsione Apoſtolica comprehendũtur: & cùm concedẽs in neutra fori differentiam faciat, omnes in eodem foro interiori intelligendæ ſunt: plures enim ſunt differentię inter vtrumque forum, vt probatur in pluribus iuris partibus, & maximè in cap. quia plerumq;. de immunitate Eccleſ. & bene per Ludouicũ Gomec. in regul. de non iudicãdo iuxta formam ſupplicationis, quæſtione 14. in verſiculo, breuiter prædictis non obſtantibus: vbi quòd iſtæ conſcientiæ forus à contentioſo, ſicut cœlum à terra differt.

14 Tertiò, huic opinioni fauet ſtylus vetuſtiſsimus curiæ Romanæ, à tempore Benedicti XII. nã in ſacra Pœnitẽtiaria, quando gratia in foro conſcientiæ petitur, abſolutio confeſſori committitur literis laniatis, & nullis teſtibus adhibitis, nec vlla tũc fit compoſitio pecuniaria cũ Datario, & ita practicatur: ſecus eſt, quando quis vti vellet gratia in foro fori, quia tunc gratia cum Datario componẽda eſt: ita Gomec. vbi ſuprà, quem refert & ſequitur D. Couarruu. in capitul. alma mater. 1. part. relect. §. 12. numero 16. verſic. quinto. de ſentent. excommunic. in 6. vbi ad idẽ allegat Paul.

Pariſ.conſil.67.num.22.libro.4.referẽtem, inueteratum etiam ſimilem ſtylũ curiæ Romanæ, nempè, quòd Romanus Pontifex non conſueuit per iubileum, aut bullas confeſſarijs committere ea, quæ forum contentioſum concernunt, ſed tantùm ea, quæ ad pœnitentiæ forũ, & conſcientiæ purgationem ſpectant; ex hoc enim ſtylo mens concedentis apertior fit, nempè quòd in dubio in foro interiori cõceſsio intelligatur facta.

15 Quartò & vltimò, quia ſi aliud diceremus, præiudiciũ inferretur iudici excommunicanti, plurimumque detraheretur authoritati iuriſdictionis Eccleſiaſticæ fori exterioris, ſi publicè excommunicatus & denuntiatus, ſecretè per ſacerdotem ab eo ad confeſsionem electum abſolutus ingerat ſe diuinis, quaſi in contemptum iudicis, qui eum excommunicauit: cui quidem iudici congruè non ſatisfactũ eſt, etiam ſi excõmunicatus parti ſatisfecerit, cum eidem iudici parêre recuſauerit, ſicq; opus habeat eidẽ quoq; ſatisfacere ob ſuã cõtumaciã, ob quã offenſa eſt publica authoritas: quæ ſatisfactio fiet petẽdo ab eo licẽtiã, vt abſoluatur, ſibique deſuper conceſſa. Princeps autem nunquam videtur alteri priuilegium, ſeu quid aliud concedere cùm præiudicio tertij, vt in l. 2. §. ſi quis à Principe, cum ſimil. ff. ne quid in loco public. alioqui Eccleſiaſticus ordo peruerteretur, ſi vnicuique ſua iuriſdictio non obſeruaretur. cap. peruenit. 11. quæſt. 1. & in terminis noſtræ quæſtionis, etſi eam dubiam exiſtimet, hanc partem præuia deliberatione, pluribuſque iuris fundamentis probauit, atque defendit ex profeſſo D. Couarru. vbi ſuprà, dict. numero 16. per totum. & latè, optimèque probat, dicens, hoc ſine dubio recipiendum eſſe, Ledeſmius in 2. part. 4. libri ſentent. quæſt. 26. artic. 1. columna penult. & fin. fol. 353. ſecundùm impreſsionem Conimbricæ factam, & eam libenti animo tanquam veriſsimã amplector, & ſcio alijs doctiſsimis viris etiam placere. * Et nouiſsimè poſt huius operis primam impreſsionem ſecundùm eam conſuluit Nauar. conſil. 23. de pœnit. & remiſ. vbi plura alia in eius fauorem addit: & iterum in tranſitu conſil. 11. de ſentent. excommunic. *

16 Nec obſtat, quòd in publicè excommunicato & denũtiato nullius effectus erit præd. gratia, quia ſi non remanet abſolutus in foro exteriori, abſolutio in interiori nullam vtilitatem ſibi affert, cùm in exteriori poſsit, & debeat vitari, atque puniri, ſi ſe ingerat diuinis. Nam reſpondeo, quòd Papa nihil plus conceſsit, quàm in foro interiori, vt ex ſupradictis patet, & ſatis eſt, quòd in eo actus valeat, ne dicamus eum omninò perire. Poterit igitur excõmunicatus hoc caſu faciliter, ſatisfacta parte, licentiam adipiſci à iudice, vt abſoluatur, interim verò ſe abſtineat. Erit etiam eidem præd. conceſsio & indulgentia maximo ex vſu, nempè ſi ſit occultus excommunicatus, tunc enim cùm eſſet ſcandalum, ſufficit ei abſolutio in foro animæ facta, ſi iudex aliud non poſcat, nec ab eo petat. Non etiam obſtat, quòd factum iudicis cenſeatur factum partis, quoniam hoc eſt diuerſum à noſtra materia, procedit enim in eum ſenſum, vt illa pars, cuius bona venduntur ob cauſam iudicati, ea euincere nõ poſsit, imò ſi ab alio iure euincantur, tenebitur ipſe de euictione licet enim iudex vendiderit, perinde eſt ac ſi ipſe debitor vẽdidiſſet: & hoc eſt, quod probat dict. l. ſi ob cauſam. & quod ibi notant Doctores, & Tiraquel. vbi ſuprà, quod nihil probat contra noſtram præfatam ſententiam.

17 Non etiam obeſt dictũ Cardinal. vbi ſuprà, nam verum minimè eſt: quia nõ eſt credendum confeſſario aſſerenti aliquem ab excommunicatione abſoluiſſe, quia obſtat iuris regula de excommunicato remittendo ad ſuum excommunicatorem, qui cauſa cognita eum abſoluat, & ita alijs conſtet fuiſſe abſolutum, vt rectè probat Ledeſm. vbi ſuprà, contra Cardin. & reſpondet dictis gloſ. in contrarium allegatis, in primis negare veras eſſe, Deciũ ibi in fine, & prætereà loqui in diuerſo caſu, vt ibi per eũ.

Hæc

Ayuntamiento de Madrid

18 Hæc tamen vera ſunt, rectéq; procedere videbantur, quouſque Sanctiſsimus Dominus noſter Pius V. iubileo anno Incarnationis Dñicæ 1568. 15. Calend. Decembris, ſui Pontificat. anno 3. lato, incipiẽt. Grauiſsima maximaq; pericula, &c. ſub titulo, Iubileum ad implorandum diuinũ auxilium, ſuam, prædeceſſorum, atque ſucceſſorum in ſimilibus gratijs & indulgentijs mẽtem declarauit his verbis. Declarantes inſuper, tam præſentes, quàm alias quaſcunque ſuper conceſsione ſimilium indulgentiarum à nobis & prædeceſſoribus noſtris hactenus emanatas, & in futurum quomodolibet emanandas literas, Chriſti fidelibus, ipſis niſi ad earum effectum in foro conſcientiæ & pœnitẽtiali conſequendum duntaxat, non autẽ in foro fori, aut contentioſo, niſi ſatisfecerint ijs propter quæ cenſuræ in eos latæ fuerint, vllatenᵘ ſuffragari, eoſdemq; Chriſti fideles illis iuxta huius noſtrę declarationis formam & tenorem tantùm, & non aliter, nec alio modo vti, aut eis ſe iuuare quoquo modo potuiſſe aut poſſe; quinimo eos in illas poſtmodum reincidiſſe, & in futurum reincidere, ſicque ab omnibus quauis authoritate fungentibus cenſeri & iudicari debere, irritumq; & inane quicquid ſecus à quoquam quouis prætextu aut colore, ſcienter vel ignoranter, attentatum forſan eſt hactenus, vel in poſterum contigerit attentari: videtur enim ex ſupradicta noua declaratione, quòd ſatisfactione re ipſa exhibita præcedente, valeat abſolutio virtute Bullæ ſiue indulgentiæ in vtroque foro. Eademq; ratione idem videtur dicendum, quando ſatisfactio partis neceſſaria non eſſet, veluti ſi nõ eſſet pars, ſed cenſura impoſita fuerit à iure propter delictum puniendum, tunc enim cum non requiratur ſatisfactio partis, abſolutio quoq; virtute iubilei in vtroq; foro valere videtur contra ſententiam, quam ſupra fundauimus, atque probauimus: & præd. iubileũ eſt inter motus proprios, qui ſunt impreſsi Viſeo ann. 1570. vbi cõpilator illorũ ex ſe addit, Fuit hoc volumine inſertum propter generalẽ & perpetuam declarationem Pontificiam circa abſolutionem à cenſuris virtute cuiuſcunq; iubilei, quæ ſolũ iudicatur prodeſſe in foro interiori ad effectum conſequendi iubileum, non verò in exteriori abſq; debita ſatisfactione, prout in ea cõtinetur. Poſtea tamen Bulla quadã Cruciatæ Gregor. XIII. Pontificis Maximi, regno Portugaliæ conceſſa, declaratum fuit expreſsè, *Que las abſoluciones hechas por virtud de aquella Bula, deſpues de ſatisfecha la parte de las deſcomuniones, o de otras cenſuras,* latis ab homine vel ferendis, *no valga a ninguna perſona Eccleſiaſtica, o ſeglar* in foro iudiciali, &c. *antes que alcance de ſu juez abſolucion:* ſicque in excommunicatione ab homine lata expreſsè videtur approbari ibidem ſententia Couar. & noſtra ſuprà fundata, quanuis illa non ſit perpetua nec generalis conſtitutio & declaratio, ſed gratia illis regnis facta: in excommunicatione verò à iure præſupponitur ibidem valere abſolutionẽ virtute d. Bullæ factã in vtroq; foro. Quid dicendum?

Certè maturà ac diligenti conſideratione de hac re habita, adhuc defẽdo, veriorem & tenendam eſſe ſententiã Couar. quam prædiximus, nempe abſolutionem excommunicationis ab homine latæ, parte ſatisfacta, virtute Bullæ Cruciatę impenſam, tantùm valere atq; intelligendam fore ſuum effectum ſortiri in foro interiori conſcientiæ, non verò exteriori, per omnia ſupradicta. Nec obſtat
19 præd. iubileum Pij V. cũ ſua noua, † generali & perpetua declaratione iam ſupra relata, quę profecto nobis videbatur in ſupradictis magnum obicem ponere; quoniam abſolutio illa cenſurarum virtute illius declarationis facta, & in poſterum facienda, quæ parte non ſatisfacta prodeſt in foro interiori tantum, ipſa verò ſatisfacta in vtroque, vt ibi expreſsè cauetur, & modò ex verbis d. declarationis deduximus, procedit tantum ad effectum dumtaxat conſequendi iubileum, quo conſequuto, ſtatim excommunicati præfati reincidunt in priorem excommunicationem, ampliuſque non gaudet



Ayuntamiento de Madrid

prǽd. abſolutione: itaque quanuis prædi-cta abſolutio, ſatisfacta parte conceſſa, proſit in vtroque foro ad conſequẽdum iubileũ, hocq; caſu, hoc eſt, quoad præd. effectum conſequendi iubileum, noſtra de hac re ſententia non procedat, quoniam abſolutio, ſatisfacta parte præſtita virtute dict. nouæ declarationis proſit in vtroque foro ad effectum conſequendi duntaxat iubileum, quam declarationem non vidit Anton. de Cordub. in ſuo tract. *de caſos de conciencia*, quæſt. 20. in. 3. puncto, vbi aliter in propoſito loquutus eſt: attamen conſequuto iubileo, ſtatim excommunicati reincidunt in prǽfatam priorem excommunicationem, vt expreſsiſsimè in eodem iubileo Pij V. eiuſque generali & perpetua declaratione in verbis ſupra relatis cauetur: quinimo hoc ipſum ad literam eſt quod Pius V. ibidem declarauit, non verò quid aliud, vt conſtat ex literæ contextura, ibi, Niſi ad earum effectum in foro conſcientiæ & pœnitentiali conſequendum duntaxat, & ibi, Eoſdemq; Chriſti fideles, illis, iuxta huius noſtræ declarationis formã & tenorẽ tantùm, & non aliter nec alio modo vti, &c. & ibi, Quinimo eos in illas poſtmodũ reincidiſſe & in futurũ reincidere debere, ſicque ab omnibus, &c. ergo abſolutio illa eſt ad reincidentiam tranſacto iubileo, non verò in totũ: quo fit, vt potius illo iubileo, ipſiuſq; noua declaratione, noſtra de hac re ſententia videatur probata quàm correcta: quoniã ſi abſolutio virtute iubilei facta à cenſuris latis ab homine, præcedente partis ſatisfactione, vel etiam ipſa deficiente, non eſt tanti momenti ac vigoris, vt conſequuto iubileo valeat in neutro foro, ſed potius excommunicatio ipſa prior reincidatur, vt ibidem expreſsè cauetur, conſequitur, neceſſariam eſſe aliã legitimam abſolutionem, quando quidem prǽcedẽs non fuit in totum, ſed ad reincidentiam. Quòd ſi inſtes, quid operatur ſatisfactio partis ad iubileum conſequendum facta, quandoquidem abſque ea abſolutio valet in foro interiori? Reſpõdeo libenter,
20 hunc effectum eam inducere, † nempè, quòd cùm aliquis eſt excommunicatus nominatim & publicé denunciatus ad inſtantiam partis, parum ſibi prodeſſet abſolutio excommunicationis in foro interiori, quandoquidem parochus & alij ſacerdotes, quibus innoteſceret excommunicatio, quinimo & pars, ad cuius inſtantiam excommunicatio lata fuit, impedire poſſent eidem communicationẽ in diuinis, ſicque eum excludere ab Eccleſia, & Sacramentorum receptione, ac iubilei conſequutione: at vero ſatisfacta parte, cùm abſolutio proſit in vtroque foro, quanuis ad effectum duntaxat conſequẽdi iubileum, nullo modo ab aliquo impediri poterit conſequi præd. iubileum: iuſtiſsimé enim atque ſanctiſsimè, ſicut in cǽteris, Pius V. in hoc proceſsit, nolens creditoribus in aliquo obeſſe, ſed tantum iudici excommunicatori, qui cũ habeat iuriſdictionem emanatam ab eadem ſede Apoſtolica, eidem iure optimo potuit hoc caſu prǽiudicare, quãuis id non in perpetuum, ſed tantùm ad conſequendum iubileum duntaxat fecerit motus ſuo ſolito in gregem ſibi à Deo commiſſum feruentiſsimo pientiſsimoq; zelo, vt omnes Chriſti fideles iubileũ conſequi poſsint. Magni igitur habenda eſt præfata ſummi Pontificis generalis & perpetua declaratio ad prædictum effectum, prout ipſa ſonat, & cõpilator ſummauit in ſuo illo breui compendio ſuprà relato. * Hæc dicta ſunt ſalua cenſura ſacroſanctǽ matris Eccleſiæ, eiuſq; ſummi Pontificis, cui in omnibus me ſubijcio. *

His mirum in modum concinit Bulla Cruciatæ Gregorij XIII. regno Luſitaniæ cõceſſa iam ſupra relata, quǽ expreſſa eſt in fauorem noſtræ, & Couar. ſentẽtiæ: non enim ſunt contrarij Pius V. & Gregor. XIII. in præd. ſuis conceſsionibus, nec hoc vllo modo dicendum eſt, quia diuerſæ ſunt. Prima enim Pij V. loquitur in abſolutione à cenſuris ad reincidentiam, quoad effectum conſequendi iubileum duntaxat, vt prædiximus non ſemel. Secunda autem Gregor. XIII. quoad abſolutionem in totum virtute

Bullæ

Ayuntamiento de Madrid

Bullæ Cruciatæ faciendam,vt ipſa tantũ proſit in foro interiori etiam ſatisfacta parte, non verò in exteriori niſi conſequuta abſolutione ſui iudicis excommunicatoris. * Prædicta incautè legit Emanuel Roder.in explicatione Bullæ Cruciatæ.§.9.nu.55. verſi.vltimò,& iterũ in ſumma.1.tom.c.83.verſi.9.ſiquidem nobis falſo imponit hic tenere, abſolutionem excommunicationis virtute Bullæ Cruciatæ ſatiſfacta parte impenſam non prodeſſe in foro exteriori, ſtante d. motu proprio Pij V.ſine licentia iudicis qui excommunicauit:cuius contrarium ipſe ibi probat ex litera d. motus proprij, ibi,Niſi ſatiſfecerint,dicẽs: nos huic literæ inſufficiẽter reſpõdere, aliterque eam intelligere quàm ſonet.Inprimis namq; dico,me expreſſe tenuiſſe hic, prodeſſe præd.abſolutionem ſatiſfacta parte,quo ad forum etiam contentioſum, vt patet expreſsè ex ſupradictis.n.18.& 19.Cõtẽdimus tamẽ hoc tantùm procedere quo ad effectum conſequendi iubileum: ſed eo conſequuto,ſtatim reincidi excommunicationem eãdem ampliusq; nõ gaudere ſic abſolutum præd. abſolutione: quod ad finem declarauit dictus motus proprius,ibi, Quinimo eos in illas poſtmodum reincidiſſe,& in futurum reincidere,&c.qua in parte non excipit, quando parti fit ſatiſfactio, ſicut ſupra exceperat,quoad effectum iubileum conſequendi:ergo in vtroq; caſu prædicto cõſequuto iubileo, ſcilicet ſatiſfacta parte vel non ſatiſfacta,reinciditur excõmunicatio prior.Hoc autem nõ guſtauit Emanuel, nec eius meminit, nec quicquam de reincidẽtia ibi locutus eſt. Mea igitur intelligentia literalis eſt.Debuit ergo religioſus religioſe loqui, & omnia integrè referre, cũctaq; rimari priuſquã iudicaret.Quare teneo nihilominꝰ meã priorem ſententiam,vt veriſsimam, ſalua in omnimus declaratione ſedis Apoſtolicæ, & correctione ſanctæ matris Eccleſiæ,cui me ſubmitto. *

*SVMMARIVM.*

1 *AN virtute Bullæ Cruciatæ abſolui poßit quis ab irregularitate contracta ratione peccati? & numeris ſequentibus.*
2 *Abſolutio ab irregularitate ratione peccati cõtracta,eſt reſeruata ſummo Pontifici.*
3 *In generali conceſsione abſoluendi à quibuſuis peccatis,cenſuris & poenis, non continetur abſolutio vel diſpenſatio ab irregularitate.*
4 *Aliud eſt abſoluere,aliud eſt diſpenſare.*
5 *Qui in foro conſcientiæ poteſt abſoluere,diſpenſare non poteſt.*
6 *Irregularitas duplex eſt: vna, quæ in poenam peccati eſt impoſita,altera, quæ incurritur citra culpam:ſed eſt alia ſpecies irregularitatis,quæ ex homicidio,vel membri mutilatione contrahitur,ob dolum vel culpam: à priori abſolui poteſt virtute Bullæ Cruciatæ:à poſterioribus minimè.*
7 *Abſolutio ab irregularitate contracta ratione peccati,quæ virtute Bullæ Cruciatæ fieri poteſt,procedit tantum in foro interiori: ſecus in exteriori.*
8 *Epiſcopus poteſt diſpenſare in irregularitate occulta.*
9 *Secus ſi ſit publica,vel deducta in iudicio.*
10 *Caſus hic contentus nu.9.practicatus.*

## CAPVT TERTIVM.

### An virtute Bullæ Cruciatæ abſolui poſsit quis ab irregularitate?

INſignis occurrit quæſtio,an virtute
1 Bullæ Cruciatę poſsit quis abſolui ab irregularitate contracta ratione peccati?nẽpè,vt ſi quis excõmunicatus celebret,vt in titul.de cleric.excommunicat.miniſt.vel ſi excommunicatus ordines ſuſcipiat,vt in cap.1.de his qui furtim ordin.ſuſcep.vel ab Epiſcopo excõmunicato,vt in capit.gratia.& in capit. ſtatuimus.1.quæſt.1.& propter alia complura peccata?Et quòd non poſsit,proba
2 tur.† Primò,quoniam abſolutio vel diſpenſatio ſuper huiuſmodi irregularitate eſt reſeruata Summo Pontifici,ita quòd alius

Ayuntamiento de Madrid

alius præter ipſum, vel cui ipſe ſpecialiter id commiſerit, ab ea abſoluere, vel diſpenſare minimé poſsit, vt probat text. in cap. 1. in final. verbis, de ſentent. excommunic. lib. 6. & in c. 1. verſi. ſciturus. de ſententia, & re iudic. gloſ. & doct. in c. 3. in verb. moniti. & in cap. latores. gloſ. final. de cleric. excommunic. miniſt. l. 5. titul. 5. parti. 1. in verſic. *E aun mas*, &c. Nec Epiſcopus poteſt ſuper ea diſpẽſare, præcipuè ſi deducta ſit in iudicio, quia tantùm in occultis id poteſt, vt in decreto de reformat. Concil. Trident. ſeſsio. 24. cap. 6. Cùm ergo hoc in bulla expreſſè non concedatur, ſed tantùm quòd cõfeſſarius electus poſsit abſoluere pœnitentem ab omnibus peccatis ſuis, pœnis & cenſuris Eccleſiaſticis, etiam reſeruatis ſedi Apoſtolicæ, & quotannis legi ſolitis in bulla Cœnæ Domini, conſequẽs eſt, vt ab huiuſmodi irregularitate abſoluere non poſſit præd. confeſſarius.

3 Præmaximè, quia in generali conceſſione abſoluendi à quibuſuis peccatis, cenſuris & pœnis, non continetur abſolutio vel diſpenſatio ab irregularitate, vt tenẽt Dominicus & Alexand. per illum tex. in c. miror. 50. diſtin. Villadieg. in tract. de irregul. colum. 43. in fine. vbi loquitur in poteſtate, quę per Bullas Papæ datur ad abſoluendum, quem refert & ſequitur Nauar. in Manual. Latin. cap. 27. n. 194. & latiùs probat ibidem nu. 250. addens, hunc etiam eſſe ſtylum curię, vt per pręfatam facultatem in bullis cõceſſam diſpenſandi à quibuſuis votis, & abſoluendi à quibuſlibet cenſuris, non cenſeatur conceſſa facultas diſpenſandi ab irregularitate, niſi exprimatur.* Idem Nauarr. nouiſsimè cõſil. 18. n. 2. de ſimoni.* ſolet Papa excipere illa, quæ ex bigamia & homicidio naſcitur: ergo hoc non expreſſo, virtute pręfatę clauſulę diſpenſari nõ poterit ſuper irregularitate. Secũdò, hæc

4 eadem pars probatur, † quia aliud eſt abſoluere, aliud diſpenſare, vt docet Borgaſius de irregular. 6. part. titu. de ſchiſma-

5 tic. nu. 19. adeò, † vt qui in foro conſciẽtiæ poteſt abſoluere, diſpenſare non poſſit, ſecundùm eundẽ Borgaſ. dict. 6. part. titu. de ſortileg. num. 11. Ergo cùm ſuper irregularitate non cadat abſolutio, ſed ſola diſpenſatio, eaque reſeruata ſit Papæ, nec vigore d. Bullæ liceat diſpenſare, ſed tantùm abſoluere à peccatis & cẽſuris; & irregularitas non ſit cenſura, ſed pœna, conſequitur, vt ab irregularitate diſpenſare non liceat: & in terminis ita tenet Nauar. vbi ſupra, præcipué d. num. 250. dicens, quòd cum nullo irregulari diſpenſare poteſt cõfeſſarius electus per bullam Papæ, quæ habet clauſulam abſoluendi à qualibet cenſura: * & conſil. 66. nu. 1. de ſentent. excõmunic. lib. 5. * Idem ante eum tenuit D. Soto lib. 5. de iuſtitia & iure. quæſt. 1. arti. 4. colum. final. in verſi. ex his. ibi, quapropter: & Ledeſmius in ſecundam quarti libri, quæſt. 26. artic. 2. in tracta. de irregul. in 4. regul. fol. 363. & cum opin. Nauar. vbi ſupra, dicens eſſe etiam Canoniſtarum, trãſire videtur F. Ludouic. Lopez in ſuo inſtructor. conſcient. 2. part. c. 92. col. 724.

Nihilominus ſupradictis non obſtantibus, contraria ſententia in terminis de quibus agimus, nempè in irregularitate ratione peccati ſacrilegij contracta, vt in exemplis ſupra fictis, eiſque ſimilibus, vt virtute bullæ Cruciatæ in verbis ſupra relatis, etiãſi non dicatur in ea, quòd poſsit abſoluere confeſſarius à pœna ſed tantùm ab omnibus peccatis & cenſuris Eccleſiaſticis, etiam reſeruatis, &c. vt à præd. irregularitate abſoluere poſsit, mihi ſemper verior viſa eſt & tenẽda, ſicut & alijs doctiſsimis viris Theologis, cum quibus rem hanc contuli. Et hoc pri-

6 mò, quoniam duplex eſt irregularitas, † vna nempè quæ in pœnã peccati eſt impoſita, vt in caſibus ſupradictis, & hæc propriè dicitur effectus cenſurę, quoniã à cenſura originem ſuam ducit, nempe ab excommunicatione vel ſuſpenſione, in qua erat, qui ob exercitium vel receptionem ordinis efficitur irregularis, vel propter excommunicationem Epiſcopi ordinantis: quare meritò, vt hoc caſu in bulla Cruciatæ, qua confertur confeſſario facultas abſoluendi ab omni cenſura Eccleſiaſtica, illo nomine includatur irregularitas

Ayuntamiento de Madrid

gularitas ratione prædicti peccati contracta.

Altera eſt irregularitas, quæ incurritur citra culpam, vt propter bigamiam, vel effuſionem ſanguinis, etiam licitam, vt cùm iudex iuſté ſuſpendere facit reũ, vel aduocatus eum accuſat, vel procurator contra eum ſolicitat, teſtiſve verum teſtimonium fert, ex quibus mors rei ſequitur; vel propter orbitatem membri, aut fœditatem corporis: & hæc non eſt cenſura, ideoque meritò ſub illo nomine non continebitur in bulla Cruciatę, atque proinde ab ea confeſſarius abſoluere, nec diſpenſare poterit, quantumcunque eidem facultas concedatur abſoluẽdi à quibuſcunque peccatis, pœnis & cẽſuris, cũ hęc irregularitas, nec ſit pœna, nec cenſura Eccleſiaſtica, nec etiam culpa, ſed inhabilitas quædam, quare nõ eſt opus abſolutione, ſed habilitate, quæ nomine abſolutionis non intelligitur. Idẽque erit in alia ſpecie irregularitatis, quę ex homicidio, vel membri mutilatione contrahitur dolo vel culpa, quæ impedit ſacros ordines recipere propter defectum perfectæ lenitatis, quæ in ordinando requiritur propter indecentiam quæ eſt in effundente ſanguinem ad ſacrum miniſterium; hæc enim irregularitas ſine dubio etiam non comprehenditur in d. facultate abſoluendi à peccatis & cenſuris: quanuis enim à culpa & peccato hoc caſu delinquens pœnitens abſolui poſsit virtute dict. bullæ Cruciatæ cum ſatisfactione debita, habilitari tamen minimé poteſt ad ordines ſuſcipiendos ſine Papali diſpenſatione: itaque in his duabus ſpeciebus poſterioribus irregularitatis, præter primam, minimè dubium eſt confeſſarium non poſſe abſoluere nec diſpenſare cum pœnitente ſuper præd. irregularitate, quæ citra culpam, vel cum ea, propter defectum perfectæ lenitatis contrahitur: in priori autem ſpecie irregularitatis, quę ratione peccati & ſacrilegij contrahitur, quia procedit à cenſura, verior efficitur præfata ſententia affirmatiua, vt ab ea abſoluere poſsit confeſſarius virtute Bullæ Cruciatę, per ſupradicta: ex quibus remanet ſatisfactum fundamentis prioris partis, quæ verè in poſterioribus præfatis ſpeciebus irregularitatis cõcludunt, in quibus nos etiam idem probamus, nempè in eis confeſſarium minimé diſpenſare poſſe virtute bullę Cruciatæ: ſecus in priori, de qua eſt noſtra principalis quæſtio. Non etiam obeſt, quòd ſuper irregularitate nõ cadit abſolutio, ſed diſpenſatio, quæ minimé conceditur confeſſario in præd. bulla. Nam reſpondeo, quòd ſuſpenſio, vel irregularitas ratione peccati contracta, tollitur quibuſcũque verbis, & ſic confeſſarius virtute bullæ debet ab ea abſoluere, vt tenet F. Bartholomæus à Medina in ſua ſumma, *Inſtruccion de confeſſores* vulgò dicta, lib. 2. c. 12. in forma abſolutionis ab irregularitate. fol. 305. col. 2.

Et ita hanc partem in terminis noſtræ quæſtionis tenet & probat Domini. Soto in. 4. ſententiarum, diſtinct. 22. quæſt. 3. artic. 1. pagin. 965. colum. 2. & Medina vbi ſupra, lib. 1. §. 9. fol. 50. idem Medina 2. 2. quęſt. 69. artic. 4. & Ant. à Corduba lib. 5. quęſtionarij, in titul. de indulgent. quæſt. 43. in. 4. dubio, & in ſua ſũma *De caſos de conciencia*, quæſtio. 28. ad fin. vbi tamen dicit, ſecurius eſſe occurrere ad ordinarium, qui poteſt eum abſoluere: intellige ſi eſt occultus irregularis, aliàs ſecus, vt in decret. de reforma. ſancti Concil. Trident. ſeſsio. 24. cap. 6. vbi excipitur irregularitas, quæ oritur ex homicidio voluntario, & deducta ad forũ contentioſum. * Poſt huius operis primam editionem hanc opinionem probabilem fatetur nobiſcũ Emanuel Roderi. in explicatione bullæ Cruciatæ. §. 9. nu. 64. eamq; probarunt magiſtri Victoria, Cano, & Bañes, vt nouiſsime nos hîc citãs refert Henricus in ſũma Theolog. mor. lib. 7. de indulgen. c. 13. nu. 6. in princ. vbi licét dicat falſam, tandem in verſic. quæ ſentẽtia, affirmat, q, ea ob authoritatem grauium doctorum, & probabiles rationes, admitenda eſſet in praxi vt probabilis, ſi vrgente caſu non eſſet facilis recurſus ad Epiſcopum, aut Nuntiũ, pro diſpẽſatione. At verò hæc vultima adiectio illius

Ayuntamiento de Madrid

illius authoris propria eſt,non verò noſtra,nec eorum qui hãc partem tuemur. Quinimo ſi noſtra ſententia tenenda eſt in praxi vt probabilis,ob authoritatem grauium doct. adiectio præd. ſuperflua eſt,& non vera,etiam ſi confeſſarius virtute bullæ Cruciatæ abſoluere non poſſet à præd. irregularitate,prout Henricus exiſtimabat, difficilis recurſus ad ſuperiorem,iuriſdictionem non tribueret, aut facultatem diſpenſandi. Tenenda igitur eſt indiſtinctè noſtra præfata ſententia, vt valde probabilis,tantorum virorum aſſertione & iudicio probata:tamet ſi nouiſsimè D.Sahagum in.c.at ſi clerici. §. de adulterijs nu. 122. cum ſequen. de iudicijs. opinioné contrariá cum Nauarro & ſequacibus probet ex eo ꝙ irregularitas non ſit propriè cenſura.c.queręnti.de verb.ſignifi.Sed hoc non obeſt, quia hæc irregularitas eſt effectus cenſuræ,quoniam à cenſura originem ſuá ducit, vt prædiximus. *

Nec idem Soto contrarium in hac ſpecie probauit in lib. de iuſtitia & iure,loco ſuprà citato : nam rectè inſpectus loquitur in irregularitate ſecundæ ſpeciei, de qua ſupra mentionem fecimus, nempe illa,quę citra culpam cótrahitur propter indecentiam ad ſacrorum adminiſtrationem, vt conſtat ex verbis proximé præcedentibus eiuſdem : in qua ſpecie nos quoq; ſupra probauimus, & Corduba vbi ſupra, non poſſe confeſſarium abſoluere pœnitenté virtute bullæ Cruciatæ à præd. irregularitate,cùm non ſit cenſura,ſed inhabilitas quædam & indecétia. Supereſt igitur,vt præfatus author non ſit ſibi contrarius:nam in dict.1.loco tenuit & retulit vnum membrũ tantum diſtinctionis, quam fecit in dict.1. loco lib.4.alterum verò noſtræ queſtioni conueniens non expreſsit, vnde circa illud recurrendum eſt ad eundem in d. lib.4.diſtin.22.quæſt.3.art. 1. vbi noſtrã ſententiam expreſsé probauit. Nauarr. autem ſupra in contrarium allegatus in ſua generalitate noſtræ ſententiæ repugnat,attamen eius fundamenta,vt prædixi, tantùm concludunt in ſecunda ſpecie irregularitatis ſupradictæ,in qua nos idem,quod ipſe,probamus.

Superiora tamen rectè procedunt atq; concludunt in foro pœnitentiali,in quo
7 facultas abſoluendi † per bullam confeſſarijs conceſſa tantùm videtur,tam à peccatis,quàm à cenſuris,cùm ipſa confeſſario loquatur, vt ſupra latè reſoluimus.cap.præcedenti:at verò in foro exteriori verius videtur,vt cófeſſarius virtute bullæ Cruciatæ,vel alterius priuilegij Apoſtolici (niſi in eo exprimatur, quòd in vtroque foro abſoluere vel diſpenſare poſsit confeſſarius ab huiuſmodi irregularitate)non poſsit ab ea abſoluere,nec diſpenſare,niſi tantùm in foro interiori,per ſupradicta:quanuis nullus, quem viderim,hoc tangat,eſt tamen iuri,rationique conſentaneum,tùm ex ſupradictis,tùm etiam,quia licet in abſolutione ab excommunicatione, attenta d. noua conſtitutione Pij V.ſatisfacta parte aliud prædixerimus,illam nempe valere,atque effectum ſuum operari in vtroque foro, illud tamen verum eſt quoad effectum conſequendi iubileum duntaxat,non verò in totum:& præterea irregularitas de qua agimus, licét proueniat ex cenſura,habet quiddam plus in foro exteriori delendum,nempe impedimentum canonicum, quo ligatus eſt clericus in eodem foro,vt celebrare minimè poſſit,quod nó tollitur abſolutione,ſed diſpenſatione & habilitatione:& ita Eccleſia in foro exteriori nunquam introduxit formam abſoluendi ab irregularitate,ſed diſpéſandi:diſpenſatio autem huiuſmodi non conceditur in bulla confeſſario, ſed abſolutio : ergo, &c. Et licet quoad forum interius hæc irregularitas de qua agimus,tollatur quibuſcunq; verbis,ſiue dicat ſacerdos, Abſoluo, vel diſpenſo:attamen reſpectu pręfati impedimenti canonici irregularitas in foro exteriori tolli non poteſt niſi per expreſſã diſpenſationem, habilitationem atque reſtitutionem ad exercitium ordinum: hanc autem facultatem cófeſſarius non habet:ergo,&c. à cenſuris autem habet facultatem abſoluendi ſatisfacta parte, ideò

Ayuntamiento de Madrid

ideò meritò vt abſolutio ab eiſdem cen-
ſuris virtute bullæ tantùm in foro inte-
riori proſit, & virtute iubilei,attenta di
cta conſtitutione generali, & perpetua
Pij V. in vtroque foro valeat,& teneat,
quoad effectum tantùm conſequendi iu
bileum ad reincidentiam,vt cap.præce-
8 denti reſoluimus:† quo fit,vt ſi hæc irre
gularitas,de qua agimus,ſit occulta, Epi
ſcopus poſsit in ea diſpenſare, vt ca-
uetur in ſuprà allegato Concilij Triden
tini decreto. Itidem & confeſſarius vir-
tute bullæ Cruciatæ,in foro tantũ con-
ſcientiæ, iuxta ſecundam partem affir-
matiuam ſupradictam, veriorem & te-
9 nendã.† Si verò ſit publica, vel deducta
in iudicio, minimè poterit Epiſcopus
in ea diſpenſare,vt in dicto cap. 6. Con-
cil. Triden. nec confeſſarius virtute bul
læ Cruciatæ, quoad forum exterius, ſed
quoad interius tantùm: quare ſi ſic abſo
lutus celebraret, poſſet puniri à iudice
Eccleſiaſtico,& prohiberi ſub grauibus
pœnis, ne amplius id faciat abſque diſ-
penſatione & habilitatione: quæ diſpen
ſatio à ſummo Pontifice,cui eſt reſerua-
tà,vel ab eius Nũtio, atque Legato de la
tere ad id mandatum habente,impetran
da eſt.

10 Et hunc caſum iam habui in praxi,cùm
eſſem proepiſcopus, ſede Epiſcopali va-
cante huius Epiſcopatus Ciuitatenſ. Cõ
tigit enim,quòd quidam ſacerdos,quem
pro quibuſdam criminibus atque exceſ
ſibus detentum habebam in palatio Epiſ
copali,& cui præceperam ſub pœna ex-
communicationis ipſo facto incurrẽdę,
& alijs pecunarijs,ne ab ea captura diſce
deret,fracto carcere,pœniſq; ſpretis au-
fugit,& in fuga publicè celebrauit: poſ-
tea captus & in carcerem reductus,atq;
à prȩd.iregularitate,eo quòd excommu
nicatus celebraſſet,accuſatus à promoto
re fiſcali,petebat,vt punitione condigna
pręcedente,eum abſoluerem à pręd. irre
gularitate. Reſpõdi me id non poſſe,quã
doquidem & publica,& in iudicio dedu
cta erat præd. irregularitas iuxta d. de-
cret. Concil. Trident. Inſtabat autem ip
ſe fretus iudicio grauium Theologorũ
affirmantium contrarium,eo quòd de-
cretum Concilij præcitatum intelligen
dum eſſe aſſerebant in duobus caſibus à
ſe exceptis,ante ſatisfactionem & puni-
tionem delicti: at verò ipſa præcedente
credebant me poſſe diſpenſare in præfa-
ta irregularitate:nihilominus eis ſemper
iure reſtiti,dicens nullo modo me poſſe
diſpenſare ſuper præfata irregularitate
publica,& in iudicio deducta, quãuis de
lictum poſſem punire:tùm quia Conci-
lium indiſtinctè prohibet Epiſcopo eam
diſpenſationem irregularitatis publicæ,
& in iudicio deductę, nec excepit, aut
permiſit punitione facta: tùm quia iure
communi reſeruata ſit Summo Pontifi-
ci,vt ſupra eſt dictum: nec ab hac ſenten
tia potui vnquã flecti aut diuerti,vt po-
te meo iudicio veriſsima. Tandem re de
lata ad Nuntium Hiſpaniarum,mihi cau
ſam remiſit, committẽs ac mandans vir-
tute facultatis Apoſtolicæ,quam ad hoc
ſufficientem ſe habere affirmauit,vt ſine
præiudicio accuſationis præfatæ,ac im-
poſita eidem clerico ſuſpenſione ab exer
citio ſuorum ordinum per aliquod tem
poris ſpatium, & alijs pœnis pro modo
culpæ, eo quòd excommunicatus cele-
braſſet,arbitrio meo moderãdis,cum eo
diſpenſarem ſuper præd. irregularitate,
atque ad exercitium ſuorum ordinum
habilitarem,ac ſuper retẽtione etiam ſui
beneficij diſpenſarem: & ita executus
fui,vtens in impoſitione pœnarum po-
tius miſericordia quàm rigore,ex iuſtis
cauſis meum animum mouentibus; ſic-
que mea ſententia pręualuit atque vera
apparuit aduerſus tenentes contrarium.
Laus Deo.

*SVMMARIVM.*

1 *Vſus forenſis apud tribunalia Eccleſiaſtica receptiſsimus eſt, vt iudices præcepta iudicialia decernant ſub poena excommunicationis latæ ſententiæ, vt quis ad iudicium accedat, vel aliquid aliud agat intra certum terminum: hoc tamen videtur contra ius, vt in numer. 3. & ſeq. ſed defenditur nume. 8. & ſequent.*

Senten-

Ayuntamiento de Madrid

2 *Sententia excommunicationis pro futuris culpis non eſt in quenquam inſligenda.*

4 *Sententia excommunicationis lata non præcedente trina monitione, non eſt nulla, ſed iniuſta.*

5 *Excommunicatio generalis poteſt in hunc modum ferri, Quiſquis furtum fecerit, ſit excommunicatus.*

6 *Generalis excommunicatio à canone vel ſtatuto ferri poteſt, tam pro præteritis, quam pro futuris culpis.*

7 *Satuta condere eſt iuriſdictionis.*

8 *Cap. Romana. §. caueant. de ſententia excommunic. lib. 6. interpretatur.*

9 *Cap. à nobis. el. 1. de ſentēt. excommunicationis, intellectus.*

10 *Sententia excommunicationis generalis ferri poteſt ab homine in eos, qui tale crimen commiſerint, quoties illud in aliqua vrbe oppido vel prouincia ita frequēs ſit, vt meritò pro quiete, & ſecuritate, ac bono regimine Reipublicæ generalis monitio atque animaduerſio requiratur.*

11 *Idem erit, quoties ob præcedentem cauſæ cognitionem, vel aliud, iudex futuram contumaciam coniectura veroſimili præſumit, vt in exemplo hic ficto.*

12 *Vſus forenſis ſupradictus admittendus hodie videtur propter frequentiſſimam hiſce temporibus quoad iudiciales citationes contumaciam, modo cautè, & non temerè ea iudices vtantur.*

13 *Hinc eſt, vt eadem praxis introduxerit, vt ſemper cauſa, vel ſpecialis, vel generalis in præd. ſententijs exprimatur.*

14 *Conſuetudine inueterata introductus eſt prædict. vſus forenſis, qua non eſt dubium derogari poſſe d. § caueant.*

15 *Conſuetudine tolli poteſt ſolennitas cap. 1. de ſententia excommunicat. libr. 6. quæ habet, vt ſententia excommunicationis in ſcriptis feratur.*

16 *Conſenſus excommunicandi ſatis rationabilis cauſa eſt, vt is tranſacto termino ſolutionis debiti, excommunicari poſſit.*

17 *Conſentiens perſonaliter conſtitutioni penſionis ſub ſolitis cenſuris, & poenis, poteſt excommunicari à iudice competente ea conditione, ſi penſionem die conſtitut. non ſoluerit, etiam ſi ipſi literæ penſionis intimatæ non fuerint.*

18 *Clauſula, Si ſenſeris te grauatum, cōpareas reſponſurus, iuſtificat excommunicationē: nam ſi reus compareat, reſoluitur in ſimplicem citationem.*

19 *Excommunicari quis poteſt ea conditione, ſi intra certum terminum non ſatisfecerit: huiuſmodi tamen ſententia appellatione medio tēpore interpoſita ſuſpenditur.*

20 *Quod procedit, etiamſi in ſententia excommunicationis dicatur, niſi ſatisfeceris creditori intra menſem, ex tunc excommunicatus ſis.*

21 *Aduerbium, Ex nunc licet ſit præſentis temporis, futurum tamen denotat effectum.*

22 *In hac ſententia excommunicationis conditionalis, adueniente die vel conditione, ipſa excōmunicatio ſtatim locū habet, abſque aliqua denuntiatione.*

23 *Excommunicatio prædicta non retrotrahitur ad diem pronuntiationis.*

24 *Appellatio medio tempore interpoſita ſuſpēdit excommunicationem latā in prædicto caſu.*

25 *Apellatio prædicto caſu ſatis eſt, quòd interponatur ante conditionis vel diei euentum, etiā poſt lapſum decem dierum datorum ad appellandum, aliàs regulariter.*

26 *Appellatio præd non ſuſpendit excommunicationem, quoties debitor ab initio conſenſit, vt poſt diei, vel conditionis aduentū poſſet excommunicari, ſi non ſolueret.*

27 *Appellatio ex cauſa probabili intra terminum executorialiū vel monitorij interpoſita, ſuſpendit effectum eorundem.*

28 *Poſſeſſio beneficij virtute executorialium contra poſſeſſorem decretarum non eſt capienda inuito nec renitente poſſeſſore (quamuis aliâs poſſit propria authoritate capi) aliter capta poſſeſſio iure attentati reuocatur, iuxta ſtylum & praxim Romanæ curiæ. & numer. 29. caſus practicatus in vna Archidiaconatus Sabugal. Ciuitatenſ. refertur.*

30 *Monitio generalis ſufficit ad excommunicationem generalem ferēdam: hoc tamē fallit, vbi excommunicatio ferenda eſt aduerſus participantes cum excommunicato, quia tūc neceſſaria eſt monitio ſpecialis nominatim eorum, qui monendi ſunt, nec generalis ſufficit, aliàs erit nulla ipſo iure, vt in num. 31.*

*Quod*

Ayuntamiento de Madrid

*quod intelligendum eſt, quoties quis excommunicat participantes cum excommunicato à ſe ipſo: ſecus ſi cum excommunicato ab alio, vel à iure, vt in numero. 32.*

32 *Praxis recepit, vt generalis excommunicatio feratur aduerſus participantes cum excommunicato, generali monitione præmiſſa aduerſus ius Canonicum: nihilominus tamen niſi feratur ſpecialis, vt eſt prædictum, non ligat.*

33 *Sententia paſtoris, ſiue iuſta, ſiue iniuſta, eſt timenda.*

34 *Excommunicatus iniuſtè reſpectu cauſæ nõ eſt priuatus communibus & generalibus ſuffragijs Eccleſiæ catholicæ.*

35 *Sententia excommunicationis iniuſta ex defectu notabili ordinis iuris, ligat in vtroque foro.*

36 *Sententia excommunicationis nulla non eſt timenda, nullitatis cauſa publicata.*

37 *Excommunicatio nulla, nec in animæ iudicio, nec in exteriori vllum effectum habet, ſi cõſtet eam eſſe nullam: quomodo autem non ſit ſeruanda, docetur num. 38.*

40 *Excommunicationis nullitas quibus ex cauſis contingat.*

41 *Nullitas excommunicationis ſi ſapientibus nota ſit, vulgus autem ignorat, poteſt excommunicatus coram illis ſapientibus eam non ſeruare: in publico verò eam ſeruare debet, quouſq; ſcãdalum rationabiliter ſedauerit.*

42 *Quare ſi quis publice excommunicetur, & nulliter denũtietur, ex aduerſo publicet ipſe ſufficientem cauſam nullitatis ad euitandum ſcandalum: quo facto, ſi aliquis tunc ſcandalizetur, non erit ſcandalum puſillorum, ſed Phariſæorum.*

43 *Praxis excommunicandi nominatim participãtes cum excommunicato, vt iuridica ſit.*

## CAPVT QVARTVM.

### Quo iure procedat communis praxis, qua iudices Eccleſiaſtici præcepta iudicialia ſub pœna excommunicationis pro futuris culpis ſolent decernere?

1 VSVS Forenſis apud Eccleſiaſtica tribunalia receptiſsimus eſt, vt iudices præcepta iudicialia decernant, præſertim ea quæ in id deſtinantur, vt quis ad iudicium accedat, vel aliquid aliud agat intra quindecim dies (aliumve terminum) quos pro canonica monitione tripartitos deſignant, ſub pœna excommunicationis maioris ipſo facto ſtatim ex die præcepti incurrendę, ſi illud agere omiſerint. Verùm hæc praxis vniuerſalis plurimum iuris Pontificij ſanctioni aduerſari videtur. Innocentius enim IIII. in Concilio Lugdunenſi, capit. Romana. §. caueant. de ſententia excommunicationis, lib. 6. Caueat, inquit, (loquens in iudicibus Eccleſiaſticis) ne tales ſententias excommunicationis, ſiue ſpecialiter, ſiue generaliter, in aliquos pro futuris culpis, videlicet, ſi tale quid fecerint, vel etiam pro iam commiſsis, ſub hac forma, ſi de illis intra tale tempus minimè ſatisfecerint, proferre præſumant: niſi mora in exhibenda ſatisfactione, vel culpa, ſeu offenſa præceſſerit, quibus meritò ad iniungendam ſatisfactionem huiuſmodi, & taliter prohibenda ſimilia inducantur.
2 † Ex quo tex. manifeſtè deducitur, prout ibi communiter & alibi Doct. probãt, pro futuris culpis minimè debere ſententiam excommunicationis in quenquam infligi, cùm tanta cenſura, tamq; grauis afflictio præſentẽ culpam exigat. Nã licèt poſsit ab initio vnica monitio tribus diſtincta dilationibus pro trina ſolenni monitione aſsignari, vt in c. conſtitutionem. de ſentent. excõmunicationis lib. 6. in verſ. ſtatuimus, ibi, ſiue vna pro omnibus, vbi gloſſa cõmuniter recepta ſecundùm Couarru. in in cap. alma mater. 1. part. §. 9. num. 5. eodem titul. & lib.

3 Attamen, quòd ab initio & principio præcepti ſtatim ſub cõditione futuræ offenſæ atq; contumaciæ excommunicatio, prout ex nũc, feratur & pronũtietur, iniquũ prorſus, atq; ab omni iuridica ratione alienum videtur. Quare meritò Petrus Anchar. conſ. 60. licèt in ſpecie huius praxis non meminerit, illam tamen



Ayuntamiento de Madrid

abhorret, quia improbat ſententiam excommunicationis, iuxta eam latam à iudice: & eſſe contra d. §. caueant. expreſsè affirmant Doct. in c. 2. de teſtib. cogend. præcipuè Ant. de Butr. Imol. Abb. & Felin. quamuis Panormit. ibi eam defendere conetur. Vnde Romanus in. l. ſi quis accepto. ff. de cōdict. ob cauſ. dixit, quòd ſi iudex abſoluit à ſententia excommunicationis, vel banni, eo addito, quòd ſi vnquam abſolutus talia de nouo attentauerit, in eaſdem pœnas reincidat, talis adiectio non valet, per. d. §. caueant. quia talia pręcepta debent ſequi culpam, non verò præcedere: & in terminis præd. praxis, quòd talis comminatio ſub pœna excommunicationis ſit nulla, tenet Ioa. de Anania in c. 1. de ſagitt. col. pen. in verſi. ex prædictis: verius tamen eſt, non eſſe nullam, ſed iniuſtam, quia ſententia paſtoris, ſiue iuſta, ſiue iniuſta, timenda eſt, vt in ca. ſententia paſtoris. 11. quæſt. 3. & in terminis ita tenet Anch. vbi ſupra. Ioan. And. ante nu. 1. Dominic. nu. 3. in d. §. caueant. & ſentiunt Doct. in cap. à nobis. el. 1. de ſentent. excommunica. & tenent omnes in dict. §. caueant. ſecundùm Fel. in dict. cap. 2. num. 1. de teſtib. cogend. ſequitur D. Couarr. in dict. cap. alma mater. in 1. parte relect. §. 10. nu. 5. verſ. & ſanè.

4 † Sic etiā ſētētia excōmunicationis lata non pręcedente trina monitione, nō eſt nulla, ſed iniuſta: tex. in d. cap. Romana. §. porrò. in verſ. ſed nec. de ſenten. ex communic. lib. 6. ibi, Iniuſtas nouerit eſſe illas: vbi glo. verb. iniuſtas, hoc expreſſim tenet, quam ibi Docto. ſequuntur: gl. etiam in cap. ſacro. verb. probari poſsit. de ſentent. excommunic. & in cap. 1. de exceſſ. prælat. dicit communem Couar. vbi ſupra. §. 9. nu. 7. & Nauarr. in c. cum contingat. pag. 114. de reſcript. Dom. Soto in 4. diſt. 22. quæſt. 1. art. 2. col. 3.

5 Si ergo huiuſmodi pręcepta, non præcedente mora, ſunt iniuſta, quo iure procedet præfata praxis vſu frequētiſsima, de qua ſupra; nihil enim pręſtat, ſi eam probari contendas in cap. 2. de conſt. in. 6. & in dict. cap. à nobis. el. 1. de ſenten. excōmunicat. in Decretal. vbi probatur, excōmunicationem generalem poſſe in hunc modum ferri, Quiſquis furtum fecerit, ſit excommunicatus: nam iura hæc procedunt in excommunicatione lata à canone vel ſtatuto, quæ maturè profertur:

6 † lex enim ſemper monet delictum non admitti, poteſtq; reſpicere futura, & frequētiſsimè id facit: ideò tam pro futuris, quàm præteritis culpis proferri poteſt generalis excōmunicatio à canone, vel ſtatuto: tex. verò in dict. §. caueant. loquitur in ſētētia excommunicationis pro futuris culpis, vel ſatisfactione, lata ab homine, ad quem tractus futuri tēporis non ſpectat, vt in. l. nō quemadmodum. ff. de iudic. & in l. 1. ff. de vſur. ita gloſ. in d. §. caueant. verb. futuris. ad fin. quā ibi ſequuntur Docto. præcipuè Ioan. Andr. item & Ioan. Monachus nu. 4. Iaſ. in. l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. in princip. ff. de pact. Nauarr. in manual. Latin. capit. 27. num. 9. Couarru. vbi ſupra. §. 9. nu. 5. verſi. trina verò. & teſtatur communem idem in. §. 10. numer. 1. Quæ conciliatio inter præd. iura, etſi mirè conueniat literæ d. c. 2. de conſtitu. veriſsimaque in ſe ſit atque tenenda: attamen ad text. in d. capit. à nobis. el. 1. vera non eſt, quia expreſsè loquitur in excommunicatione ab homine lata pro futuris culpis, vt probant illa verba, Si quis ita pronuntiauerit;

7 † loquitur etiam in iudice delegato, qui ſtatuere minimè poteſt: cùm ſtatuta condere ſit iuriſdictionis. Bart. in. l. omnes populi. num. 3. ff. de iuſti. & iur. Tiraquel. de primogenit. quæſt. 16. num. 2. delegatus autem iuriſdictionem propriam non habet, ſed in cauſa ſibi commiſſa delegantis iuriſdictione vtitur. l. 1. §. qui mandatam. ff. de offic. eius cui manda. eſt iuriſdict. formamque mādati tenetur obſeruare: tex. in cap. cùm dilecta. de reſcrip. l. diligenter. ff. mandat. quare text. in d. c. à nobis. intelligi debet ac declarari per d. §. caueant. nempe, vt ſētētia excommunicationis ab homine pro futuris culpis proferri non debeat, niſi ex cauſis de quibus in dict. §. caueant. vt ſtatim referemus, ſuſtinendo praxim communem de qua ſupra.

His

Ayuntamiento de Madrid

8 His tamen non obſtantibus,praxis & vſus forenſis ſupradictus,qui communis eſt omnibus tribunalibus Eccleſiaſticis, defendi iure poteſt,ſi verba text.in dict. §.caueant. adamuſsim perpẽdamus.Duo enim præcepta cum ſingulis ſpecialibus fallentijs,& altera vtrique præcepto cõmuni,ibi conſtituuntur.Primum eſt huiuſmodi:Caueãt iudices,ne ſententias excõmunicationis, ſiue ſpecialiter, ſiue generaliter, in aliquos pro futuris culpis proferant,niſi culpa vel offenſa præceſſerit(hæc eſt prima fallentia, ſecundo loco poſita in illo text. quæ tamen primo præcepto conuenit) tunc enim propter culpam vel offenſam,quæ præceſsit caſum,poteſt in futurum excommunicatio à iudice proferri, ne amplius illa culpa vel offenſa committatur,vt exiſtimãt gloſſ.ibi, verb.culpa.& verb.offenſa. Secundum præceptum ita ſe habet:Caueãt etiam,ne pro præteritis culpis prædictas ſententias excommunicationis in aliquos proferant ſub ea conditione, ac forma, ſi de illis intra certum tempus minimè ſatisfecerint, niſi(& hæc eſt.1. exceptio ſiue fallentia poſita in textu) mora in exhibenda ſatisfactione præceſſerit. Tertia vtrique prę cepto cõmunis limitatio eſt,niſi alia rationabilis cauſa ſubſit,quæ in ipſis ſententijs exprimẽda prę cipitur.Hoc ſic prę habito,praxis noſtra atq; vſus forenſis in prædictis exceptionibus nititur,atq; robur ſuũ ab illis recipit:etenim ſi prę cedente culpa vel offenſa caſum,vel mora ſatiſfactione,poſſunt iudices ſimiles ſententias excommunicationis ſpeciales,vel generales in aliquos proferre,vt ibidẽ probatur iuxta verba illius tex.præd.modo declarata, hoc ipſũ eſt,quo practici vtuntur:nã ob culpã vel offenſam cõmiſſam, aut morã prę cedentem cauere ſolent ſub præd. pœna excõmunicationis latæ vel ferẽdæ, vt aliquis ad iudiciũ perſonaliter accedat, vel aliquid aliud agat.Secundò hoc magis perſpicuum efficitur,ſi alio modo cõſideremus ſenſum atq; intelligentiã verborũ dict.§.caueant.nempe ibi eſſe præceptũ, ne iudices Eccleſiaſtici incipiãt ab excõmunicatione latæ ſententiæ conditionaliter,nẽpe excommunico Petrum, Martinum,vel Ioannem,vel etiam omnes, ſi quid tale fecerint, vel ſi nõ ſatisfecerint parti à ſe iam lęſę, intra tale tempus:hoc enim meritò iure eſt prohibitum, quia cum ſententia excommunicationis pro ferri non poſsit niſi pro culpa mortali & contumacia,vt infra latius agemus.c. 7.de agitatione taur.meritò,vt mora vel contumacia nõ præcedente,iudices præ dic.forma prolationis vti non poſsint. Præterea cum à iure quoq; ciuili prohibitum ſit, ne ab executione incipiatur, vt in.l.ſi cum nulla. ff de iudi. l. 1. C. de execut.rei iudic. ſed ita demum prædic. forma vtantur, ſi culpa vel offenſa aut mora in exhibenda ſatisfactione præceſſerit,hoc eſt, incipiendo non ab executione conditionali,vt prædiximus, ſed à diſpoſitione,nempe, quòd prius præcipiant Petro,Martino,vel Ioanni,vel omnibus, nequid tale faciant, vel vt intra certum tempus coram ſe compareant,ſatiſfaciant vel parti lęſæ ,vel aliquid aliud faciãt,vel non faciant,ſub pœna excommunicationis latę vel ferendę ſentẽtiæ, ſi contrariũ fecerit,hęc enim forma conceptionis verborũ(hoc eſt) contumacia,& offenſa,id eſt, contemptus iudicis à parte habit⁹,& mora ſatiſfactionis præcedit ſententiam excõmunicationis, vnde conſtat,quòd mora iſta vel culpa prę ceſsit per monitionem contentã in præcepto,ſicque iuxta praxim præfatã adijciturvna monitio pro tribus,trina monitione dierum conſtituta, quod fieri poteſt vt probauimus.

Quòd ſi hæc omnia alio adminiculo indigeant,vt praxis cõmunis firmiùs in iuris fundamẽtis radicata maneat, recurramus ad tertiã limitationẽ generalẽ dict. §.caueãt.nẽpe quoties aliqua rationabilis cauſa ſubſiſtit faciẽdi præcepta ſuprà 9 dicta, quibus practici vtũtur:hocq; modo intelligẽd⁹ eſt tex.qui videbatur aliàs contrarius,in d.c.à nobis.el.1.de ſenten. excommunicat. qui cùm præcipuè hoc nõ agat, an iudices præd.forma excommunicãdi vti poſsint,ſed an ea generalis,

nepe, Quiſquis furtum fecerit, excómunicatus ſit, extendenda ſit generaliter ad omnes qui non ſunt de iuriſdictione proferentis: & reſpondet, quòd hac ſententia non niſi ſubditi ſui ligantur, niſi fortè pl⁹ cótulerit maior & largior authoritas delegantis, meritò præſupponendum eſt, præd. excommunicationem generalem, de cuius requiſitis pro ſui iuſtificatione ibi non agitur, iuxta iuris regulas latam fuiſſe, id eſt in caſibus à iure permiſsis: nã cùm de vno quæritur, cætera præſupponuntur habilia, vt in c. 1. de ætat. & qualit. lib. 6. ſicque iura iuribus concordanda ſunt: vt in. l. vnica. C. de inoffic. dotib. & in c. cùm expediat. de electio. lib. 6.

10 Cauſa autem iuſta, ob quam prædictæ excommunicationes generales ferri poſſunt, erit, quoties aliquod delictum in ali qua vrbe, oppido, vel prouincia, ita frequens ſit, vt meritò pro quiete & ſecuritate, ac bono Reipublicæ regimine generalis monitio atque animaduerſio requiratur, tunc enim poterit ſententia excómunicationis generaliter ferri ab homine, ad imitationem legis vel canonis, in eos, qui illud crimen commiſerint: nam cùm moneantur ab ipſo iudice ne id cómittant, & nihilominus minimè vereantur contumaci animo ſcelus ita vetitum perpetrare, iuſtè excommunicantur, donec ſatisfactione præmiſſa abſolutionem ab Eccleſia humiliter poſtulauerint. Idémque dici poteſt, quotieſcumque aliquod crimen veroſimilibus coniecturis committi timetur, tunc enim ad illud obuiandum cauté generalis ab homine fertur excommunicatio in eos, qui id delictum cómiſerint: ſicut in vſu forenſi & praxi inductum eſt, quòd iſtę excommunicationes generaliter ab homine proferantur pro futuris culpis, vt docet D. Couarru. in dict. capit. alma mater. 1. parte relect. §. 10. num. 1. in verſicul. cauſa verò. ex cuius dictis noſter ſecundus intellectus ad d. §. caueãt. iam ſupra aſsignatus, quamuis nouus, comprobari poterit. Hinc fortè exiuit praxis etiam hodierna diſcernendi iudices Eccleſiaſticos chartas, vulgò dictas *De deſcomunion*, Latinè monitorias, pro rebus furto ſubtractis, quoties neſcitur, qui eas furatus fuerit, de quisbus infra alio. c. agemus.

11 Similiter iuſta cauſa in propoſito ſententiam excommunicationis ſpecialem pro futuris culpis proferendi aſſumi poteſt, vel ex eo quòd ob præcedentem cauſæ cognitioné, vel aliud, iudex futuram contumaciam coniectura veroſimili prę ſumat; vel ſi vocatus ad iudicium, vel is, qui monendus eſt, ita procul diſtet à loco iudicij, quòd maximis dilationib⁹, & forſan periculis locus foret, ſi ſeparatim prę mitterentur monitiones, ac deinde ſententia excommunicationis pronuntiaretur, ſecundùm Abb. in cap. 2. de teſtib. cogend. quinimo, vt ait Couarrũ. vbi ſupra nume. 5. verſicul. cæterum. 12 † & propter frequentiſsimam hiſce téporibus quoad iudiciales citationes contumaciam, & mille tergiuerſationes, quibus hominum malitia quotidie creſcens locum facit, admittenda videtur & probanda hæc forenſis conſuetudo, modò cautè, non temerè ea iudices vtantur. 13 † Hinc eſt, vt eadé praxis introduxerit, vt ſemper cauſa, vel ſpecialis, vel generalis in prędictis ſéntentijs exprimatur, nempè, *que parezca a ſe ſaluar de cierta informacion contra el hecho, o para ſer informado del de coſas que conuienen al ſeruicio de Dios nueſtro Señor*, vel ob aliã cauſam rei, de qua agitur, conuenientem.

14 Quòd ſi omnino aliquis certus de iuſtitia huius praxis eſſe velit, conſideret, conſuetudine inueterata ita introductũ eſſe, quam non eſt dubium derogare poſſe text. in d. §. caueant. quamuis ipſe contrarius eſſet eidem praxi: ſiquidem & forma aut ſolennitas ſtatuta in cap. 1. de ſenten. excómuni. in. 6. 15 † vbi quòd ſententia excommunicationis in ſcriptis feratur, tolli conſuetudine forenſi poteſt, ſecundùm AEgidum Bellamer. deciſion. 243. & 339. Caſsiodo. deciſ. 2. tit. de penſion. num. 11. ſuper regul. cancel. quos refert & ſequitur in propoſito noſtro Couarr. vbi ſupra dict. verſ. cæterum. ad fin. Ex ſuperioribus igitur ſatis ſuperque remanet probata atque defenſata praxis communis pręfata.

Quibus

Ayuntamiento de Madrid

16 Quibus addendum duxi,conſenſum ex communicandi ſatis rationabilem cauſam eſſe, vt is tranſacto termino ſolutio ni debiti appoſito,ea expreſsim pactione adiecta,vt ſi non ſoluerit intra illum ter minum,conſentit in ipſum ſtatim ferri ſententiam excommunicationis:in hoc etenim caſu pro futura culpa abſq; mon tione poterit excõmunicari, præſertim quia tempore prædi.conſenſus terminũ illum ad ſoluendum conſtitutum accepe rit pro canonica monitione,vt voluerũt gloſ.verb.promulgaret. & Ioan.And.in cap.P.& G.de offi.delega. & ibi Hoſtié. Imol.& Abb.ſequitur alios allegans Co uar.vbi ſupra,nu.4. verſ.illud verò. per totum,vbi ſecus eſſe exiſtimat cum cõ muni,quoties in præd. caſu adijceretur, vt illo termino finito, ſi non ſoluerit,ex communicari abſq; vlla monitione poſ ſit, quaſi pactum illud iniquum ſit,& cõ trarium Canonicis ſanctionibus, quæ ad vtilitatem publicam trinam canonicã monitionem exigunt præuiam ad iuſti tiam excommunicationis.

17 Ex quo etiam defendi iure poterit ſty lus Romanæ curiæ aduerſus eũ qui per ſonaliter conſenſit conſtitutioni penſio nis ſub ſolitis cenſuris & pœnis: nam ex communicatur à Romano Põtifice, vel ab eo,qui eius poteſtate ad hoc fungitur, ea conditione, ſi penſionem die conſtitu to nõ ſoluerit;etiam ſi ipſi literæ penſio nis intimatæ non fuerint, hoc enim fit ex conſenſu ipſius excommunicandi: ſe cus ſi conſenſit per procuratorem, quia tunc ante intimationemnon afficitur ex communicationis ſententia, vt teſtatur Caſsiad.deciſ.2.de penſionibus. ſuper re gul.cancel.& 12.de reſcript.quem refert & ſequitur Naua.in manual. Latin.cap. 27.nu.272.in verſ.duodecimo.& Coua rru.vbi ſupra in d.c.alma.mater.1.par.re lect.§.10.nu.4.propè fin.in verſi. ſic ſa nè,& iterum ibidem.num.7.in verſ.qui bus quidem, vbi allegat in hoc Gigant. de penſion.quæſt.94.

18 Vnus tamen caſus eſt,in quo etiã abſq; aliqua cauſa profertur pręceptũ ſiue mo nitoriũ pœnale,ſcilicet quãdo fuit iuſti ficatũ cum clauſula, Si ſenſeris te graua tum, compareas reſponſurus,aliàs iudex excõmunicat illum,niſi alterum horum fecerit, iuxta glo.ſingul.in cap.ex parte. cl.1.gl.fin.ad fin.de verbo.ſignific. Nam ſi reus compareat,reſol uitur in ſimplicẽ citationem, & ita communiter practica tur per cauſidicos,quia petunt dictũ præ ceptum reduci ad ſimplicem citationem, ſecundũ Bar.in.l.1.C.de execut.rei iudic. & fuit adinuenta hæc praxis pro facilio ri exitu iudiciorum,ſecũdum Abb. in d. cap.ex parte.& illam glo.ſequitur plures allegans Palat.Rub.de benef. vacant. in curia.§.15.& hãc ſentẽtiã communis am plectitur practica ſecundũ Ange. in.§.cu rare.nu.10.Inſtit.de actio.eſtq; magis cõ munis ſecundũ Iaſ.in.l.nequicquã.§.vbi decretum.nu.6.ff.de offi.proconſul. vbi Ioã.Oroſ.inquit hanc opinionẽ, & à cu rię Romanæ cõſilio,& à doctorib9 appro batã eſſe,& plures referens eam ſequitur Mexia in.l.regia Toleti,de los terminos. 11.fundament.1.partis nu.1. & Rebuff.1. tom.conſtitut.in tract.de lit.obligat.ar ti.6.gloſſ.num.4.& Ant.Gabriel libr.6. commum.opin.titul.de citat. concluſ.1. Quare ſi iudex incipiat à pręcepto exe cutiuo,facto ſine cauſę cognitione,quan do in eo non eſt clauſula iuſtificatiua, eſt ipſo iure nullum,& poteſt ſperni,& quan uis citatus non compareat, per hoc non incidit in pœnam præcepti, ſecundùm Bart.vbi ſupra,& eſt magis cõmunis con cluſio ſecundùm Iaſ.etiam vbi ſupra,plu res allegantem.

19 Denique ex ſuperioribus dubitari po terit de intellectu tex.in cap.præterea.de appellat.vbi permittitur poſſe quem ex communicari ea conditione, ſi intra vi ginti dies Sempronio nõ ſatisfecerit,aut quantitatem debitã ei non ſoluerit: quan uis huiuſmodi ſententia excommunica tionis appellatione medio tempore in terpoſita ſuſpendatur, vt ibidem pro batur. Ecce igitur ibi textum expreſ ſum, vbi pro futura culpa poteſt quis ex communicari conditionaliter, Si in tra decem dies creditori ſuo non ſatiſ fecerit: quod expreſsim aduerſari vide



Ayuntamiento de Madrid

tur omnibus, quę ſupra dicta ſunt, niſi cũ intelligamus iuxta præcedétia, vel quòd mora, trina canonica monitione præmiſſa, præceſſerit in non ſatisfaciendo in ea ſpecie: vel quia hoc diuinare videatur, quòd hodie, vt ſententia excommunicationis conditionalis in caſu illius tex. ſit iuſta, debeat præcedere mora in exhibenda ſatisfactione, culpa vel offẽſa, vt in d. c. Romana. §. caueant. de ſententia excõmunic. lib. 6. nam per illũ tex. ſuppleri, atque intelligi debet text. in d. c. prçterea. de appellat. vt tenent ibi Abb. & cæteri: quod vt prædiximus ſatis verificabitur, ſi iudex incipiat præcipiendo debitori, vt intra nouem dies, alium ve terminũ, quem ei aſsignet, trina canonica monitione præmiſſa, &c. Sẽpronio ſatisfaciat vel debitum ſoluat, ſub pœna excommunicationis maioris latæ ſententię: ſicque intellectus text. ille in d. cap. præterea. non differt à dict. §. caueant. quinimo ſimiles ſunt hæ iuris Pontificij reſponſiones. Veriùs tamen videtur intelligendus text. in dict. capit. præterea, abſque aliqua ſuppletione, nempè quòd ideò ibi ſententia excommunicationis conditionalis proferri poteſt abſque aliqua monitione, quia dies ibi appoſitus interpellat pro homine, vt declarat Lapus allegatione 62. incip. prælatus regularis, quem refert, & ſequitur Decius in proprio loco nu. 2. vbi agit, an idem ſit, quando non apponitur tempus certum, ſed ſimpliciter quis excommunicatur, niſi ſatisfecerit Sempronio &c.

20 Verùm quia text. in dict. c. prætereà, optimus eſt in propoſito, nonnulla obſeruãda ſunt circa illius praxim: & primò, tex. illius deciſionem procedere non ſolũ eo caſu, quo loquitur, nempe cùm quis excommunicatur, ſuſpẽditur, vel interdicitur ſimpliciter, ſi intra certum tẽpus creditori ſuo non ſatisfecerit: ſed etiã ſi iudex dicat, Niſi ſatisfeceris creditori intra menſem, ex nũc excõmunicatus ſis; quia per hoc non videtur excommunicatus à tempore ſententiæ, ſed tunc demũ poſt conditionẽ impletam: † quia licèt aduer-
21 bium, Ex nũc, ſit præſentis temporis. l. 1. §. nũc tractemus. ff. de tutel. & ration. diſtrah. futurum tamen denotat effectum, vt in terminis tenet Bald. in c. 1. num. 16. de milit. vaſſal. qui contum. eſt: ſequitur Guid. Papa deciſ. 588. & Decius in dict. c. prætereà. num. 10.

22 Secundò obſeruandum eſt in hac ſententia excommunicationis conditionalis, quòd adueniente die vel conditione, ipſa excommunicatio ſtatim locum habet abſque aliqua denuntiatione, vt in. c. licet. de ſentent. excommun. lib. 6. gloſ. & doct. in. c. ſępe. de appel. ijdem in cap. vt ſuper. de appella. lib. 6. eſt communis ſecundùm Deci. conſil. 145. num. 5. Couar. in d. c. alma mater. 1. parte. §. 10. nu. 6. verſi. in hac autem.

23 Tertiò obſeruãdum eſt in pręmiſſa ſpecie, quòd aduenięte die vel conditione, excõmunicatio, quæ ex tunc vires ſuas obtinet, non verò antea, non retrotrahitur ad diẽ pronuntiationis, quia æquitas omnino deficit, quę cauſã præbet fictioni retrotractiuę & alijs, vt in. l. qui in vtero. ff. de ſtatu hom. & in. l. poſtliminij. ff. de captiu. & poſtlimin. reuerſ. in princi. Bart. in. l. ſi is, qui pro emptore. nu. 67. ff. de vſucap. æquum autem nõ eſt, vt excommunicatus ſub conditione verę cõtumaciæ, eo tempore iudicetur excommunicatus, quo nondum contumax eſt; imò tunc gaudebat dilatione ſibi conceſſa, ac proinde fuit admiſſus ad Catholicam fidelium communionem: ergo adueniente conditione non poteſt habitis iã ſuffragijs, & communione præcedenti priuari, & etiamſi ante aduentum conditionis appellatum non ſit, nequaquam retrotrahitur excommunicatio poſteà adueniente conditione, cùm ipſa nuſquam affecerit perſonam debitoris, in quem profertur, niſi tunc demum cum dies vel conditio euenerit, nec prius lata cenſetur, vt probant doct. in dict. capit. præterea. & Nauarr. in Manual. Latin. capit. 27. numer. 272. verſic. 10. & tradit receptiſsimum Couarru. vbi ſupra, numero. 6. Cui addo aliam non infimam rationem, nempe voluntatem ac mentem iudicis excommunicantis in propo-

ſita

Ayuntamiento de Madrid

ſita ſpecie eam eſſe:ſatiſque perſpicuam, vt debitor ante aduentum conditionis vel diei minimè ſit excommunicatus,ſed tantùm poſteà:ergo hæc omnino eſt attẽ denda atque obſeruanda.

24 Quartò ex dict.capit.prætereà. deducitur,quòd appellatio in caſu ipſius medio tempore ( hoc eſt ante aduentum conditionis vel diei ) interpoſita ſuſpendit ſententiam excommunicationis latam, vt communiter omnes ibidem adnotarunt, & Anchar. conſilio 240. ſequitur Decius conſil.214.num.5.doct.in cap.is cui.§. vltimo,de ſententia excommunicat.in.6.Paluda.in.4.ſentẽt.diſtinct. 18. quæſt.1.colum.3.verſic.ſexta concluſio. Sylueſt.verb.excommunicatio. 2. num. 1. & 16. communis ſecundum Couarru. dict.§.10.nume. 4. qui num. 6.in verſic. in hac autem,ibi,ex quibus apparet,ampliat, vt in hoc caſu excommunicatio poſt appellationem minimé habeat effectum,nec vires aſſumat,licét poſt appellationem deſerta ſit, vel appellationi fuerit renuntiatum.

25 Quintò aduertendum eſt,quòd licet aliàs à ſententijs conditionalibus appellãdum ſit intra diem & tempus à iure conſtitutũ;hoc eſt,decem dies à pronuntiationis tempore numerandos, vt notatur in.c.quoad conſultationem,de re iudica. attamen à ſententia cenſuræ ſub cõditione vel in diem lata,vt in caſu dict.c. prætere a,ſatis eſt quoad effectum ſuſpenſionis, quòd appelletur ante conditionis vel diei euentum,etiam ſi decem dies dati ad appellandum fuerint elapſi, vt voluit gloſ.in dict.cap.prætereà. verb. impedire.ibi,& ita ſententia,quam ſequuntur,& approbant omnes ferè ibidem,præter Abb.nume.8. qui profeſſus eam eſſe communem,tenet contrarium, nempé nullam eſſe differentiam inter has ſententias,ſed quòd tempus appellandi hoc caſu, ſicut in reliquis currat à tempore promulgationis ſententiæ, priuatis quibuſdam rationibus, quibus ſatisfaciunt Francus,& Decius in dict. capit. prætere a.num.7. qui communem ſequuntur, affirmans Decius ab ea non eſſe recedendum : ſequitur etiam dicens ita feré omnium conſenſu eſſe obtentũ in dict. capit.prætereà.Couar.vbi ſupra, nume. 4.ſequitur eam dicens communem contra Panormit.Nauar. in Manual. Latin. cap.27.nume.272.verſic. vndecimo . Et ratio differentiæ eſt ſecundùm Decium, quia in excommunicatione contumacia requiritur,quæ reperitur tempore conditionis purificatæ, non verò tempore ſententiæ : vnde cùm excommunicatio propter contumaciam incurſam tempore conditionis, vel diei aduentus,in ſpecie dict.cap.prætereà, non retrotrahatur ad tempus ſententiæ, vt ſupra cum communi probauimus, conſequens eſt, vt tempus ad appellandum incipiat intra decem dies,antequam grauet ſententia excommunicationis , hoc eſt, ipſa incurratur,id eſt,ante aduentum conditionis vel diei, etiam ſi plures ſint tranſacti à tempore pronuntiationis ipſius ſententiæ.

26 Hæc tamen communis ſententia limitanda erit,quoties debitor ab initio conſenſit, vt poſt diei vel conditionis aduentum , ſi non ſoluerit,poſsit eo ipſo à iudice excommunicari, vt contingit in eo, qui tempore conſtitutionis penſionis hoc conſentit , vt ſupra meminimus,tunc enim ratione huius conſenſus non poterit, qui conſenſit,appellare ab hac ſententia excommunicationis,pendente conditione,nec ante diem, ſecundùm Innocent.Ioan.Andr.Bald.Panormit.& alios in cap.P.& G. de offic.delegat.ſequitur alios allegans D. Couar. in dict.cap. alma mater.1.parte relect.§.10. num.40.ad fin.Et quãdo proceditur via executiua pro penſione,iuxta ſtylum in ſimilibus ſeruari ſolitum,quòd regulariter non admittatur appellatio, niſi aliqua iuſta cauſa ſubſiſteret, tenet Gigas de penſio.quæſt.95.titul.3.volum.15. tracta.fol.224.

27 Vltimò ex tex.in dict.c.prętereà.de appellatio. dixit eleganter Ægidius Bellamera deciſ.160.incip.ſi à tẽpore publicationis,quòd ſi intra dies cõtentos in monitorio,vel executorialibus,qui dãtur ad aliquid

aliquid faciendum vel implendum, ille contra quem monitorium vel executoriales diriguntur appellauerit ex cauſa probabili, quę probata debet legitima reputari, iuxta notata in cap. vt debitus. de appel. cum ſimilib. talis appellatio ſuſpédit effectum monitorij, vel executorialium: quod etiam tenet Anchar. conſil. 241. quos refert, & ſequitur Palat. Rub. de beneficijs vacã. in curia. §. 15. colu. pé ulti. & fin. addens, quòd hoc remedium appellationis erit vtile contra mandatũ vel præceptum Papę, vel cuiuſlibet alterius iudicis vel ſuperioris, etiam ſi cauſę cognitio & citatio præceſsiſſent, reſque diſcuſſa foret, & iudicata, vt AEgidius videtur loqui: ſiauté cum tertio nó fuit habita lis, nec cauſę cognitio adhibita, & monitorium pœnale emanat contra ipſum, quo caueatur, vt dimittat beneficiũ, illudque reſtituat Titio infra decem dies, alium ve terminum, aliàs eũ excõmunicat Papa, vel eius delegatus, &c. inquit Palatius Rubeus vbi ſupra. §. 14. in verſic. ſi igitur monitorium pœnale, &c. quòd quanuis tertius ille, contra qué dirigitur monitorium illud, non obtemperet, nullam excommunicationem incurrit, niſi forſan tale præceptum emanaſſet, quod etiam parte pręſente & inuita præcipi potuiſſet; quia tanto magis fieri poteſt parte abſente & inuita, vt ibi probat, addés, quòd tertius poſſeſſor, qui prætendit ſe habere ius, & nunquam fuit citatus poterit de iure ſuo excipere, & non obtẽperare, & ſi opus fuerit, appellare, & quòd hæc oppoſitio, & appellatio iuuabit eum & alios ſimiliter non parentes, vt puta capitulum, & ſingulares de capitulo, quibus forſan mandatum dirigebatur: quoniam ſi mandatum non tenuit quoad principalem, conſequenter non tenebit quantum ad alios, quibus, vt executoribus dirigitur vel intimatur, vt quotidie fit.

28 Imò etiam ſi quis lite cõtrouerſa ſentẽtiã, & executoriales obtinuerit aduerſus poſſeſſoré beneficij, licèt de iure poſsit propria authoritate, nó tamé inuito, nec renitente poſſeſſore, poſſeſsioné beneficij capere, præſertim, quia ſolet in eiſdé literis executorialibus poteſtas hæc capiendi poſſeſsionem propria authoritate concedi, vt tradit Rota in nouis 417. & Felin. in. c. de cætero. colu. vltima de re iudica. Couar. lib. 3. variarum reſolut. c. 16. nu. 7. in verſi. quòd ſi quis. Attamé ſtylus, & praxis Romanæ curiæ introduxit, iure attentatorum reuocari poſſeſsionem propria authoritate apprehenſam, vel etiam obtentam authoritate executoris electi, niſi ante eius apprehenſioné executoriales ipſæ literæ oſtenſæ atque intimatæ fuerint victo poſſeſſori, & poſtea reproductæ cum intimatione auditori in Rota, qui ſolet quatuor citationes decernere, monens eum, vt doceat cur non paruerit, aut legitimè ſe excuſaret, eũ declarat incurriſſe in céſuras, & alias pœnas in executorialibus contentas, & ſucceſsiuè proceditur ad aggrauationé, reaggrauationem, interdictũ, & vſq; ad brachium ſeculare incluſiué: ac ſi aperté dicat, eum prius non habendum pro excõmunicato, imò pro tolerato; & ita habetur canonicé poſſeſsio, non aliàs: nam licèt executoriales excõmunicent, vt ex tunc, & etiam mandent denuntiari excõmunicatum, in omnibus tamen intelligitur conditio ſi nó paruerit: quòd autem non paruerit ſine iuſta cauſa, non priuſquam fuerit lata declaratoria præcedétibus præd. citationibus, cæteriſque ſupra dictis conſtabit: ita colligitur ex Felin. Rotæ quondam auditore, in. c. ad probãdum. nume. 6. de re iudicat. refert expreſſé Guillierm. Caſſad. deciſ. 6. in ti. de cauſa poſſeſ. & propriet. nu. 10. & 11. vbi limitat, niſi loco executorialium decernat Papa mandatum executiuum, vt in quibuſdam cauſis fit: eũdem ſtylum refert & probat Ludouic. Gomec. in regul. de ſubrogan. collitigant. quæſt. 4. in verſic. & licèt iſta de iure. pagin. 367. vbi dicit, quòd ſi hodie delerentur illa verba, propria authoritate, poſita in executorialibus, ſtylus Rotæ magis iuſtificaretur: ſed etiam ſi non deleantur poteſt ſuſtineri per text. in cap. ſi beneficia. de præbend. lib. 6. & quòd etiam ſi ſtante præd. ſtylo

pro

Ayuntamiento de Madrid

pro vero, capiens poſſeſsionem per executoriales, dicatur quaſi attentare, attamen intruſus non dicetur, ex quo habet titulum coloratum, & ſufficit ſecundũ Abb. in capit. cum noſtris. de conceſſ. præbend. Eundem ſtylum latiùs probat idem Gomec. in regul. de annali poſſeſ. quæſtione 44. pag. 585. in verſic. quod etiam ex ſtylo hodierno, dicens ita practicari, & quòd non caret hæc praxis authoritate, aut ratione: idem Gomecius in regul. de triennal. poſſeſſ. quæſtio. 27. verſi. ſic etiam. pagin. 800. Huius etiam praxis meminit Couarruuias vbi ſuprà, licèt referat ex ſupradictis, non adeò firmum & ſtabilem eſſe hunc ſtylum, quin quandoque contrarium obtentum, & pronuntiatum fuerit; quod ipſe deducit ex Gomecio vbi ſuprà, cùm tamen Gomec. adhuc probet præfatum ſtylum ac praxim Rotæ, affirmans abſque dubio, quòd ita practicatur: id quod nouiſsimè teſtatur Octauianus Veſtri. lib. 8. in Romanæ aulæ actionem. cap. vltimo. num. 16. & ſequentibus. folio 270. & ſequenti, vbi in ſumma admonet, quòd executores in partibus, quibus ſubdelegatur executio earumdem literarum (ſecundum morẽ, qui in Palatio inoleuit) duntaxat literas executoriales condemnato ac intruſis intiment, & primam partem ipſarum literarum duntaxat, videlicèt, & ante dict. monitionis canonicæ ad parendum rei iudicatæ, infrà triginta dierum terminum exequantur: & vbi literæ executoriales fuerint legitimè intimatæ, non procedatur ad vlteriorem executionem coram dictis executoribus, ſed habita relatione legitimæ intimationis earumdem literarum, reproducantur literæ, vnà cum relatione intimationis in curia coram auditore: & ibi latè agit de forma vlterioris proceſſus & executionis.

29 Et hunc caſum iam vidimus in praxi in vna Archidiaconatus de Sabugal Ciuitaten. Nam fuit condemnatus in contumaciam, & per contradictas D. Ioan. de Sylua modernus poſſeſſor, ad inſtantiam cuiuſdam clerici Palentin. diœceſis, vt dimitteret dictum Archidiaconatum, & in poſſeſsionem eiuſdem mitteretur præfatus clericus Palent. diœceſis. Tandem executoriales literæ ſuper hoc exhibitæ fuerunt in hoc capitulo Ciuitaten. cui auditor Rotæ iudex cauſæ præcepit ſub pœna excommunicationis latę ſententiæ in ſingulos de capitulo, vt intra ſex dierum ſpatium eaſdẽ literas exequerentur, atque in poſſeſsionẽ dict. Archidiaconatus mitterẽt dict. victorem, ac condemnatum de poſſeſſione amouerent: & cum eiſdem literis à victore requiſitum fuit præfatum Capitulum ſuper earum vera & actuali executione, vt præfertur facienda, & cum dictus condemnatus ibidem tanquam canonicus intereſſet, cui etiam intimatæ fuerunt executoriales, contradixit, reclamauit, & proteſtatus eſt, atque ab executione Capituli appellauit, ſicq; ſpoliatus fuit ſua poſſeſsione, & aduerſarius miſſus in eandem authoritate dictarum literarum Apoſtolicarum, & iuxta ipſarum tenorem. Tandẽ cauſa perducta ad regalem Cancellariam Pincianam, idem D. Ioannes fuit reintegratus, reſtitutus, atque manutentus in ſua poſſeſsione, iuxta præfatum ſtylum, praximque Romanæ Curiæ, quæ in hac cauſa per auditores regios fuit obſeruata: contradicente enim victo, non erat ſibi auferenda poſſeſsio, ſed executoriales eidem intimatæ reproducendę coram eodem auditore, à quo emanauerant, & diſcernendæ erant citationes in forma ſupradicta ad vlteriorem proceſſum, iuxta tradita per Felin. & cæteros vbi ſuprà, ad canonicæ poſſeſsionis obtentionem. Caueat igitur pars vincens, ne poſt contradictionem requirat executorem, ſiue capitulum, vt reum virtute dictarum executorialium à poſſeſsione amoueat, ſeque mittat in poſſeſsionem, nec vlteriùs ad executionem earumdem procedat, ſed executoriales cum intimatione legitimè facta, eidem auditori producat ante captionem poſſeſsionis, vt præfatus ſtylus ſeruetur: aliâs enim omnia erunt attentata, & dum breuiùs ſibi con

E 5 ſulere

Ayuntamiento de Madrid

ſulere vult, longiori mora, immoderatiſque ſumptibus afficietur. Capitulum autem ipſum, ſi nihilominùs à parte inſtetur, vt ad executionem procedat earumdem executorialium, quamuis non ſeruata forma, & ſtylo, vt euitet timoré incurrendi ſententiam præfatam excómunicationis, ſi in præfato ſex dierum ſpatio præd. literas nó exequantur, ſicque periculo ſe exponat excommunicationis, poterit eas omninò exequi, ſibique pars imputet, qui ad hoc capitulum, vel alium executorem requiſiuerit. Si tamen ſubſiſtente iuſta cauſa, capitulum poſſeſſori velit iuſtè fauere, viſa contradictione, atque reclamatione ipſius, poterit ſuperſedere in vlteriori executione earumdem literarum, quandoquidem ipſa ſuſpenditur ex pręfata poſſeſſoris contradictione: & ad maiorem cautelam, ſi requiſitum fuerit, vt vlterius procedat in executione executorialium, iuxta ipſarum tenorem appellet ab eiſdem, durante dicto termino ſibi conceſſo in prædi. literis ad executioné ipſarum, antequam in præfatam ſententiam excommunicationis incurrat, quę non incurritur iuxta ſuprad. ſtylum, & prædi. appellatio iure ſuſpendit eandem ſententiam excommunicationis, vt eſt expreſſum in dicto cap. præterea. de appellat. hocque facto, omni ſcrupulo &
30 timore carebit. † Denique addendum duxi, quòd in caſibus, in quibus generalis excommunicatio ferenda eſt, ſufficit monitio generalis, vt in cap. vltimo. de electione. in 6. in Clement. 1. de iudic. Felinus in cap. 2. numero 8. de conſtitu. & in cap. exhibita. de iudic. colum 2. Hoc tamen fallit, vbi excommunicatio maior ferenda eſt aduerſus communicantes cum excommunicato: nam tunc neceſſaria eſt monitio nominatim ſpecialis eorum, qui monendi ſunt, nec generalis ſufficit, vt in cap. conſtitutionem. de ſenten. excommunic. lib. 6. & ibi glo. verb. nominatim. & Doctores, vbi ſtatuitur, ita demum eſſe monitionem canonicam in hoc caſu, ſi alijs ritè ſeruatis, eos, qui monentur, exprimat nominatim: & poſteà inquit text. requiri tres monitiones, vel vnam pro tribus, cum interuallo aliquorum dierum, niſi facti neceſsitas aliter ſuaſerit moderandum, nempè quia partes ſunt ad rixam, vel arma paratæ, nec curant monitiones eius, iuxta gloſ. fin. ibi.

31 Qua ratione ſpeciale quidem eſt, vt in hoc caſu excommunicatio lata abſque prædi. canonica monitione, ſit nulla ipſo iure, vt probat text. in cap. ſtatuimus. eodem titul. de ſententia excommunicationis. in 6. in §. quòd ſi ex locutione, ibi, Aliter autem in participantes excommunicatio prolata non teneat, & ibi gloſſ. in verb. non teneat, communiter approbata, hoc expreſsim notat. Felinus in capit. cùm ſit Romana. numero 15. de appellation. Soto in 4. diſtinctione 22. articulo 2. in tertia concluſione, circa finem. pag. 938. columna 2. Nauar. in manual. Hiſpano. cap. 27. num. 36. vbi teſtatur verã & communẽ. Quod intelligendum eſt, quoties quis excommunicat participantes cum excommunicato à ſe ipſo: ſecus ſi excommunicet communicãtes cum excõmunicato ab alio,
32 vel à iure, † tunc enim excommunicatio lata ſine monitione, licèt ſit iniuſta, non tamé eſt nulla ipſo iure: ita Ioannes Andreas, Dominic. & Francus in dicto cap. ſtatuimus. Couarr. alios referens in dict. cap. alma mater. in. 1. parte relectio. §. 3. numero 6. pro quo eſt text. ſingul. in capitul. præſenti. de ſententia excommunicationis in 6. in verb. à ſe: quẽ tex: ad hoc reputat ſingularem Peruſinus in capit. peruenit. 1. de appellat. qui eandé ſententiam probat: & præterea Nauar. vbi ſuprà, dicto num. 36. & in Latino. c. 27. num. 4.

Hoſtienſis autem in dicto cap. ſtatui-
33 mus. contrariũ ſupradictis tenet, † exiſtimãs ſufficere generalem admonitionem, quoties in genere ferenda eſt excommunicatio aduerſus communicantes cum excommunicato. & Abb. in dicto capit. peruenit. 1. aduerſus gloſſam dict. capitul. conſtitutionem. verbo, nominatim. quæ expreſsè ait, tutius eſſe dicere,

Ayuntamiento de Madrid

dicere, quòd hodie in genere excommunicatio in participantes ferri non poſſit, per text. ibi, vt prædiximus, & ſic ſit ſublatum, quod dicitur in cap. quod in dubijs. in fine. de ſententia excommunicationis: nihilominus praxis recepit opinionem præfatam Hoſtienſis & Abbatis aduerſus præd. iura, vt teſtatur Cōuarruuias, & Nauar. vbi ſuprà. Frequentiſsimè enim, imò ferè ſemper, fertur ſententia excommunicationis maioris generalis aduerſus participantes cū excommunicato ad partis petitionem, generali monitione præmiſſa. Nihilominùs tamē, inquit Nauar. vbi ſuprà, quòd ſicut iudices ſunt in poſſeſsione ferendi dictas literas contra participantes ſine ſolennitate præfata illorum iurium; ita etiā ſubditi ſunt in poſſeſsione non parendi illis, tanquam nullis, & non habendi ſe pro excōmunicatis maiori excommunicatione, ad effectum ſe abſtinendi à diuinis, & obtinendi abſolutionem; & quòd ita videtur non eſſe derogatum illis capitulis, quorum forma ſeruatur in Luſitania, quia ibidem non diſcernūtur præfatæ literæ contra participantes excommunicatis, niſi monitione nominatim præcedente eorum, qui monendi ſunt, iuxta præd. iura: aliás enim lata excommunicatio eſt nulla, vt ſuprà fuit concluſum. Nec obſtat, quòd ex ſupradictis conſequetur, illas literas generales contra communicātes excommunicato latas, eſſe ſuperuacaneas, quia poteſt dici, quòd proderunt ad effectum perueniendi ad interdictum, & brachium ſeculare, iuxta text. cum ibi notatis, in capit. 1. de offic. ordin. Nec etiam obeſt, ꝙ in aliquibus regionibus adſit conſuetudo dandi denuntiatorium contra eos, qui non ſunt cōfeſsi tempore debito paſchali, excommunicando vicinos participantes cum eis, quæ excommunicatio cenſetur valida, & ligat, quia illa non datur contra participātes cum excommunicatis ab ipſo denuntiante, ſed cum excommunicatis à conſtitutione Synodali, quia denuntians nō excommunicat, ſed tantùm declarat excommunicatum,

argum. l. heredes palam. §. ſed ſi notam. ff. de teſtament. ſicque in ea reſidet Nauarr. ſententia, vt non obſtante præd. praxi iuri contraria, excommunicatio præfata generalis, ſine ſpeciali monitione nominatim facta, lata aduerſus communicantes excommunicatis ab eodem iudice, nō liget, cùm populus ſit in poſſeſsione non parendi eidem, tanquā nul-
33 li. Pro quo facit, † nam quāuis ſententia paſtoris, ſiue iuſta, ſiue iniuſta, timēda ſit, vt in capit. ſententia paſtoris, & in capi. qui iuſtus eſt. verſic. 1. 11. quæſt. 3. imò ſi quis eam contempſerit, peccabit mortaliter, ſecundùm ſanctum Thomam in. 4. diſtinctione. 18. articu. 1. ad 4. & ibi Palud. quæſt. 1. & Durand. eſtq; communis ibi ſententia Doctorum, ſecundùm F. Mart. Ledeſmium in ſecundam. 4. quæſtio. 23. artic. 4. fol. 337. & eſt communis omnium opinio ſecundùm D. Couarru. in dicto cap. alma mater. 1. part. relectio. §. 7. numero 5. verſic. tertia concluſio, loquentem in excommunicatione, vt cū-
34 que iniuſtè lata ſit, deficiente cauſa, † & culpa ipſius excommunicati: & in præcedenti. ſecūda concluſione tenet, quòd hic iniuſtè excommunicatus, nō eſt priuatus communibus & generalibus ſuffragijs Eccleſiæ Catholicæ, per text. in cap. illud planè. 11. quæſt. 3. & quòd hæc eſt communis opinio: quia licet excommunicatio iniuſta tollat diſpoſitiones quaſdam ad gratiam gratum facientem, quæ poſſent faciliùs contingere per cōmunionem cum fidelibus, per participationem & perceptionem Sacramentorum, per auditionem diuinorum officiorū, quibus omnibus exteriùs priuat excommunicatio iniuſta, nō tamen tollit gratiam ipſam gratum facientem, cū hæc per peccati mortalis culpam ſubtrahatur: quod tamen non datur in excommunicatione iniuſta, ratione cauſæ, & ideò non priuatur ſuffragijs Eccleſiæ, quoad eius communem intentionem: ſicque ſententia Diui Thomæ, ibi per eum allegati, huic communi aſſertioni nō obeſt. Eandem primam communem ſententiam, vt excommunicatio iniuſta,

Ayuntamiento de Madrid

ſta, etiam ratione cauſæ, ſit valida, timenda, & ſeruanda, latè probat, affirmãs eſſe communem, plurimoſque eam tenẽtes allegans, F. Anto. à Cordub. lib. 1. quæſtionarij, quæſt. 43. in verſic. opinio ſecunda. vbi eam ſequitur, non tantùm, vt in publico ſeruanda ſit præd. excommunicatio, ſed etiã in ſecreto, aduerſus Couar. & alios, quia ligat quoad Eccleſiam militantem, non quoad Deum, vnde ſecũdùm ipſum & communem, quam refert, non priuat gratia & bonis ſpiritualibus, quæ à Deo ſunt immediatè, nec fructu communium ſuffragiorum Eccleſiæ, licèt bene priuet communione corporali, vel exteriore Sacramentorũ, atque fidelium, alijſque actibus legitimis, & exercitio eorum: quamuis contraueniens eã non ſeruans, incurrat pœnas iuris. Eãdem communem ſententiã, quòd excommunicatus iniuſtè ratione cauſæ, teneatur ſeruare præd. excommunicationem in publico & ſecretò, aliàs incidat in pœnas iuris, quamuis non priuetur communibus ſuffragijs Eccleſiæ, tenet & probat Victoria in ſua Summa, titulo de excommunicat. quæſt. 7. & ita eſt tenendum, quamuis Caietanus 2. 2. quæſtione 7. artic. 4. ad ſecundum. teneat, quòd hic excommunicatus iniuſtè ratione cauſæ, quia innocens eſt, poſsit communicare ſine ſcandalo in ſecreto: id quod ex epicheya concedit Victoria vbi ſuprà, & latiſsimè cum Caietano, & Palud. probat F. Martinus Ledeſmius in ſecundam quarti, quæſt. 23. artic. 4. per totum, vſque in fin. dicens eſſe hoc probabile, vt prædictus excommunicatus, licèt falſò probatus ſit nocens, non peccet participando occultè, & ſine ſcandalo, cum alijs, in Sacramentis, nec publicè ſine ſcandalo, & contẽptu, quamuis teneatur quærere alia remedia iuris, aliàs peccaret: & quòd quantumcunque publicè cum ſcandalo ingerat ſe Sacramentis, non peccat, nec celebrando efficitur irregularis quoad Deum: communis tamen ſententia ſupradicta. Doctorũ in hoc eſt tenenda.

35 † Si verò ſententia excommunicationis tantùm eſt iniuſta ex defectu notabili ordinis iuris, ligat in vtroque foro ſecundùm omnes, vt teſtatur Cordub vbi ſuprà, in ſecundo puncto, in verſic. ſi verò.

36 Quamuis igitur hæc ita ſe habeant in ſentẽtia excommunicationis iniuſta, fallunt tamen, atque locum minimè habẽt in ſentẽtia excõmunicationis nulla: quam quidem non oportet timere, quia cum ſit nulla, iam non eſt ſententia, nec excommunicatio, neque quoad Deum, neque quoad Eccleſiam, vt docet Palud. in 4. ſentent. diſtinct. 18. quæſt. 1. verſic. quantum. ad tertium. concluſione 2. & Beatus Atoninus Archiepiſcopus Florent. in ſua Summa. 3. part. titul. 24. cap. 73. dicẽtes, excommunicatum nulliter, denuntiatum publicè, non teneri abſtinere à diuinis, nec ab alia hominum cõmunione legitima, modò nullitatis cauſa publicata fuerit per eũ: quos, & alios authores refert, & ſequitur Nauar. in prælect. cap. cum contingat. de reſcript. remedio 3. pag. 160. cum ſequent. Idem tenet Dominic. à Soto in 4. diſtinct. 22. quæſt. 1. art. 3. in verſic. nec verò ſecũda, pag. 943. col. 2. vbi in verſ. & quinto, loquitur in terminis dict. capit. conſtitutionem. & dict. cap. ſtatuimus. de quibus nũc agimus, & tenet, quòd ſentẽtia excommunicationis aduerſus participantes lata ante monitionem canonicam, de qua ibi, non ſit ſententia, nec habeat cauſam, vt timeatur, nec de illa loquitur dict. cap. ſententia paſtoris. idem in terminis probauit F. Antonius à Cordub. lib. 1. quæſtionar. quæſt. 43. in princip.

37 † Excommunicatio enim nulla, nec in animæ iudicio, nec in exteriori vllum effectum habet, ſi conſtet eam nullam eſſe, vt eſt omnium conſenſu receptum ſecundùm Couarr. vbi ſuprà. d. nu. 5. in princip. in verſic. & hæc quidem. ſequitur etiam Angelus de Clauaſ. in ſua Sũma, verb. excommunicatio. 3. §. 19. vbi intelligit hoc verum, quando notoriè conſtat eſſe nullam: aliàs enim ſi hoc nõ conſtaret, quoad Eccleſiam eſſet timenda, ipſamque contemnens peccaret mortaliter, poſſetq; excommunicari. Idem

dicit

Ayuntamiento de Madrid

dicit Syluest.in Summa, verb. excõmunicatio.2.nu.1. in fin. & Ledeſmius vbi ſuprà, in princip. & Cordub. vbi ſuprà, paulò poſt principium quæſtionis, affirmans cum alijs, quos refert, hoc caſu, ſi
38 conſtiterit excommunicato † excommunicationem eſſe nullam, ſi non aliter poſsit innocentiam ſuam tueri, vel iudicialiter probare, licitè poſſe interim nõ ſeruare eam in ſecreto, ſcandalo vitato, etiam Miſſam, & alia diuina celebrãdo, & etiam publicè in ea ſolùm regione & loco, vbi excommunicatus ignoratur, nec probabiliter creditur quòd ibi citò diuulgandus ſit: quod verum exiſtimo eo caſu, quo excommunicatus huiuſmodi credit nunquam diuulgandum, aliàs ſecus: ſi enim, quamuis non citò, crederet diuulgandum, non liceret ei, quia daret ſcandali occaſionem. † Debet igitur
39 conſtare notoriè, ſecũdùm ſupradictos, de nullitate ſententiæ excommunicationis, ad hoc vt ipſa non ſit timenda, nec obſeruanda, vt præter eos tradit, plures referens Mexia in.l. Regia Toleti, *de los terminos*. in 5.fundamento 2. partis, num.31.

40 Nullitas autem contingit in propoſito, ob defectum iuriſdictionis prædictá ſententiam proferentis, vel quia profertur poſt appellationem legitimè interpoſitam, vel quia continet intolerabilé errorem iuris diuini, vel humani, vel facti notorij communiter omnibus, vel quia fuit lata contra participantes cum excommunicatis, monitione nominatim facta non præcedenti, vel ob alium defectum, propter quem ipſo iure ſit nulla, vt latiùs proſequuntur Doctores ſuprà citati, præcipuè Palud. vbi ſuprà, verſic. quantũ. ad quartum. & Cordub. in principio dictæ quæſtionis, vbi quinque caſus congerunt, in quibus eſt ſententia nulla: octo refert Paulus Borgaſ. de irregularitate.6.part.quæſt.12.

41 Quare ſi ſapientibus notum ſit ſentẽtiam eſſe nullam ex aliqua cauſa ſupradictarum, vulgus autem ignoret, poteſt in occulto coram illis ſapientibus eam non ſeruare: in publico verò eam ſeruare debet, quouſque ſcandalum rationabiliter ſedauerit: vnde ſi quis publicè excommunicetur, & nulliter denuntie-
42 tur, † ex aduerſo publicet ipſe ſufficientem cauſam nullitatis ad euitandũ ſcandalum: quo facto, ſi aliquis tunc ſcandalizetur, non erit ſcandalum puſillorum, ſed Phariſæorum, vt colligitur ex præfatis authoribus.

Cùm igitur excommunicatio generalis lata aduerſus communicantes excõmunicato, monitione ſpeciali, & nominatim facta minimè præcedente, ſit ipſo iure nulla, vt ſuprà eſt dictum: ergo licèt praxis eam formam introduxerit excommunicandi generaliter communicantes cum excommunicatis, nõ verò nominatim, poterunt participantes eidem, ſe non habere pro excommunicatis, publicando nullitatem præd. ſententiæ ad ſedandum ſcandalũ, ſi aliquod ſubortum fuerit, hocque faciendo, poterunt deponere ſcrupulum, atque præfatæ ſententiæ nulli non parere, quoadúſque nominatim excõmunicẽtur: præcipuè cùm vſus hoc idem introduxerit, ſecundùm Nauar. vbi ſuprà in dicto manual. & cùm excommunicatio ſupradicta generalis, quoad alia, vt prædixi, operari queat. Quòd ſi aliquis adeò timidus ſit, vt practicè ſcrupulum deponere non poſsit, abſtineat ſe à communicatione cum excommunicatis, parendo ſentẽtiæ: quòd ſi aliud fecerit, petat abſolutionem ab eodem iudice, eaque vtatur, & caueat, ne iterum incidat contra propriam conſcientiam: iure tamen verius & receptius eſt, vt prædixi, requiri monitionem ſpecialem nominatim factam eorum, qui monendi ſunt, ne communicẽt cum excommunicatis, ad hoc vt aduerſus eos ob hoc ſententia excommunicationis maioris ferri poſsit, prout fit, & ſeruatur in Luſitania: præxiſque tunc erit meo iudicio, vt pars dicat, & nominet perſonas certas, quibus ſit præcipiendum ſub pœna excommunicationis maioris, ne communicẽt cum excommunicatis, & iudex eiſdem præcipiat, vt intra trium, vel ſex dierum

ſpatium,

Ayuntamiento de Madrid

ſpatium, quos pro tribus canonicis monitionibus eiſdem aſsignat, ſe abſtineant à communione illorum, eiſdemque minimè communicent ſub pœna excommunicationis maioris latæ ſententiæ, quam ex tunc aduerſus illos pronũtiat, ſi contrarium fecerint, hocque illis intimetur, qui facto, tranſacto illo termino, ſi excommunicatis communicauerint, præfata cenſura in eos lata ligati manebunt.

## SVMMARIVM.

1 *Episcopus, ſiue eius Vicarius generalis, poteſt abſoluere ſubditum à ſententia excommunicationis lata à iure, nulli tamen reſeruata.*

2 *Idem eſt excommunicatione lata per conſtitutionem inferioris, confirmata tamen à Romano Pontifice.*

3 *Idem obſeruandum eſt in ſuſpenſione lata ob contumaciam, & non in pœnam, ſine termino & reſeruatione.*

4 *Epiſcopus non poteſt abſoluere à ſuſpenſione lata in pœnam alicuius delicti, etiam à iure, ſiue temporalis, ſiue perpetua ſit.*

5 *Limitatur tamen in ſuſpenſione impoſita ob adulterium, vel alia minora delicta.*

6 *Epiſcopus non poteſt abſoluere à ſuſpenſione temporaria intra tempus.*

7 *Suſpenſio ad tempus lata, tollitur elapſo illo tempore abſque aliqua abſolutione.*

8 *Interdictum ad tempus latum, lapſo tempore ceſſat.*

9 *Epiſcopus non poteſt diſpenſare circa ſuſpenſionem triennij, quam incurrit parochus, qui interfuit matrimonio clandeſtino.*

10 *Epiſcopi nequeunt contra concilia diſpenſare.*

11 *Epiſcopus poteſt abſoluere à ſententia excommunicationis, quæ ob manuum violentarum iniectionem in clericum, ob leuem & modicam iniuriam incurritur.*

12 *Ita leuis iniuria poteſt eſſe ex iniectione manuum proiectarum in clericum, vt non perueniat ad peccatum mortale, ſed veniale.*

13 *Non incurritur eo caſu ſententia excommunicationis, cùm ea non incurratur, niſi ob peccatum mortale.*

14 *Iniuria leuis quæ dicatur in propoſito, vt Epiſcopus à ſententia excommunicationis ob eam abſoluere poſsit, relinquitur arbitrio Epiſcopi.*

15 *Extrauagans, quæ Ioanni XXII. tribuitur, quamuis malè, refertur, declarans, quæ percuſsio dicatur leuis in propoſito.*

16 *Enormis læſio in propoſito, quæ dicatur? exceſſus notorius, quando dicatur enormis læſio, ibi. nu. 17.*

18 *Leuis eſt percuſsio, à qua abſoluere poteſt Epiſcopus, colaphus, quem impegit capellanus, perpetuo canonico Eccleſiæ Aretinæ.*

19 *Percuſsiones clericorum, qui ſibi ipſi in itinere pugnos & pedes impegerunt, leues ſunt.*

20 *Parochus an ſoluere poſsit ſubditum à ſententia excommunicationis maioris, cuius abſolutio alteri non eſt reſeruata? & numero ſequenti.*

21 *Inferior poteſt abſoluere à ſententia excommunicationis lata per conſtitutiones Epiſcoporum, & aliorum inferiorum, quando alteri non eſt reſeruata.*

22 *Suffraganei poſſunt abſoluere à ſententijs latis per concilia prouincialia, quinimò & ſui ſacerdotes id poſſunt.*

23 *Religioſis eſt prohibitum abſoluere excommunicatos à canone, niſi in caſibus à iure expreſsis, propter priuilegia ſedis Apoſtolicæ conceſsis.*

24 *Parius, & ſoluendi, & ligandi eſt.*

25 *Excommunicatio eſt meri imperij.*

26 *Abſolutio ab excommunicatione, eſt etiã meri imperij.*

27 *Abſolutio à ſententia excommunicationis maioris, eſt reſeruata ſolis Epiſcopis.*

28 *Concordia in quæſtione principali inter vtranque opinionem aſſumitur.*

29 *Facultas in diplomate Cruciatæ conceſſa ad abſoluẽdum ab excommunicatione, ſatisfacta parte, non eſt amplior quàm verba ſonant: vnde abſolui non poterit virtute bullæ, qui ob impotentiam ſoluere non poſsit, quamuis hic quoad Deum ſit abſolutus.*

30 *Nomine partis in propoſito non intelligitur iudex, vt in exẽplo hic poſito Epiſcopi præcipientis ſub pœna excommunicationis alicui, vt iret ad proceſsionem, vel quid iam aliud faceret, quod non fecit, nam poſſet hic, inconſulto Epiſcopo, per priuilegium Cruciatæ abſolui, niſi perſeueret in rebellione, retinendo*

Ayuntamiento de Madrid

*retinendo concubinam contra præceptũ Epiſcopi, hic namque, quouſque eam relinquat, non poteſt abſolui.*

31 *Hic excommunicatus, non data rebellione, non tenetur ſoluere iura iudici, nec tabellioni, ad hoc vt poßit abſolui.*

32 *Appellatione ſententiarum veniunt excommunicatio, ſuſpenſio, & interdictum.*

33 *Prælatus proprius poteſt abſoluere ab excommunicatione incurſa à iure, extra ſuum Epiſcopatum & parochiam.*

## CAPVT QVINTVM.

### Parochus an poſsit abſoluere ſibi ſubditum à ſentẽtia excommunicationis maioris à iure lata, nulli reſeruata?

1 EPiſcopus, ſiue eius Vicarius generalis, regulariter poteſt abſoluere ſubditum à ſententia excõmunicationis lata à iure, nulli tamen reſeruata: text. eſt celebris in cap. nuper. de ſententia excommunicationis. in §. in ſecũda. ibi. Quamuis enim & tunc non iudicis, ſed iuris ſententia excommunicato communicans ſit ligatus: quia tamen conditor canonis, eius abſolutionẽ ſibi ſpecialiter nõ retinuit, eo ipſo conceſsiſſe videtur facultatem alijs relaxandi: qui text. ad hoc ſingularis eſt ſecundùm Cardinal. ibidem & Barbat. in capit. 2. de ſolut. notat Abb. in cap. graue. colum. vltima. num. 13. de præbend. latè Felinus in cap. paſtoralis. §. præterea. nu. 9. de offic. ordinar. Abb. Felin. & Decius in cap. at ſi clerici. §. vltim. de iudi. refert plures Nauar. in manual. Latin. c. 27. num. 39. vbi proprium prælatum intelligit, Papam, Epiſcopum, capitulum ſede vacante, & alium quemuis prælatũ exemptum Eccleſiæ regularis, aut ſecularis, qui dicuntur habere iuriſdictionẽ, quaſi Epiſcopalem, iuxta gloſſam receptam in Clement. 1. de rebus Eccleſ. non alien. & etiam quiuis alius nõ exemptus habens iuriſdictionem in foro exteriori: eſtque communis opinio, vt teſtatur Didacus Couarruuias in cap. alma mater. 1. parte relect. §. 12. num. 4. de ſententia excommunicationis. libro 6.
2 † Amplians, vt etiam procedat in excommunicatione lata per conſtitutionem inferioris, confirmatam tamen à Romano Pontifice: idẽ lateq; diſſerit, an ſit in excõmunicatione lata per ſententiam hominis generalẽ; alteri abſolutione minimè reſeruata: qui cum Imol. in dicto capit. graue. colum. 4. aduerſus alios, quos refert, partem affirmatiuam probat, ob generalem permiſsionem text. in dicto cap. nuper.
3 Idẽ obſeruãdum eſt † in ſuſpenſione lata ob contumaciam, & non in pœnam delicti abſolutè, ſine termino & reſeruatione, ſiue iure communi, ſiue particulari confirmata, vel non confirmata per Papam, ab ea namque Epiſcopus, ſiue eius Vicarius abſoluere poterit, argument. dict. cap. nuper. & cap. ex literis. de conſtit. ſecundùm Innocent. in cap. 2. de ſolut. gloſſ. in Clement. 1. §. verùm. verb. excommunicationis ſententia, ibi, Sed quid ſi tempus, de hæret. eſtque communis ſecundùm Nauar. in dict. manual. c. 27. nu. 162.

4 Ex quo primò deducitur, quòd Epiſcopus non poteſt abſoluere à ſuſpenſione lata in pœnam alicuius delicti, etiã à iure, ſiue temporalis, ſiue perpetua ſit, vt tenet gloſ. in cap. cupientes. §. cæterùm. verb. ſuſpenſos. de elect. & probat bene Abb. in capit. 2. de ſolut. & in cap. tam literis. de teſtibus. quem ibi ſequuntur Aretin. & Felin. altiùs reſpondens, quàm in dicto capit. nuper. & in dicto capit. paſtoralis. §. præterea. vbi aliud dicit, eo quòd non ſatis perpenderat dicta Panormitani vbi ſuprà, ab omnibus recepti, qui ea diligenter expenderunt, vt refert Abbatem ſequutus Nauar. vbi ſuprà, dicto num. 162. aduerſus Syluest. in Summa. verb. ſuſpẽſio. quæſt. 8. & alios, qui ſibi ipſis contradicunt, dum ſequuntur Abbatem tenẽtem contrarium eius, quod ipſi tenent: ſed præfatam primam deductionem ſequũtur alij allegati per Didacum

Ayuntamiento de Madrid

Didacum Couar.in 4. de ſponſalibus.2.
5 part.cap.6.in princip.num.15. † Limitatur tamen in ſuſpenſione impoſita ob adulterium, aut alia minora delicta, tūc enim in ea Epiſcopus poterit diſpenſare, iuxta notata in cap. at ſi clerici.§.de adulterijs.de iudic. tenent Abb. & Nauar.vbi ſuprà.

6 Secundò ex ſuperioribus fit, Epiſcopum non poſſe abſoluere à ſuſpenſione temporaria intra tempus, pro quo eſt impoſita, iuxta ſupradict. gloſſ. in Clement.1.§.verùm. de hæretic.verbo, excommunicationis.in verſic.dic contra. quam ibi ſequuntur omnes,& Bernard. Diaz de Luc. in ſua pract. crimina. canonica. c.67. Dicit ſingularem Abb. in cap. quàm ſit graue.de exceſsib. prælat. Idem in dict. ca. tam literis.colum.2.de teſtibus. vbi aſſerit eam eſſe communiter approbatam, tametſi ab ea diſcedat: ſequitur Felin. in dict. c.nuper. & Henric.Botteus in tract. de Synodo Epiſcopi.3.parte.artic.5.num.14.volum.2.tractatuum diuerſ.Doct.fol.235. & Couar. vbi ſuprà dict. num. 15. referens eſſe cōmunem ex Abb. vbi ſuprà.

7 Hæc tamen ſuſpenſio ad tempus lata, tollitur elapſo illo tempore in ea deſignato, abſque aliqua abſolutione, gloſſ. in Clemen. 1. de decim.verſic.donec. dicens ſecus eſſe in excommunicatione ad tempus lata: ſequitur plurimos referens,& affirmans hanc eſſe communem opinionem, Couar.vbi ſuprà. nume.16.
8 aduerſus Alciat.probare nitentē, † idem eſſe in excommunicatione,quod in ſuſpenſione. Ampliatq; Couarruuias præfatam communem in interdicto ad tempus lato: nam lapſo tempore, illud ceſſabit, abſque iudicis relaxatione, vel abſolutione, iuxta gloſſam inſignem in cap. non eſt vobis.de ſponſa. à qua Doctores ibi non recedunt, etſi Ripa in cap.1.notabil. 6.de iudic. in interdicto diuerſum eſſe opinetur.

Tertiò, ex ſupradictis decerpitur verus intellectus ad text.in cap. cum inhibitio.§.final. de clandeſt. deſponſat. vbi
9 probatur, † quòd ſacerdos parochialis, aut quilibet, etiam regularis, qui interfuerit matrimonio clandeſtino, ſuſpendendus eſt ab officio per triennium, aut grauiùs puniendus, ſi culpæ qualitas poſtulauerit: nam etſi Cardinal. & Præpoſit. ibidem num. 11. exiſtimauerint, Epiſcopum abſoluere poſſe ab illa ſuſpenſione; cum non ſit reſeruata Papæ, iuxta dict.cap. nuper. & doctrinam Innocentij in.d.c.2.de ſolut. communiter approbatā, vt ſuprà vidimus: attamē cū pœna hæc ſuſpenſionis temporaria ſit, nempè ad triennium, & prætereà non ob contumaciam, ſed in pœnam delicti, non poterit circa eā Epiſcopus vllo modo diſpenſare, nec eam ante tempus tollere, vt ſuprà eſt dictum: & ita in terminis dict. §. final. aduerſus Cardinal. & Præpoſit. tenet Bernardus Diaz vbi ſuprà, quem ſummis laudibus allegat & ſequitur Couarruuias vbi ſuprà, nume.14. & 15.addens tertiam rationem, ea nempè, quòd illa ſit conſtitutio à Concilio condita:
10 † & Epiſcopi nequeunt cōtra Concilia diſpenſare, ex frequentiori ſentētia Doctorum in dicto cap. at ſi clerici.§.final. de iudic. vbi Felinus nume. 5. tradit latè Petrus Dueñas in regula 248. & Petrus Rebuff.in tract.nominat.5.quæſt.num. 35.fol.130.ad finem.

11 Quinimò etiam ſi regulariter abſolutio ab excommunicatione, quæ à iure incurritur ob manuum violentarum in clericum iniectionem, reſeruata ſit Summo Pontifici, vt in cap. ſi quis ſuadente diabolo.17.quæſt.4.& in.c.1.de ſentētia excommunic. attamen Epiſcopus ab ea abſoluere poteſt, quæ non ob enormem, ſed modicam & leuem iniuriam incurritur, vt eſt text.expreſſus, vbi notāt omnes, in cap. peruenit. de ſententia excommunicatio. Quod nō ſolùm in proprio Epiſcopo locum habet, verùm etiam in quocunq; alio extraneo Epiſcopo procedit, in cuius diœceſi percuſſio contigerit, vt notat Innocent. in capit. quod clericus.de foro competē. ſequitur alios allegās deciſio Capellæ Toloſan.231.incip. Item fuit quæſitum, ſi Catalanus. & Fernandus de Loazes in allegatione iu-

ris

Ayuntamiento de Madrid

ris pro Marchion. *de los Velez*, in 1. dubitatione, in vltimò ſuæ partis fundaméto. nu. 96. pag. 229. Quòd ſi ita leuis illa ſit, quæ non peruenerit ad peccatũ mortale, ſed ad veniale tantùm (nam iniuria leuis, etiam animo leuiter vlciſcendi, &
13 iniuriam inferendi, † veniale peccatum eſt, vt ex ſanct. Thom. docet Couar. lib. 1. variar. reſolut. cap. 1. num. 2. idem Couar. in cap. alma mater. 1. part. relect. §. 9. nu. 2. de ſenten. excommunic. in 6.) nuſquam percuſſor clerici, etiam animum vlciſcendi, & iniuriam inferendi, habés, ea iuris excommunicatione afficitur, quia tunc quamuis ſacrilegium ſit, eſt tamen leue ratione materiæ, atque ideò peccatum ſolùm veniale, & non mortale, pro quo ſolùm poteſt incurri excommunicatio. Canon autem ſi quis ſuadente, ſuprà citatus expreſsè ſupponit ſacrilegium, ſecundùm completam ſacrilegij rationem, & non ſecundùm quid, quale eſt propter veniale peccatum: cùm non debeat quis excommunicari, niſi ob culpam mortalem, eaque deficiente, minimè incurratur ſententia excommunicationis à canone generali, vel particulari lata, vt reſoluit Nauarrus in manuali Latino, capitul. 27. numero 9. & infrà latiùs dicemus cap. de agitatione taurorũ: & in terminis tenet Caietan. in ſua Summa, verb. excommunicatio. capit. 10. in. verſicul. quartus eſt. ſequitur Nauarrus vbi ſuprà, numero 90. idem latiùs in cap. inter verba. 11. quæſtione. 3. columna 139. & Didacus Couarruuias dicto §. 9. numer. 2. Quinimò etiamſi iniuria leuis, aut nocumentum leue fiat animo grauiter iniuriandi, aut nocendi, quamuis peccatum mortale ſit, & ſacrilegium mortale, non tamen incurritur præd. cenſura, quia actio exterior, quæ punitur, de ſe leuis eſt, atque ideò per eam nõ incurritur cenſura illius canonis, qua non punitur animus, ſed factum exterius: ideò ſi factum ſit leue, nec ex malo animo apponatur aliqua circunſtantia exterior, qua factum exterius iam non cenſeatur leue, non incurritur præfata cenſura.

Dubitari tamen ſolet, quæ dicatur leuis percuſsio clerici, vt poſsit Epiſcopus abſoluere huiuſmodi percutientem ab
14 excõmunicatione? † Et in hoc, quia certa regula dari non poteſt, relinquitur arbitrio Epiſcopi, & etiam confeſſarij, qui habet facultatem Epiſcopi, vt reſoluit Hoſtienſ. in d. cap. peruenit. ab omnibus receptus ſecúdùm Nauar. in d. c. 27. nu. 93. vbi quòd debent iudicare habita ratione circunſtantiarum, perſonarum, locorum, & temporum, cauédo ne iudicent leuem eam, quæ enormis eſt, iuxta ſententiam Abbatis in dicto cap. peruenit. latiùs Syluеſter in Summa, verbo, abſolutio. 4. numer. 1. vbi hoc dicit eſſe iudicandum ex varijs circunſtantijs, perſonarum, locorum, & temporum, & ante eum Caietanus vbi ſuprà, in verſiculo, demum circa calcem. & Beatus Antoninus Archiepiſcopus Florent. in ſua Summa, in 3. parte, titulo 24. capitulo 1. §. 3.

15 Extat tamen de hac re optima extrauagans, quæ Ioanni X X I I. tribuitur, & malè, quia ante eius tempus illam allegauit Hoſtienſ. vbi ſuprà, cuius exemplum iam diu Romam adducendum curauit Nauarrus vbi ſuprà, eam referens in hunc modum. Perlectis, &c. Reſpondemus, percuſsionem leuem eſſe pugni, palmæ manus, pedis, digiti, aut baculi, aut lapidis, quæ nullam maculam, nec ſugillationem carnium relinquit, nec abſcindit membrum, ſine effractione dentium, ſine auulſione multorum capillorum, ſine effuſione multi ſanguinis. Nolumus tamen dicere, quòd huiuſmodi leuis percuſsio, vt pugni, aut vnguis, fiat atrox ob multi ſanguinis effuſionem: ad iudicandum tamen, quæ læſio ſit leuis, mediocris, aut enormis, volumus diligenter perpendi, non ſolùm factum, ſed etiam qualitatem eius, & modum percutiendi, & lædendi, cum omnibus ſuis circunſtantijs loci, perſonæ, & alijs: perſonæ, ſi eſt magiſter, iudex, prælatus, pater, patronus, aut dignitas percuſſus iniuſtè à ſubdito, aut ab alio ſe viliore: quia ex hoc cenſentur

ſentur interdum graues iniuriæ, quæ ex ſe ſunt leues, aut mediocres: & quia conditio negotij non patitur integram determinationem huius rei, relinquimus tuo arbitrio, vt declares, quæ ſit leuis, & quæ enormis iniuria, admonentes, vt potiùs declares in dubio eſſe percuſsionẽ grauem, & ab ea non poſſe abſoluere, quàm declarandò leuem eſſe, occaſionẽ præbeas lædendi ſtatum Eccleſiaſticum. Hucuſque ſunt verba extrauagãtis, quã etiam in idem allegauit, tribuens eam Ioanni X X I I. Couarruuias dict. §. 9. num. 2.

16 Quo fit primò, enormem eſſe læſionẽ, qua quis interficitur, vel membrũ ei abſcinditur, aut inutile, vel quaſi, ad ſuũ munus efficitur, & illam ex qua defluit multum ſanguinis ex alia parte, quã naribus, vel aliâs, vnde facilè ſolet erumpere ſanguis: prætereà illam, quæ fit in proprium Epiſcopũ, aut Abbatem, aut quæ magno ſcandalo eſt populo, vt cum Innocent. in capit. cum illorum. de ſent. excommunic. probat Nauar. vbi ſuprà, dict. num. 92.

17 Secundò infertur, non eſſe idem iudicium de quolibet exceſſu notorio, nec de ea læſione, quæ infertur in foro, vel audientia publica coram iudice, aut in oculo, aut in facie, aut in dormitorio, niſi quando percuſsio eſt in ſe notabilis, & gignit aliquod magnum ſcandalum, vt aduerſus gloſ. & Sylueſt. credit Nauar. vbi ſuprà, d. nu. 92.

18 Tertiò, ex ſupradictis probanda venit opinio Lapi, allegatione 76. concludentis leuem eſſe percuſsionem, à qua poſsit abſoluere Epiſcopus Aretin⁹, vel eius Vicarius, habens ab eo ad hoc ſufficiens mandatum, colaphum, quem manu vacua impegit Capellanus quidam perpetuus dict. Eccleſiæ Aretinæ, cuidã canonico in eadem Eccleſia abſque ſanguinis effuſione, tùm ex dict. cap. peruenit, tùm etiam ex dict. extrauagant. & Doctorum communi traditione: tùm prætereà, quia abſolui poſſunt per Epiſcopum à percuſsione mediocri, non tamen enormi, clerici ſimul viuentes in collegio. cap. quoniam. de vita & honeſtate clericorum. & ibi notat Abb. col. 2. & religioſi à ſuis prælatis, vt in capit. monachi. de ſenten. excommunic. Ergo cùm percuſſor & ipſe percuſſus eſſent in eadem Eccleſia ſocij, vnus Canonic⁹, & alter Capellanus perpetuus, & ſingulis diebus in eadem Eccleſia ad officia, & alios actus ſimul ſeruiebãt, & in ipſa Eccleſia venerunt de verbis ad verba, & ſic ad dictam percuſsionem, meritò quòd tanquam communiter ac ſimul viuentes reputentur in propoſito, ad hoc vt eos tanquam de iniuria mediocri poſsit abſoluere Epiſcopus diœceſanus, vt in dicto capitul. quoniam, præcipuè cum potiùs dici poſsit leuis iuxta tenorem dictæ extrauagantis, ibi, Palmæ manus, &c. Et ita meritò hanc opinionem probauit Nauarrus, vbi ſuprà, dicto numero 92. quam accepi in praxim obſeruatam fuiſſe.

19 Quintò infertur, eiſdem rationibus veram eſſe Cardin. ſententiã conſil. 42. quem refert & ſequitur Nauar. vbi ſuprà, exiſtimãtis, percuſsiones clericorũ, qui ſibi ipſis mutuò pugnos, & pedes impegerunt in itinere, eſſe leues, à quibus poſsit abſoluere Epiſcopus.

20 Supereſt nunc, vt ad caſum dict. cap. nuper. de ſententia excommunic. à quo paululum digreſsi ſumus, reuertamur. Eſt igitur inſignis quæſtio in propoſito illius text. an ſacerdos proprius, curam animarum habens, poſsit abſoluere ſubditum à maiori excommunicatione iuris Pontificij, vel Epiſcopalis, abſolutione alteri minimè reſeruata? Nam quòd poſsit probat ille text. rectè expenſus, ibi, In ſecundo verò caſu à ſuo Epiſcopo, vel à proprio ſacerdote poterit abſolutionis beneficium obtinere: nam etſi loquatur in abſolutione ab excommunicatione minori, ratio tamen generalis illius tex. idem concludit in ſententia excommunicationis maioris à iure. Primò, quatenus æquiparat poteſtatẽ Epiſcopi & parochi in abſoluendo ab huiuſmodi excommunicatione nemini reſeruata: ergo poterit parochus abſol-

Ayuntamiento de Madrid

abſoluere; vt Epiſcopus ab excommunicatione maiori, lata per canonem etiam pontificium. Secundò, quia hæc poteſtas abſoluendi hoc caſu conceſſa Epiſcopo, & parocho, tantùm dependet ab eo, quòd conditor canonis excommunicationis abſolutionem ſibi ſpecialiter non retinuerit: nam eo ipſo conceſsiſſe videtur facultatem alijs relaxandi, vt in dict.c.nuper. Ergo idem procedet, ſiue excommunicatio iuris ſit minor, ſiue maior. Tertiò, quia excommunicatio eſt cenſura, quæ à iure imponitur ratione peccati, rationeque illius incurritur: ergo quantum eſt ex natura excommunicationis, quicunque habet iuriſdictionem abſoluendi ab illo peccato, habebit etiam iuriſdictionem abſoluendi ab ea cenſura, impoſita pœnitentia: ſed parochus habet iuriſdictionẽ abſoluendi à peccatis mortalibus ſubditos: ergo & ab illa excommunicatione: & ita hãc partem probarunt Innocent. & Hoſtienſ. in dict. cap. nuper. & ſanctus Thomas in 4. ſententiarum, diſtinct. 18. quęſtione 2. dubio 3. eſt communis ſecundũ Maior. ibi, & ſequuntur Summiſtæ, vt conſtat ex Sylueſt. in Summa. verb. abſolutio. 1. quæſt. 5. & alijs, quos refert Didacus Couar. in d.c. alma mater. 1. part. relect. §. 12. nu. 5. vbi refert etiam eſſe communem, dicens, in rigore diſputationis ſatis defendi poſſe hanc Theologorum ſententiam, quam etiam communẽ eſſe profitetur Nauar. in dict. manual. Latin. cap. 27. num. 39. dicens iuxta eam pridie conſuluiſſe: eam etiam probat Dominicus à Soto in 4. diſtinctione 22. quęſt. 2. artic. 3. pag. 961. vbi loquitur in excommunicatione lata à canone, vel Concilio. Idem probauit Paludan. diſtinct. 18. quæſtione 5. art. 1. in excommunicatio-
21 ne lata † per Epiſcoporum, & aliorum quorumcunque inferiorum conſtitutiones, vt ab ea inferior abſoluere poſſit, quando alteri non eſt reſeruata: quod & probat, plures referens, amplians in ſuſpenſione & interdicto Henricus Botheus in tractatu de Synod. Epiſcop. 3. part. artic. 5. numero 1. & 2. volumine 2. tract. diuerſ. doct. fol. 234. & Petrus Dueñas in regula 252. Idem eſt in ſententijs
22 latis per concilia prouincialia: † nam ab illis poſſunt ſuffraganei abſoluere, ſecundùm Archid. in Summa, 17. diſtinct. in finalibus verbis. & ibi Gemin. & Præpoſit. Collectar. in c. graue. nu. 12. de præbend. Et nõ ſolũ poſſunt abſoluere ipſi ſuffraganei, ſed etiam ſacerdotes ſui, vt tenet Prępoſit. & Alexãd. per tex. ibi, in cap. ſi quis autem. in 2. notabil. 18. diſtinctione. vbi limitat in aliquibus caſibus, quod referunt & ſequũtur Henric. Bot-
23 theus, & Dueñas vbi ſuprà. † Sed pro contraria parte primò facit text. in Clement. 1. de priuileg. in princip. & in extrauagant. 1. §. obſeruent. eodem tit. vbi prohibetur religioſis, ne abſoluant excommunicatos à canone, præterquam in caſibus à iure expreſsis, vel per priuilegia ſedis Apoſtolicę conceſsis eiſdem: ergo ad ſuperiores ſpectat abſolutio ab
24 excommunicatione lata à canone. † Secundò, pro eadem parte facit tex. in capit. verbum Dei. de pœnitent. diſtinct. 1. vbi inquit text. quòd Dominus par ius & ſoluendi eſſe voluit, & ligandi, qui vtrumque pari conditione permiſit: ergo qui ſoluendi ius non habet, nec ligãdi, & è contra, qui condemnare non poteſt, abſoluere non poteſt, vt docet gloſ. ibi: ſed parochus non habet ius ligandi, ergo nec abſoluendi ab excommunica-
25 tione. † Tertiò facit, quia ſicut excommunicatio eſt meri imperij, vt notat Innoc. in cap. trãſmiſſam. in finalibus verbis. de elect. & ibi Cardin. quæſtione 7. & Abb. colum. fin. idem Cardin. in cap. quoad ſedem. quæſt. 12. & in cap. paſtoralis. 3. notabil. de offic. ordinarij. & in cap. perpendimus. in repet. columna 17. verſicul. circa hoc. de ſententia excommunica. Bertach. in tract. de Epiſcopo. 1. part. lib. 4. quæſt. 11. Abb. in dict. cap. quoad ſedem. columna fin. & in cap. cũ contingat. colum. 5. verſic. & nota. eodẽ tit. vbi dicit, quandoque etiam non eſſe meri imperij, ſcilicèt, quando profertur ad inſtantiã partis. Purpur. in l. imperiũ. num. 136. ff. de iuriſdict. omn. iudic. ita

26 † etiam abſolutio ab excõmunicatione, eſt meri imperij, authore Purpura. in. l. iubere cauere.colum.4. verſic. ampliatur tertio. ff. de iuriſdict. omium iudic. ſequitur alios referens Henric. Botteus in tract. de Synodo Epiſcopi. 3.part. artic.5.numero 6. volum.2.tracta. diuerſ. doct. fol.235. Sed parochus non habet
27 merum † imperium: ergo abſoluere nõ poteſt à præd. excommunicatione. Et in terminis quòd abſolutio ab excommunicatione maiori ſit reſeruata ſolis Epiſcopis, tenet gloſſ.in cap.2.verb.reſeruantur.de pœnitent.& remiſ.libro 6. communiter per omnes ibi recepta, vt teſtantur Henri.Botteus,& Couarr.vbi ſuprà.ille nu.5.hic dict.§.12.nu.etiam.5. plures authores huius ſecundæ partis referentes: & inquit Couarruuias ibi, quòd communis praxis eam recepit, & reſpondet ad text. in dicto cap. nuper. (vbi etiam Abb. tenet hanc ſecundam partem) intelligendum fore in abſolutione ab excommunicatione minori, quoad ſacerdotem parochialẽ,& quoad Epiſcopum in abſolutione ab excommunicatione maiori, propter diſtinctionem iuriſdictionis.

28 Quid tenendum?Porrò vtraque opinio ex ſupradictis probabilis videtur:mihi tamen prior communior, & verior,
* atque tenenda videtur, intelligendo tãtũ in foro pœnitentiali, quo caſu reſpectu parochi loquitur text.in d.c.nuper. cui præcipuè nititur præfata ſententia commun. Theologorum, vt conſtat ex eo ibi, Poſsint per confeſsionem à ſimplici ſacerdote,&c. Nã in foro exteriori tenenda eſt abſque dubio ſecunda ſententia ſuprà relata, etiam communis:& in terminis ita nouè tenet Nauar. vbi ſuprà,dicto cap.27.num.39.cuius in hoc concordia mihi veriſsima videtur, addendo cũ ſancto Thoma, quòd præd. ſacerdos ſimplex non poteſt hoc facere ſua authoritate, ſed vt cõmiſſarius deputatus,vt in dicto capit.nuper. in fine. qui ad hoc eſt quaſi expreſſus: cum bulla autem Cruciatæ indubium eſt, ſacerdotem aliàs approbatum ab Epiſcopo poſſe ab excommunicatione maiori, vel minori, à iure, vel ab homine, ſatiſfacta parte,abſoluere: quæ nos autem ſuperiùs diximus, procedunt abſque bulla, alio ve priuilegio, præter in dicto ca-
29 pitulo nuper. cõtentum. † Maximè tamen aduertendum eſt, quòd facultas in diplomate Cruciatæ ad abſoluendum ab excommunicatione conceſſa, ſatiſfacta parte, non eſt amplior, quàm verba ſonant: conſequitur ergo, quòd virtute dictæ bullæ, ſi aliquis eſſet excommunicatus pro furto, vel alio debito, ſi non eſſet ſoluendo, abſolui non poſſet ab excõmunicatione,licèt quoad Deum eſſet abſolutus propter impotentiam: illud namque arbitramentum, an excommunicatus poſsit ſoluere,necne, Papa nemini ſacerdotum commiſit, ſed ſoli iudici excommunicanti reſerua-
30 tur:† ſicut nec virtute bullę ſacerdos poteſt abſoluere ad reincidentiam: ita Dominic.à Soto in 4.diſtinctione 22.quæſtione 2.artic.3.pag.960. colũ.2. verſic. prætereà.vbi etiam addit, quòd nomine partis non intelligitur iudex, & ideò ſi alicui Epiſcopus præcepiſſet,vt ſub pœna atque ſententia excommunicationis iret ad proceſsionem, vel quidpiã aliud faceret, quod non fecit, poſſet hic, inconſulto Epiſcopo,per priuilegium Cruciatę abſolui,ſi tamen non perſeueret in rebellione, ſed ſit res, quæ iam tranſiuit: nam ſi præceperit, vt relinquat concu-
31 binam, quouſque eam relinquat, † non poteſt abſolui: neque tenetur ſoluere iura iudicũ, vel tabellionum, licèt à iudice minimè abſolueretur, niſi eis ſolutis; nihilominùs tamen abſolui poteſt per diploma Cruciatæ, ſine eorum ſolutione. Secus ſi condemnatus iam eſſet ad ſoluendam aliquam pœnam, ſiue pecuniariam,ſiue aliam: & ita eſt tenendum, quamuis Magiſter Medin. in ſua Summa, lib. 2.cap.12.folio 303.teneat, quòd licèt opinio Dominici Soto vbi ſuprà, cuius meminimus ſuprà numero 29. ſit valdè probabilis,contraria tamen, & ſic affirmatiua, probabilis etiam ſit & mitis,& quòd ita ſequi poteſt:nam mihi opinio

Ayuntamiento de Madrid

opinio Soto prædict. verior videtur, & tenenda, non verò contraria. * Et quã-uis contrariam priùs tenuiſſet Nauar. in manual. cap. 27. numero 47. & 48. tandem in fine dicti num. 48. citat Sotum vbi ſuprà, dum tenet noſtram opinionẽ, quam ſuprà dicto num. 29. tenuimus, & cum ea remanet: præſertim quòd ipſe Nauarrus dicto numero. 47. loquitur in articulo mortis, quo caſu nulla datur reſeruatio: vnde minùs rectè eum generaliter ſine mentione articuli mortis refert & ſequitur, ad prædicta non aduertens, nouiſsimè Emanuel Roderic. in explicatiõe bullæ Cruciatę. §. 9. nu. 52.

32 Non obſtat tex. in. d. Clem. 1. & in. d. extrauag. 1. §. obſeruent. de priuileg. pro ſecunda parte adducti, quoniam loquuntur in religioſis, qui non poſſunt abſoluere à ſententijs ſtatutorum Synodaliũ, vt in d. Clement. 1. & appellatione ſententiarum veniunt excommunicatio, ſuſpenſio, & interdictũ, ſecundùm gloſ. ibi, verb. ſententia. cuius eſt opinio communis ſecundùm Henric. Botteum vbi ſuprà nu. 4. aduerſus Cardinal. ibi tenentem appellatione ſententiæ ibidem, poſſint, comprehendi tantùm ſententiã excommunicationis, non verò ſuſpenſionis & interdicti. Non obſtant ſecundũ, & tertium fundamenta, ſecundæ partis, quia procedunt in foro exteriori, in quo & nos idem fatemur: & præcipuè quia licèt parochus excõmunicare nequeat, authoritate tamen, qua poteſt abſoluere à peccatis, poteſt & ab excõmunicatione nemini reſeruata: ad quã abſolutionẽ ex natura rei ſequitur ſuffragiorum reſtitutio. Quibus addendum duxi, quòd

33 prælatus proprius † poteſt abſoluere ab excommunicatione incurſa à iure, extra ſuum epiſcopatum & parochiam, ſecundùm Federic. de Senis conſil. 16. & Abb. in c. graue. col. 3. de præben. communiter receptum ſecũdùm Nauar. vbi ſuprà, dict. nu. 39. in fine.

Superiora intelligenda ſunt, & procedunt in abſolutione ab excommunicatione maiori à iure, vel ſtatuto Epiſcopi incurſa nemini reſeruata; aliâs enim ille, cui eſt reſeruata, debet eam concedere ſecundùm omnes; excommunicatus tamen ab homine, ab eo ſolùm poteſt abſolui, aut eius ſucceſſore, ſuperiore, vel delegato, vt in. c. paſtoralis. §. præterea. de offi. deleg. præterquam in caſibus relatis à Nauar. vbi ſupra, nu. 40.

---

## SVMMARIVM.

1 *Parochus poteſt abſoluere ſuos ſubditos à ſententia excommunicationis minoris, quæ regulariter à iure infertur.*

2 *Sacerdos quilibet, etiam abſque priuilegio idẽ facere poteſt: ſed contra num. 7.*

3 *Presbyteri in ſua ordinatione accipiunt facultatem abſoluendi à peccatis, ſaltem in habitu.*

4 *Illa habitualis, & inefficax facultas, reducitur in actualem & efficacem, per legitimã ſubiectionem poenitentis.*

5 *Confitens autem legitimè ſe illi ſubijcit, ſi cum licentia expreſſa, vel tacita proprij ſacerdotis id faciat.*

6 *Credendum eſt hanc licentiam tacitam habere à lege, vel legiſlatore, eos qui venialiter tantùm peccauere, imò nũquam fuiſſe presbyteris id ademptum.*

7 *Contritio de venialibus neceſſariò habenda nõ eſt, nec confeßio facienda.*

8 *Hodie poſt Concilium Tridentinum nullus, etiã regularis, poteſt confeßiones ſecularium etiam ſacerdotum, audire, nec ad id idoneus reputatur, niſi aut parochiale beneficium, aut ab Epiſcopis per examen, ſi illis videbitur eſſe neceßarium, aut aliàs idoneus iudicetur, & approbationem, quæ gratis detur, obtineat.*

9 *Hodie poſt dictum Concilium Tridentinum, Doctor, vel Licentiatus in Theologia, vel iure Pontificio, non poterit audire confeßiones, nec prædicare, abſque licentia Ordinarij.*

10 *Simplex ſacerdos poteſt abſoluere à peccatis venialibus, & qua ratione id poßit.*

11 *Diaconus, & non ſolùm ſimplex ſacerdos habens iuriſdictionem, poteſt abſoluere ab excommunicatione minori, multo magis quàm à maiori.*



Ayuntamiento de Madrid

## CAPVT SEXTVM.

### Abſoluere quis poſsit à ſententia excommunicationis minoris?

1 SAcerdos curam animarũ habens,
poteſt abſoluere ſibi ſubditos à
ſententia excommunicationis mi
noris, quæ regulariter à iure fertur,
prout contingit propter participatio-
nem cum excommunicato: text. eſt ex-
preſſus in cap.nuper.de ſentẽtia excom
municationis, vbi omnes communiter
Doctores hoc profitentur, & S. Thom.
in 4.ſentent.diſtinct.18.quęſt.2.art.vlt.
Syluest. alios allegans in Summa, verb.
abſolutio.1. num.3. & Couar.in cap. al-
ma mater.1.part.§.12.num.6. Dominic.
à Soto in 4.diſtinct.22. quæſt.2. artic.3.
pag.960.col.1.in verſic.tertium.

2 Dubium tamẽ eſt, an idem etiã poſsit
facere quilibet ſimplex ſacerdos, etiã ſi
non ſit parochus proprius ipſius excom
municati,deficiente bulla Cruciatę, vel
alio priuilegio Apoſtolicò, vel etiam li-
centia Ordinarij,cuius virtutẽ niti poſ-
ſit ſacerdos abſoluens? nam ſi illud adeſ-
ſet,res proculdubio erit in partem affir-
matiuam. In dubio igitur præfato vide-
tur, etiam abſque priuilegio Apoſtoli-
co, vel licentia Ordinarij, pars affirma-
tiua verior, eo quòd quilibet ſimplex ſa
cerdos non parochus poſsit quemcum-
que à peccatis venialibus abſoluere, vt
eſt communis omnium atque concors
ſententia,vt ex infrà allegandis apparet,
qui id probant, etiam poſt Concilium
Tridentinũ,de quo infrà: quilibet enim
ſacerdos,ipſo quidẽ iure,diuino, vel hu-
mano,habet iuriſdictionem ad pręſtan-
dam abſolutionem ſacramentalem à ve-
nialibus peccatis, illaque abſolutio eſt
verum Sacramẽtum ſecundùm omnes.
Presbyteri enim in ſui ordinatione ac-
3 cipiunt facultatem † abſoluendi à pec-
catis,ſaltem in habitu, vt tenet Hoſtien.
in Summa de pœnitent.§.3. Panorm. in
Clem.1.de priuileg.poſt Collect. in cap.
omnis.verbo,propriũ. quæſt.12.de pœ-
nit. & remiſſ. & eſt cõmunis opinio ſe-
cũdùm Stephanum Aufrer. in addit. ad
capell.Toloſ.deciſ.221.Nauar.eos refe-
rentẽ in cap.placuit.nu.25.de pœnit.di-
ſtin.6.vbi cũ eiſdem tenet,quòd illa ha-
4 bitualis & inefficax facultas † reduci-
tur in actualẽ & efficacem, per legitimã
ſubiectionem pœnitentis. Confitens au
tem legitimè ſe illi ſubijcit, ſi cum licęn
tia expreſſa,vel tacita proprij ſacerdotis
5 id faciat: † & credendum eſt.eos,qui ve
nialiter tantùm,peccauerũt, habere hãc
licẽtiam tacitam, à lege, vel legiſlatore,
imò nunquã fuiſſe presbyteris id adem-
6 ptum, † quia nulla eſt tũc neceſſaria eru
ditio nec prudentia in confeſſario ad
medicandum,& conſulendum pœniten
ti, qui tantùm venialia peccata habet,
ſed ſola ſcientia pronuntiandi verba ſa-
cramentalia,vt docet Nauar.ibidem nu
mero 23. addens, † quòd neque contri-
7 tio de venialibus habẽda eſt neceſſariò,
nec confeſsio facienda,vt omnium ferè
eſt vna ſententia in dicto cap.omnis. &
in 4.diſtinct.17.& Victor.in Summa de
confeſſ.quæſt.128.& tradit S.Thom.in
3.part.quæſt.87.ar.1.dum definit,ad eo-
rum deletionem ſufficere quãdam vir-
tualem pœnitentiam, etiam talem,quæ
ad deletionem mortalium non ſatis eſ-
ſet: & ſecundùm hanc doctrinam Diui
Thomæ intelligendus eſt Nauar. modò
citatus, tenens generaliter non eſſe ne-
ceſſariam contritionem de venialibus:
hoc ſiquidem de illa pœnitentia, quæ de
mortalibus eſt neceſſaria, intelligẽdum
eſt, nõ verò de virtuali, quæ ad venialia
requiritur, vt optimè explicat S. Tho-
mas vbi ſuprà. Ergo quemadmodum ſa-
cerdos electus ab eo, qui tantùm venia-
lia peccata habet, poteſt eum abſoluere
ab illis, ita & ab excommunicatione mi
nori, quam propter illa venialia incur-
rit. Et in terminis hanc partem affirma-
tiuam tenere videtur gloſ.in cap.ſi quẽ.
quod eſt penult.de ſent.excommu.gloſ.
magna,ibi, Cũ verò à canone infligitur
minor excõmunicatio,per ſimplicem ſa
cerdotẽ poteſt abſolui,& ſine iuramẽto,
vel aliquo mandato:ſed eam ex profeſſo
probauit

Ayuntamiento de Madrid

probauit Nauar. in. d. c. placuit. d. nu. 25. & in manual. Latin. c. 27. nu. 39.

His tamen non obſtantibus, cõtraria ſententia eſt verior, cõmunis, & tenẽda, imò quòd ab excõmunicatione minori abſoluere minimè poſsit ſimplex ſacerdos, qui nõ ſit parochus proprius excõmunicati, nã ipſi proprio parocho, qui poteſt abſoluere à peccato mortali, vel ſuperiori reſeruatur. Excommunicatio enim minor verè eſt cenſura, & vinculũ Eccleſiaſticũ, quod incurritur à iure: cenſura autẽ eſt actus iuridicus, ac proinde nõ poteſt abſolutio ab ea fieri, niſi per eũ, qui iuriſdictionẽ habeat. Nec obſtat, quòd quilibet ſacerdos, etiã no proprius pœnitentis, poſsit eũ abſoluere à peccatis venialibus, iuxta receptiſsimã & verã omniũ ſententiã ſuprà memoratam: quoniã, etſi hoc poſsit facere ſimplex ſacerdos ab alijs venialibus, non tamẽ poteſt abſoluere eũ à participatione cũ excõmunicatis, eo ꝙ quãuis participatio illa ſit peccatũ veniale, abſoluere ab illo, antequã à cenſura & excõmunicatione minori, eſſet recipere ad Sacramẽtũ eũ, cui prohibitũ eſt recipere Sacramenta; quare ab illo peccato eũ abſoluere non poteſt, qui nõ valet à cenſura abſoluere: vnde cũ participatio hæc ſit excõmunicationi ſubiecta, ad quã ſoluendã iuriſdictio neceſſariò requiritur, quæ tamen eidẽ ſimplici ſacerdoti deficit, is nihil facit, ſi ab ea abſoluere prætendat: non ſic à reliquis peccatis venialib⁹ ſimplicibus nõ habẽtib⁹ annexã cẽſurã, ab eis ſiquidẽ abſoluere poterit, quia pœnitens ſe ei ſubmittit in materia nõ neceſſariò cõfitẽda, qualis eſt peccatum veniale, hoc ſiquidẽ homo nõ tenetur cõfiteri: ex quo enim confitẽs peccata venialia ſolũ habet, obtinet, vt ſe poſsit confitendo ſubmittere, cui maluerit ſacerdoti, quia nulli tenetur de illis cõfiteri: quia quãuis ad venialia remittenda vtraq; poteſtas requiratur, ſatis eſt, ſi præfuerit poteſtas ordinis, quia ad venialium peccatorum abſolutionẽ poteſtas iuriſdictionis per legitimam pœnitẽtis ſubiectionem aduenit: non tamen ex hoc eſt priuilegiatus, vt poſsit à quo ſacerdote maluerit, abſolui à vinculo Eccleſiaſticæ cenſuræ, quinimò tenetur de ea quærere, & obtinere abſolutionem, ante abſolutionẽ à quibuſcunque peccatis, & cuiuſcunque Sacramenti ſuſceptionem, & proptereà oportet recurrere ad miniſtrum Eccleſiæ, habentem aliàs poteſtatem iuriſdictionis. Ita in terminis tenet Caietanus in ſua Summa, verbo, abſolutio ab excommunicatione vltimo, pag. 20. 21. & in verbo, excommunicatio minor quæ inducat incommoda, pag. 344. cuius ſententia in hoc principalis, etſi à cæteris poſt eum recepta, & probata ſit, vt infrà videbimus, eius tamen ratio, atque fundamentum ipſam non conuincit. Nam primò ſupponit, confeſſario ad abſolẽdũ à peccatis venialibus, tãtùm ſufficere ſolam, quam à confitente, qui ſibi ſubijcitur, accipit poteſtatẽ, abſque alia iuriſdictione: hoc autem verum nõ eſt, cùm notiſsimum ſit, ad abſoluendũ, etiam à peccatis venialibus tantùm, requiri iuriſdictionem: hanc tamen habet ſimplex ſacerdos ex ſubmiſsione legitima illi facta à pœnitente, vt modò in priori parte præcedenti dicebamus: ſola igitur ſubmiſsio pœnitentis, niſi legitima fuerit, ex qua legiſlatoris licentia tacita colligatur, vt iuriſdictio competat, non ſufficit ad abſoluendum peccata venialia, cùm ex Concilio Florentino miniſter huius Sacramenti ſit ſacerdos, habens authoritatem abſoluendi ordinariam, vel ex commiſsione ſuperioris: pœnitens autem dare iuriſdictionem non poteſt: argument. l. pacto priuatorum. C. de iuriſdictione omnium iudicum, cum ſimilibus. ſed à lege, vel homine, qui publica fungatur authoritate,
8 danda eſt: † & ita hodie declaratum eſt per ſanctum Cõcilium Trident. ſeſs. 23. c. 15. vbi habetur, ꝙ quamuis presbyteri in ſua ordinatione à peccatis abſoluẽdi poteſtatẽ accipiant, decernit tamen ſancta Synodus, nullum, etiam regularem, poſſe confeſsiones ſecularium, etiam ſacerdotum audire, nec ad id idoneum reputari, niſi aut parochiale beneficium,



Ayuntamiento de Madrid

aut ab Epiſcopis per examen, ſi illis videbitur eſſe neceſſarium, aut aliàs idoneus iudicetur, & approbationem, quæ gratis detur, obtineat priuilegijs, cõſuetudine quacunque etiam immemorabili non obſtãtibus: per quem text. ita tenet Victoria in ſua Summa, tit. de confeſs. q. 150. & F. Anton. de Cordub. in ſuo tract. *de caſos de conciencia*, quæſt. 10. 
9 & 16. vbi expreſsè tenet; † quòd hodie poſt illud decretũ Concilij Doctor. vel Licentiatus in Theologia, vel iure Pontificio, non poterit audire confeſsiones, nec prædicare abſque licentia Ordinarij: quia etſi habeat ſciẽtiam ad hoc neceſſariam, vt ſit idoneus abſque nouo examine, non tamen habet iuriſdictionem neceſſariam ad abſoluendum, nec authoritatem neceſſariam ad prædicandum ante præd. licentiam & approbationem Ordinarij: ergo, vt eam habeat, neceſſaria eſt ſibi præd. licentia & approbatio, quamuis in præd. perſonis notoriè habilibus, atque iam rigoroſo examine probatis ad recipiendos ſuos gradus non requiratur, nec ſit neceſſarium nouum examen, quandoquidem illud arbitrio relinquitur Epiſcoporum, vt iudicent, an ſit neceſſariũ, necne, ad præd. licentias concedendas, vt conſtat ex eodem decreto Concilij Tridentini.

Ad abſoluendum igitur pœnitentem à peccatis venialibus, quibus ſolùm irretitus eſt, neceſſaria eſt iuriſdictio, quã quilibet ſimplex ſacerdos, etiam non parochus, tacitè habere cenſetur à iure, ad abſoluendum à peccatis venialibus, per legitimm confeſſuri ſubiectionem, quæ ſcilicèt, cum facultate ſit legis, vel hominis iuri conſona, vt prædicebam ex Nauar. in dicto cap. placuit. num. 23. & poſteà num. 27. Caietanus igitur vbi ſuprà, aliud ſentiens, vel non eſt audiendus, vel ſuſpendendus per ſupradicta, vt intelligatur de legitima ſubmiſsione pœnitentis, quæ ſufficiens ſit ad tribuendam poteſtatem confeſſario neceſſariam, atque requiſitam ad abſoluendum pœnitentem, peccata tantùm venialia confitentem.

Secundò, ratio Caietani, & cæterorũ ſuprà relata ad concludẽdum, quòd etſi quilibet ſimplex ſacerdos, etiam non parochus, abſoluere poſsit à venialibus, nõ tamen à ſententia excommunicationis minori, non videtur ſufficiens, quandoquidem, vt vidimus, ſicut ad abſoluendum à prædi. cenſura requiritur poteſtas clauium, atque iuriſdictio, ita etiam ad abſoluendum à peccatis venialibus, illa eſt neceſſaria, vt ſuprà probauimus: ergo ſicut ſimplex ſacerdos poteſt ab illis abſoluere, vt omnes fatentur, poterit etiam ab ea excommunicatione minori: quod eſt contra ſententiam Caietani, & ſequacium. Quid dicendum? Certè ratio hæc, quæ mouit Nauar. ad improbandum præfatam ſententiam Caietani, adeò ſubtilis viſa fuit D. Couarru. in loco ſtatim citando, vt neceſſariam exiſtimarit, eam lectorem perpendere, vt in hac cõtrouerſia iuſtiorem, ac veriorem ſentẽtiam eligat, ſicque finit articulum præſentem.

Nihilominùs tamen ſententia Caiet. ſupradicta receptiſsima eſt, atque in ore propè omnium Theologorum: & quãuis ab ipſis aliter non probetur, quàm vt prædictum eſt, ipſa eſt tenẽda. Nec obſtat ratio Nauar. vbi ſuprà contra eam
10 adducta: † quoniam etſi ad abſoluendũ à peccatis venialibus ſufficiat iuriſdictio, quæ prouenit ex ſubmiſsione pœnitentis legitima, vt ipſe fatetur, vtpotè fiat cum facultate legis, vel hominis tacita iuri conſona, vel quia illam habeãt à iure diuino, vel ab Eccleſia ad peccata venialia abſoluenda, & nunquam fuerit ſacerdotibus adempta, hoc tamen nõ ita reperitur ad abſolutionem ab excõmunicatione maiore, vel minori impendendam, imò contrarium, nempè ad eam requiri iuriſdictionem, quæ neceſſaria eſt ad abſolutionem mortaliũ, prout eſt illa quam habet parochus, vel alius, cui eſt expreſsè delegata à ſuperiore: ideò etſi fateamur ad vtrumque requiri iuriſdictioné, ac legitimam poteſtaté, & facultatem, nempè, tam ad abſoluendũ à ſententia excõmunicationis minoris, quã à peccatis

Ayuntamiento de Madrid

peccatis venialibus:minor tamen requi-
ritur ad abſolutionem venialium, quàm
ad abſolutionem ab excommunicatione
minori, quãdoquidẽ nemo tenetur cõ-
fiteri peccata venialia, attamen tenetur
ſe abſoluere ab excommunicatione mi-
nori, vt Sacramenta Eccleſiæ ſuſcipere
poſsit abſq; peccato mortali:meritò igi-
tur vt maior facultas requiratur ad tol-
lendam excommunicationem minorẽ,
tanquam neceſſarium ad ſuſcipienda Sa
cramenta,quàm ad tollenda ſimplicia ve
nialia per abſolutionem:quandoquidem
hęc abſolutio à venialibus non eſt neceſ
ſaria ad ſuſcipienda alia Sacramenta:qui
nimo peccata venialia pluribus modis
tolluntur,nempè aqua luſtrali,hoc eſt be
nedicta,oratione Dominica, punctione
pectoris,actu licito charitatis:at verò ab
ſolutio ab excommunicatione minori
neceſſaria eſt ad ſuſcipienda Sacramẽta,
habet enim quid amplius excommunica
tio minor,quàm ſimplex veniale pecca-
tum abſoluendum. ¶Et ita meritò ſentẽ
tiam Caietani,quæ habet,vt quilibet ſim
plex ſacerdos non parochus, non poſsit
abſoluere à prædi. excommunicatione
minori,quam priùs ſenſit Diuus Thom.
in.4.diſt.18.quęſt.2.artic.5.dicens,quòd
ab excommunicatione minori abſolue-
re ille valet ſacerdos, qui abſoluere po-
teſt à participatione cum excomunica-
tis;inſinuans ab illa non poſſe abſoluere
niſi illum, qui iuriſdictionem habeat in
ſubditum, ex profeſſo probat & ſequi-
tur Frater D. à Soto in.4.diſt.22. quæſt.
2.articu.3.fol.960.col.1.Sylueſt.in ſum.
verb.abſolutio.1.nu.3.eſt communis ſe-
cundùm Victoriam in ſua ſumma in tit.
de excommunicatione,quęſt.18.quæ eſt
finalis,& ſecundùm D.Couarru. in cap.
alma mater.1.par.relect.§.12.num.6. Ma
giſt.Micha.Palac.in.4.diſt. 18. diſputat.
3.pag.336. F. Ioſeph. Angles in ſuis Flo-
rib.Theologic.quæſt.2.parte, in quæſt.
de excommunicatione in. 2. difficultat.
qui poſsint ab excommunicatione ab-
ſoluere.pag.52.Nec gloſ.in d.cap.ſi quẽ.
expreſſa eſt pro contraria parte,ea ſi qui
dem loquens in ſimplici ſacerdote,intel-
ligenda eſt & ſupplenda, dum tamen ſit
parochus excommunicati, iuxta cõmu-
nem:ſic etiam text.in d.c.nuper. de ſen-
tent.excommunication. appellat ſimpli
cem ſacerdotem, parochum excõmuni-
cati:ſolus Nauar.tenet contra commu-
nem,ſubtili,quam prædiximus, ratione:
verùm eidem exiſtimo ſufficienter ſatiſ-
factum,& ideò amplius non eſt dubitan
dum,ſed communis intrepidè tenenda,
nempe quòd ſimplex ſacerdos,non paro
chus,nec aliàs habens iuriſdictionem,ab
ſoluere poſsit à ſententia excommunica
tionis minoris,quamuis diaconus(& nõ
ſolùm ſimplex ſacerdos habens iuriſdi-
ctionem) id poſsit in foro contentioſo,
11 †multo magis quàm poteſt abſoluere à
maiori excommunicatione, quoniam
vtriuſque abſolutio non ſpectat ad po-
teſtatem ordinis,ſed iuriſdictionis,ſecun
dùm Caiet.& Victoriam, & Sylueſt. vbi
ſuprà.

---

## *SVMMARIVM.*

1 *Pius Quintus ſuo Motu proprio, Romæ dato Calend.Nouemb.ann.1567.prohibuit agitationem taurorum.*

2 *Sed & antea quibuſdam idem placuit,ex rationibus de quibus hic & in numeris. ſeq. alijs contrarium,vt in num.9.*

3 *Torneamenta de iure canonico ſunt prohibita, adeò,vt qui in eis moritur,quamuis confeſsione & communione ſacra munitus, non ſit in loco ſacro ſepeliendus.*

4 *Illiciti ſunt ludi,in quibus, vt plurimum, occiſiones & magna vulnera contingunt.*

5 *Exercens in arena operas ſuas cũ beſtia detẽta, peccat mortaliter,& aſpiciẽs eſt infamis.*

6 *Clericis etiam ante Motum proprium Pij V.nõ licebat tauricidijs intereſſe.*

7 *Clerici nõ debẽt intereſſe ludis,oſtentationibus, duellis,executionibus damnatorum ad mortem.clandeſtinis matrimonijs,& alijs voluptuoſis,ſeu inhumanis actibus laicorũ. Prælati non debent ire ad vidẽdum ludos, de quibus hic,eodem num.7.*

8 *Clericus ludum mortaliter malum ſpectans,peccat mortaliter.*

10 *In Dominicis & alijs feſtiuis diebus minimè*



Ayuntamiento de Madrid

*hodie licet tauros agitari in circo vel in foro, ſub pœna excommunicationis maioris latæ ſententiæ aduerſus principes, communitates & reſpublicas, earumq́; rectores.*

11 *Ordinarius loci procedere poteſt aduerſus ſupra dictos contrarium facientes.*

12 *Nec ipſi forum eccleſiaſticum declinare poterunt quòd laici ſint, agitur ſi quidem de peccato publico coërcendo.*

13 *An ſuperiora procedant in taurorum agitatione ita moderata, vt ex ea probabiliter credi poſsit non ſecutura notabilia nocumenta perſonalia?*

14 *Per calles tauros agitari chordis longis cornibus vel pedibus ligatos, non eſt prohibitum.*

15 *Dominicis vel alijs feſtiuis diebus non licet tauros agitari per calles chordis non ligatos, portis ciuitatis clauſis, ita vt tauri, licèt velint, exire non poſsint.*

16 *Clericis, tam regularibus, quàm ſecularibus beneficiatis, vel in ſacris ordinibus cõſtitutis, prohibitum eſt hodie quibuſcumque diebus taurorum agitationibus intereſſe, ſub pœna excommunicationis, non tamen eſt latæ ſententiæ, ſed ferendæ, vt in num. 17.*

18 *Clerici taurorum agitationibus intereſſentes; an peccẽt mortaliter, vel venialiter tantũ; latè diſcutitur, & num. ſequent.*

19 *Peccatum mortale ſecundũ Ricard. de Sãcto Victore triplici ratione diſtinguitur.*

20 Lex *humana iuſta, & de re graui aliquid ſtatuens, quãdo obliget tranſgreſſorem ad culpam mortalem, vel venialem.*

21 *Intentio legiſlatoris Eccleſiaſtici, vtentis in ſua lege verbo præceptiuo, aut prohibitiuo, eſt obligare tranſgreſſorẽ ad culpam mortalem; niſi aliquo ſigno, vel verbo ſignificetur, aut exprimatur contrarium.*

22 *Sententia excommunicationis, ſiue lata à iudice, vel à iure, in dubio intelligitur de maiori.*

23 *Sententia excommunicationis non debet imponi niſi pro culpa, & peccato mortali, ſiue ſit à iure, ſiue ab homine, vt in num. 24.*

25 *Lege lata, cui adiecta ſit excommunicationis pœna, euidenter colligitur intentionem fuiſſe obligandi ad mortalem culpã. Quod procedit, licèt non ſit latæ ſententiæ, ſed cõminatoria, vt in num. 28.*

26 *Excommunicatio gladius cenſetur ſpiritualis.*

27 *Nulla maior pœna eſt in Eccleſia quàm excõmunicatio, quamuis ex fine ſit medicinalis.*

29 *Excommunicatio non incurritur, vbi quis certus eſt propter aliquam circunſtantiam non pecaſſe mortaliter, & num. 30.*

31 *Excommunicatio infligi poteſt pro re futura prohibenda, etiamſi aliàs non eſſet peccatũ: declaratur num. 32.*

33 *Propter inobedientiam præcepti iuſti ſuperioris, & contrauentionem pœnæ excommunicationis, mortaliter peccatur.*

34 *Clerici occultè mutatis veſtibus, facieq́; tecta videntes tauros agitari, grauius peccant, idque hodie non licet. num. 38.*

35 *Periculoſum eſt decidere, quòd quid tale ſit in particulari peccatum mortale, necne, ſi authoritas expreſſa ad id non adſit.*

36 *Motus proprius Sixti V. ſuper agitatione taurorum Epiſcopo Salmantino directus contra præceptores docentes non peccare clericos intereſſentes taurorum agitationibus, & cõtra ipſos clericos.*

37 *Hodie non eſt dubitandum de obſeruantia Motuum propriorum Pij V. & Grego. XIII. ſuper agitatione taurorum latorum, ſed omnino eſſe obſeruandos, non admiſſa tacita tolerantia, nec conſuetudine in contrarium.*

39 *Docere non licet, clericos licitè vel ſine peccato poſſe intereſſe taurorum agitationibus.*

40 *Epiſcopus Salmantinus rectè procedere poteſt iuxta tenorẽ dicti Breuis aduerſus clericos, & præceptores contra præfatam cõſtitutionem, & litera Apoſtolicas facientes, docẽtes, vel aſſerentes, monitione præmiſſa.*

41 *Breue Sixti V. non ſuſtulit ordinarijs locorum facultatem procedendi cõtra clericos prædict. agitationibus intereſſentes.*

42 *Clerici in duobus caſibus, vidẽtes taurorum agitationes, excuſantur, vt hic & num. 43.*

44 *Declaratio S.D.N. Clementis Papæ VIII. & ſuſpenſio cenſurarum per Motus proprios Pij V. & Gregorij XIII. aduerſus clericos taurorum agitationi intereſſentes latarum.*

## CAPVT SEPTIMVM.

## De Taurorum agitatione.

SAnctiſsimus ille vniuerſalis Eccleſiæ Paſtor, atque Pontifex Maximus Pius Quintꝰ, inter alia quę Catholicę Eccleſię ſaluberrima decreta, pientiſsimo animo edidit,

Ayuntamiento de Madrid

edidit,conſiderans ſpectacula vbi tauri & feræ in circo vel foro agitantur, à pietate & charitate Chriſtiana aliena eſſe; ac volens hæc cruenta turpiaque dæmonum & non hominum ſpectacula aboleri,& animarum ſaluti,quãtum cumDeo poſsit,prouidere,illud conſtitutione perpetuò valitura ſtatuit,prohibens & interdicens omnibus & ſingulis Principibus Chriſtianis,quacumque,tam eccleſiaſtica,quàm mundana,etiam Imperiali,Regia, vel quauis alia dignitate fulgẽtibus, quouis nomine nuncupẽtur,vel quibuſuis cõmunitatibus & rebus publicis ſub excommunicationis & anathematis pœnis ipſo facto incurrendis,ne in ſuis prouincijs,ciuitatibus,terris, oppidis & locis huiuſmodi ſpectacula,vbi taurorum aliarumque ferarum beſtiarum agitationes exercentur,fieri permittãt:militibus quoque,cæteriſque alijs perſonis, ne cũ tauris & alijs beſtijs in præfatis ſpectaculis ipſi,tam pedeſtres, quàm equeſtres congredi audeãt,interdicit: quòd ſi quis eorum ibi mortuus fuerit,Eccleſiaſtica carere ſepultura præcipit:clericis quoq; tam regularibus,quàm ſecularibus beneficia Eccleſiaſtica obtinentibus,vel in ſacris ordinibus conſtitutis, ſub excommunicationis pœna ne eiſdem ſpectaculis interſint,ſimiliter prohibuit:omneſq; obligationes,iuramenta & vota à quibuſuis perſonis,vniuerſitate,vel collegio de huiuſmodi taurorum agitatione,etiã(vt ipſi falſò arbitrantur) in honorem Sanctorum,ſeu quarumuis Eccleſiaſticarum ſolennitatum & feſtiuitatum(quæ diuinis laudibus,ſpiritualibus gaudijs, pijſq; operibus,non huiuſmodi ludis celebrari & honorari debẽt) hactenus factas & facta, ſeu in futurum fienda (quæ & quas omnino prohibuit) caſſauit & annullauit: ibiq; mandat omnibus principibus, vt præmiſſa omnia in ſuis dominijs ac terris exactiſsimè ſeruari faciant: atque ibidem vniuerſis prælatis, locorumq; ordinarijs,vt in ſuis diœceſibus prędi. ſuas literas ſufficienter publicari faciant, & præmiſſa etiam ſub pœnis & cenſuris eccleſiaſticis obſeruare procurent,non obſtantibus,&c.prout latiùs in Motu proprio originali eiuſdem Pontificis continetur,dato Romæ, anno. 1567.Calend. Nouemb.

2 Itaque iuxta tenorem pręfati Motus proprij agitatio taurorũ eſt omnino prohibita:quod etiam ante hanc Pontificiã deciſionem quibuſdam placuit, ea nempe ratione,quòd torneamenta iure cano
3 nico prohibentur,† quia inde mortes hominum,& animarum pericula ſæpe proueniũt,adeò vt,qui moritur,quamuis cõfeſſus,& ſacraCommunione munitus decedat,non ſit in ſacro loco ſepeliendus, vt inc.1.& 2.de torneamen.Sed agitatio taurorum torneamentis ſimilis videtur: ergo prohibita:argum. l.illud. ff.ad legẽ
4 Aquil. † Secundò,quia illiciti ſunt ludi, in quibus,vt plurimũ,occiſiones & magna vulnera contingunt, qualia in hac agitatione contingere videntur, quia videntur homines manifeſto ſe exponere periculo,& ſic peccant,iuxta illud Eccleſi.capit.3.& in cap.ad audientiam. de homicid.& in ca.iuuenis.de ſponſalib.Qui amat periculũ,peribit in illo: præſertim cùm non videatur ſufficere diligentia aliqua ad cauendas mortes & damna, quæ ex iſto ludo eueniunt,tã ex tauris, quàm ex iaculis in eos miſsis,ex quibus non ſolum tauri irritatione, verùm ipſi homines tauros agitantes moriuntur, iſtæque mortes,non raró,ſed ſępe ac ſępiſsimè & ferè communiter eueniunt, euenireque eſt probabiliter ſperandum: ergo noxius & culpabilis eſt ludus hic taurorum agitationis:argument.l.nam ludus. ff. ad l. Aquil.Tertiò,quia inficiari nemo valet, quòd ille actus inhumanus ſit,& antiquã redolens barbariem,vtpote ex eo plures ſequantur hominum interitus, tãtoque ſoleant iucũdiora reputari ſimilia ſpectacula,quanto ſeuerior fuerit in homines taurorũ ferocitas iaculis laceſsita. Quartò facit gloſ.in cap.qui venatoribus.86. diſtin.dicens, † quòd exercens in arena
5 operas ſuas cum beſtia detenta, peccat mortaliter,& qui aſpicit,eſt infamis:quę gloſſ. ſecundùm l. quam allegat,videtur agere de locante ad hoc operas ſuas,non verò

Ayuntamiento de Madrid

verò quando fit virium exercendarum gratia. Quamuis hoc quoque in torneamentis ſit prohibitum, vt in d.c.1.de torneam. Huc accedit, quòd eiuſmodi agitationis taurorum ſpectaculum multorum peccatorum occaſionem prębet, nēpè ſuperbiæ, vanæ gloriæ, luxuriæ, gulæ, iræ, & ſimilium: & in terminis hanc partem probauit Grego. Lopez. in. l. 57. tit. 5. par. 1. Auēd. in. 2. par. cc. præto. cap. 10. num. 12. ſanctiſsimaque erit lex, quę hāc agitationem taurorum prohiberet, quoniam rarò debita cautela & moderamine exercetur, vt exiſtimat Nauar. in manual. Latin. cap. 15. nu. 18. vbi refert præfatum Motum proprium, dicens eſſe huiuſmodi, hoc eſt, ſanctiſsimum: & hæc prima pars hodie approbata eſt in prædi. motu proprio. Ex quibus eadem à fortiori procedit in clericis, quibus non licet, maximè ſacerdotibus, tauricidijs intereſſe, vt eſt probabilis opinio ſecundū Bernard. Diaz de Luc. in ſua pract. crimi. canonica. c. 66. de public. ſpectacul. id probans, quia Iuſtinianus Imperator non ſolùm epiſcopis, ſed etiam preſbyteris, diaconibus, ſubdiaconibus, & lectoribus, ac omnibus alijs cuiuſlibet venerandi collegij, ad quodlibet ſpectaculorum ſpectādi gratia venire prohibuit certis ſub quibuſdam pœnis, vt in authen. de ſanctiſs. epiſc. §. interdicimus. collatio. 9. ex quo tex. & ex cap. ſententiā ſanguinis, ne cleric. vel monach. poſt Laurent. & Cardin. in Clem. ne in agro. §. porrò. col. 2. de ſta
7 tu monach. decidit, † quòd clerici nō debēt intereſſe ludis, oſtentationibus, duellis, executionibus damnatorum ad mortem, clandeſtinis matrimonijs, & alijs voluptuoſis, ſeu inhumanis actibus laicorum: quare meritò. d. l. 57. partitæ diſpoſuit, *que los Perlados no deuen yr a ver los juegos, aßi como a lançar, o bohordar, o lidiar los toros, ò otras beſtias brauas, ni yr a ver los que lidian*. & ibi Grego. Lopez in gloſſ. *Lidiar los toros*, hanc etiam partem in clericis cum Bernardo vbi ſupra probauit: & ge
8 neraliter, † quòd clericus ludū mortaliter malū ſpectans, peccet mortaliter, probat text. in cap. 2. de vita & honeſt. cleri. Nauarr. in manuali Latin. cap. 19. nume. 14. vbi plura circa hoc Silueſt. cæteriq; Summiſtę in verb. ludus. vbi quando venialiter, & quādo mortaliter peccent inſpectores ludorum, atque ſpectaculorū. Iuſtiſsimè igitur Pius Quintus clericis prohibuit ſub excommunicationis pœna, ne taurorum agitationi interſint.

Sunt tamen, qui ex aduerſo, ante Motus proprij conſtitutionem, contrariam
9 partem probauerint, † agitationem nempe taurorum per ſe malam non eſſe, adhibitis debitis circunſtantijs ex parte rectorum Reipublicæ, quorum authoritate tauri agitantur, præmittendo diligentiam & ſolicitudinē, ne in loco, vbi tauri ſunt agitandi, ſint perſonæ, quibus veriſimiliter periculum timeatur venturū, vt ſunt ſenes, pueri, fœminæ, mēte capti, claudi, & alij infirmi; aliàs peccarent: hocque communiter fieri ſolet atque præcaueri præconio, antequàm taurus in foro publico impellatur, quo annuntiatur exitus tauri, vt omnes ſibi caueant: quòd ſi hoc præuento, mors aliqua, vel damnū aliùd ſequatur, non venit rectoribus imputandum, cùm id ſit pręter intentionē, & poſt adhibitam ſufficientem diligentiam: ipſi verò, qui per ſe tauros in platea agitant, ſiuę pedeſtres, ſiue equeſtres, & ad currendum contra ſe eos irritant, non peccabunt, ſi propè ſecuritatis locum habeant, vbi ſe facilè poſsint veniente tauro recipere, aliàs peccabunt temerè taurum irritantes, & eum ſperātes, viribus, aut induſtriæ propriæ fidentes: aſsiſtentes autem & inſpectores agitationis taurorū, ſi id cauſa recreationis & voluptatis faciant, nec lætentur de damno illic eueniēte, aut peccato, vel negligentia rectorum, ſi qua in eis ſit, aut de currentiū temeritate, etiam non peccabunt: de cæteris autem factis illic contingentibus, quæ culpa carent, lætari licitè poterunt. Ita Ioannes à Medina in ſuo C. de reſtitutione, quæſt. 21. ad fin. de rebus per ludū acquiſi. vbi ex hoc infert, poſſe ſub ſtatuto iuramento firmato taurorum agitationem cadere, cùm per ſe mala non ſit, & quòd tales apponi poſſunt circunſtantiæ,

Ayuntamiento de Madrid

tiæ, quòd bona & ſtudioſa reddatur: quã ſententiam probare videtur d.l. Partitæ 57. quandoquidem ibi refert agitationẽ taurorum, eamque non improbat: & Nauar. in Manual. Latin. cap. 15. num. 18. ad fin. vbi tenet, quòd agitatio taurorum cum moderamine & debita cautela, de ſe non eſt peccatum, quanuis ſanctiſsima eſſet lex, quæ illam prohiberet, quoniam rarò debita cautela & moderamine exercetur: & reuera in tota Hiſpania ante Motus proprij Pij V. conſtitutionẽ frequentiſſima erat, quãdiu ab Eccleſia, eiuſq; Summo Pontifice atque vniuerſali paſtore tolerata, non verò condemnata exiſtebat. Nunc verò iuſtiſsimis de cauſis ea eſt prohibita per eũdem, ſicque amplius de huiuſmodi re dubitandum, nec diſputandum eſt, ſed firmiter adhærendum deciſioni, atque prohibitioni Summi Pontificis, cum declaratione nouiſsima ſanctiſsimi D. N. Gregorij XIII. eiuſdem Pij immediatè ſucceſſoris die 25. Auguſti, ann. 1575. edita, qua quoad laicos ſublatæ ſunt pœnæ, & cenſuræ Pij V. dummodo in diebus feſtiuis tauri non agitentur, & prouiſo per eos ad quos ſpectabit, quòd exinde alicuius mors, quoad fieri poterit, ſequi non poſſit: in reliquis autẽ ab his, quę à Pio V. conſtituta fuerunt, nihil immutat: quarum cõſtitutionum, aliquorumque ex ſupradictis pro, & contra, quanuis nihil differat, meminit Ioan. Garſia Gallœcus in tract. de expenſis & melior. cap. 21. num. 29.

Circa quarum Pontificiarum conſtitutionum praxim atque intelligentiam multa obſeruanda ſunt.

10 Primò, in Dominicis, & alijs diebus feſtiuis minimè licere tauros agitari in circo vel in foro ſub pœna excommunicationis latę ſententię aduerſus Principes, tam Eccleſiaſticos, quàm ſeculares, communitates & reſpublicas, earumque rectores illud permittentes, iuxta tenorem vtriuſq; Motus proprij, tam Pij V. quàm Gregorij XIII. Summorum Pontificũ, Nec etiam licet militibus ſeu alijs perſonis pedeſtribus, ſiue equeſtribus, in præd. diebus cum pręd. tauris, ſeu alijs beſtijs in præfatis ſpectaculis congredi, quia eis hoc eſt prohibitum: quòd ſi quis eorum ibi mortuus fuerit, carere debet Eccleſiaſtica ſepultura; quæ cũ ſit pœna, habebit locum, etiamſi moriundus Sacramento Pœnitentię atque Euchariſtiæ munitus decedat: argumento tex. in dict. cap. 1. & 2. de torneament. vbi hoc idem deciditur in decedentibus in torneamentis, † 11 quæ iure canonico ſunt prohibita, ſicut nunc taurorum agitationes in feſtis diebus. Quòd ſi præd. Principes ſeculares, Reſpublicæ, earumque rectores & iudices contra fecerint, cõtra eos Ordinarius loci procedere poterit ratione peccati, atq; excommunicationis ipſo facto incurſæ, ad declarationem & aggrauationem, eorumq; punitionem pœna pecuniaria arbitraria, eo quòd iuſtam legem tranſgreſsi ſint: argument. l. nemo martyres. C. de ſacroſ. Eccleſ. & ibi glo. Paul. de Caſtr. nu. 2. & Ioan. Oroſc. num. 4. in. l. legis virtus. ff. de legib. ſicque quotidie in praxi ſeruatur: nec ipſi poterunt Eccleſiaſticũ tribunal declinare, † nec ſubterfugere, eò quòd laici ſint, agitur ſiquidẽ 13 de peccato publico coercendo; qua ratione per viam denuntiationis Euangelicæ contra eos à iudice Eccleſiaſtico procedi poteſt: argum. cap. nouit ille. cum materia, de iudic. Marant. de ordin. iudic. 4. parte princip. 11. diſtinct. nume. 12. Silua nupt. lib. 3. in princip. num. 58. volum. 6. tract. diuerſ. doct. fol. 41. Deniq; & perẽptoriè, quia per prædi. motũ propriũ Pij V. mandatur vniuerſis prælatis, locorumque ordinarijs, vt præmiſſa etiã ſub pœna, & cenſuris Eccleſiaſticis obſeruare procurent: erunt igitur iudices competentes aduerſus laicos ad eorum punitionem hoc caſu pœnam aliquam arbitrariam eiſdem imponendo.

14 Secundò obſeruandum eſt, quòd ſi credimus Nauar. vbi ſupra, conſtitutio hæc (ſalua ſanctæ ſedis Apoſtolicæ cenſura) limitari poteſt, ne procedat in agitatione taurorum vel aliarum ferarũ ita moderata, vt probabiliter credi poſsit ex ea non ſequutura notabilia nocumẽta perſonalia, puta mortes, vulnera, oſsium rupturas,

turas, aliaque id genus, quia tunc ceſſat ratio finalis, quę mouit legiſlatorem, népè quia frequenter ex huiuſmodi agitatione conſequebantur talia, vt colligitur ex prooemio eius, vnde ſolet cauſa legis finalis conijci, vt in.l.final. ff. de hæred.inſti.cum ſimilib. Tùm etiam, quia licet prohibita ſint abſolutè torneamenta, eo quòd inde mortes hominũ, & animarum pericula ſæpe proueniant, vt in cap.1.de torneamẽt.& ſupra eſt dictum, permittuntur tamen illa, quæ cum moderatione pręd.fiunt, vt vſus totius Chriſtiani orbis obſeruat, quia in eis ceſſat ratio prohibitionis, vt in extrauag. 1. de torneamen.tradit laté idem Nauar.dict. capit. 15.nume. 9. refert & ſequitur nouiſsimé F.Ludouic.Lopez in ſuo inſtructorio conſcien.1.part.cap.70. vbi inuehit contra Ioan. à Medin. vbi ſupra, eo quòd nimis licentioſe loquatur, abſolutè licitam eſſe agitationem taurorum, præcipuè ſtante dicto Motu proprio Pij V.

Hęc tamen limitatio, ſi tauri in circo vel in foro (vt prohibet dictus Motus proprius) agitentur, non video, quomodò procedere valeat, quandoquidem adhiberi non poteſt cautela adeo moderata, quin illa damna, quę Summus Pontifex conſiderauit, conſequi poſsint: quare cùm ipſe non diſtinguat, nec nos diſtinguere debemus, argumen.l.de pretio. ff.de Public.in rem act. &.l. non diſtinguemus. ff. de arbit. præmaximè cum in hoc caſu militet eadem ratio prohibitionis: non igitur licebit in diebus feſtiuis tauros agitari in circo vel in foro quocunque modo. Et quanuis Nauar. vbi ſupra aſſerat, ſe non audere damnare etiam poſt hanc extrauagantem taurorum agitationes, vt prefertur moderatas, licèt adhuc arbitretur longé melius loco illarũ vti alijs ludis licitis, de quibus in Gallia, & Luſitania, vt ibi per eum: attamẽ ego non auderem approbare agitationes taurorum vllo modo in foro vel circo clauſo factas contra expreſſam prohibitionem ſummi Pontificis adeò ſanctam, & iuſtam, cùm ex eis, licèt moderatis, eadẽ damna frequenter ſequi poſsint, quæ ex non ita moderatis: vt conſtare poteſt ex illo exemplo ab eo adducto, népé in tauris cornuum cuſpidibus præciſis, & prætereà coercita nimia agitantium temeritate, tutiſque refugijs opportunè conſtitutis, quia hoc caſu multi viri eruditione, pietate, & religione clari, qui damnabant agitationes taurorũ, eo modo, quo communiter fiebant, illas approbarunt: hoc namque, etſi ante conſtitutionem Pij V. procedere rectè poſſet, quo tempore ab Eccleſia non erat facta aliqua declaratio in hoc, nec prohibita taurorũ agitatio, ſed adhuc ſub iudice lis erat, quinimo frequentiſsimé fiebant præd. agitationes taurorum, hodie tamen cùm ſit expreſsè, generaliter, & indiſtinctè prohibitum in diebus feſtiuis agitari tauros in circo vel in foro: tùm ob damna, quæ inde prouenire ſolebant euitanda: tũ etiam ob honorem feſtorum, quæ potius diuinis laudibus, ſpiritualibus gaudijs, pijſq; operibus, non huiuſmodi ludis celebrari & honorari debent, minimè procedere poteſt præfatorum virorum ſententia, ſeu permiſsio: cùm etiamſi cuſpides taurorum præſcindantur, ſi ipſi agilitate ferocitateq; polleãt, vt communiter ferociores ad hoc quæruntur, poſsint homines ita in altum leuare, atque proijcere, vt ex ictu eos mori contingat, & prætereà eos in terra ita pedibus ac manibus terere ac conculcare, cornibuſque, quãuis pręciſis cuſpidibus, percutere, vt eadem propè damna inde ſequantur, ac ſi communi modo tauri agitarentur.

14 † Extra forum autem vel circũ clauſum, ſed per calles agitari tauros chordis longis pedes vel cornua ligatos, non exiſtimo prohibitum per dict. conſtitutionẽ, ideò erit permiſſum, meritoq; nemo etiã poſt eam damnat, vt refert Nauar. vbi ſupra, quoniam tantùm prohibetur agitari tauros in diebus feſtiuis in circo vel in foro: ergo extra pręd. locum, & cum præfata cautela cenſetur permiſſum iuxta veriorem ſententiam Methymnę, & aliorum, ante prædict. Motum proprium, quã ſuprà retulimus: prohibitũ enim vno loco

& modo,

Ayuntamiento de Madrid

& modo, alio loco & modo cenſetur permiſſum per locum ab ſpeciali, & argumen.l.cum prætor.cum ſimilib.ff.de iudic. & in hoc exemplo & caſu cōſentio cum Nauarro.

15 Ex quibus iam deducitur, minimé licere in diebus feſtiuis agitari tauros chordis non ligatos per medios calles oppidi vel ciuitatis, portis ipſius clauſis, ita vt tauri licet velint extra exire, nō poſsint, quia ex hoc dici poteſt eos agitari in circo, quanuis latiori, licet nō in foro, cum dict. cōſtitutio expreſsim prohibeat eos agitari in circo vel in foro: ergo nec in circo neque in foro id licebit. Præmaximé quia maiora damna, atque frequētiora ex hoc conſequi poſſent ex frequentiſsima ſenum, infantium & mulierum exiſtentia per calles, qui quandoque non ita velociter ſibi cauere poſſunt ſicut in foro, ſicque & verba & mens legiſlatoris hoc caſu concurrunt, atque expreſſim conuenire videntur: ergo & ipſius diſpoſitio, atque prohibitio locum habere debet: argumēt.l.4.§.toties.ff.de dān. infecto. Si autem portæ oppidi vel ciuitatis eſſent apertæ, ita vt taurus exire poſſet per eas, ſecus videtur dicendum, quia ceſſant ſupradicta inconuenientia, & agitatio modicùm durare poteſt.

Tertiò obſerua, quod in diebus non feſtiuis hodie ex declaratione Greg. XIII. permiſſa eſt agitatio taurorum, etiam in circo vel in foro, cum cautela & moderamine debito.

6 Quartò præ oculis ſemper habendum eſt, clericis, tam regularibus, quàm ſecularibus, beneficia Eccleſiaſtica obtinentibus, vel in ſacris ordinibus conſtitutis, prohibitum eſſe ſub excommunicationis pœna eiſdem ſpectaculis, hoc eſt, taurorum agitationibus intereſſe, hocq; nō ſolùm diebus feſtiuis, ſed quibuſcunque alijs illi agitentur, etiā à Gregorio XIII. permiſsis, vt patet expreſsè ex priori Pij V. conſtitutione, quæ omni tempore id prohibet ſub prædict. pœna, quod Gregor. nō ſuſtulit, nec moderatus eſt in clericis, ſed tantùm laicis, militibuſque quarumcunque militiarum, non tamē ſacris initiatis ordinibus conceſsit, atque indulſit in diebus non feſtiuis tauros agitare cum debita cautela, atque moderamine, cæteris à Pio V. ſtatutis in ſuo robore permanſuris: clerici itaq; nullo tempore, etiam laicis permiſſo, poterunt agitationibus taurorum intereſſe, etiam in feneſtris, nec alijs tutis locis, ſub pœna excommunicationis: & hoc iuſtiſsimis de cauſis, quarum nonnullas expreſsit antea Bernard. Diaz de Lugo vbi ſupra, ducens honeſtum & ęquum, vt hoc ſynodali decreto per omnes diœceſes prohiberetur, pœna condigna contra facientibus impoſita. Gauderet ergo nunc præſul Chriſtianiſsimus, ſi viueret, videns hanc ſummorum Pontificum ſaluberrimam conſtitutionem id generaliter prohibentem quibuſcunque clericis beneficiatis, vel in ſacris ordinibus cōſtitutis, ſub pœna excommunicationis: & non immeritò lex partitæ ſupra relata idem Epiſcopis prohibuit: hodie generaliter ad omnes clericos beneficiatos, vel in ſacris cōſtitutos prorogatum eſt ſub præd. excōmunicationis pœna.

17 Sed an hæc pœna excommunicationis, quæ clericis intereſſentibus agitationibus taurorum imponitur, ſit latæ ſententię, vel ferendæ, nemo dubitabit: quoniā etſi verba illa, Similiter prohibemus, inſinuent ipſo facto incurri, per relationem quæ fit ad ſuperiora, vbi ipſo facto excōmunicātur Principes & communitates, atque reſpublicæ permittentes agitationes taurorum, aliarumque ferarum beſtiarū in ſuis prouincijs, ciuitatibus, terris, oppidis, & locis, contra interdictum & prohibitionem præfatam ſummi Pontificis, attamen ſenſus verus pręd. verborum, Similiter prohibemus, nō eſt iſte, nec enim referuntur ad pœnam excommunicationis ipſo facto incurrendā, ſicut in præcedentibus, ſed tantùm ad prohibitionem, hoc eſt, vt ſicut in ſuperioribus prohibuit principibus, cōmunitatibus, rebuſpublicis, &c. ne in ſuis prouincijs, &c. eodem modo, ſicq; ſimiliter prohibet clericis ne præd. ſpectaculis interſint: ita vt aduerbium illud, Similiter, nō refera-

Ayuntamiento de Madrid

referatur ad pœnam, id eſt non ſimili pœna, ſed ad prohibitionem, vt ſicut prohibitum eſt laicis, ita & clericis: hocq; patet. Primò, quia non dixit ſub eiſdem pœnis ſupra poſitis, ſed de nouo adiecit ſub excommunicationis pœna, nec addit, latæ ſententię, prout feciſſet, ſi illud vellet. Secundò, quia ante verba, Similiter prohibemus, eſt coma huiuſmodi, denotans ſeparationem à pręcedenti pœna excommunicationis: ſimilitudo igitur prohibitionis non eſt in pœna latę ſententię, ſed in prohibitione. Conſequitur ergo ex ſupradictis manifeſtiſsimè, clericos intereſſentes taurorum agitationibus, non eſſe excõmunicatos ipſo facto, ſed poſſe ob id excommunicari, hoc eſt, declarari ab ordinario excommunicatos ob contrauentionem Motus proprij, & ſic veniũt excommunicandi iuxta gloſ. communiter approbatam in capit. 1. de ſagittar. vt teſtatur Angel. de Clauaſ. in ſumma, verbo, excommunicatio. 2. num. 8. ſequitur alias gloſ. & doct. allegans Didac. Perez in. l. 1. titul. 5. libr. 8. ordinam. pag. 180. colu 1. verſi. quæri ſolet. & Bernar. Diaz de Luc. in regul. 263. * Et in noſtris terminis ita tenet poſt primam huius operis editionẽ viſus Petrus à Nauar. lib. 2. de reſtitutio. c. 3. nu. 304. *

18 Supereſt nunc vt ad illam difficilẽ, frequẽtem tamẽ quæſtionem deueniamus, an clerici prædicti, quia agitationib⁹ taurorum interſunt, peccent mortaliter, vel tantùm venialiter? In qua videtur dicendum venialiter eos tantum peccare: videtur enim materia leuis clericos huiuſmodi ſpectaculis intereſſe ad inducendũ peccatum mortale, ſicque eos priuare vita æterna. Nulla enim lex humana, quantũ libet iuſta ſit, obligare poteſt illius tranſgreſſorem ad culpam mortalem, niſi ſit circa materiam talem, quę poſsit ſufficiẽtem cauſam præbere ad iniungendã talẽ obligationem: quia legiſlator nihil ſine legitima cauſa, & ratione præcipere poteſt: argumen. Clemen. Paſtoralis. de re iudic. & in. l. fin. & ibi gloſ. & communiter doct. C. ſi contra ius vel vtilit. public. idque ratione naturali probatur, quia lõgiſsimè ab ea diſtat, vt de quacunq; re leuiſsima poſsit ab homine ſtatui lex, aut dari præceptum obligãs illius tranſgreſſorem ad mortalem culpã: quoniã ſi ita res ſe haberet, multo maior & crudelior eſſet politiæ ſpiritualis ſeueritas, quã corporalis: lex etenim humana in corporali & humana politia non poteſt pro aliqua leui culpa hominem ad mortẽ corporalẽ obligare; ergo in politia Eccleſiaſtica & ſpirituali nõ poterit lex pro qualibet leui culpa hominem ad mortem ſpiritualẽ ordinare, cũ pia mater Eccleſia totis ſuis viribus homines ad cœlũ perducere intendat. Cõſequentia probatur authoritate Diui Auguſtini lib. 21. de ciuit. Dei. c. 11. vbi mortem ſpiritualem in politia ſpirituali cõparat morti corporali in politia muudana, his verbis: Quod eſt de iſta ciuitate mortali, homines ſupplicio primę mortis, hoc eſt de illa ciuitate immortali, homines ſupplicio ſecundæ mortis auferre: ſicut ergo in politia mundana nulla lex mortis pœna afficit aliquem niſi pro graui Principis aut reipublicæ offenſa, vt eſt crimen læſæ maieſtatis, hęreſis, aut homicidium, aliudve ſimile peccatum, ita etiam nulla lex poterit aliquem ligare ad mortem ſpiritualem, niſi pro re magni momenti, quæ valde Deum aut proximum offenderet: ergo quanuis Motus proprius Pij V. prohibens clericos intereſſe agitationibus taurorum, iuſtiſsimus ſit, vt pręximus, videtur tamen ex ſupradictis non obligare clericos contrauenientes ad reatum peccati mortalis, cùm ipſi interfuerint huiuſmodi ſpectaculis decenter, & honeſtè, in locoque tuto, abſque vllo ſcandalo, cùm tunc non videatur grauis offenſa, quæ ſine ſcandalo & abſq; præiudicio proximi fiat, gratia potius recreationis & voluptatis, quàm contemptus mandati ſuperioris.

19 Pręterea, peccatum mortale (ſecũdũ Ricard. de Sancto Victore in tract. de differẽtia peccati mortalis & venialis) triplici ratione diſtinguitur: mortale eſt, quod non poteſt committi ſine graui læſione proximi: mortale eſt etiã, quod nọ poteſt

committi

committi ſine magno contemptu Dei. Cætera verò omnia videntur venialia, ex quibus verbis iuxta Ricard. ſententiam illud potiſsimum colligitur, grauem ſemper oportere eſſe rem, & vehementer, aut noxiam, aut offenſiuam, circa quam peccatum poſsit mortale committi: modicam verò & leuem proximi offenſionem non eſſe peccatum mortale, ſed veniale, vt ex eo deducit Frater Alfonſ. à Caſtro libr. 1. de poteſta. l. pœnal. c. 5. in. 2. documento.

Denique, quia clerici communiter & publicè adſunt præd. ſpectaculis, nec puniuntur in quam plurimis partibus horum regnorum, ſicque tacita tolerantia videtur eos excuſare, vel quòd in hoc prędi. Motus proprius non ſit receptus: tùm etiam quia ſine ſcandalo intereſſendo in feneſtris ſecreto, vel publice, habitu decēti, atq; honeſto gratia delectationis, ſiue voluptatis, dum tamen de damnis ibi contingentibus nō gaudeant, nō videntur peccare, ſaltem mortaliter: ſecus ſi in foro ipſo vel circo vbi tauri agitantur, ipſi pedeſtres, multoque fortius ſi equeſtres aſsiſtant agitationi taurorum, præmaximé ſi tāquàm laici iacula in tauros inijciant, aliaque ſimilia faciant: hoc enim indecens, atque ab habitu clericali omnino alienum eſt, ſcandalumque manifeſtum ſic præbentes peccabunt proculdubio mortaliter: & ita hanc partem audiui tenere nonnullos viros literis & doctrina conſummatiſsimos, quorū ſententia & opinione quàm plures clerici ſi ſi tauros agitari vident abſque vllo ſcrupulo conſcientiæ: alij verò ſpreto omni timore Dei id faciunt.

His tamen omnibus non obſtantibus, prout verè non obſtant, in præſenti quæſtione ſemper exiſtimaui, atque nunc libenter decerno, clericos habentes beneficia Eccleſiaſtica, vel in ſacris ordinibus conſtitutos vidētes agitationes taurorū, etiam ſecluſo ſcandalo, peccare mortaliter attento tenore Motus proprij Pij V. eiuſq; verbis, ex ſequētibus fundamētis.

20 Primò, quia lex humana iuſta † & de re graui aliquid ſtatuēs, obligat illius tranſgreſſorem in foro conſciētię ad culpam mortalem, aut venialem, iuxta variā legiſlatoris voluntatem, quæ ex varijs ipſius l. verbis conijci poteſt, & nō aliundè, niſi fortè ipſemet legiſlator poſſet de hac re conſuli, & ſua voce exprimere volūtatem, iuxta doctrinam ſancti Thomæ prima ſecundę, quæſtio. 96. art. 5. communiter recepti à Theologis ibidem, & Canoniſtis in. c. 1. de conſtit. ſecūdum Nauar. in Manual. Hiſpan. cap. 23. num. 46. & in Latino nu. 48. probat latiſsimé Alfonſus à Caſtr. lib. 1. de poteſta. l. pœnal. cap. 4. per totum. Supradicta autem conſtitutio prohibens clericos intereſſe taurorū agitationibus, eſt iuſta, bonos mores concernens, & pro re graui, taliique declarata lata, vt conſtat ex principio dict. Motus proprij, ibi, Nos igitur conſiderātes hæc ſpectacula, vbi tauri, & feræ in circo vel foro agitantur, à pietate & charitate Chriſtiana aliena eſſe, ac volentes hæc cruenta turpiaque dæmonū & non hominum ſpectacula aboleri, & animarū ſaluti quantū cum Deo poſſumus prouidere, &c. Conſtatque de voluntate & intentione legiſlatoris ex verbis ipſius volentis contrauentores ad culpam mortalem obligari, vt infra latiùs conſiderabimus: ergo obligat clericos cōtrauenientes ad peccatum mortale.

21 Secundò, hæc pars probatur, quoniam intentio cuiuſlibet legiſlatoris Eccleſiaſtici, vtentis in ſua. l. verbo prędeptiuo, aut prohibitiuo, eſt obligare ad mortalē culpam tranſgreſſorem, niſi per aliquod ſignum vel verbum exprimatur aut ſignificetur contrarium, vt tenet communis in capit. nam concupiſcentiam. de cōſtitut. & probatur in Clement. exiui de paradiſo. §. cùm autem. de verb. ſignifi. quo in loco Pontifex non dicit hoc eſſe peculiare in regula fratrum Minorum, quam ibi interpretatur, ſed ad illius interpretationem præſupponit tanquam ex iure manifeſtum, quod verba ſignificantia præceptum, & verba illis æquipollentia habent vim exprimendi obligationem ad culpam mortalem, per quem tex. hoc tenet Caſtro vbi ſupra cap. 5. in



Ayuntamiento de Madrid

verſi.quicquid in iure canonico.& Nauar.in d.Manual.Latin.c. 23. nu.50. vbi affirmat, quòd vſus Eccleſiaſticus ,& communis interpretatio conciliorum, Pontificum,aliorumque prælatorum & doctorum habet, omnia & ſingula verba præceptiua & prohibitiua poſita in l.Eccleſiaſtica ſignificare,in dubio conditorem eius habere animum obligandi ad mortale,niſi aliud in ea poſitum contrarium indicet,per text.in dict.Clemé. exiui. §. cum auté. Sed dict.Motus proprius vtitur in hoc verbis præceptiuis atque prohibitiuis,vt conſtat ex eodé ibi, Prohibemus & interdicimus, & iterum ibi,Similiter prohibemus,nec adeſt verbum in eo contrarium ſignificans, imò quod enixiùs demonſtret tráſgreſſores obligari ad mortale,vt infra dicemus:ergo clerici videntes taurorum agitationes contra prohibitioné præfatam,peccant mortaliter.

Tertiò, & peremptorié hęc pars ex eo verißima efficitur, atq; irrefragabiliter comprobatur, quòd eiſdem clericis ſub excommunicationis pœna prohibetur in d.Motu proprio,ne eiſdem ſpectaculis interſint:nam veriſsimum eſt in iure, quòd excommunicatio maior(prout in dubio de ea intelligitur, etiam ſi non exprimatur,vt in.c.penul.de ſenten.excó-
22 muni. quod procedit † non ſolum in ſententia excommunicationis prolata à iudice,ſed etiam à iure, quia verba debent intelligi ſecundùm communem conſuetudinem,cap. ex literis. de ſponſal.l.Labeo.ff.de ſupellect.lega.vnde quia communis vſus habet,vt accipiatur de maiori,ſic faciendum eſt,ſecundùm Angel.de Clauaſ. in ſumma verb. excommunicatio.2.n.9.)non debet imponi nec ferri,†
23 niſi pro culpa &peccato mortali,vt in.c. nemo.& in c.nullus. 11. quæſt.3.id quod optimè admonet Leo Papa huius nominis primus in epiſtola 67. ad Epiſcopos
24 per Viennenſem prouinciá cóſtitutos: † eſtq; communis opinio ſecúdum Victoriam in ſua ſumma,titul.de excommunicat.quæſt.5.Quod procedit in ſententia excommunicationis non ſolum à iure, ſed etiam ab homine, nulla ſiquidem eſt infligenda, niſi pro mortali culpa,ſicuti docuerunt Theologi, præcipuè ſanctus Thomas in.4.ſentét.diſt.18. quæſt.2. ad 3.quæſtio.& poſt eum cæteri, & hæc eſt omnium concors ſententia, vt plures referens affirmat D. Couar. in capit. alma mater.1.parte relect.§.9.nu.1.Ergo cùm ſummus Pontifex imponat pœnam excommunicationis clericis prædictis ſpectaculis intereſſentibus,conſequitur maniſeſtiſsimé,eius mentis atque intentionis eſſe, vt contrauenientes clerici culpam mortalem incurrant.

25 Ex quo deducitur manifeſtiſsimè, lege lata,cui adiecta ſit excómunicationis pęna,euidenter colligi, legiſlatoris intétionem fuiſſe obligare tranſgreſſorem ad mortalem culpam,etiamſi verba preceptiua vel æquipollentia in ea non adſint, ſed illa,Decernim',ſtatuimus,ordinam', volumus,ſancimus,&c. aliàs enim ſi legis conditor huiuſmodi intentioné non habuiſſet, iniqué talem pœnam cótra legis tranſgreſſores adiecißet:qua ratione vel lex eſt cenſenda iniuſta( quod minimè eſt dicendum in propoſito)vel inten
26 tio obligádi ad mortalem culpam,† eiuſque obligatio neceſſariò deducitur: excommunicatio enim gladius cenſetur ſpiritualis.cap.dilecto. de ſententia excommunic. c.venerabilem. qui filij ſint legit.& ibbi Abb.notatur in.c.cùm non ab homine,de iudic.& in cap. corripiantur. 24. quæſt.3. vbi ſecundùm Auguſt. nulla in Eccleſia maior pęna eſt quàm excommunicatio,quanuis ex fine ſit medi
27 cinalis,† vt in.c.cú medicinalis.de ſenté tia excómunic.lib.6. tradit latè Couar. in.c.alma mater.in initio. nu.9.de ſenté tia excommunic.libr. 6.& in terminis hanc deductionem de qua ſupra. nu.25. faciunt,atque probant omnes,pręcipuè Caiet. ſuper Thomam prima ſecundæ. quæſt.96.arti.4.& Domin.à Soto in. 4. diſt.22.q.1.art.2.in verſi.ex his ſequitur. Alfonſus à Caſt.d.lib.de poteſt.legis pœnal.d.cap.5.verſi.quicquid in iure canonico. ibi, Si verba talia ſint, & iterum c.12.ibi,Si illa pars legis.D.Couar.vbi ſu

pra

Ayuntamiento de Madrid

pra in verſi. primum ſanč.& Nauar.in d. cap. 23.num.52.Cùm igitur hęc ita ſe ha beant,lexque noſtra Pontificia cõtra cle ricos verbis prohibitiuis vtatur,ſimulq; pœnã excommunicationis adijciat, manifeſtiſsmũ ſit, & à fortiori,clericos vio latores huius conſtitutionis peccare qui dem mortaliter, nihilque aliud expreſſius in propoſito eſſe poteſt quàm hoc. Hocque tertium fundamẽtum cum ſua deductione adeò premit,vt nullã habeat nec habere poſsit ſecuram euaſionem: aſſerere nãque ſupradicta procedere, quã do pœna excommunicationis à iure vel ab homine ipſo facto vel latæ ſententiæ infligitur, ſecus ſi tantùm comminato-

28 ria ſit, † eſt falſum,nullibi ſiquidẽ id pro batur,quinimo contrarium expreſsè tenet Nauar. vbi ſupra cùm Caieta.quem refert, nempe ſuperiora procedere,ſiue pœna excõmunicationis imponatur ipſo iure,ſiue non: colligiturque præterea ex Soto vbi ſupra loquente in commina tione excommunicationis, & Syluestro etiam vbi ſupra, & ratione etiam patet: nam quis pater filio ſuo comminaretur mortem corporalem,niſi pro iniuria,aut ſcelere quod mortem mereretur? quo modo ergo Summus Pontifex pijſsimus Pater,& Eccleſię caput,ChriſtiqueVica rius comminaretur excommunicationẽ quæ mortem ſpiritualem ſupponit, filijs chariſsimis,niſi pro culpa quæ digna eſſet tali pœna?

29 Nec etiam pręſtabit dicere, quòd quoties propter aliquam circunſtantiam & qualitatem actus conſtiterit tranſgreſsio nis culpam,alioquin mortalem,venialẽ eſſe,non eſt locus excommunicationi ca nonis vel iudicis,ſed tantũ quãdo tranſgrediens legem vel præceptum, mortale crimen commiſerit, quia cùm ſententia iuris non ſit iniuſta,poteſt homo ita for mare conſcientiam ſuam,quòd vbi non peccat mortaliter, nũquam incurrit ſen tentiam iuris;quia iniuria dicitur omne id quod non iure fit:non debet autẽ vnde iura naſcuntur,inde naſci iniurię occaſio.l.meminerint.C.vnde vi.quare cũ ſit iniurioſa excommunicatio, quæ fertur ſine mortali,non eſt ſententia iuris, vbi non eſt mortale, & ille ſolus iudicio Eccleſiæ eſt præcidendus, qui iudicio Dei creditur pręciſus: ſed ſine peccato mortali iudicio Dei non creditur præciſus:ergo,&c. vt notant Paludan.in 4.diſtin.18.quæſt.1.artic.2.concluſi.2.& Adrian.in 4.in tract.de clauib. quæſt.3. in verſ.fortaſsis obijcies,& Syluest.in ſumma,verb.excommunicatio.1. notabil.3. prope fin.expreſsius num.11.& eos refe rens D. Couar.vbi ſupra in verſi. ſecundo.Nauar.in Manual Latin.cap. 27.nu. 9.ac proinde in propoſito clericos ſine ſcandalo cauſa recreationis & voluptatis videntes agitationes taurorum,non gaudentes nec lætantes de damnis ibi contingentibus, propter hanc circunſtãtiam excuſari à peccato mortali, quã ſi pie credendum ſit, Summum Pontificẽ hoc caſu loquutum minimè fuiſſe in ſua prohibitione,ſed tantùm quãdo clerici inſolẽter,atque nimis licentioſe, ſicq; cum ſcandalo prædictis ſpectaculis in terſunt. Nam cùm Summus Põtifex motus maxima huius agitationis taurorum deteſtatione,tanquam à charitate & pie tate Chriſtiana alienę,eidemque ſumme noxiæ,generaliter & indiſtinctè omnino prohibuerit ſub pœna excommunicationis prædic.clericos eiſdẽ ſpectaculis intereſſe,conſequitur manifeſtiſsimè, eos obligare voluiſſe ad culpam mortalem, ſi quoquomodo etiam ſine ſcãdalo eiſdem intererint;aliàs enim grauiſsima pœna excõmunicationis impoſita, nec ſimiliter expreſſa prohibitio Pontificis aliquid operaretur,quãdoquidem etiam his deficientibus,ſed tantũ pręd ictis ver bis non pręceptiuis appoſitis, quæ aliàs non obligant ad culpam mortalem, ſed tantùm venialem tranſgreſſores,ratione tamen ſolius ſcandali obligarentur ad culpam mortalem: hoc autem non eſt di cendum,quia eſſet contra ſupra dicta iu ra,ac communem doctorum traditionẽ, & verum ſẽſum verborum: igitur pręd. euaſio ſuſtineri non poteſt,nec eſt alicuius momenti.

30 † Præterea,ea in hunc ſenſum accipienda eſt,vt ex præfatis autho

G 2 ribus

Ayuntamiento de Madrid

ribus colligitur, nēpe vt quoties homo certus eſt non peccaſſe mortaliter cōtra obedientiā Eccleſię, tutam ſubinde conſcientiā habeat, nullam incurriſſe excōmunicationē iuris apud Deum, nec eſſe priuatū Eccleſiæ ſuffragijs, prout intelligit Soto vbi ſupra, in verſi. ſecundū corollariū, & Paluda. & Syluestr. vbi ſupra, dicēs ſecus eſſe in ſentētia hominis, quia interdum tenet, etiam ſi irretiat innocentē, puta quando error non exprimitur in ſententia, quia tūc ligat quoad Eccleſiā, non quoad Deum, vt per ipſum, verb. excōmunicatio. 2. in princi. in 8. caſu. Clauaſ. verb. excommunicatio. 3. nu. 12. Eādem declarationē ſequitur Armilla aurea in ſumma verbo, excōmunicatio. 1. nu. 8. Hoc autē in noſtra quæſtione conuenire minimè poteſt, quandoquidem nulla probabilitas, nō dico certitudo haberi poteſt, quòd intētio ſummi Pontificis fuerit id prohibendi tantùm, quando clerici cum ſcandalo prædictis ſpectaculis interfuerint, non verò aliàs, cùm potius conſtet contrarium ex præfatione cōſtitutionis, à qua cauſa finalis ipſius aſſumenda eſt, vt in. l. fin. ff. de hęred. inſtit. cum ſimilib. nam in dict. præfatione, vt prædiximus, reputantur huiuſmodi ſpectacula à pietate & charitate Chriſtiana aliena, ac tanquam cruēta, turpiaque dæmonum & non hominū ſpectacula vult illa aboleri, itaque malitia ipſa ſolùm eſt in præd. ſpectaculis, abſq; alia accidentali cauſa, & ideò eiſdem intereſſe prohibētur clerici: ergo etiam deficiente ſcandalo in intereſſentia huiuſmodi clericorum committitur peccatum mortale: & quāuis ex declaratione ſæpè dicta Greg. XIII. liceat in diebus non feſtiuis tauros agitari, clericis tamen nulla indulgētia in hoc conceſſa fuit, ſed imò in eiſdē remanſit in ſuo robore prohibitio Pij V. vt eſt prædictum.

31 Quartò & vltimo hęc noſtra ſententia comprobatur ex alia Syluestri verb. excōmunicatio. 1. nu. 11. dicentis, quòd etſi ſentētia excommunicationis à iure, vel ab homine infligi nō poſsit, niſi pro peccato mortali & in contumacem, vt eſt prædictum atque id certiſsimum, hoc tamen intelligitur, quando quis excommunicatur propter culpam pręteritam, vel præſentem, ſecus verò ſi pro re futura, à qua prohibetur ſub pœna excōmunicationis comminatoria, vel latæ ſententiæ, tunc enim non oportet illud eſſe in ſe mortale, imò nec veniale: peccat tamen mortaliter, qui contra facit, ratione præcepti incluſi. Idem eſt quando ponitur excommunicatio contra illud, quod de ſe non eſt malum, vt quòd ante annū profeſsio non recipiatur in mendicantibus, quia tūc ſufficit, quòd actio aliàs licita rationem habeat inobedientiæ: ita etiam Syluester vbi ſupra, in verſi. quòd intelligo.

32 Hoc tamen dictum Syluestri, quanuis corruere videatur ex tertio fundamēto ſupra adducto, & his præterea, quæ eidem adiecta fuere, cùm de iure ſit veriſsimum indiſtinctè pœnam excommunicationis, ſiue à iure, quod pro re futura prædi. pœna vtitur, non verò pro præterita nec præſenti, ſiue ab homine, ferri nō debere niſi pro mortali culpa: attamē ſi res, quæ leue aut nullum eſſet peccatū, pręcepto iuſto prohibeatur, mortale erit peccatum contrarium agere, quia ipſo præcepto facta eſt res illa materia neceſſaria virtutis obedientiæ: mortale autem eſt agere contra materiam neceſſariā alicuius virtutis, veluti cùm prælatus præcipit diem feſtū agere alicuius ſancti, aut vigiliam ieiunare de nouo: nam ante præceptum nullum erat peccatum, poſteà verò mortale peccatum eſt.

33 Ex quibus rectè infertur ad noſtrum propoſitum, vt quanuis eſſet res leuis clericos intereſſe huiuſmodi ſpectaculis taurorum, attamen propter inobedientiam præcepti ſuperioris, & contrauentionem pœnæ excommunicationis impoſitæ contrarium facientibus, peccabunt mortaliter: & cùm ſummus Pontifex prius diſpoſuerit materiam, eamque aptam fecerit exiſtimando grauem, vt pro ea tanquam pro mortali culpa contraueniens excommunicari poſſit, ſicque poſtea in deciſione ſub pœna excommuni-

Ayuntamiento de Madrid

communicationis id prohibuerit, remanet res proculdubio contra clericos in hoc articulo, vt mortaliter peccent contrafacientes.

Præmaximé, quia quoties ſuperior motus aliqua iuſta cauſa aliquid præcipit, vel prohibet faciendum, licet illud in ſe ante præceptum non ſit culpa mortalis nec venialis, attamen aliqua rationabili cauſa motus id pręcepit vel prohibuit ſub pœna excommunicationis, tunc etſi excommunicatio non cadat ſuper culpa ante præceptum mortali, attamen quum iam ſit facta materia præcepti, eo ipſo ſit materia neceſſaria alicuius virtutis, cùm antea non eſſet & ideò contraueniens ex inobedientia peccabit mortaliter: & in terminis hanc noſtram ſententiam principalem, quanuis eam non ita fundet, ſed ſimpliciter in pœna excommunicationis impoſita, alijſque leuibus rationibus, probauit poſt dict. Motum proprium Pij V. F. Ludouic. Lopez in ſuo inſtructor. conſcientiæ. 2. part. capit. 32. colu. 235. * & Petrus à Nauarr. lib. 2. de reſtitut. c. 3. num. 302. cum ſeqq. & ante eum D. Spino in ſuo ſpecul. teſtamen. gloſ. 2. nu. 28. & 29. *

Non obſtāt modò adducta pro contraria parte, quia primū de leui materia iam ceſſat, quandoquidem Summus Pontifex Pius Quintus eam grauem, atque ad pœnam excommunicationis imponendam ſufficientem eſſe declarauit, atq; iudicauit, vt eſt prædictum.

Non etiam obeſt, quòd clerici communiter intereſſe ſoleant prædictis ſpectaculis, & ſic quòd tolerantia videatur eos excuſare: nam reſpondeo, non inde conſequi, eſſe licitum, cum ſit expreſsè prohibitum: nam ita etiā videmus, furta, adulteria, fornicationem, homicidia, & alia ſimilia eſſe tam iure diuino quàm poſitiuo prohibita, & nihilominus ſæpiſſimè perpetrantur. Præterea frequenter vbique clerici puniuntur ob id, quod taurorum agitationi interſint: ergo quāuis quandoque non puniantur, non ob id cenſetur eidem motui proprio derogatum, nec tacita diſsimulatio inferiorum clericis quicquam prodeſt ad excuſationem obſeruantię pręcepti ſuperioris & peccati mortalis, quod ob violationem pręcepti eiuſdem incurrunt: nec etiam poſſunt allegare, quòd dict. Motus proprius non fuerit receptus, contrariū ſiquidem eſt verius, quandoquidem fuit receptus, eſtque iam diu conſuetudine obſeruatus, & virtute eius plurimi clerici eidem contrauenientes ſunt puniti, atque quotidie vbique puniuntur, quoties iudici denuntiatur: nec quòd clerici videant agitationes taurorum abſque ſcādalo quid præſtat, ſcandalum enim ſi adſit, augebit peccatum, quòd ſi deficiat, remanebit peccatū mortale, quod ex inobedientia præcepti pœnalis excommu-
34 nicationis committitur, † vt eſt prędictum: imò ſi occultè mutatis veſtibus, facieque tecta clericus interſit taurorum agitationi, maiorem cauſam præbebit ſcandali illis qui eum agnouerint, grauiuſque peccabit, quòd non ſolùm agat contra hoc præceptum, ſed quòd etiam ſe perſonare auſus eſt contra canonum pręcepta, & rarò adeo occultè hoc fit, nec fieri poteſt, quin pluribus innoteſcat: tandem fit fraus legi iuſtæ, adhucque ratio finalis prohibitionis ſupra expenſa militat hoc caſu: peccabunt igitur clerici mortaliter agitationi taurorum hoc etiam modo intereſſentes. Nō obſtat deniq; illud de lege & politia humana, quę nunquam ob leuem culpam obligat ad mortem corporalē, ergo nec ſpiritualis: quoniam hic non adeſt leuis culpa, ſed grauis, vt ſuperius deduximus, ex quo etiam diluitur vltimum, quod pro priori parte fuit adductum fundamentum ex doctri. Ricar. de S. Victore, circa diſtinctionē peccati mortalis à veniali, quandoquidem in propoſito conſtat ex verbis pręceptiuis & adiectione pœnæ excommunicationis de intentione legiſlatoris volentis obligare trāſgreſſores ad culpam mortalem, vt ſupra probauimus ſufficienter.

35 Præterea illa diſtinctio Ricar. nō eſt vſquequaq; tuta nec certa, alij enim aliter in hoc diſtinguūt, ꝓut facit Sylue in ſū.



Ayuntamiento de Madrid

verb. peccatum. n. 3. & cæteri Summiſtę. Quinimo periculoſũ eſt decidere, quòd quid tale ſit in particulari peccatũ mortale, necne, ſi authoritas expreſſa ad id nõ adſit, vt ex S. Thom. in quodlib. 9. arti. 5. & Maior. in. 4. diſt. 15. q. 6. colu. 5. refert Nauar. in Manual. Hiſpan. c. 27. nu. 269. Remanet igitur ex ſupradictis ſatis ꝓbata noſtra hæc ſecunda & tenẽda ſentẽtia, quòd clerici intereſſentes taurorum agitationibus in circo vel in foro, quanuis honeſtè & in loco tuto atque ſine ſcandalo, peccent mortaliter, & ita reſoluimus, atq; definiuimus omnes Theologi, & Canoniſtæ huius admodum illuſtris, atque antiquiſsimi capituli Eccleſiaſtici Ciuitatẽſ ad inſtantiam & requiſitionẽ eiuſdem capituli, pro reſcribendo epiſtolę capituli Placentini, quæ ad nos fuit delata cõſultationis ſuper hoc dubio: & ita reſponſum eſſe à maiori parte doctorum vniuerſitatis Salmãtinæ mihi renũtiauit illuſtriſsimus illius ciuitatis Pręſul Dominus Hieronymus Manrique.

Hæc cum ęquo animo & veritate duce ſcripta eſſent, ita hodie approbata ſunt à Sanctiſsimo D. N. D. Sixto Quinto, ſummo Pontifice, Breui ſuo præfato Illuſtriſſimo Præſuli Salman. directo in hũc modum Venerabili fratri Epiſcopo Salmantic. Sixtus Papa V. Venerabilis frater, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. †

36 Nuper ſiquidem ad noſtram notitiã peruenit, quòd alias poſtquàm felic. recordat. Pius Papa V. prædeceſſor noſter, ſua perpetuò valitura conſtitutione ſpectacula & ludos taurorum prohibuerit, ac tam laicis, quàm clericis ſecularibus, & quorumuis ordinũ regularibus, ne eiſdem ſpectaculis, & ludis intereſſent, ſub certis inibi contentis pœnis interdixerat; & deinde piæ memoriæ Gregorius P P. XIII. etiam prędeceſſor noſter, per quaſdam ſuas deſuper confectas literas, prædictam conſtitutionem & pœnas in ea contentas, clericos tam ſeculares quã regulares, non tamen laicos, & milites quarunq; militiarũ ſacris ordinibus non initiatos comprehendere declarauerat, prout in conſtitutione ac literis prædictis pleniùs continetur; nonnulli vniuerſitatis ſtudij generalis Salmantin. præceptores, tum ſacræ Theologiæ, tum Iuris ciuilis profeſſores, non ſolum agitationibus taurorum, & ſpectaculis prædictis ſe oſtentare non verentur, ſed etiam clericos in ſacris ordinibus conſtitutos, dum agitationibus, & ſpectaculis prædictis contra præd. conſtitutionem interſunt, nullum reatum committere, ſed licitè illis adeſſe poſſe aſſerunt, atque publicè in ſuis lectionibus docent: vnde multi tuæ diœceſis clerici contra conſtitutionem, & literas pręd. licet à te ſuper illarum obſeruatione, etiam propoſitis edictis requiſiti, atque coacti fuerint, eiſdem ludis intereſſe non deſiſtunt. Nos vt Romanorum Pontificum præcepta, prout decet, inuiolabiliter obſeruentur, prouidere volentes, fraternitati tuæ, etiam tanquam noſtro & ſedis Apoſtolicæ delegato liberam facultatem atque authoritatem tribuimus, vt tam præd. præceptores ne aliquid contra conſtitutionem, & literas prædictas, docere, ſeu aſſerere, quã quoſcunq; clericos in eiuſdem Greg. prædeceſſoris literis comprehenſos, ludis, ſeu agitationibus, ac ſpectaculis prædictis aliquo modo intereſſe audeant, ſeu prę ſumant, Apoſtolica authoritate monendi, ac illis præcipiendi atq; mandandi, necnon contra inobediẽtes, cuiuſcunq; qualitatis fuerint, ipſis priùs etiam per edictum publicũ, conſtito ſummarie & extraiudicialiter de nõ tuto acceſſu, citatis, ac vt pareãt ſub ſentẽtijs & cẽſuris Eccleſiaſticis, etiã pecuniarijs pœnis moderandis & applicãdis, requiſitis, ad incurſus cenſurarum & pœnarum huiuſmodi declarationem, & executionẽ, omnibus & quibuſcunque neceſſarijs & opportunis tibi viſis remedijs procedendi, & quicquid decreueris, & mandaueris exequendi, ac totali executioni vſque ad omnimodam paritionem demandandi, omni & quacunque appellatione ac recurſu & reclamatione poſtpoſitis: inuocato etiã ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis, non obſtantibus cõſtitutionibus & ordinationibus

Apoſto-

Ayuntamiento de Madrid

Apoſtolicis,ac dictæ vniuerſitatis ſtatutis & conſuetudinibus, etiam ab immemorabili tempore pacifice obſeruatis, ac iuramento,confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque,indultis,& literis Apoſtolicis contra premiſſa conceſsis,approbatis & innouatis, &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub annulo piſcatoris,die 14. Aprilis 1586. Pontificatus noſtri anno primo.

Deinde 17. die menſis Iunij eiuſdē anni, idem Hieronymus Salmant. ſuum publicum edictum & monitorium iuxta tenorem d. Breuis Apoſtolici,ac cum eius inſertione,decreuit tāquam ordinarius, & etiam tanquam delegatus Apoſtolicus, aduerſus omnes & quaſlibet perſonas Eccleſiaſticas,quibus prædi. literis ac mādatis Apoſtolicis Pij V. & Gregorij XIII. prohibitum exiſtit ſpectaculis & ludis taurorum adeſſe,ne ipſis interſint, & in omnibus adimpleant atque obſeruēt eaſdem prohibitiones & conſtitutiones Apoſtolicas ſub pœna excommunicationis maioris,& alijs condignis pro modo culpæ. Inſuper & omnibus lectoribus & cathedraticis eiuſdem vniuerſitatis,tam laicis, quàm clericis ſecularibus,& regularibus ne in poſterū dicant,vel doceant prædict. clericos poſſe aſsiſtere prędict. ſpectaculis videreque ludos taurorū ſine reatu peccati,nullo modo,nec forma nec aliqua cautela: quòd ſi id docuerint,conſuluerint,vel aliquo modo publicauerint id emendent ac declarent, ita vt huiuſmodi pernicioſa opinio penitus à republica eradicetur ſub prædictis pœnis,abſolutionem prædi. cenſurarum ſibi, vel ſuperiori ſuo reſeruauit.

37 Ex quo nouiſsimo breui Apoſtolico plura notabilia colliguntur. Primo,iam hodie non eſſe dubitandum de obſeruantia motuum propriorum Pij Quinti,ac Gregorij XIII. Summorum Pontific. ſuper agitatione taurorum latorum,ſed omnino eſſe obſeruandos, non admiſſa tacita tolerantia,nec conſuetudine in contrarium.

38 Secundò, clericis cōprehenſis in dictis literis Apoſtolicis nullo modo licere intereſſe prædictis ludis & agitationibus taurorum: quo fit,nec ſine ſcandalo,etiā mutatis veſtibus, publicè, nec ſecreto, nec alio quouis modo id eis licere.

39 Tertiò,nulli præceptori licere aliquid docere vel aſſerere contra conſtitutionem & literas prædict. Apoſtolicas. quo fit,vt nullo modo licitum hodie ſit eiſdem dicere,licitè vel ſine peccato clericos poſſe intereſſe taurorum agitationibus,dūmodo ſine ſcandalo adſint. Quinimo cùm non debeant aliquid dicere contra præfatam conſtitutionem,conſequitur debere fateri,peccare mortaliter clericos contra ipſius prohibitionē taurorum agitationibus intereſſentes,cùm ex contrario ſequeretur iniuſtam eſſe prædictam conſtitutionem comminantem grauiſsimam pœnam pro leui culpa: tùm etiam,quia ſi aliud dicerent, aliquid docerent vel aſſererent contra eandem; quod eſt prohibitum. Tùm,quia cùm tam grauis pœna ſententiæ excommunicationis maioris ſit impoſita,quanuis non ipſo facto incurrenda, clericis contrarium facientibus,& præterea inobedientia tam iuſti mandati ſuperioris ſupremi interueniat, nullo modo faſe. rit dicere contrauenientes mortaliter non peccare.

40 Quartò,prefatum Hieronym. Epiſcopū Salmant. rectè procedere poſſe iuxta tenorē breuis aduerſus clericos & præceptores aliquid contra præfatam cōſtitutionē & literas Apoſtolicas facientes,docentes,vel aſſerētes reſpectiuè,præmiſſa monitione,quā ſuo edicto generali præfato prōmulgauit.

41 Quintò addo,dict. breue Apoſtolicum minimè ſuſtuliſſe alijs ordinarijs in ſuis diœceſibus facultatem & authoritatem procedendi contra clericos prædi. agitationibus, & ludis taurorum intereſſentes à Pio V. ſua conſtitutione conceſſam,quinimo eam confirmat, atque obſeruari vult,vt conſtat ex illis verbis,Nos vt Romanorum Pontificum præcepta,prout decet, inuiolabiliter obſeruentur,prouidere volentes,&c. & vt



Ayuntamiento de Madrid

melius obſeruetur,committit Epiſcopo Salmant. vt monitis priùs præceptoribus,ne aliquid contra præfatam conſtitutionem & literas Apoſtolicas docere vel aſſerere præſumăt, & clericis,ne eiſdem ludis,& agitationibus taurorum ali quo modo interſint,aduerſus inobedientes ſub ſententijs, & cenſuris Eccleſiaſticis,etiam pecuniarijs pœnis moderandis & applicandis,procedat, &c. Quo fit vt ſinguli ordinarij in ſuis diœceſibus vigore facultatis ſibi conceſſæ à Pio V. & Gregor. XIII. poſsint aduerſus clericos præd. ſpectaculis taurorũ quoquomodo intereſſentes,comprehenſos in literis Apoſtolicis eorundẽ Pontificum,procedere,imò ad id teneri,vt tam ſancta, & ſalubria animabus fideliũ præcepta ſuperiorũ exequantur:præmittere tamen deberent generale edictum monitorium in valuis Eccleſię Cathedralis affigendum, vt nunc præcepit Summus Pontifex Sixtus Epiſcopo Salmăt. in prẹfato ſuo Breui,quo ipſe Epiſcopus vſus fuit,vt deinceps omnes clerici à ſimilibus ſpectaculis præcaueant.

42 Poſſet tamen moderari ſuperior noſtra principalis ſententia,quoties clerici exiſtentes in ſuis domibus,vel in alijs circũ uicinis,vel etiam in callibus eiuſdem vicinitatis,vel in ſuis Eccleſijs, vel alibi extra forum vel circum vbi tauri agitătur, illac contingit tauros tranſire,tũc enim eos videndo non exiſtimo peccare mortaliter,quia non ſunt inobedientes,nec contraueniunt motui proprio de hac re agenti,alio tamẽ caſu & loco,quàm hoc prohibente clericos agitationibus taurorum intereſſe,ſicque propter hăc circũſtantiam & qualitatem actus,quæ diuerſum caſum à prohibito conſtituit, conſtat tranſgreſsionis culpă,alioqui mortalem,non eſſe huiuſmodi,& ideò non eſſe locum excommunicationi præfatæ, quæ non incurritur niſi ob culpam mortalem: hic autem caſus eſt præter intentionem legiſlatoris:ergo non obligat ad culpam mortalem,ex ſupradictis in verſic. nec etiam prẹſtabit dicere. nume. 29. niſi ipſi clerici per calles ex propoſito tauros agitarẽt,& conſultò illic ob id intereſſent,vt viderent eos ab alijs agitari, tunc enim ratione ſcandali & periculi, cui ſe exponunt,peccarent mortaliter.

43 Quinimo ſi clericus habeat domum ſuæ habitationis in foro, vel in circo vbi tauri agitantur, etiam ſi ſemel, atque iterum vel pluries domo ſua recluſus caſu videat taurum agitari, dummodò ex propoſito & cum mora id non fiat, ſed potiùs ex negligentia quadam,non peccabit mortaliter,quia iure ſuo vtitur domi exiſtendo , nec tenetur illic oculos claudere,aut in occulto & abſcondito ſe reponere,ne omnino cuſpides tauri videat: quanuis melius faceret ſi ab illius cubiculi ingreſſu, quo feneſtræ in foro vel circo,quo tauri agitantur, exeunt, ſe illo tẽpore abſtineat. Hęc ſic dicta forevellem,vt nullo modo,vel in minimo, aliquid aſſerere vel docere videar contra præfatam conſtitutionem & literas Apoſtolicas , eo enim ſum libentiſsimo animo, vt in omnibus eiſdem paream, atque ſedis Apoſtolicæ mandatis obtemperem , quibus ſemper deditiſsimus fui & ero,tanquam filius obedientiæ: quòd ſi in aliquo forſan ſuperiores noſtrę moderationes contrariæ prædictis literis Apoſtolicis ſunt, vel aliquo tempore eſſe apparuerint,eas ſtatim reuoco,vt ac ſi

44 non dicta fuiſſent, habeantur.* † Poſt huius operis primam editionem ſanctiſſimus D.N. Clemens Papa VIII. hanc, quæ ſequitur,fecit declarationem.

Clemens Papa VIII. Ad futuram rei memoriam. Suſcepti muneris ratio poſtulat,vt quæ à Romanis Pŏtificibus prędeceſſoribus noſtris ad animarum ſalutem piè ac prudenter ſtatuta fuerăt,cùm ad illarum perniciem aliquo pacto redundaſſe conſtiterit,de his pro locorum ac temporum conditione, vt decet immutandis,matura conſultatione adhibita cogitemus. Priſca ſiquidem illa conſuetudo, qua varia ludorum genera ſtatis anni temporibus ad publicam lætitiă populo ſpectanda proponebantur,in diuerſis quoque Chriſtiani nominis prouintijs olim vſurpabatur , quorum illi

inter

Ayuntamiento de Madrid

inter præcipuos erant, in quibus armati milites cum feris beſtijs ad virium,& audaciæ oſtentationem congrediebantur. Quod in Hiſpaniarum ſanè Regnis, vbi taurorum agitationes fieri conſueuerāt, adeò receptum fuerat,vt ad illarum ſpectacula omnium ferè ordinum homines conuenirent. Quoniam verò fel. record. Pius Papa V. prædeceſſor noſter ex eiuſmodi congreſsibus, & ſpectaculis,non modò corporum, ſed animarum pericula frequenter oriri acceperat, de ſalute gregis Dominici ſolicitus, vt illis quantum cum Domino poterat, occurreret, perpetua ſua conſtitutione omnibus & ſingulis Principibus Chriſtianis, alijſque perſonis in eadem conſtitutione tūc expreſsis, ſub excommunicationis,& anathematis pœnis,ipſo facto incurrendis prohibuerat,ne in ſuis prouintijs, terris, oppidis, ac locis, huiuſmodi ſpectacula, vbi tauri, & aliæ feræ agitabantur, fieri permitterēt:militibus quoque,cæteriſque perſonis alijs, ne cum ijs congrederētur interdixerat, & ſi in congreſſu occumberent, vt Eccleſiaſtica ſepultura carerēt, ſanciuerat. Clericis demùm, tàm regularibus, quàm ſecularibus, beneficia Eccleſiaſtica obtinētibus, vel in ſacris ordinibus conſtitutis, ſub excommunicationis pœna, ne eiſdem ſpectaculis intereſſent, ſimiliter vetuerat. Et Deinde piæ memor. Gregorius Papa XIII. & prędeceſſor noſter,chariſsimi in Chriſto filij noſtri Philippi, Hiſpaniarū Regis Catholici,qui regnorum ſuorum vtilitate, quæ ex ea taurorum agitatione prouenire ſolita erat, motus id ſibi ſupplicari fecerat, precibus inclinatus, excōmunicationis, anathematis, aliarumque Eccleſiaſticarum ſententiarum, & cenſurarū in ipſius Pij prædeceſſoris conſtitutione contentas pœnas in eiſdem Hiſpaniarum regnis, quoad laicos & fratres milites tantùm, quarumcunque militiarū,& præceptorias, ac beneficia ipſarum militiarū pro tempore obtinen. modò dicti fratres milites,ſacris ordinibus initiati non eſſent, & agitationes taurorū feſtis diebus non fierēt,& per eos,ad quos ſpectabat, prouideretur,ne inde alicui⁹ mors,quoad fieri poſſet,ſequeretur, abſtulerat, & amouerat,aliaq; circa pręmiſſa neceſſaria,& opportuna ſtatuerat,& decreuerat,ſicuti in ſingulis literis dictorum prædeceſſorum, quarum tenores præſentibus pro expreſsis haberi volumus, Kalend. Nouembris Pontificatus ſui anno ſecūdo, necnon vigeſimaquinta menſis Auguſti, anni M. D. LXXV. Pontificatus item ſui anno quarto, expeditis latiùs continetur. Cæterùm, quia, ſicut idem Philippus Rex nobis, & per literas, & per dilectum filium nobilem virum Antonium, Sueſſæ Ducem, ſuum apud nos Oratorē, nuper expoſuit, vſu compertum fuit, pœnas in eiſdem Pij prædeceſſoris literis expreſſas, graues quidem illas, & timendas, nondum tamen (quod ſanè optandum fuerat) præfatos congreſſus & ſpectacula in eiſdē regnis Hiſpaniarum ſuſtuliſſe, tū propter antiquum eius gentis morem, quo milites,tùm equites,tùm pedites,ita congredientes ad bellica munera acriores redduntur;tùm ob inſita,quaſi à natura, vniuerſis eius regionibus hominibus eorumdem congreſſuum, & ſpectaculorum cupiditatem, qua adeò tenentur, vt niſi vi maxima ab illis arceri poſsint: & cùm,ſicut eadem expoſitio ſubiungebat, quàm plurimi in eiſdem Hiſpaniarum Regnis in cenſuras & pœnas præfatas inciderint, in eaſque paſsim incidant,& ob id grauiora,quam anteà peccata, ſuadēte humani generis hoſte, ibidem perpetrentur,ita vt quæ ad medellam & ſalutem parata fuerant, in duriorem morbum conuerſa, ad perniciē inualeſcant: iccircò idem Philippus Rex nobis ſupplicari fecit, vt in præmiſsis prouidere ex benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos conſiderantes, pœnas omnes,excommunicationis præſertim & anathematis, ſalutares eſſe debere, quòd eo conſilio adhibendæ ſint, vt omnes illarum timore perterriti, eas res, quæ prohibentur, omninò euitent: & animaduertentes, commemoratas cen-

ſuras,& pœnas, parum in dictis Hiſpaniarum Regnis hactenus profeciſſe, atque hoc tempore non ſolùm animabus non mederi,ſed plurimum obeſſe,quinimò materiam ſcandali pleriſque afferre,his ſanè malis,ac periculis pro debito paſtoralis officij, quantum cum Domino poſſumus, occurrere cupientes, authoritate Apoſtolica tenore præſentiũ excommunicationis, atque anathematis, cæteraſq; pœnas in dictis literis contentas,quoad omnes in illis expreſſos,in regnis Hiſpaniarum duntaxat, monachis, & fratribus mendicantibus, cæteriſque cuiuſcunque ordinis, & inſtituti regularibus exceptis,tollimus,& amouemus, eaſdemque Pij prædeceſſoris literas ad terminos iuris communis,cui per præſentes nõ intendimus in aliquo derogare,perpetuò reducimus, ac reſtituimus,reductaſque,& reſtitutas eſſe decernimus, & declaramus, non obſtantibus præmiſsis, necnon cæteris conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, alijſque contrarijs quibuſcumque. Volumus autem, vt huiuſmodi taurorum agitationes in eiſdem Hiſpaniarum regnis feſtis diebus nõ fiant,& per eos, ad quos ſpectat,prouideatur,ne inde alicuius mors, quoad fieri poterit, ſequatur. Clericos verò ſeculares,beneficia Eccleſiaſtica obtinentes, vel in ſacris ordinibus,ſeu in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutos,in dictis Hiſpaniarum regnis exiſtentes,per præſentes monemus,& hortamur in Domino, ne paterna hac noſtra, & Sedis Apoſtolicæ benignitate abutantur,ſed memores muneris & vocationis ſuæ, eam vtriuſque ratiõe habeant, vt nihil quod à propria dignitate, & à ſua cæterorumque ſalute alienum exiſtimetur,vllo vnquam loco admiſiſſe arguantur. Datum Romæ,apud ſanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die decimatertia Ianuarij, milleſimo,quingenteſimo nonageſsimo ſexto, Pontificatus noſtri anno quarto.

Locus † annuli Piſcatoris.

M. Veſtrius Barbianus.*

*SVMMARIVM.*

1 *Locatio rerum Eccleſiæ vltra triẽnium eſt prohibita ſub varijs poenis per Paulum Venetum Pontificem maximum.*

2 *Lex ad hoc vt valeat, atque ligat, neceſſariũ eſt,vt ab initio fuerit recepta.*

3 *Legem tunc dicitur non fuiſſe receptam,quando Principe ſciente per aliquos actus contrarios excluditur,eo autem ignorante, vbi per decennium lex negligitur, nec vllo pacto admiſſa fuerit.*

4 *Extrauagans, ambitioſæ, de rebus Eccleſ. non alienan. Pauli Veneti eſt ſeruanda, vbi fuit à principio recepta.*

5 *Iure antiquo res Eccleſiæ ad modicum tempus, hoc eſt intra decennium,locari poterant.*

6 *Extrauagans,ambitioſæ,de rebus Eccleſiæ alienandis,an ſit in vſu, & nu. 7.*

8 *Apud Hiſpanos dubium eſt,an præd. extrauaganti ſit derogatum, quandoque enim admiſſa eſt, quandoque neglecta.*

9 *Standum eſt in hoc conſuetudini loci, ſiue prouinciæ, vt in quibus locis ipſa extrauagans recepta ſit, & quoad id,in quo recepta fuerit,ſeruetur: in alijs verò partibus, vbi ipſa in totum, vel in parte recepta non fuerit, vel contrarium obſeruatum, obſeruantiæ huiuſmodi, & legitimæ cõſuetudini ſtetur.*

10 *Legitima conſuetudo in propoſito erit quadragenaria,cum ſuis requiſitis.*

11 *Ciuitateſi à tempore immemoriali prædia, & fundi mẽſæ capitularis, atque fabricæ eiuſdem Eccleſiæ,ad nouem annos locantur.*

12 *Idem in Caurienſi ciuitate.*

13 *Fundi, & res Eccleſiæ, ſi eius ſint conditionis, vt ex eiſdem quolibet triennio vnicus tãtùm fructus percipiatur, poterunt in nouem annos locari.*

14 *Extrauagans præd. an habeat locum, & procedat nõ ſolùm in bonis Eccleſiarum, ſed etiã in locatione fructuum, ſiue redditũum beneficiorum? & nu. 15.*

16 *Beneficia ſunt bona Eccleſiaſtica.*

## CAPVT OCTAVVM.

Extrauagans, ambitioſe, de rebus Eccleſiæ non alienandis,in-

ter

Ayuntamiento de Madrid

ter extrauagantes communes
declaratur.

1 PAulus Venetus Papa ſecundus,
anno Domini 1468. Caled. Mar-
tij, omninò prohibuit locationẽ
& conductionem rerum Eccleſiæ vltrà
triennium, varijs adſcriptis pœnis, &
inter eas annullationis actus, & excom-
municationis cenſura, tàm in alienantẽ,
quàm in recipientem, vt in præfata ex-
trauagant. continetur.

2 Sæpè tamen vidi in praxi dubitari, an
fuerit recepta, vel ſi fuit recepta, an dein
de contraria fuerit conſuetudine ſubla
ta? neceſſariũ namque eſt ad hoc, vt lex
valeat, quòd ab initio recipiatur, aliàs
nullam vim obtinet, vt in cap. in iſtis. §.
leges. 4. diſtinct. vbi Dominicus notat
leges à Principe dari ea conditione, &
intentione, vt nõ aliter obligent, quàm
ſi fuerint à Republica receptæ: ad idem
l. de quibus. ff. de legibus. gloſſa in capi-
tulo. 1. de tregua, & pace. & Iaſ. in. l. rem nõ
nouam. §. patroni. C. de iudic. tradit be-
ne Silueſter in Summa, verb. lex. nume
ro 6. per totum. eſt communis ſecũdùm
Didacum Couar. libro 2. variarum reſo
lut. cap. 16. nu. 6. in verſic. quinto ſunt,
&c. ſic itaque videmus quàm plures le-
ges huius regni non eſſe in vſu, imò con
trarium in praxi eſſe introductum, quia
ab initio non fuerunt receptæ à ſubdi-
tis: quamuis enim lex ſemper ſit in viri-
di obſeruantia, vt in. l. Arriani. C. de hę-
ret. & Manic. attamẽ hoc fallit, ſi ab ini-
tio non fuerit recepta, per ſupradicta.

3 Quatenus autem attinet ad noſtram
extrauagantem, vbicumque non fuerit
recepta, manifeſtum eſt non eſſe ſeruan-
dam: & tunc dicitur legem nõ fuiſſe re-
ceptam, quãdo, Principe ſciente, per ali
quot actus cõtrarios excluditur, eo au-
tem ignorante, vbi per decennium lex
4 negligitur, nec vllo pacto † admiſſa fue-
rit, ſecundùm Imol. & Felin. num. 13. in
dict. cap. 1. de tregua, & pace. & Iaſ. in di
cto §. patroni. quos refert, & ſequitur
Couarruuias vbi ſuprà, & in terminis di
ctæ extrauagant. eam eſſe ſeruãdam, vbi
fuit à principio recepta, ſicut in ciuitatẽ
& diœceſi Florentina, tenet Anton. de
Petr. in tractatu de iuriſd. Epiſcop. cap.
2. volum. 2. tract. num. 10. & ſequent. fo
lio 201. Teſtatur tamen in multis locis,
præcipuè in diœceſi Imolenſi, & alibi, à
principio nõ fuiſſe receptam vt ius ſcri-
ptum: idem, quòd liget omnes, ſi vſurece
pta ſit, affirmat Albert. Troci. de vero
& perfect. cleric. cap. 50. lib. 2. num. 9. vo
lum. 2. tract. diuerſ. doct. fol. 254. At in
propoſito non conſtat, quòd recepta nõ
fuerit: quinimò contrarium præſumen-
dum eſt, cum ſit lex iuſta, & pro maiori
parte recepta, vt ex infrà allegandis pa-
5 tebit. ¶ Vnde recurrendum eſt ad alte-
rum aſylum, an poſtquã fuerit recepta,
contraria cõſuetudine ſit ſublata, ita vt
in hoc antiquum ius ſit ſeruãdum, nem-
pè cap. nulli. de rebus Eccleſ. non alien.
Clement. 1. eodem titul. vbi res Eccleſiæ
locari non poſſunt ad longum tempus,
ſed ad modicũ, hoc eſt, intra decenniũ,
vt ibi notant gloſſ. & Doct. Couarruu.
latè dicto cap. 16. num. 1. quinimò Con-
cil. Trident. irritat locationes rerum Ec
cleſiæ ad longum tempus factas, vt pa-
tet in ſeſsio. 25. cap. 11.

6 Qua in re Bertach. in tract. de Epiſc.
36. quæſt. volum. 2. tract. diuerſ. doct. fo
lio 178. nu. 109. in fin. inquit, quòd præ-
fata conſtitutio vbique ſeruatur, & eſſe
in obſeruantia teſtatur Auend. lib. 1. ca-
pit. 4. præto. num. 40. dicẽs, quòd quo-
tidie emanant literæ Apoſtolicæ de ea
mentionem facientes, & de eius obſer-
uantia monentes, & aliàs, quibus idem
derogatur: ergo ſi non eſſet admiſſa, nõ
eſſet neceſſarium eidem derogare: argu-
ment. l. decem. ff. de verbor. obligat. &
cap. ad diſſoluendum. de deſponſat. im-
* pub. * & eam fuiſſe vſu receptam, & ob-
ſeruari, affirmat Petrus Benint. deciſ. 13.
nu. 9. & eum referens Beccius conſi. 92.
num. 11. lib. 1. dicens, ſe vidiſſe obſeruari
in Senatu Montiſferrati. *

7 Rurſus, Silueſter in ſua Summa, verb.
alienatio. numero 15. inquit, nõ eſſe mo-
ribus vtentiũ receptam. Idem in aliqui-
bus teſtatur idem Silueſt. verb. excõmu-
nicatio.

Ayuntamiento de Madrid

nicatio.7.nu.83.& de eius valore & obſeruantia videtur dubitare Trocius de profeſsio. cleric.c.50. in fine. & Caieta. in ſua Summa.cap.75. de excommunicatione,ad finem.inquit, Notādum, quòd hæc decretalis non eſt recepta vbique, & quòd alicubi videtur recepta non taliter,ſed quoad aliquid, ideò vbi non eſt recepta,& ſimiliter quantum ad illud,in quo alicubi non eſt recepta, neminem damnes, eo quòd niſi conſenſu vtentiū lex fuerit firmata,pro non lege habetur: admonet igitur cautum debere eſſe confeſſarium,vt ſciat cōſuetudinem patriæ, quo ad hoc, & quòd illam ſciet à curia Epiſcopi: quæ dicta Caietani refert & ſequitur Summa Armil. aurea in ſum. verb. excommunicatio. 62 & verb. locatio. num.5. & Nauar. in manual. Latino, cap.27.num.150.addens, quòd idē eadem ratione debet perpendere iudex fori exterioris,& credit nullibi eſſe omninò receptam: quia in nullo loco eſt vſu recepta priuatio beneficiorum, de qua in dict.extrauagant.& quòd in Luſitania non videtur recepta, quoad locationem in ſolos tres annos, quia paſſim videt fieri locationes in quatuor: at verò in Salmantica affirmat, iam pridē ipſum tuliſſe ſententiam ex probatis coram ſe,irritam, & nullam fuiſſe quādam locationem in plures quàm in tres annos factam:clericum autem, qui eam fecit, non debuiſſe iudicari excommunicatum,iuxta antiquum ius.c. 1. ne prælat.vic.ſuas. nec per conſequens irregularem,eo quòd celebraſſet poſt illam locationem abſq; abſolutione:ſicque credit in paucis locis eſſe receptam quoad pœnas extrinſecas, & in multis quoad diſpoſitionem principalem, & pœnam intrinſecam nullitatis alienationis, & locationis factæ in plures quàm in tres annos: idem etiam in effectu affirmat D. Epiſcopus Sarmient. in ſuo libro de reddit. Eccleſ.1.part. cap.2.num.20. cū Caiet.& Silueſt.vbi ſuprà,quos ibi referens,inquit,quòd illa conſtitutio extrauagans non vbique recepta eſt, ideò excommunicatio ceſſat in loco, vbi non conſtat fuiſſe expreſsè receptam:, quod & teſtatur Antonius à Cordub. in ſua Summa *de caſos de conciencia.* quæſt. 103. addens,quòd in Archiepiſcopatu Toletan.valet dicta conſtitutio, quantum ad irritationem contractuum locationum vltrà triennium, & quòd hanc practicā ſequūtur viſitatores. Idem refert,& ſequitur nouiſsimè F. Ludouicus Lopez in ſuo inſtructor. conſcientiæ. 2. parte. cap. 49. Ordines tamen mendicantium vltrà triennium poſſunt locare ſua prędia, cum licentia ſuorum prouincialiū, vt in compendio ſuorum priuileg. vulgò,mare magnum, continetur in, tit.de locatione,vt referunt Auend. & Anto. à Cordub. vbi ſuprà,cuius priuilegij tenor videndus, & attendēdus eſt, cum caſus contigerit, vt obſeruetur ad vnguē.

8 Hac igitur diuerſitate,atque conſuetudinum varietate attenta, rectè, ac veriſsimè docet Couarruuias vbi ſuprà, apud Hiſpanos dubium eſſe,an prędictę extrauaganti,ambitioſe, ſit derogatum: vidit etenim ſæpè eam adduci,& tractari in aliquot controuerſijs, & quandoque admiſſam, quandoque neglectam fuiſſe, ac proinde iudicis examinationi hoc dimittit.

In ſumma quæſtio eſt de facto,nō verò de iure,quia hoc certiſsimū eſt, nempè non valere locationem rerum Eccleſiæ vltrà triennium,vt in dict.extrauag. illud verò dubium, atque incertum eſt, in quibus nempè locis recepta ipſa ſit, & quoad quid,in quibus verò non:quare nihil aliud affirmare poſſum poſt longum laborem, atque relationem tantorum virorum, 9 † niſi quod ipſi reſoluūt, nempè ſtandum eſſe in hoc conſuetudini loci, ſiue prouinciæ, vt in quibus locis ipſa extrauagās recepta ſit, & quoad id,in quo recepta fuerit,ſeruetur:in alijs verò partibus, vbi ipſa in totum, vel in parte recepta non fuerit, vel contrariū legitima cōſuetudine in iudicio probata obſeruatum,huic obſeruantiæ,atque legitimæ cōſuetudini ſtetur. Varietas autem facti & cōſuetudinis, vt colligo ex ſupradictis authoribus, magis ac potiùs conſi-

conſiſtit in nullitate, vel validitate lo-
cationis rerum Eccleſiæ vltra trienniũ,
quam in cenſura excommunicationis,
cæteriſque pœnis: nam quoad eas cer-
tiùs eſt non eſſe in vſu, in maiori parte
horum regnorum dict.extrauang. itaq;
contrauenientes excommunicationem,
nec cæteras pœnas incurrunt, ac proin-
de nec irregularitatem celebrando abſ-
que abſolutione: quia cùm pœnæ ſint
odioſæ, eas vſus nõ recepit: at verò quã-
uis quoad nullitatem contractuum lo-
cationũ vltrà triennium diuerſitas lo-
corum eſſe videatur, frequentius tamen
admiſſum videtur, vt recepta ſit ipſa
extrauagans, prout in dubio, alio non
probato, admittenda eſt, ac iuxta eam iu
dicandum: vbi tamen legitimè probata
fuerit conſuetudo immemorialis, vel
alia legitima in contrarium, ſeruanda
erit, vt ex omnibus ſupradictis colligi-
tur, & ex Roch.de Curt.in capit.fin. de
conſuet.fol.paruo.51. colum.1. relato à
noſtris, vbi ſuprà, quãuis ipſe hoc apud
eum nõ inuenerim.* Et quòd huiuſmo
di locatio valeat, quando res eſt ſolita
locari ad logum tempus, tenet Gratus
conſil.96.num.14.lib.1.Pariſ.conſil.98.
num.7. lib.4. prout eos refert & ſequi-
tur Beccius vbi ſuprà nu.2.*

10 Dubium tamen eſt, quæ conſuetudo
dicetur legitima in propoſito, vt eidem
Paulinæ extrauag. iam receptæ deroga-
tum ſufficienter in propoſito videatur?
In hoc reſoluo, legitimã eſſe illam con-
ſuetudinem, quę quadraginta annorum
continuorum ſpatio, & vltrà cum ſuis
cæteris requiſitis præſcripta, & confir-
mata fuerit, vt in.c.fin.de conſuet.ita in
terminis tenent Anton. de Petra, & Co
uarru.vbi ſuprà. ¶ Et in hoc epiſcopatu
Ciuitatenſ. ſaltem in vrbe ipſa, quæ eſt
11 caput † totius diœceſis, video ſemper lo
cari prædia & fundos huius almæ Eccle
ſiæ, tam menſæ capitularis, quàm fabri-
cæ ipſius Eccleſię, regulariter ad nouem
annos, hocque inuiolabiliter obſerua-
tur, & audio ita fuiſſe ſemper obſerua-
tum, abſque vllo dubio à tẽpore imme-
moriali, idemque eſſe in rebus aliarum
Eccleſiarum huius ciuitatis, quod liqui-
diſsimò probari poterit: quare non du-
bito, hoc probato, hîc locum non eſſe
præfatæ Paulinæ deciſioni, nec reſpectu
pœnarũ, nec ipſius principalis deciſio-
nis, quamuis non audierim, in iudicio
deductam vnquam hic fuiſſe, nec ſuper
eo diſceptatum: ſi ergo conſuetudo le-
gitimè præſcripta aliquid poteſt in pro-
poſito, vt poteſt ex ſupradictis, cum ea
quæ hic adeſt immemorialis ſit, videtur
omninò ſeruanda, probata in iudicio.
12 Et iuxta ſupradict. reſolutionem re-
ſpõdi ad caſum, de quo fui conſultus de
quadam locatione ad ſex annos facta
defenſæ cuiuſdam capellaniæ epiſcopa-
tus Caurienſ. in iudicio deductum, ibi
13 enim †, vt mihi renũtiatum fuit, eadem
conſuetudo immemorialis, quæ hîc, pol
let, ac viget. Præmaximè, quòd illa de-
fenſa conſiſtebat præcipuè in cultura,
& in tota præd.locatione ſex annorum,
bis tantùm rumpi debebat, duoque, non
verò ampliores redditus penſionis fru-
menti domino reddendi erant: ergo ipſi
nondum complebant vnam locatio-
nem trium fructuum, cum tamen vl-
trà tres ſit prohibita locatio, quo caſu
valet ſimilis huic locatio, etiam ſi vltrà
tres annos fiat, dum tamen vltrà tres fru
ctus cõductor, nec locator, toto illo tẽ-
pore recipiat ex natura rei, atque condi
tione, iuxta id quod rectè poſt alios in
propoſito deducit Couarruuias vbi ſu-
prà, in verſic.tertio.extrauagans, reſol-
uens eam eſſe intelligendam in rebus Ec
cleſiæ, quæ quotannis colũtur, vt ex eis
fructus quolibet anno colligãtur, alio-
qui ſi res Eccleſiæ eius ſint cõditionis, vt
ex eiſdem quolibet triẽnio vnicus tan-
tùm fructus percipiatur, poterunt in
nouem annos locari; ergo cum in ca-
ſu præmiſſo id ipſum contigerit, loca-
tioq; tantùm facta fuiſſet ad ſex annos,
valida erit, præmaximè attenta conſue-
tudine immemoriali d.epiſcopatus.
14 Supereſt modò, vt videamus, an cõſti
tutio præfata Paulina (data ipſius obſer
uantia) loquatur atque procedat nõ ſo-
lùm in rebus Eccleſiæ, vt hæ vltrà trien
nium

Ayuntamiento de Madrid

nium locari nō poſsint,ſed etiam in fructibus beneficiorum? Verbi gratia: Prælatus, canonicus, vel alius beneficiatus, an poſsit fructus ſuæ dignitatis, præbendę, vel beneficij vltra triennium locare, ad vitam nempè, vel ad modicum tempus, hoc eſt, intra decennium: & hoc eis licere videtur. Primò, quoniam dict. extrauagans loquitur tantùm in locatione rerum Eccleſiæ vltra triennium, vt conſtat ibi, Bonorum eccleſiaſticorum, iuncto text. ibi, Eccleſiarū euidenti vtilitate: non autem in locatione fructuum beneficiorum, qui locari poſſunt, vt in cap. querelam. ne prælat. vic. ſuas. & ibi Doct. Secundò, per text. in l. 9. titul. 17. part. 1. vbi expreſsim cauetur, prælatos, alioſque clericos poſſe locare fructus ſuarum Eccleſiarum, atque beneficiorū ad vitam: quia licet hi fructus proueniant ab ſpiritualibus, ſpiritualia ipſi nō ſunt, & ibi Gregorius Lopez in glo. *arrendar.* refert Abb. in dict. c. fin. ne præla ti vices ſuas. notantem ſuper gloſſ. 2. & eſt in num. 4. rectorem Eccleſiæ poſſe locare fructus pro tempore vitæ ſuæ: & in terminis hac partem videtur tenere Federicus de Senis conſil. 123. & nomi natim Didacus Couarru. dicto lib. 2. variarum reſolut. cap. 16. nu. 6. ad fin. verſic. ſexto, dicens quoſdam hoc opinari, & cū ea opinione ipſe remanet: ſed intrepidè hanc partē tenet, & probat Auendanius dict. lib. 1. cap. 4. prætor. nu. 42. in verſic. item. quæ ſuprà dicta ſunt.

15 Sed meo iudicio contraria ſententia eſt verior, & tenenda, imò quòd etiā fructus beneficiorū nō poſsint vltra triennium locari, nec prælatus, ſiue alius beneficiatus poſsit ad vitam, ad longiuſve tempus quàm triennium eos in firmam dare, & hoc per dictam extrauag. Paulinam rectè inſpectam, quæ non ſolùm in bonis, & rebus Eccleſiæ loquitur, ſed etiam in fructibus beneficiorum: agit enim in præfatione in princip. in bonis immobilib⁹, & pretioſis mobilibus Deo dicatis, ex quibus Eccleſiæ, monaſteria, & pia loca reguntur, illuſtranturque, ac eorum miniſtri ſibi alimoniam vendicāt: & poſteà in deciſione prohibet omnium rerum & bonorum eccleſiaſticorum alienationem, omneque pactum, per quod ipſorum dominium transfertur, conceſsionem, hypothecam, locationem, & conductionem vltra triennium, &c. His namque verbis non ſolū bona propria ipſarum eccleſiarum, quarum fructus in vtilitatem fabricarum conuertuntur, vltra triennium prohibentur locari, ſed etiam illa, ex quibus Eccleſiæ ipſæ, & pia loca reguntur, illuſtranturque, & eorum miniſtri ſibi alimoniam vendicant: ergo fructus beneficiorum locari non poſſunt vltra triennium, omnia enim prædicta, bona ſunt Eccleſiaſtica, atque de patrimonio Ieſu Chriſti Domini noſtri, Deoque dicata, poſt diuiſionem tamen factam à Simplicio Summo Pontifice, circa annum Domini 470. quarta enim pars omnium fuit applicata fabricis Eccleſiarum pro ipſarum ſeruitio, veſtibus & ornamentis, quarta etiam Epiſcopis, alia quarta miniſtris Eccleſiarum, reliqua pauperibus, vt reſoluimus in noſtro lib. 2. practi. quæſtionū, quæſt. 114. nu. 7. pag. 253.

Omnia igitur bona ſupradicta Eccleſiaſtica ſunt nihilominus, & de his loquitur, text. ille in dict. extrauag. ambitioſe, his verbis, Omniū rerum & bonorum Eccleſiaſticorum, &c. quia non exprimit, nec reſtringit Eccleſiarū, ſed generaliùs eccleſiaſticorum, vt vtraq; bona comprehendat: nam legis, ſiue cōnſtitutionis deciſio debet intelligi ac declarari iuxta præfationem & procemium, vt in l. fin. vbi communiter Docto. ff. de hæred. inſti. cū ſimilib. Verùm hoc expreſsiùs cōprobatur ex eadem Paulina conſtitutione inferiùs in caſibus exceptis in ſecūda exceptione, ibi, Ac de fructibus & bonis, quæ ſeruando ſeruari nō poſſunt, pro inſtantis temporis exigentia, &c. intelligendo eorumdem bonorum eccleſiaſticorum, de quibus ſuprà loquitur, qualia ſunt præbendarum, & beneficiorum eccleſiaſticorum, vt infrà probatur. Exceptio igitur hæc firmat regulam in contrarium, vt in l.

nam

Ayuntamiento de Madrid

nam quod liquidæ.cum ſimil.ff.de penu legat.nempè, vt quoties fructus, & bona vltrà triennium ſeruari poſsint, non poſsint vltrà concedi, vel alienari: ſed fructus beneficiorum percipiendi, imò, qui poſt triennium naſci debét, non eſt opus vt anteà alienenturi, nec vlla tunc eſt temporis exigentia, vt alienétur antequam naſcantur: ergo vltrà trienniū alienari, nec locari poſſunt: quinimò, niſi expreſsè in verbis præcedétibus extrauagantis, eſſet permiſſa locatio intra triennium, iuxta hanc ſolam exceptionem illa videretur prohibita, niſi tantū quoties ſeruando ſeruari non poſſent, pro inſtantis temporis neceſsitate: attamen cum iam ex præcedentibus indiſtinctè ad triennium licita ſit cōceſsio, locatio, & conductio bonorum Eccleſiaſticorum, pro hoc triēnij tempore valida, ac permiſſa erit, vltrà verò non, etiā ſi ſit fructuum beneficiorum, quandoquidem illi etiam, ac cætera bona, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, prohibentur alienari, niſi pro inſtantis temporis exigentia, quæ conſeruatio, atque temporis exigentia in fructibus nondum natis, minimè vltrà triennium extenditur, prout eſt notiſsimum. Quo fit, vt cū Eccleſia cathedralis, collegiata, vel archiepiſcopalis habeat quàm plurima bona immobilia fructifera menſæ, ſiue dignitatis epiſcopalis, vel archiepiſcopalis, vel abbatiæ, & præterea decimas, aliosque redditus eccleſiaſticos pro ſuſtentatione prælati, ac tantæ dignitatis illuſtratione, necnon & alia bona ſeparata, decimas etiam, & alios redditus eccleſiaſticos, pro menſa, & ſuſtentatione Canonicorum, cæterorumque Eccleſiæ miniſtrorum, Prælatus huiuſmodi, nec capitulum, vel ſingulares perſonæ ipſius, poterunt fructus ſuę prælatię, menſæ ve capitularis, nec ſuarum præbēdarum in totum, vel pro parte, vltra triennium locare, cùm hæc ſint bona Eccleſiaſtica, iuraque ſpiritualia, & redditus Eccleſiaſtici, vt communiter nuncupantur: ergo vltra triennium locari non poſſunt, ſtante dicta Paulina, ipſiuſque obſeruantia, vbi contrarium non fuerit legitima conſuetudine præſcriptum.

Idem eſt in cæteris Eccleſiarum parochialium, & aliarū beneficiatis, hi enim cùm bonis & redditibus eccleſiaſticis fruantur, eos vltra triennium, vel iure ipſo poſtulante, locare minimè poterūt.

Pro quibus omnibus, vltra verba Paulinæ in idem expenſa, facit, quia in propoſito ante dict. extrauagantem, ſicut bona Ecclſiaſtica ad longum tempus locari erant prohibita, & permiſſa tantùm ad modicum tempus, ita etiam & fructus, & reddituum venditiones, niſi ad modicum tempus, vt eſt text. expreſſus in Clement. 1. in fine. de rebus Eccleſ. non alienan. Eadem igitur eſt ratio prohibitionis vltra tempus permiſſum, & permiſsionis intra idem tempus reſpectiuè locationis bonorum eccleſiaſticorum, atque ipſorum reddituum, & fructuum: ergo idem ius in vtriſq; in propoſito ſtatuendum eſt: & in terminis noſtris hanc ſententiam ante nos expreſsè tenuit, ac probauit, quamuis breui ſermone Boerius deciſio. 224. num. 2. Nec Couarruuias allegatus pro cōtraria parte, eam intrepidè tenet, nec affirmat, ſed aſſerit, quoſdam id opinari: ipſe autem licet cum ea opinione tranſire videatur, eam non audet, nec affirmare, nec damnare. Federicus autem de Senis dicto conſil. 123. non agit in terminis dictæ Paulinæ, nec eam allegat. Dict. verò lex partitæ 9. titulo 17. part. 1. pro priori parte allegata, & Gregorius Lopez ibidem cum Abb. non etiam obſtare videntur, quoniam illa lex fuit condita multis annis, antequam ſanciretur dicta conſtitutio: quod patet, quia liber legum Partitarum fuit inceptus anno Incarnationis Dominicæ 1251. vt in prologo eius exprimitur, & ſic 217. propè annos, antequam dict. extrauagans ederetur: Abb. verò & Gregorius huius Paulinæ non meminerunt: remanet ſolus pro contraria parte Auendanius, qui profectò nimia audacia, nō verò ea moderatione, qua inſignis Couar. ab ea relatus vtitur, eam affirmat, præcipuè

Ayuntamiento de Madrid

puè cùm agat de re non euidenti, imò cum periculo contraueniendi Pontificiæ deciſioni: & prætereà ſupponit vnũ, quod maxima ſuſpicione falſitatis non caret, nempè quòd beneficia licet ſint de Eccleſia, non tamen ſunt bona Eccleſiaſtica, idque probare nititur argumentis minimè efficacibus. Contrarium ſiquidem eſt verius, & cõprobari poteſt † ex
16 latiſsimè traditis, ac digeſtis, quamuis in aliud propoſitum, à doctiſsimis viris D. Nauar. & D. Frãciſco Sarmient. in ſuis libel. de reddit. Eccleſiaſt. & in apologia eiuſdem nominis ab eodem D. Nauar. compoſita: quis enim vnquam dubitauit, beneficia, eorumque bona eſſe Eccleſiaſtica? Profectò videtur abſurdũ contrarium aſſerere, nam quamuis in his clerici habeant ſolùm vſumfructum, eorũ dominium, aut pertinet ad ipſam eorum Eccleſiam, aut ad ipſos in communi, ideò non poſſunt alienari, vt in titulo de rebus Eccleſ. non alienan. & alibi ſæpiſſimè: ſunt enim ſpiritualia, vt in dict. l. 9. titulo 17. part. 1. igitur nec locari vltra triennium, vt in dicta Paulina. Quòd ſi replices, eſto, quòd bona ipſa ex quibus redditus proueniunt, vltra triennium locari non poſsint, quia ſunt Eccleſiaſtica, quicquid dicat Auenda. fructus tamen & redditus ipſorum clericis competentes, cum potiùs ſint quid temporale, vt in dicta l. 9. poterunt intra decenniũ, vel ad vitam locari, vt habet prima opinio: reſpondeo, nec hoc quidem licere, cùm vtrumque comprehẽdatur in d. Paulina extrauag. & prætereà cum nihil interſit, ſaltem in re, inter locationem bonorum ipſorum, vel redditus eorum, vtroque enim caſu minimè alienantur bona ipſa in locatione intra decennium, vt in l. nõ ſolùm. ff. locat. & nihilominùs locatio præd. bonorum tantùm eſt permiſſa intra triennium, non verò vltra: ergo & fructuum locatio eadẽ ratione, vt in d. Clem 1. in fin. de reb. Eccleſ. nõ alienan. vbi in propoſito, bona ipſa & fructus, atque redditus earumdem æquiparãtur, vt ad modicum tempus locari poſsint: ergo hodie vltra triennium id fieri non poterit, cum ex dicta Paulina hac terminus ſit huic negotio præfixus.

---

*SVMMARIVM.*

1 *Ordinati per ſimoniam, ſunt ſuſpẽſi ab executione ſuorum ordinum, & electiones, & omnes aliæ prouiſiones beneficiorum, ſimoniacæ factæ, ſunt nullæ ipſo iure, & prouiſi non faciunt fructus ſuos, ſed eos in foro conſcientiæ tenentur reſtituere, & ſinguli ex ſupradictis, qui dando, vel recipiendo ſimoniam committunt, item & mediatores ſunt excommunicati, & abſolui non poſſunt, niſi à Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo.*

2 *An ad hoc vt ſuperiora procedant, requiratur conſummatio ſimoniæ conuentionalis ab vtraque parte? & nu. ſequent.*

3 *Simoniacus de iure communi, regulariter priuari debet per ſententiam.*

4 *Quando duo ſunt à iure æquiparata, poena quæ adijcitur in vno, videtur adiecta in alio.*

5 *Excommunicatio eſt maior poena, quæ eſt in Eccleſia.*

6 *Excommunicatio dicitur mucro Epiſcopi, & eſt maxima poena, ſicque non debet infligi pro leuibus criminibus, ſed pro peccato mortali.*

7 *Anima pretioſior eſt omnibus rebus.*

8 *Simonia ex ſola traditione rei ſpiritualis ob pretium committitur ad incurrendam ſententiam excommunicationis, licet pretium non ſoluatur: ſecus eſt è conuerſo, quia traditione pretij, ſi res ſpiritualis non tradatur, non committitur ſimonia ſubiecta cenſuris Eccleſiæ, quamuis incurratur crimen ſimoniæ.*

9 *Collatio beneficij facta ſub pacto de aliquid ob id dando, eſt nulla, etiam ſi pretium nõ tradatur, ſed tantùm promittatur: contrarium tamen, tam reſpectu nullitatis collationis, quàm excommunicationis, praxis recepit, vt in nu. 10. & 11.*

11 *Vbi eſt varietas opinionum, non peccat nõ ſeruans ius præcepti.*

12 *De temeritate argui non poteſt, qui ſequitur maiorum ſenſum.*

13 *Communis opinio in dependentibus ab interpretatione*

Ayuntamiento de Madrid

*tatione prudentium plene excuſat, & ſequenda eſt, nec ab ea recedere licet, niſi ſit euidenter falſa.*

15 *Clericus celebrans poſt completam ab altera parte ſimoniam, ante implementum alterius, non incurrit irregularitatem.*

16 *Translatio dominij beneficij per ſimoniam collati, & pretij per ſimoniam dati, non impeditur iure naturali, nec diuino, ſed humano.*

17 *Caſus practicatus.*

## CAPVT NONVM.

### Extrauagãs, Cum deteſtabile, de ſimonia, inter communes, declaratur.

1 EXtat alia eiuſdem Pontificis Pauli Veneti cõſtitutio, anno 1464. 9. Calend. Decembris lata in ordinatos per ſimoniam, vt à ſuorum ſint ordinum executione ſuſpenſi, & præterea annullat ipſo iure electiones, & omnes alias prouiſiones dignitatũ, perſonatuum, officiorum eccleſiaſticorum & beneficiorum ſimoniacè factas, ita vt ſic prouiſi non faciant fructus ſuos, ſed in foro conſcientiæ teneantur ad reſtitutionem eorum, & quòd ſinguli ex ſupradictis, qui quomodolibet dando, vel recipiendo ſimoniam commiſerint, aut quòd illa fiat mediatores extiterint, ſeu procurauerint, ſententiam excommunicationis incurrant, à qua, niſi à Romano Pontifice pro tempore exiſtente, non poſsint abſolui, præterquam in mortis articulo conſtituti. Offert ſe tamen in propoſito ſtatim in limine illa quæſtio, an præfata conſtitutio ad hoc
2 vt procedat, pœnæque eius † nullitatis tituli collationis, atque ſententiæ excommunicationis locum habeant, requiratur conſummatio ſimoniæ conuentionalis ab vtraq; parte, & ſic quòd ſit ſimonia realis, an verò intelligenda ſit etiam in ſimonia conuentionali tantùm?

3 Et videtur in conuentionali tantùm quoque extrauagantem illam loqui, locumque habere, nõ ſolùm in reali: quoniam ſimoniacus de iure communi regulariter priuari debet per ſententiam, non verò ipſo iure priuatus exiſtit, vt in cap. 2. de confeſſ. text. cum gloſſ. in cap. per inquiſitionem. de electio. Abb. in c. inter dilectos. vltim. colum. de exceſsib. prælat. ſed per dict. extrauag. cum deteſtabile, ipſo iure ſunt impoſitæ dictæ pœnæ, vt conſtat ex procemio ipſius aggrauante ſcelus ſimoniacæ prauitatis, tã quam deteſtabile, ſicque arguitur mens legiſlatoris, argument. l. final. ff. de hæred. inſtit. volentis augere pœnam indifferenter, ex quo indiſtinctè ſtatuit, & hoc ob criminis frequentiam: ergo cùm non diſtinguat ſimoniam conuentionalem à reali, in vtraque loquitur, & procedit.

Secundò, quia paria ſunt ad inducendam ſimoniam dare pecuniam, ſeu aliud temporale, vel promittere, vt in cap. ſuper hoc. de renuntiat. & ibi Imol. & Abb. ſi ergo Paulina ſupradicta loqueretur tantùm in ſimonia reali, ſequeretur, quòd quando duo caſus ſunt æquiparati à lege veteri, lex noua loquens in vno, nõ haberet locum in alio: quod eſt contra communem reſolutionem Doctorum, quam tenet gloſ. in l. ſi quis ſeruo. C. de furtis. communiter approbata.
4 Præterea vbi duo ſunt à iure † æquiparata, pœna, quæ adijcitur in vno, videtur adiecta in alio, ſecundùm Abb. in c. 2. de mut. petit. col. 3. & in cap. de multa. de præb. col. 5. nu. 18. pro quo eſt tex. cũ gloſſ. in cap. ſi poſtquam. in fin. de elect. in 6. Nec tex. in d. extrauag. in §. ſtatuẽtes. videtur ſupradictis obſtare, quatenus de datione & receptione loquitur, hoc namque ad pœnam duntaxat excõmunicationis adiungit, non verò ad pœnam priuationis, de qua in. §. præcedenti iam edixerat.

Nec etiam obeſt, quòd maior & grauior ſit pœna excommunicationis, quã priuationis beneficiorum, illa ſiquidem ligat animam, capit. per venerabilem, in verſic. cuius ſententiam, &c. qui filij ſint legit. c. Romana. §. in vniuerſitate.

de ſententia excommunic. in 6. & vt inquit Diuus Auguſtinus, nulla maior eſt
5 pœna excommunicatione in † Eccleſia, vt in cap. corripiantur. 24. quæſt. 3. & dicitur mucro Epiſcopi in capit. viſis. 16. quæſt. 2. & eſt maxima pœna, ſicque nõ
6 debet infligi pro leuibus † criminibus, ſed pro peccato mortali, vt in cap. non afferamus. in fine. 24. quæſt. 1. & in cap. nullus. & in cap. nemo Epiſcoporum. &
7 in cap. Epiſcopi. 11. quæſt. 3. † Anima autem pretioſior eſt omnibus rebus, vt in l. ſancimus. C. de ſacroſanct. Eccleſ. cap. cum infirmitas. de pœnit. & remiſsio. Si ergo extrauagans prædict. cùm deteſtabile, in pœna excommunicationis, quæ eſt grauior cæteris, reſtrinxit, & declarauit, vt ipſa incurratur, quando aliquid datur, vel recipitur, à fortiori idem videtur voluiſſe in pœna leuiori, quæ eſt præcedens priuationis, ſcilicèt beneficij. argum. text. in authen. multo magis. C. de ſacroſanct. Eccleſ. & in capit. cum in cunctis. in princip. cum ibi notatis, de elect. Nã reſponderi poteſt, Primò, quòd in pœnis benigna eſt interpretatio facienda, vt in regul. in pœnis. de regul. iuris. in 6. & non valet argumentum de maiori ad minus, vt in authentic. quas actiones. cũ ibi notatis. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Secundò, quia non ſequitur ad pœnam excommunicationis pœna priuationis, quia licèt ſententia excommunicationis ferri non debeat niſi pro peccato mortali, non tamen omne peccatum mortale eſt priuatione beneficij dignum, etiam ſi propter huiuſmodi peccatum ſequatur excommunicatio. Conſequitur igitur ex ſupradictis, quòd quãuis ad incurrendam ſententiam excommunicationis contra ſimoniacos in ordinibus & beneficijs requiratur datio, vel receptio: attamen ad annullationem tituli, vel collationis beneficij per ſimoniam adepti, ea non requiritur, ſed ſufficit ſimonia tantùm conuentionalis, vt dict. extrauagant. in dicto verſic. per electiones verò, &c. & expreſsiùs in Concil. Conſtantienſ. in hæc verba: Electiones autem, poſtulationes, confirmationes, & quæuis prouiſiones ſimoniacæ Eccleſiarum, monaſteriorum, perſonatuum, officiorum, & beneficiorum Eccleſiaſticorum quorumcũque deinceps factæ, nullæ ſint ipſo iure, nullumq; per illas ius cuiquam acquiratur, nec promoti, confirmati, aut prouiſi faciant fructus ſuos, ſed ad illorum reſtitutionem, tanquã iniquè ablata percipiẽtes tencãtur: ſtatuentes, quòd dantes & recipientes, ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrant, etiamſi Pontificali, aut Cardinalatus præfulgeant dignitate, &c. Ergo cùm in hoc Concilio Conſtantiẽſi nihil dicatur de datione, quoad priuationem, ſed quoad excommunicationem, collatio beneficij ſimonia, ſiue reali, ſiue conuentionali tantùm facta, eſt ipſo iure nulla, licèt quidam (vt infrà dicetur) intelligant dict. extrauagan. cũ deteſtabile. in ſimonia reali, videlicèt cũ aliquid datur, vt is ſit priuatus: ſecus in ſimonia conuentionali tãtùm: ita hanc partem ex dicto Concilio Conſtantienſi aduerſus illos tenet & probat Petrus Rebuff. in ſua praxi beneficial. in titulo de ſimonia in reſignat. nu. 8. & 9. pag. 496.

8 Quinimò & ad incurrendam præd. ſententiam excommunicationis propter ſimoniam in beneficio, vel alia re ſpirituali adhibitam, ſufficit, quòd ex parte rei ſpiritualis actus conſummetur, videlicèt traditione reali, & actuali beneficij, quamuis ex parte emptoris actus non ſit conſummatus traditione pretij minimè facta, quia ſufficit conuentio pretij ſoluendi, licèt ipſum nõ ſit ſolutũ, dummodo beneficium ſit traditum: pro quo facit eadem extrauagans, ibi, Dando, vel recipiendo: quòd ſi pretium quoque ſit ſolutum, indubium eſt ſimoniam omninò punibilem committi: ſecus ſi res ſpiritualis non tradatur, etiamſi pecunia pro pretio fuerit data, nã ob hoc non incurritur ſimonia ſubiecta cenſuris Eccleſiæ, quãuis incurratur crimen ſimoniæ: pœnæ ſiquidẽ reſtringendæ ſunt ad actus conſummatos: ita in terminis tenet & probat Caietanus in

Ayuntamiento de Madrid

in ſua Summa, verbo, ſimonia. in verſic. ex eo autem quod actus, &c. pag. 612. & in ſecunda ſecundæ, quæſtione 100. ar. 6. ad ſextum. & Dominic. Soto lib. 9. de iuſtitia & iure. quęſt. 8. artic. 1. pagina 826. vbi addit præterea, quod in priori caſu, nempè cùm collatio beneficij fit ſub pacto de aliquid ob id dando, eſt nul
9 la, etiamſi pretium non tradatur, † ſed tantùm promittatur, quia ſecundùm aſſertionem ſancti Thom. dare rem ſpiritualem pro aliquo temporali obſequio exhibito, vel exhibendo, ſimonia eſt, quia illic eſt expreſſa emptio & venditio: qui enim credito vendit, verè vẽdit: collatio namque non dependet ex futuro contingẽti, ſed ſuppoſito pacto protinùs abſolutè fit: quare iam inde eſt ſimonia, quicquid poſteà ſubſequatur, videlicèt, ſiue pretium ſoluatur, ſiue ſecus, aliàs nunquam ſub pollicitatione committi poſſet vſura: quod eſt falſum, ſed in vtroque caſu Caietani ſuprà relato committi ſimoniam ſubiectam cenſuris Eccleſię, iuxta iuris obſeruantiam, ſemota Curiæ conſuetudine, tenet & probat Palatio in ſua praxi Theolog. de contract. lib. 2. c. 7. pag. 143.

10 Supradictis tamen nõ obſtãtibus contrarium eſt in praxi tenẽdum, imò quòd neque nullitas tituli, ſiue collationis beneficij Eccleſiaſtici inducatur, nec excommunicatio incurratur per ſimoniã conuentionalem, niſi re vera realis efficiatur, nempè per veram & actualem traditionem beneficij, itidem & dationem pecuniæ, vel alterius rei temporalis pro ſpirituali, ita quòd traditio, ſiue collatio beneficij, per pactum ſolùm ſimoniacum non ſufficiat, ſi res temporalis itidem non tradatur, contra Caietanum & Sotum vbi ſuprà. nec etiam traditio pretij conuenti, vel alterius rei tẽporalis pro ſpirituali, niſi collatio beneficij fiat, itaque vtrumque copulatiuè requiritur ad hoc vt collatio beneficij per ſimoniam factam ſit nulla, & ſententia excõmunicationis incurratur. Pro qua ſententia ponderatur text. in d. extrauagant. cum deteſtabile. in. §. per electiones, ibi, Dando, vel recipiendo ſimoniam commiſerint: nam cum loquatur non magis de donatione vnius, quàm datione alterius: & Caietanus, & Soto vbi ſuprà fateantur non ſufficere dationem pretij, niſi ad dationem beneficij perueniatur, eadem ratione cogendi ſunt dicere, non ſufficere dationem beneficij, ſine datione pretij, vel alterius rei temporalis, vt prædictæ pœnæ incurrantur.

11 Prætereà, quicquid ſit de iure, ſtylus Rotæ Romanæ prædi. extrauagantem interpretatus eſt, atque recepit, quoad eius pœnas in ſola ſimonia reali, non verò in conuentionali, & quòd ſi aliter verba ſonent, ſaltem quoad tuitionem conſcientiæ, ſufficiat hanc interpretationẽ
12 fuiſſe vſu præſcriptam, † à qua adhuc non diſceditur in Palatio; quia ſi non ſeruans ius præcepti, non peccat, vbi eſt varietas opinionum, vt in capit. Capellanus. iuncta gloſ. de ferijs. & ibi Anton. de Butr. hoc tenet, licèt fortè quis ſequutus fuerit opin. nõ veram, & poſteà pro tali reprobatam, vel non ſubtiliter loquentem, aut inueſtigantem, minùs ille, qui communi iudicio nititur, vt dicit gloſ. in cap. vnico. verb. de cętero. de po
13 ſtulat. prælat. in 6. cũ de temeritate † argui non poſſit, qui ſequitur maiorum ſenſum, vt in capit. ne innitaris. de conſtit. & ibi Innocentius: vnde magis excuſatur, qui ſequitur & tenet, quod in Romana Curia obſeruatur, vbi arguitur Papæ ſciẽtia, & intelligentia, aut ſaltem tolerantia: quam obſeruantiam omnes prouinciales ſequi debent, vt in. §. fina. Inſtit. de ſatiſdat. & in cap. cum nõ liceat. de maior. & obedient. cap. final. de ſponſa duorum. hoc namq; plus eſt, quàm ſequi communem opinionẽ, quæ in depẽdentibus ab interpretatione pru
14 dentium † plenè excuſat, & ſequẽda eſt, nec ab ea recedere licet, niſi ſit euidẽter falſa, vt in cap. prudentiam. de offic. delegat. cum ſimil. b. Ita hæc omnia latiùs deducit Guillerm. Caſsiado. de conſtit. deciſio. 5. per totam, hãc partem probãs, atque profeſſus, quòd ita antiquiores patres, vt audit, & moderni intelligunt



Ayuntamiento de Madrid

dict.extrauag. & quòd pia videtur hæc maiorum interpretatio, & forſan temporibus conditoris recepta, propter periculum animarum, cùm contraria ſit dura nimis,& animabus maximè periculoſa; præmaximè, quia tempore noſtro pauci euaderét talem ſententiam: quem refert, & ſequitur Gomec. in regul. de triennal.poſſeſ.quæſt.12.in fine.& licet ipſe expreſsiùs non loquatur, quàm ſuprà viſum eſt, noſtra tamen de hac re ſententia expreſsior ex eorum mente colligitur, quatenus affirmát, collationem per conuentioné ſimoniacam factam valere:nam per collationé beneficij ipſum beneficium datur, & tamen pretium nō traditur; quia ipſi præſupponunt, quòd ſimonia fuit conuentionalis, qua facta eſt collatio, & ita eos intelligit illos ſequutus, quoad interpretationem dict. extrauagan. Didacus Couar. in regula peccatum.2.part.relect.§.8.numer.7.de regul.iur.in 6.dicens,quòd illa conſtitutio verè tunc obtinet quoad pœnā priuationis ipſo iure,& excommunicationis, cùm datio ſpiritualis & temporalis iā præceſſerit:quaſi non ſufficiat, quoad illius conſtitutionis pœnas, ſimoniam commiſſam eſſe per traditionem rei ſpiritualis, & temporalis promiſsionem:& optimè Nauar. in repet. cap. ſi quando. de reſcript. exceptio.4. & in comment. ſuper cap. fin.num.28. & ſequent. de ſimon.& in Manuali Hiſpano cap.23.nu. 105.& cap.25.num.112.& in Latino, capit.23.num.103.& 104. & Ignatius Salzed.in addit.ad Bernard. Diaz in pract. crimin. canonic.cap.85.incip.ſimoniaci. vbi reprehendit Rebuff. vbi ſuprà contrarium tenentem:& quòd eidé conſuetudini Romanæ Curiæ, ſi adſit, ſtandum ſit,tenet Palat.vbi ſuprà.Nec contra hanc opinionem obeſt, quòd collatio beneficij purè facta (cum ſit actus legitimus)non poteſt eſſe in pendenti, ſed ſtatim,aut valet,aut eſt nulla,argū.text. in cap.2.de elect.in 6. & eorum quæ tradit latè Felin.in c.cōſtitutus. de reſcrip. nec etiam excommunicatio, vt in cap. ad hæc quoniam,de appellat. At ſecundùm ſupradictam ſecundam & tenendam ſentētiam,collatio purè facta, cum pacto dandi cētum ad finem anni,aliudve tempus,in pendenti eſſet: ſi enim pecunia non ſoluatur, vel aliud temporale conuentum, interim quòd non ſoluitur, valet; ſi ſoluatur, nō valet iam inde à principio: idemque eſt in excommunicatione dict.extrauagantis:hoc autem eſſet abſurdum, & contra ius: igitur,&c. Nam reſpondeo, nullitatem tituli, & excommunicationem in præd. caſu non inde ab ipſo tempore datæ tituli incurri, ſed à tempore ſimoniæ ab vtraque parte perfectæ,niſi contrarium ſeruaret ſtylus antiquus,cui ſtandum eſt ſecundùm Nauar.vbi ſuprà.Ex quo ipſe

15 infert, † quòd clericus celebrans poſt completam ab altera parte ſimoniam, & ante implementum alterius, non incurrit irregularitatem, ſaltem quoad forum conſcientiæ,vt ibi per eum. Cætera etiam fundamenta contrariæ partis iam ceſſant ex adductis ſuprà pro hac ſecunda: & rationibus D. Soti ſatisfacit nūcupatim Nauar.vbi ſuprà. Nam cum tranſlatio dominij beneficij per ſimoniam collati impediatur non iure natu-

16 rali, † nec diuino, ſed humano tantùm Eccleſiaſtico, vt Dominic. à Soto vbi ſuprà rectè fatetur: & idem eſt dicendum de tranſlatione pretij per ſimoniam dati ſecundùm Abb. in cap. fin. num. 7. de ſimon.Caietanus in Summa,verb.ſimonia.& in ſecunda ſecūdæ,quæſt.100.art. 6.Silueſter,verb.ſimonia,quæſtione 20. communis ſecundùm Nauarrum vbi ſuprà, dicto capitulo 23. eatenus eſt dicendum, prædictas pœnas incurri, quatenùs iure humano id exprimitur: ſed nullo iure eſt expreſſum, quòd magis incurratur per ſimoniam conuentionalem, completam ex parte dantis ſpirituale tantùm, quàm completam ex parte dantis temporale tantùm: ergo ab vtraque parte debet eſſe impleta, vt vſus iudiciorum accepit, nec ſufficit magis, quòd ab vna tantùm ſit impleta, quàm ab altera, ad hoc vt incurrantur prædictæ pœnæ, quamuis aliàs punibilis

Ayuntamiento de Madrid

* nibilis ſit arbitrariè. * Et poſt primam huius operis editionem, vidi ſupradictã noſtram ſententiam cum Caſsiadoro, & reliquis tenentem Petrum à Nauar.lib. 2.de reſtit.cap.2.nu.420.cum ſequentibus, dicentem, quòd quamuis de rigore iuris, contraria ſententia ſit verior, vt ibi probat: attamen quod prædixim⁹, obſeruat cõmunis praxis,& ſtylus in Curia, ſecũdũ Nauar. & ita eſſe tenendũ.*

Et cum hic caſus iam in praxi contingeret, latèque eſſet diſcuſſus articulus hic in iudicio, me pręſente fuit iudicatũ, ſeruandum eſſe præd.ſtylum Curiæ Romanæ,

17 † atque iuxta eum fuit pronuntiatum, clericum ob ſimoniam conuentionalem ſupradictam, cùm ab vtraque parte non eſſet completa, quamuis ab vna fuiſſet adimpletum, minimè in vllã incurriſſe excommunicationem, ſicque abſque vllo dubio eſt tenendum.

---

*SVMMARIVM.*

1 *Tempore interdicti celebrari poſſunt diuina officia ianuis clauſis, ſubmiſſa voce, excommunicatis, & interdictis excluſis, & campanis non pulſatis.*

2 *An idem locum habeat tempore ceſſationis à diuinis? & numer. ſequent.*

3 *Ex ratione expreſſa in lege, vel conſtitutione, licita eſt extenſio ad caſum omiſſum, vbi eadem ratio concurrit, ac militat, etiam in correctorijs, præcipuè fauore animæ.*

4 *Celebrans tempore interdicti, efficitur irregularis, non verò qui celebrat tempore ceſſationis à diuinis, quamuis multi in hoc vltimo contrarium teneant, vt in nu.8.*

5 *Significatio propria, & genuina huius dictionis, Ceſſatio, planè inducere videtur ceſſationem penitùs à diuinis, eam, quæ diſtinguitur à prohibitione illa, quæ per interdictum decernitur.*

6 *Epiſcopus tempore ceſſationis à diuinis poteſt celebrare, vt quilibet ſacerdos tempore interdicti*

7 *Aequiparatio ceſſationis à diuinis, & interdicti generalis, non in omnibus procedit, ſed in caſu tantùm, de quo in Clement.1. de ſententia excommunicationis.*

9 *Irregularitas non contrahitur, niſi in caſibus à iure expreſsis.*

10 *Interdictum generale relaxatur in quibuſdam feſtiuitatibus hic expreſsis: non ſic ceſſatio à diuinis: ſed contrarium eſt verius, vt in numero 12.*

11 *Ceſſatione à diuinis durante, nulla die, nullo caſu, nulloque modo Miſſa, aut officia diuina celebrari permittebantur ante deciſionem text.in cap.alma mater.§.in feſtiuitatibus. de ſententia excommunicationis.lib.6.*

## CAPVT DECIMVM.

### De interdicto Eccleſiaſtico, ceſſationeque à diuinis.

1 QVamuis olim fuerit conſtitutum, vt in terris, ſeu locis Eccleſiaſtico ſuppoſitis interdicto, nulla (certis caſibus & Sacramentis exceptis) diuina celebrarentur officia, vel miniſtrarentur Eccleſiaſtica Sacramenta; hodie tamen iuſtiſsimis ex cauſis conceſſum eſt, quòd ſingulis diebus in Eccleſijs, & monaſterijs Miſſæ celebrentur, aliaque dicantur diuina officia, ſicut priùs: ſubmiſſa tamen voce, ianuiſque clauſis, excommunicatis, ac interdictis excluſis, & campanis etiam non pulſatis, vt cauetur in cap.alma mater.§.adijcimus.de ſenten.excom.lib.6.

2 Summoperè tamen concertatum eſt inter noſtrates, an tempore ceſſationis à diuinis, ſit locus dicto. §. adijcimus, eiuſque permiſsioni iam ſuprà relatæ, nempè, vt celebrari poſsint diuina officia tempore ceſſationis à diuinis, ianuis clauſis, excommunicatis & interdictis excluſis, abſque campanarum pulſatione? Et quia quæſtio hæc, quamuis controuerſa, dilucidè, atq; ſigillatim examinata eſt à doctiſsimo D. Couarruuias in dicto capitul.alma mater.2.parte relect. §.4.nu.7.breuiter vnamquamque partẽ fundando, quid tenendum ſit indicabo, cæterà conſultò omittam apud eumdem latiùs videnda. Et quidem pars



Ayuntamiento de Madrid

affirmatiua ei primùm innititur fundamento, quòd ceſſatio à diuinis, & interdictum generale, in iure æquiparentur, quoad ipſius obſeruantiam, text.in cap. non eſt nobis.de ſponſal.tex.in Clemen. 1.verſic. quod etiam. de ſententia excōmunic. ergo quemadmodum tempore interdicti generalis habet locum d.permiſsio, procedet etiam tempore ceſſationis à diuinis:argum.l.illud. ff.ad legē Aquil. cap. tranſlato.de conſtit. & cap. ſi poſtquam.de elect.in 6.

Secundò, quia ratio quę mouit Summum Pontificem in dict §.quia verò.vt hac præmiſſa forma, tempore interdicti diuina celebrarētur officia, nempè, quia ex obſeruantia contrariorum ſtatutorū excreſcebat deuotio populi, pullulabāt hæreſes, infinitaque pericula animarum inſurgebant, ac eccleſijs ſine culpa earum debita obſequia ſubtrahebantur, eadem omninò in ceſſatione à diuinis obtinet, vt patet:ergo & tempore ceſſationis à diuinis deciſio ac permiſsio d.§.

3 adijcimus. ſeruari debet. † Ex ratione namque expreſſa in l. vel quacumque alia conſtitutione, licita eſt extenſio ad caſum omiſſum, vbi eadem ratio concurrit, ac militat, iuxta gloſ.in Clement. 1.verb.eligatur. de elect.vbi etiā in correctorijs loquitur, cuius ſententiam in hoc teſtatur communem Iaſ.in authenti.quas actiones. numer.22. C.de ſacroſanct. Eccleſ. Decius in cap.at ſi clerici. §. de adulterijs. colum.8. num.10. de iudic. ſequūtur plures relati per Tiraquellum de cauſa ceſſante. 1.parte. num.153. teſtatur communem infinitos referens Mencha. de ſucceſſ.creat.§.22.num.52. colum.3.& 4.illius nu.& Anto. Gomez 1. tom. variarum reſolut.cap.5. num.11. D.Molin.lib.1.de Hiſpan. primoge.c.5. num.10. & ſequitur, plures referens D. Couar.vbi ſuprà, vbi hoc pręcipuè procedere affirmat, ſi cōſtitutio præd. ſit animæ & ſaluti ſpirituali fauorabilis, ſecundùm Abbat. & Præpoſit. in cap. ex tenore, qui filij ſint legitim. & alios ibi ab eo allegatos.& in 4. de ſponſal. 2. parte. capitul. 6.in princip.numero 12. Peruſ. in cap.ſciant cuncti.de elect.lib.6.Bart. in authen. Sacramenta puberum.nu.19. verſ. pro eius declaratione. C. ſi aduerſ. vend.& ibi Iaſ.num.72.& Curt.Iun. numero 82.Felinus in cap.tranſlato. colū. fin.de conſtitu.nu.13.gloſ.in cap.ſciant cuncti. verb.alios.de elect.libro 6.& in cap.fina.eodem titulo,& libro, quos refert,& ſequitur Abb.conſil.114.num.5. ſecunda part. conſil. eſt communis opinio ſecundùm Auend.2.parte.capit.27. præt.num.13.

4 Tertiò, quia maius vinculum habet interdictū generale, quàm ceſſatio à diuinis:nam celebrans tempore interdicti generalis, non ſeruata forma dict.cap. alma mater.§.adijcimus, efficitur irregularis, vt in cap.is qui.§.is verò. de ſentē. excommunic.in 6.cap.1.de poſtul. prælat. At verò celebrans tempore ceſſationis à diuinis, etiā generalis, & ab eo decretæ, qui poterat interdicti ſententiam pronuntiare, non eſt irregularis, iuxta gloſ.communiter approbatam in cap.ſi canonici.verb.ceſſare.de offic.ordin.libro 6. quæ licèt loquatur in celebrante tempore ceſſationis à diuinis particularis, erit tamen extendenda ad generalem ceſſationem, vti docent Anto.Imol.Peruſ.Præpoſit.Abb.nu.8.Decius, & communis in capit. dilectis. de appellat. Silueſt.in Summa, verb. ceſſatio.§.5. Dominicus à Soto in 4.diſtinct.22.quæſt.3. artic.2. ad fin. ſequitur & teſtatur magis communem,& benigniorem, & quæ in diſputatione defendi optimè poſsit, plures referens D.Couar.in d.cap. alma mater.2.part.relect.§.2.num.3.in verſic.ad quæſtionem igitur. Curiel in tracta. de ceſſat. à diuinis. col.4.fol.11. Borgaſ. de irregularit.6. part.titu. de ſententia ſuſpenſion.nu.8.Margall. de horis canoni. folio 16.Alfonſus Aluarez Guerrero in theſaur.Chriſtian.relig.cap.37. num.11. Nauar.in manuali Latino, cap.27.num. 188. Ergo licitum erit celebrare diuina officia tempore ceſſationis generalis, ſeruata forma dict.cap.alma mater.§. adijcimus.& in terminis hanc partem tenet Archid.in dicto cap.ſi canonici. in prin

cip.

Ayuntamiento de Madrid

cip.& ibi cęteri Doctores.Ioan.in Summa confeſſ.titul.33.quęſt.221.Gundiſal. à Villadieg.& Palud.relati à Couar. vbi ſupra, dict.§.4.numero 7.verſi.quinto. Silueſt. in Summa,verb.ceſſatio.Florét. in 3.part.titul.26.cap.3. Cardinal. in dicta Clement. 1. §. in ceſſationibus. Curiel vbi ſuprà plures allegans, & Nauar. dict.c.27.nu.189.

Nihilominùs tamen his omnibus nō obſtātibus,contraria ſentētia,imò quòd tempore ceſſationis à diuinis,nullo modo liceat celebrare officia diuina, etiam ſeruata forma dict.c.alma mater.§. adijcimus.verior eſt & tenenda, atq; conſuetudine obtenta:primò, per text.in dicto cap. non eſt vobis.ſecundùm communem eius interpretationem,de ſponſal.ibi,Nulla diuina officia celebrentur, & in cap.irrefragabili.§.cęterùm.de offic.ordinar. capit.dilectis.verſi. verùm. iuncto verſic.præctereà.de appellat,& in dict.cap.ſi canonici. & in cap.quamuis. de offic.ordin.in 6. & tamē nullibi huic veteri iuri derogatum eſt. Neq; obſtat, quòd in interdicto generali hoc ſit ſtabilitum, vt ſeruata forma dict. capitul. alma mater. §.adijcimus. poſsint officia diuina celebrari, ac proinde idem videbatur dicendum in ceſſatione à diuinis, ex ſuprà adductis pro priori parte: quo-
5 niam longa differentia eſt † in propoſito inter ceſſationem à diuinis, & interdictum:ſignificatio enim propria,& genuina huius dictionis, Ceſſatio,planè videtur inducere penitùs ceſſationem à diuinis eam, quæ diſtinguitur à prohibitione illa, quæ per interdictum decernitur:interdictum namque prohibet officiorum diuinorum celebrationem pœnis quibuſdā ſtatutis contraueniētibus: ceſſatio verò inducit omninò ſuſpēſionem diuinorum officiorū ab interdicto diſtinctam, & quæ præcipuè ad factum, non ad iuris effectus refertur;alioqui nō diuerſis nominibus nuncuparentur, ſi idem eſſet ceſſatio à diuinis, & interdictum:argumento l.ſi idem.C.de codicil.
6 Secundò facit doctrina Ioan. Andr. in cap. dilectis. de appellat. colū.1. dum illum tex. intelligens in ceſſatione à diuinis, adnotauit,non eſſe permiſſum eo tempore,quòd Epiſcopus celebret indiſtinctè, ſed certa forma, nempè ianuis clauſis, interdictis, & excommunicatis excluſis. cap. vltim.de priuileg.in 6. ergo per locum ab ſpeciali, contrariū denegatur alijs clericis.

Quare hanc partem negatiuam meritò probauit Curiel vbi ſuprà, in tractatu de ceſſat. à diuin.colū.5. fol.11. Margall.etiam vbi ſuprà.fol.17.& D. Couarru.in dict. capit. alma mater.2.parte.relect.§.quarto. d. numero 7.affirmans eā pleriſque veriorem videri, & quòd etiā ſi iure verior eſſet opinio eorū, qui cenſent contrariū, nihilominus hæc ſecūda negatiua potior eſt, propterea quòd fuerit conſuetudine recepta:etenim iam diu obtētum eſt penitùs ceſſandum eſſe ab officijs diuinis tempore ceſſationis, nec ea poſſe celebrari iuxta formā dict. §.adijcimus.quicquid Margall. de horis canonic. vbi ſuprà, folio 15.pag.1. dicat in clauſtro Salmāticenſi determinatum fuiſſe anno 1523. contrarium, & in ciuitate Salmantina fuiſſe tunc ſeruatum, contrarium ſiquidem iuxta hāc partem negatiuam fuit tunc ibidem, vt accepimus,decretum ſæpè ac ſæpiùs, itidem& obſeruatum.

7 Non obſtat primum fundamentum contrariæ partis,nempè dict. Clemen.1. de ſententia excommunicationis. vbi æquiparantur ceſſatio à diuinis, & interdictum generale,quia ea æquiparatio non in omnibus procedit, ſed in illo caſu tantùm, de quo text. ille agit,nempè, vt religioſi etiam exempti ſequātur matricem Eccleſiam ceſſantem,cathedralē, aut parochialem,aliàs ſint excommunicati ipſo facto: quòd ſi poſt excommunicationem incurſam celebrauerint, incurrent irregularitatem, de qua in cap. is qui.§.fin.de ſententia excommunicationis.lib.6.

Secundum etiam non obeſt, quia dictionis,Ceſſatio,propria ſignificatio repugnat,vt eſt prædictum.

8 Tertium fundamentum prioris par-

H 4 tis

Ayuntamiento de Madrid

tis ex eo diluitur, quòd quāplurimi contrarium teneant, nempè celebrantē tempore ceſſationis generalis ab eo indictę, qui poterat interdicere, eſſe irregularē, quos in vnum congerit Didacus Couarruuias vbi ſuprà. §. ſecundo. nu. 3. dicens, hanc eſſe fortaſsè veriorem, ſi conſideremus mentem canonum prohibentiū cenſuræ Eccleſiaſticæ violationē, maximè eo caſu, quo quis celebrauerit officia publicè ianuis apertis, tempore ceſſationis à diuinis generalis: quod magna quidem cura cauendum eſt, nec temerè in hac controuerſia iudicandum, propter plura, quæ imminent contracta irregularitate pericula: quam ſententiam etiam probauit Simon Maiolus de irregularitate. libro 3. capitulo 11. verſic. hæc autem.

Quinimò etiamſi teneamus magis receptam ſententiam contrariam affirmatiuam, nempè celebrantem tempore ceſſationis à diuinis, etiam generalis, nō eſſe irregularem, non eo conuincitur, licitam eſſe ipſam celebrationem ſeruata forma, quæ in interdicto requiritur ad capit. alma mater. §. adijcimus. quādoquidem nullo iure inuenitur permiſſa, ſed potiùs prohibita: nec enim quòd tēpore interdicti ſit permiſſa, idem cenſendum erit tempore ceſſationis, cùm longa differentia ſit inter vtrumque, vt eſt prædictum, quamuis celebrans tempore ceſſationis, mortaliter peccet, & grauiter puniri poſsit, ac debeat: at verò quòd tempore interdicti generalis celebrans non ſeruata forma iuris, efficiatur irregularis, eſt expreſsè cautum ab eodem iure, vt probatū exiſtit in præd. tertio fundamento prioris partis, quod non ſic inuenitur in celebrante tem-
9 pore ceſſationis à diuinis: † cum tamen irregularitas non contrahatur niſi in caſib⁹ à iure expreſsis, iuxta text. in cap. is qui. in princip. de ſentent. excommunic. lib. 6. & tradita per Tiraquel. in. l. ſi vnquam. verb. reuertatur. num. 251. C. de reuocan. donat. Nauar. in manual. Latin. c. 27. nu. 194. D. Couar. in Clem. ſi furioſus. in princip. 1. partis. de homicid.

10 Ex ſupradictis deduci videtur, nō eſſe locum in ceſſatione à diuinis conſtitutioni dict. capitul. alma mater. quatenus in §. in feſtiuitatibus, à iure relaxatur, atque ſuſpenditur interdictum generale in feſtiuitatibus Natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti, Paſchæ, Pentecoſtes, & Aſſumptionis beatæ Marię ſemper virginis, excommunicatis excluſis, ſed interdictis admiſsis, vt ad humilitatis gratiam, & reconciliationis affectum faciliùs inclinentur: quibus hodie addenda eſt feſtiuitas Corporis Chriſti, vt per Vrbanum Papam IIII. Marti. V. Eugen. IIII. in extrauag. eiuſdem Eugenij extra communes: quæ relaxatio incipit à primis Veſperis feſti, vſque ad Completorium eiuſdem diei feſti, hoc eſt, poſt ſecundas Veſperas: ſed in feſto Paſchatis incipit à Miſſa vigiliæ, ſaltem ab initio gloriæ, quando pulſantur campanæ, & finitur in vltimo Completorio vltimæ diei Paſchatis, aut diei Aſſumptionis, vt tradit Soto in 4. diſtin. 22. q. 3. art. 1. pag. 967. ad fin. cū text. in d. §. in feſtiuitatib⁹
11 tantū loquatur in interdicto † generali, nō verò in ceſſatione à diuinis, quę multū ab illo differt, vt ſuprà probauimus: & ante illū tex. tēpore ceſſationis à diuinis, nulla die, nullo caſu, nulloq; modo Miſſa, aut officia diuina celebrari permittebantur interim ꝙ ceſſatio durat, vt in d. c. non eſt vobis. de ſponſal. & in d. c. irrefragabili. § cæterū. de offic. ordi. & in d. c. dilectis. cū ſimilib. ſuprà allegat. & quòd non mutatur, quare ſtare prohibetur, vt in l. præcipimus. C. de appel. cum ſimil. quo fit, vt hæc opinio ad modū probabilis ſit, atq; in diſputatione facillimè defendi poteſt ſecūdū Couar. in d. c. alma mater. 2. par. relect. §. 5. nu. 3. quāuis ipſe contrarium teneat, vt paulò poſt dicemus: ſequitur Margall. vbi ſuprà. fol. 17. pag. 1. & fol. 23. & 24.

12 Nihilominùs contrarium tanquam verius exiſtimo tenendum, imò quòd licet dict. §. in feſtiuitatibus. loquatur tātùm in interdicto generali, idem dicendum ſit in ceſſatione generali: primò ex identitate rationis in propoſito, ex quo

Ayuntamiento de Madrid

quo idem ſenſiſſe videtur,atque credendum eſt Pontificem in ceſſatione ob reuerentiam dictarum feſtiuitatum, & vt fideles Chriſtiani hoc diuino ſolatio recreati ad humilitatis gratiam,& reconciliationis affectum faciliùs inclinentur: tùm prætereà, quòd ceſſationi à diuinis non omnino derogatur,etiamſi in his feſtiuitatibus diuina officia celebrentur,ſicut nec interdicto,hæc ſiquidé celebratio temporaria eſt ad hos dies feſtos reſtricta, quandoquidem manet ceſſationis vis his diebus tranſactis: & ita hanc partem,vt potiorem admittit D.Couar. vbi ſupra, & audio ſecundùm eam Salmanticæ anno 1584. Vniuerſitatis clauſtrum praxim ſeruaſſe in feſto corporis Chriſti.

---

*SVMMARIVM.*

1 *EPiſcopus poteſt concedere monitorias generales,hoc eſt,cartas de deſcomunion,ad inſtantiam cuiuſcunque eas petentis.*

2 *Decret.3.de reformatione, Seßionis 25.ſacri Concilij Trid.in idem expenditur.*

3 *Solus Epiſcopus poteſt decernere præd. monitorias generales,alij vero inferiores minimè*

4 *Nuntius Apoſtolicus legatus à latere cum ordinariam iuriſdictionem habeat in prouincia ſibi cõmiſſa, eas decernere poteſt. & nu.5.*

5 *Legati à latere officium non expirat per mortẽ Papæ cum mittentis.*

6 *Legatus à latere poteſt diſpenſare in omnibus caſibus inquibus quilibet ordinarius ſuæ prouinciæ.*

7 *Legatus à latere omnia videtur poſſe, quæ Papa ſibi ſpecialiter non reſeruauit, quia eius vices gerit.*

8 *Prouiſor ſeu vicarius generalis, cuiuſcunque Epiſcopi,ſiue Archiepiſcopi præd. monitorias generales decernere poteſt,& quomodò interpretati hoc ſunt illuſtriß.Card.*

9 *Prouiſores ac officiales generales ritè deputati à capitulo ſede vacante,idem poſſunt.*

10 *Capitulum ſede vacante ſuccedit generaliter in iuriſdictione prælati ſui,& etiã in adminiſtratione temporalium & ſpiritualium,& habet iuriſdictionem ordinariam à iure cõmuni, poteſtque indices dare ac conſtituere, & omnia quæ ad iuriſdictionem pertinent,expedire.*

11 *Indicare furẽ iure ciuili tenetur quis,quãdo iudex procedit ex officio ſuo conſiſtente in ipſomet,quod habet, vt debeat purgare prouinciã malis hominibus: ſecus quãdo procederet ad inſtantiam partis,ſeu ex officio conſiſtente in parte:ſed de iure canonico,& attenta praxi commum Eccleſiæ,indiſtinctè indicare tenetur,nu.13.& ſeq.*

12 *Indicandi an ſint ij,qui occultè iniuriam irrogauerunt,aut damnum dederunt,ad monitorias generales? & nu.14.*

15 *Sacerdos etiam ad ſatisfaciendum damnum paſſo compellendus non eſt ad reuelandum furẽ, qui ſibi id in poenitentia confeſſus fuit,vide in nu.74.vbi quòd nullo modo reuelare debet, niſi,&c.*

16 *Iudex ad petitionem partis læſæ poteſt authorem damni occultum generaliter excommunicare;quinimo ſi illud ſciat in confeſsione, poteſt eum indeterminatè arguere,non vero nominatim,ſed in genere à communione remouere,quia nec Chriſtus Iudam à communione remouit.*

17 *Iudex requiſitus omnino tenetur impartiri officium ſuum etiam nobile conſiſtens in ipſomet iudice.*

18 *In foro Eccleſiæ non ſeruantur apices iuris.*

19 *Iudex dicitur procedere ex officio ſuo puro & mero,quando nemo petit ſeu defert.*

20 *Correctio fraterna(quando ipſa eſt neceßaria) præcedere debet,antequam quis reuelетur ad monitorias & nu.73.*

21 *Quando præcipitur ſub excommunicatione,vt qui ſciuerit talem rem, eam per denuntiationem manifeſtet,intelligitur de eo, quod quis ſcit & probare poteſt: niſi prælatus is ſit, qui prodeſſe poteſt & non nocere: in ſecreto tamen tenetur quis reuelare prælato, vt corrigat occultè,tanquam patri, ſi hoc intelligat facere prælatus.nu 22.*

23 *Nemo tenetur propalare in ſecreto nec in aperto expenſis ſuis,nempe ſi oporteret ire alibi ad propalandum.*

24 *Denuntiatio,quæ fit per monitorias,dicitur iudicialis,ad quam non requiritur monitio,nec correctio,ſed contra ibi & nu.71.*

25 *Reuelare quis non tenetur,quod facere non poteſt ſine magno ſui detrimento,vt lati hic.*



Ayuntamiento de Madrid

26 *Iuſſus ſub pœna excommunicationis non denuntians impedimentum, quod ſcit ſubeſſe inter volentes contrahere matrimonium, peccat mortaliter.*

72 *Modus denuntiandi impedimentum occultum, quod ex peccato nſcitur, eſt, vt prius de illo ſecreto impedimẽto moneat, vt ab illo matrimonio deſiſtat, quod ſi noluerit facere, denũtiet ſuperiori, aut alteri, qui impedire poſſit, quamuis id probare non poſſit.*

28 *Vnus teſtis ſufficit ad impediendum matrimonium nondum contractum, quando iuramentum de ipſo contrahendo non interuenit: is tamen teſtis ſciens ex ſua manifeſtatione magnum ſcandalum ſequuturum, ad denũtiandum non tenetur. nu. 29.*

30 *Parochus celebraturus matrimonium, ſciẽs votum ſimplex alterius contrahentis, quid facere debeat?*

31 *Vnus teſtis ita demum ſufficit ad impediẽdum matrimonium contrahendum, quoties cum iuramento aſſereret id certo ſcire, alioqui vnus teſtis etiam iuratus de auditu cum altero abſque iuramento de certa ſcientia non ſufficeret, vt nu. 32.*

33 *Fama ſola impedimenti duobus teſtibus probata ſufficit ad impediendum matrimonium contrahendum.*

34 *Teſtis vnus de auditu ad impediendum matrimo. contrahendum ſufficit, ſi circa impedimentum teſtificetur iuxta formam a canonibus expreſſam.*

35 *Monitoriæ generales concedi poſſunt etiam contra teſtes, qui veritatem ſciunt de aliquo negotio, & eorum nomina ignorantur, & nu. 37.*

36 *Monitoriæ generales concedi poſſunt in omnes impedientes teſtes produci in cauſa mota.*

38 *Monitoriæ generales decerni poſſunt contra habentes vel ſcientes, quis habeat has vel illas ſcripturas: limitatur vt hic.*

39 *Reus interrogatus de crimine an illud commiſerit, quando contra ſe veritatem dicere tenetur, & nu 42.*

40 *Hæreticus occultus interrogatus ab inquiſitoribus vtrùm ſciat aliquẽ hæreticum eſſe, an teneatur ſe prodere?*

41 *Rei contra ius requiſiti poſſunt ac debent quacunque vti amphibologia vſitati ſermonis citra mendacium.*

43 *Copia indiciorum an ſit danda à iudice reo, ad hoc vt ipſe teneatur dicere contra ſe veritatem? & num. 44.*

45 *Iudex caueat ne non ritè procedat interrogando reum illicitè & non legitimè, quia aliàs damnaret animam ſuam.*

46 *Non debet fieri aliquid ex ſolo zelo iuſtitiæ, niſi ſubſit iudicium rationis.*

47 *Sciens aliquid, quod ſibi ſub ſigillo, & fide ſecreti dictum eſt, non debet id reuelare ad finem punitionis, niſi in delictis in quibus inquiſitio fit, & reuelatio exigitur, ad prouidendum malo præſenti vel imminenti, vt in nume. 48. præterquam in caſu poſito in nu. 52.*

49 *Secretum confeſſionis Sacramentalis nullo modo etiam ad ſaluandum totum regnum reuelandum eſt, nec etiam in cauſa matrimoniali ad id compellendus eſt ſacerdos, vt in nu. 50. & nu 74. vbi limitatur.*

51 *Confeſſarius non debet reuelare hæreticum ſibi confeſſum nolentem pœnitere, nec alios prodere.*

53 *Hæretici occulti protinus ſunt iudicibus Apoſtolicis, hoc eſt inquiſitoribus indicãdi nulla præcedente correctione fraterna etiam ſi ſe rè compertum ſit quòd per ſolam correctionem reſipiſcent, quia eiſdem non eſt fidendũ.*

54 *Coniux, deſcendentes & alij, qui iure non tenentur teſtificari contra alterum, nec propalare ob monitorias, & num. 55. quomodo intelligitur.*

56 *Vaſſallus excuſatur à propalando contra dominum.*

57 *Filius patrem hæreticũ occultum accuſare, aut iudicibus indicare non tenetur, duobus caſibus exceptis, de quibus hic.*

58 *Aduocatus, medicus, confeſſor, obſtetrix, & alij ſimiles non tenentur reuelare ſecretum cum eis communicatum ad præceptum ſuperioris, nec id debent facere niſi in caſibus de quibus hic.*

59 *Monitoriæ generales concedi debent pro occultis, in quibus aliàs non patet probatio; ſecus pro notis.*

60 *Monitoriæ generales concedi non debent pro re leui, & an latæ pro ea ligent? & nu. 61.*

62 *Cauſa, quæ dicatur parua, & quæ magna, relinquitur arbitrio iudicis.*

63 *Monitoriæ generales facilius pro pauperibus pro*

Ayuntamiento de Madrid

*pro re parua, quæ pro diuitibus cõcedēdæ ſūt. Modicum dicitur reſpectu perſonarum.*

64 *Cauſæ magnæ dicuntur reſpectu perſonarum,*
65 *nam inter aliquos cauſa decem librarum eſſet magna, & inter alios cauſa centum Florenorum eſſet parua.*

66 *Monitoria ſpecialia contra certas perſonas pro minori ſumma concedi ſolent.*

67 *Excommunicatio generalis lata in ſcientes furtum, & non reuelantes, non obligat eum, qui aliquid accepit ſine ſcandalo in recompenſam certi debiti liquidi ſibi ex iuſtitia, quod alio modo non poterat recuperare, nec etiam obligat id ſcientes, modò pro comperto habeant pro debito legali res illas fuiſſe ſubtractas: ſecus tamen ſi dubitarent, licet ſubripiens id affirmet, niſi tanta fide, & virtute apud eos polleret, vt meritò propter eius dictum certi efficerentur: quod procedit, etiam ſi Epiſcopus iuberet reuelare eos, qui rem illam pro recuperatione ſui debiti acceperint, quia huiuſmodi monitoriæ continerent errorem intolerabilem, ac proinde non valerent, vt in num. 68. Ampliatur in vxore aliquid ſurripiente de bonis mariti præd. modo. num. 69. vbi quòd debet cauere ne iterum ſibi debitum ſoluatur.*

70 *Vxor poterit occultè, & ſine ſcandalo de bonis mariti ſoluere debitum ipſius, etiam contra eius voluntatem.*

71 *Reuelare non tenetur ad monitorias, qui aliquid audiuit à leuibus perſonis non fide dignis, vt hic.*

72 *Excuſatur à reuelatione facienda aliquid ſciēs, ſi is, à quo id ſciuit, denuntiet.*

73 *Reuelare quis non tenetur peccatum ſecretum, ſi reus eſt omnino emendatus, vel cum correctione fraterna ſperatur emendatio.*

75 *Edicta quæ leguntur in viſitationibus circa peccata manifeſtanda intelliguntur de publicis, non verò de occultis.*

76 *Monitorijs criminoſis reſpondendum non eſt: nec quando præceſſit pactum in contrariū, vt in nu. 77.*

78 *Excommunicatio regulatur ab intentione excommunicatoris: idem eſt in excommunicatione generali. nu. 79.*

80 *Monitoriæ generales intelligi debent ciuili modo, ita quòd nō quis arctetur ad impoſſibile: & excommunicatio fieri non debet pro debito contra eum qui ſoluere non poteſt. n. 81.*

82 *Praxis monitoriarum, & numeris ſequent.*

84 *Iudex Eccleſiaſtic. tenetur remittere laicum exeuntem ad monitorias, & allegantem rem tenere iuſto titulo, ad ſuum iudicē, ſi hoc petatur: cognoſcit tamē iudex Eccleſiaſt. an legitimè propalauerit, vel non, nu. 85. & ſeq.*

90 *Praxis procedendi in denūtiatione Euangelica, & nu. ſequent.*

92 *Diœceſanus ex officio ſuo debet denuntiare excommunicatum nominatim, & eum facere euitare, quando ſibi conſtat, & nu. ſeq.*

94 *Vnus teſtis quam is ſufficiat quantū ad excommunicationem in genere, ſecus tamen eſt quantum ad excommunicationem in ſpecie, & nominatim.*

## CAPVT VNDECIMVM.

### De monitorijs generalibus earumque praxi.

1 EPiſcopus ad inſtantiam cuiuſcunque petentis poteſt cōcedere monitorias generales (vulgò, *Cartas generales de deſcomunion dichas*) contra detinentes res ſuas, vt niſi eas reſtituāt intra certum tempus in eiſdem literis aſsignatum, ſint excommunicati, & etiam contra ſciētes vbi vel apud quam perſonam tales res nunc ſint, vt id propalare debeant, iuxta gloſ. 1. Bart. Bald. Angel. & cæteros communiter doct. in. l. ciuile. C. de furt. tex. in. c. qui cum fure. de furt. vbi Abb. nu. 2. dicit per illum tex. iuſtificari poſſe ſententias Epiſcoporum, qui quotidie ſubditos ſuos conſcios furti admonent, vt debeant reuelare, & non reuelantes excommunicant. Stepha. Aufreri. in addit. ad Clem. 1. de offi. ordi. & in tract. de poteſt. Eccleſ. ſuper ſeculares. verſi. 8. incip. pro quolibet damno. num. 53. volu. 14. tracta. diuerſ. doct. fol. 404. Rota in nouis deciſ. 19. de dolo & contum. aliàs. 444. incip. extra Rotam, fol. 64. Bald. in. c. ſi ſacerdos. ſtatim in princ. de offi. ordi. gloſ. in Clem. diſpendioſam. in verb. præmoniti. de iudic. vbi Cardin. Imol. Anchar. & alij notant, formamq; ponunt: ſequitur plures referens Ioan. de

de Neuizan.in ſua Sylua nuptial.lib.3.n. 28.volu.6.tract.diuerſ.doct. fol. 38. vbi nu. 58. iure idem probat,nempè ratione peccati,de quo ſolus Eccleſiaſticus cognoſcere poteſt,vt in.cap.nouit.de iudic. idem latiſsimé iure probat Steph. Aufrer.vbi ſupra in d.tract.de poteſt.Eccleſiaſt.ſuper laicis, &c.num.53.d.volu.14. tract.fol.404.ſequitur Bern.Diaz in regu.243.quod hodie ſacrum Concil.Triden. approbauit in ſeſs. 25. cap.3. de reforma.ſalutiferam in his monitorijs formam ſeruandam præſcribens in hunc ſanè modum.

2 Quapropter excommunicationes illę, quæ monitionibus præmiſsis,ad finē reuelationis,vt aiunt,aut pro perditis, ſeu ſubtractis rebus ferri ſolent, à nemine prorſus,prętcrquam Epiſcopo decernantur,& tunc non aliàs,quam ex re nō vulgari,cauſaq; diligenter ac magna maturitate per Epiſcopum examinata, quæ eius animum moueat,nec ad eas decernēdas cuiuſuis ſecularis, etiā magiſtratus, authoritate adducatur,ſed totum hoc in eius arbitrio,& conſcientia ſit poſitum, quando ipſe pro re,perſona, aut tempore eas decernendas eſſe iudicauerit:ſolus itaq; Epiſcopus poteſt decernere huiuſ-
3 modi excommunicationes generales,† vt ibidem cauetur, quaſi alij iudices inferiores eas ferre minimè poſsint. Nuntius autem Apoſtolicus Legatus à latere
4 ad prouinciam miſſus,† vt ibi euellat & diſsipet,ædificet atq; plantet,cum ſit ordinarius, ordinariamq; iuriſdictionem
5 habeat in prouincia ſibi cōmiſſa, † vnde per mortem Papæ mittentis non expirat eius officium,vt in.cap.2.incip.legatos, & ibi gloſ.pen.& communiter doct. de offi.leg.lib.6.Gūdiſ.à Villadieg.in tract. de legat.1.par.q.16.nu. 12. vol.14.tract. fol.165. poterit iure optimo huiuſmodi
6 literas monitorias generales decernere.† Sic etiam legatus poteſt diſpēſare in omnibus caſibus in quibus Epiſcopus, ſiue Archiepiſcopus,ſiue Patriarcha, vel quilibet ordinarius ſuæ prouinciæ, quia ipſe ordinarius eſt in ea, vt pote vices domini Papæ gerens,& pleniſsimā, & maiorem p oſt principem in ea habet poteſtatem,vt inquit Specul.in tit.de legato. §.cōſequēter.in prin.ſequitur Villadieg. vbi ſupra.q.14. in prin. imò omnia vide
tur poſſe, † quæ Papa ſibi ſpecialiter nō 7
reſeruauit, quia vices eius gerit.c. cum venerabilis.de conſuet.c.1.de offi. legat. & ibi Abb. in vltimo notab. Specul.in tit.de legat.§.nunc oſtendēdum.in verſi. legatus,& eſt imago ipſius principis, vt in.c.volentes.de offi.legat.vt latè plurima cōgerens in propoſito tradit Nicol. Boer.in tract.de poteſt.legat.à latere,nu. 16.& aliquibus ſeq.& iterum num.65.& ſeq.eod.volu. 14. tract. Nil mirū ergo ſi Nuntius Apoſtolicus legatus ſedis Apoſtolicæ poſsit,imò rectè poteſt præd.monitorias generales decernere, prout quotidie eas concedit, atque decernit per totam ſuam prouinciam,rem committendo Epiſcopo,ipſiuſque prouiſori,ſeu officiali diœceſis,vt ſi re maturiùs conſiderata iuxta decretum ſacri Concil. Triden.ſuperiùs præinſertum,duxerit concedendas,eas decernat cum aſsignatione alicuius termini,intra quē ſub pœna excommunicationis Apoſtolicæ reueletur quod prętenditur,& ita videmus fieri ſæpiſsimé,eſtq; hoc indubium.

8 Quinimò,& Prouiſor ſeu Vicarius generalis cuiuſcunque Epiſcopi, ſiue Archiepiſcopi,cùm habeat generale mandatum,ſitq; ordinarius diœceſis,ordinariamq; exerceat iuriſdictionem, poterit præd. monitorias generales concedere, atque cenſuras decernere,vt in terminis tenet Silua nupt. & Bernar.Diaz vbi ſupra:nec enim hunc meo iudicio excludere ab hac facultate & poteſtate voluit Conc.Triden.in verbis ſupra relatis,dū diſpoſuit,à nemine prorſus,prętcrquam ab Epiſcopo eas decernendas,cum ipſius hic generalis vicarius habeat eandem poteſtatē in iuriſdictionalibus ſibi ab Epiſcopo conceſſam:ſed vt paulò ante dicebamus,inferiores ab Epiſcopo voluit ſacrum Concilium in hoc excludere. Poterit igitur prouiſor,vel vicarius generalis Epiſcopi, has monitorias concedere, & ita in praxi receptum eſt. ¶Hoc tamē

in hunc

Ayuntamiento de Madrid

in hunc modum interpretati ſunt illuſtriſsimi Cardinales ad declarationẽ dubiorum decretorum Concil. Trid. deputati à ſede Apoſtolica: Vicarius generalis, & ad id facultatem habens ab Epiſcopo, poteſt ſine prȩuia cognitione facti ab ipſomet Epiſcopo excommunicationes ad finem reuelationis pro rebus deperditis decernere, dum tamen ipſe vicarius cauſæ cognitionem adhibeat; vt deduxi ex quodam ſumpto declarationum omnium eorundem Card. quarum hæc eſt nu. 12. ſic requiritur, vt habeat vicarius ad hoc ſpeciale ab Epiſcopo mandatum, niſi verba illa, Et ad id facultatem habens &c. referãtur ad facultatẽ vicariatus generalem.
9 † Sed & prouiſores ac Vicarij, officialeſq; generales à capitulo eccleſiaſtico ſede Epiſcopali vel Archiepiſcopali, & ſimilib. vacante, ritè deputati cum plena, omnimoda, & libera poteſtate eas
10 concedere poterunt: † quia regula affirmatiua eſt vera & communis, quod capitulum ſede vacante ſuccedit generaliter in iuriſdictione prȩlati ſui, & etiam in ad miniſtratione temporalium & ſpiritualium, & habet iuriſdictionem ordinariã à iure communi, poteſtq; iudices dare ac conſtituere, & omnia, quæ ad iuriſdictionem pertinent, expedire, vt latiſsimé plures allegans iure probat Ioan. Franciſ. de Pauino in tract. de offi. & poteſt. cap. ſede vacant. q. 1. & 2. primȩ partis princip. vol. 15. tract. diuerſ. doct. fol. 172. & ſeq. id quod hodie probauit ſanct. Conci. Trid. ſeſs. 24. de reform. c. 16. præcipiẽs, quòd capitulum ſede vacante officialem ſeu vicariũ infra octo dies poſt mortem Epiſcopi conſtituere, vel exiſtentem con firmare omnino teneatur, qui ſaltẽ in iure canonico ſit Doctor vel Licentiatus, vel aliàs quantum fieri poterit idoneus: ergo cùm prouiſores ſede vacante à capitulo ritè deputati habeant atq; ſuccedãt in omni iuriſdictione, & adminiſtratione ſpiritualium & temporalium Epiſcopi, totumq; Epiſcopatum gubernent, atque regant, ac proinde proepiſcopi rectè dici valeant, conſequens eſt, vt prædictas monitorias, atque cenſuras generales decernere poſsint, ſicut ipſi Epiſcopi, cùm hoc ad claues ſpectet, in quibus abſque dubio ſuccedit capitulũ ſede vacante: proinde indubium eſt quod prædiximus, præmaximè ſi in mandato capituli id exprimatur: quòd ſi expreſsè denegetur, vel reſtringatur ad alia, reſeruã do cætera ipſi capitulo, aliud erit dicendum: & ita cum iure communi concordat praxis moderna, vt noſtris temporibus videmus decernentes ſæpiſsimè prædictas monitorias in præd. officio proepiſcopi, quod licèt immeriti nunc exercemus pluſquã anno elapſo in hoc Epiſcopatu Ciuitatenſ. ſede ipſius Epiſcopali vacãte, deputatione eiuſdem capituli.

Summé tamen controuerſum eſt apud vtriuſque iuris interpretes, an Epiſcopus, eiuſque vicarius generalis poſsint prædictas monitorias generales concedere non ſolùm contra ſcientes, vt debeant propalare, ſeu indicare rẽ vbi nũc eſt, eumq; qui eam detinet, ſed etiam debeant indicare & propalare furem, qui talem rem ſurripuit? Legiſtæ enim magis communiter probãt,
11 † teneri quẽ indicare furẽ, quando iudex ex officio ſuo procedit conſiſtente in ſemetipſo, quod habet, vt debeat purgare prouinciam malis hominibus: ſecus autem eſſe quando procederet ad inſtantiam partis, ſeu ex officio conſiſtente in parte, quia tunc non tenetur quis indicare furem: quare priori caſu rectẽ facit Epiſcopus decernens cenſuras generales contra non reuelantes furem ſiue furtũ, vt praxis communis hodierna habet: in ſecundo verò caſu ſecundùm Legiſtas minimè: quod probant ex. l. 4. §. ſi tibi indicium. ff. de condict. ob turp. cauſ. & in. l. ſolent. ff. de prȩſcript. verb. vbi probatur, repeti non poſſe quod datum eſt à parte ob indicandum furem vel ſeruum fugitiuum, quia non turpiter acceptum eſt, imò ex pactione, & conuentione poſſe peti, actionemq; in id exigendum dari: ergo non tenetur quis neceſſariò & præciſe legis præcepto ad inſtantiam partis gratis indicare furem, aliàs non poſſet aliquid ob id recipere abſque turpitudine, atque

Ayuntamiento de Madrid

atque proinde ad reſtitutionem teneretur, iuxta gloſ. in d. §. ſi tibi indicium. verb. repeti. vbi id in proprijs terminis notat, quæ ſingularis eſt ſecundùm Iaſ. ibi, & Bald. in. c. ſuper eo. de tranſact. tradit latè bene declarás D. Couar. in regul. peccatum. 2. part. §. 3. nu. 6. de reg. iur. in 6. quanuis ſaltim charitatis præcepto teneatur quis furem atque ſeruum fugitiuum indicare, vt communi omniũ conſenſu adnotatum eſt in. c. qui cum fure. de furt. & in. c. dilectus. de exceſ. prælat. & ita hanc partem priorem tenent Bart. & communiter doct. in d. l. ciuile. C. de furt. & in d. §. ſi tibi indicium. damnãtes contrariam ſententiam Canoniſtarum, de qua infra: ſed prædictam Legiſtarum opin. videntur ſequi Abb. in d. cap. dilectus, nu. 1. de exceſſ. prȩlat. Anania poſt
12 Ant. de But. & Card. Floren. in d. c. † qui cum fure. col. pen. Cardi. Alex. in. c. nerui. 13. diſt. col. 3. & in. cap. quidam ex his. col. fin. 1. q. 1. & inquit Do. à Soto de ratio. tegen. & detegend. ſecret. memb. 2. q. 6. pag. fi. quòd ſolent officiales excommunicare in genere eos qui occulté iniuriam irrogarunt, aut dederunt damnum, puta eos, qui occulté furtum fecerunt, aut fuſte, aut gladio percuſſerunt: & neſcio profectò an plus nimio extendant in modo hanc poteſtatem, inquit ille: nam quanuis id iure liceat, deberet tamen fieri in primis, quando damna, aut iniuriæ grauiſsima ſunt, vt puta pro bonis Eccleſiæ; & deinde deberet admoneri in literis excommunicatorijs, quòd excommunicatio ſolũ fertur, vt reſtitutio fiat damni & iniuriȩ, aliàs multi decipiũtur putantes, quod tenentur manifeſtare huiuſmodi malefactores, vt puniantur, cùm ſolùm teneantur malefactores reſtituere & ſcientes admonere illos, vt reſtituant, quod ſi noluerint, debent manifeſtare illis qui poſſint prodeſſe, & non obeſſe: nã inquirere punitionis gratia non poſſunt niſi illis, qui laborant infamia aut indicijs. Nec obſtat d. c. qui cum fure. quia ſecundùm Legiſtas loquitur ſolùm de re furtiua indicanda, & propterea nonnulli eorum adducunt illud vulgare exemplum ſancti Franciſci, qui interrogatus vtrùm homicida inde tranſiuerat, vſus verbis æquiuocis immittendo manus in manicas, reſpondit, Non tranſiuit huc.

13 Rurſus, Canoniſtæ antiqui tenent indiſtincte contrarium, imò quod quanuis de iure ciuili quis non teneatur indicare furé, vt ſupra in. 1. opin. iure tamen canonico ad id teneatur, vt referunt Albe ric. & Iaſ. in d. l. 4. §. ſi tibi indicium. fallen. 1. ff. de cond. ob turp. cauſ. Bertach. ſimpliciter in tract. de Epiſcopo. 2. part. lib. 4. q. 7. nu. 39. volum. 2. tracta. diuerſ. doct. fol. 163. gloſ. per text. ibi, in d. c. qui cum fure. verb. non indicat. de furt. & ibi Abb. Roman. ſingul. 785. & quòd quando res aliter domino reſtitui nó poteſt, teneatur quis furem indicare priuato (vt in propoſito, quia tũc dantur monitoriæ huiuſmodi, quando aliter, nec aliundè probari id poteſt) tenet Adrianus in 4. ſentent. in tracta. de reſtit. c. reſtat inquirere. in verſic. ſed contra. fol. 155. ibi, Credo tamẽ, &c. D. Couar. in d. regul. peccatum. 2. par. §. 3. nu. 5. & F. Anton. à Corduba lib. 1. quæſtio. q. 43. in. 2. dubio. verſ. 2. ſi autem. pagin. 347. colu. 1. in princip. vbi id intelligit, quoties reuelatio aut teſtificatio exigitur, vt damnum ſatisfiat parti læſæ, & nullo modo ad punitionem: vt quando ſub excommunicatione prȩcipitur, quòd qui furatus eſt tale quid, reſtituat intra tot dies, vel qui id ſcit, notificet ſuperiori, vt cri-
14 minoſus ſic compellatur reſtituere, † vel à malo ſtatu vel concubinatu recedere, & huiuſmodi, quia tunc qui ſcit, etiam ſub ſigillo ſecreti, tenetur tam contra ſe, quàm contra alium quantumlibet occultum criminoſum ſecretè reuelare ei tantum, qui poteſt prodeſſe, non obeſſe, modò ſit ille ſuperior, modò non, ſi credit quòd ſine tali reuelatione illi malo aut damno non prouidebitur ſufficienter, & per illam reuelationem prouidebitur: aliàs mortaliter contra charitatem vel contra iuſtitiam peccabit non reuelando, vel non teſtificando, & illam excommunicationem incidet, & tenebitur reſarcire damnũ damnificato, ſi quis ideò

rem

Ayuntamiento de Madrid

rem ſuam,vel damni ſatisfactionem non habuit,quia ad d. pręceptum eius ſpeciale,vel generale noluit ille teſtificari, vel occultum crimen reuelare, vt peccator ille à ſuo malo ſtatu recederet, vel proximo lęſo ſua debita fieret ſatisfactio:ſecus ſi criminoſus emendatus eſt iam, vel ſatis credibile & certum eſt,quòd ad ſecretam monitionem,vel alio modo cum minori detrimento ille emendabitur,vt latiùs ibi per eum, vbi bene declarat,& in terminis quòd contra ſcientes furé poſſint cócedi monitoriæ prædictę,vt eum indicent, ſiue propalent, & ſi id non faciát, poſsint excõmunicari, tenet Abb. in d.c.dilectus.1.notab.de exceſ.prælat. & alij Canoniſtæ:ſed & nónullos Theologos hanc partem tenentes refert Corduba vbi ſupra,in verſi.contra ſupradicta.pag.348.in fine.& pag.ſequé.in principi.vbi inquit, quòd ſic ſe habet practica Eccleſię, & reuera hęc ſecunda pars verior & tenenda eſt:tùm ex fundamentis ſtatim iaciendis:tùm etiam, quia vt dicebat Abbas vbi ſupra,Cordub.& alij plures affirmant infra referendi, & nos quotidie videmus,praxis Eccleſiæ habet, vt monitoriæ generales cum cenſuris decernantur contra ſcientes furem & non reuelantes:idque adeò eſt obſeruatum in Eccleſia Dei, vt minimé ſit mutandum, argum. l. minimé. ff.de legib.cum ſimilib.Quod pręcipuè procedit quando crimen vel factum eſt notorium, & patrator occultus,in quo omnes concordant ſecundũm Cordub.vbi ſupra, & probat idem Cordub. in dict. tracta. *De caſos de conciencia* d.quæſt.64.in princip.

Et primò,hæc ſententia probatur in d. c. qui cum fure, cuius verba ſunt hæc. Qui cum fure partitur,occidit animam ſuam:nó fur ſolùm, ſed ille reus tenetur, qui furti conſcius, quęrente poſſeſſore, non indicat.& ibi gloſ.fin. expreſsè notat, & vt prædiximus, hác partem tenet: ecce enim text. vbi etiam ad inſtantiam partis tenetur quis furem indicare.Nec obſtat reſponſio Legiſtarum dicentium tex.illum loqui tantùm de re furtiua indicanda,non verò de fure:nam ex mente,& generalitate illius text. veriùs intelligitur loqui etiam de fure,prout intelligunt glo.ibi,& Canoniſtæ antiqui.

15 Secundò,eadem ſententia probatur per locum ab ſpeciali in d.c. dilectus. de exceſsib.pręlat.vbi ſacerdos etiam ad ſatisfaciendùm damnum paſſo compelli non poteſt ad reuelandum furem, qui ſibi id in pœnitentia confeſſus fuit: quia,vt inquit tex.pernicioſum eſſet, presbyterum ſibi taliter credita reuelare,ac ad id cogi,quod non rapuit,exoluendum: ergo quoties extra confeſsionem in pœnitentia,aliquis agnouit furem,poteſt cogi vt eum indicet ad ſatisfaciendũ damnum parti læſæ,& ibi Panormit.notabi. 1. dicit illum text. eſſe meliorem de iure ad hoc.

16 Tertiò, pro hac eadem parte eſt optimus tex.in.c.ſi ſacerdos.de offi.ordi.vbi expreſſim cauetur, quòd ad petitionem partis læſæ poteſt iudex authorem damni occultum generaliter excommunicare:quinimo probatur ibi, quòd ordinarius,qui ſcit,non vt iudex vel homo,ſed vt Deus,nempe in confeſsione Sacramétali,ſubditum eſſe criminis reum,poteſt eum indeterminaté arguere:nó ergo poterit eum nominatim,ſed in genere à cómunione remouere,quia nec Chriſtus Iudam à communione remouit. Quartò, probatur ratione: quoniã quilibet tenetur ſuo ſuperiori obedire in ijs, quæ ille poteſt præcipere,&quomodo poteſt pręcipere:ſed in caſu prædi. ſuperior poteſt inquirere, & præcipere,vt ſubditi criminoſũ reuelent vti nouerũt. Quod patet, quia Eccleſia poteſt procedere ſuper occulta per accidés,ſi per ſe,aut de ſe manifeſta ſũt,vt ſunt actus exteriores,quantũlibet occulti ex defectu teſtiũ vel probationis,aliàs enim nunquã procedere poſſet,quod abſit,ſecundùm Caiet.ſecunda ſecundæ quęſt.11.art.3.& 4.& communiter docto.vt affirmat Corduba vbi ſupra.Rectè igitur ex omnibus ſupradictis iure conuincitur poſſe decerni monitorias generales cum cenſuris aduerſus ſciétes furem, & non reuelantes, atque indicantes.

Quintò

Ayuntamiento de Madrid

Quintò & vltimò, quia differentia Legiſtarum ſupradicta in prima opinione. inter iudicem procedentem ex mero officio ſuo, vt tunc decernere poſsit prædi
17 ctas monitorias, † & procedentem ad inſtantiam partis, vt id non poſsit, inanis, atque ſine effectu videtur: quia iudex requiſitus omnino tenetur impartiri officium ſuum, etiam nobile, cõſiſtens in ipſomet iudice, vt docet Bart. in l. 1. nu. 12. ff. de iuriſd. omn. iudi. maximè in iſtis monitorijs ratione peccati, in quibus officium iudicis exuberat, ſecundùm Cardinal. in Clemé. diſpendioſam, quæſt. 23. de iudic. & licet pars accuſet, dicitur nihilominus iudex procedere ex mero officio nobili, & accuſans dicitur ſtimulus inſtigans iudicem, vt volunt Cacialup. Lancelo. & Claud. in l. imperium. col. 4. ff. de iuriſd. omn. iudic. & ibi Riminald, Curtius Iun. & Gaſpar Velaſ. vbi omnes teſtantur opin. Bart. ibi hoc tenentis eſſe magis communem, quam ibi latè probat Alexã. vt refert Silua nuptial. vbi ſupra, nu. 31. Non igitur eſt curandum, an diœceſanus, cuius officium humiliter imploratur, concedat tales monitorias generales cõtra ſcientes, ex eius officio, an aliàs ad inſtantiam partis, poſtquã huic differentiæ vnico verbo poteſt imponi remedium, ex quo per officium nobile poterunt cogi ſcientes furem propalare, etiam ſecundùm leges, vt in d. §. ſi tibi iudicium, & illud iudex tenetur impartiri
18 vt eſt prædictum: † maximèque hoc procedit in foro Eccleſię, in quo nõ ſeruantur tot apices iuris, vt in cap. dilecti. vbi gloſ. 1. ad finem. de iudi. Iaſ. in. §. item ſi quis in fraudem. colum. 18. verſ. 4. limitatur. n. 78. Inſtit. de actio. Quòd ſi adhuc
19 inſtes, quòd propriè loquẽdo, † iudex dicitur procedere ex officio ſuo puro, & mero, quãdo nemo petit ſeu defert, ſecũdum Abb. in cap. qualiter & quando. el. 2. de accuſatio. col. antepen. verſi. nota ergo ex prędictis. nu. 21. Cæpol. cõſi. 66. incip. decreuit. circa. fin. Præpoſitus in c. de accuſatione. 2. quæſt. 8. col. 40. vbi enumerat nouem differẽtias, an iudex inquirat ex officio, an ad inſtigationem alterius attamen negari non poteſt, quin iure ſaltem canonico hæc noſtra ſecunda pars perſpicuè probetur, atque tenenda ſit, quicquid de iure ciuili alij contrarium contendant: & ita meritò hanc vltra ſupra relatos probauit Ioan. Neuizanis vbi ſupra, à nu. 30. cum ſequent. vbi dicit, quòd eam opin. ſeruat conſuetudo diœceſanorũ, & ſtylus curiæ Romanæ, in qua eſt vberrimus fons Canoniſtarũ: & Nauarr. contra Sot. vbi ſupra in Manuali. c. 18. nu. 40. dicẽs, quòd conſuetudo generalis Eccleſiæ obſeruat contrarium eius quod Soto vbi ſupra aſſerebat, & ſic noſtram ſententiam: quam ibidem Nauar. & iterum in cap. 17. nu. 134. & ſequen. & cap. 25. nu. 46. Manualis Hiſpani, & latius in cap. inter verba. 11. quæſt.
20 3. cõclu. 6. nu. 581. † & ante eum Soto vbi ſupra. d. col. fin. quæſt. 6. membri. 2. de ratione tegend. & deteg. ſecret. intelligit ſalua correctione fraterna inducendo reum vt mandato Epiſcopi ſatisfaciat, & conſequenter quando ea eſt neceſſaria iuxta ſanctum Thom. 2. 2. quæſt. 33. art. 2. ad. 2. communiter receptũ, hoc eſt ſi fur, aut læſor ſecretò admonitus noluerit reſtituere, & ſi fur ſatisfecerit, eũ manifeſtare non debet, nec etiam ſi non ſa-
21 tisfaciat, ſi illud probare nõ poteſt: † quia quãdo præcipitur, vt qui talem rem ſcit, eam per denuntiationem manifeſtet, intelligitur de eo quod quis ſcit & probare poteſt, vt copioſiùs dixit idem Nauar. in dict. cap. inter verba. pag. 225. & ſeq. & nu. 778. niſi quando prælatus is eſſet, qui prodeſſe poteſt, & non obeſſe. c. hoc videtur. 22. quæſt. 5. ſed ſi admonitus ſatisfacere nollet, & admonitor probare poteſt, manifeſtare debet, quia aliàs excõmunicationem incurreret, & damnificato, quod ob ſuum ſilentium recuperare de ſuo omiſerit reſtituere tenetur, niſi ob iuſtum metum taceat, ſecundùm Ioan. de Anania in dict. cap. qui cum fure. de furtis. numer. 6. & 8. Hæc Nauar. vbi ſupra, & ante eum Summa Angelic. verb. denuntiatio. numer. 13. Supradicta tamen reſtrictio Nauarri, vt quis non teneatur denuntiare in prædict. caſu, ſi illud probare

Ayuntamiento de Madrid

bare non poteſt, procedere prima facie videbatur; quando quis cogeretur ita denuntiare, vt probet, quia ſi nó poteſt probare, nó teneretur denuntiare, vt expreſſè tenet Anton. à Cordub. vbi ſupra in verſi. quinto quando quis cogeretur. & in tract. de caſos de conciencia. quæſtio. 64. in. 2. punct. in verſ. El quinto caſo es. quaſi innuat ſecus eſſe, ſi quis tantum cogeretur reuelare quod ſcit, non verò denuntiare, prout communiter contingit fieri in his monitorijs de quibus agimus: nihilominus tamen adhùc in hoc caſu dicendum eſt non teneri reuelare, quia dũ
22 dicitur, qui ſcit, &c. † intelligitur de ſciẽtia probabili: in ſecreto tamen tenetur quis reuelare prælato, vt corrigat occultè tanquam patri, ſi hoc intendat facere prælatus, ſecundùm Angel. de Clau. vbi ſupra. & plurimos allegans ita reſoluit Silua nuptial. vbi ſupra nu. 45. & 46. dicẽs, quòd ſi iudex in monitorialibus diceret, quòd ſcientes propalẽt, ſiue probare poſſint, ſiue non, non valerent, quia continent errorem intolerabilem, niſi adderet, quòd qui non poteſt probare, dicat ſibi in ſecreto: & iuxta hanc diſtinctionẽ
23 eſt intelligendus Nauar. vbi ſupra. † Nemo tamen tenetur propalare in ſecreto, nec in aperto expenſis ſuis, puta ſi oporteret ire ad vicarium Epiſcopi, vel Romam, vel alium, de gẽtem in remotis partibus, quem adire non poteſt ſine impenſa, vt cum Roſella probat Silua nuptia. vbi ſupra contra Silueſt. & quòd ſi monitorię aliter decernantur, non ligant.

24 Illud tamen de correctione fraterna, vt pręcedere debeat in propoſito, non videtur omnino abſolutum, quia denuntiatio, quæ fit per tales monitorias, dicitur iudicialis, ad quam non requiritur illa monitio inter te, & ipſum, &c. ſecundùm Ioan. Andr. & alios capit. nouit. de iudic. & eſt de mente Tabienæ, in verb. accuſatio. §. 14. & in verſicul. inquiſitio. §. 7. & in proprijs terminis ita tenet contra Silueſt. Silua. nuptial. vbi ſupra nume. 46. Nihilominus tenẽdũ eſt, quod prædiximus ex Nauarru. circa correctionem fraternam, vt infra latius limit. 9. nume. 73. aſſeremus: cætera, quæ Nauarr. vbi ſu-
25 pra, præfatur, vera eſſe exiſtimo. † Quare, ſi ſciens furtum vel aliud, quod præcipitur reuelari, id facere nó poſſet ſine magno detrimento in perſona, fama, aut rebus ſuis, ob hunc iuſtum timorem excuſatur, & ſolùm tenetur reuelare, vt commodè poteſt, ſecretò, ſi id etiam ſine tali detrimento facere poteſt, alias ſecus, nec aliter obligant huiuſmodi præcepta ſuperiorum, nec eorum ligant excommunicationes, ſecũdùm Anto. à Corduba vbi ſupra: idem eſſet quando propalans, ob hoc poneret ſe in aliquo ſcandalo, vt cũ Formulario prouinciali tenet Neuizanis vbi ſupra numer. 47. vtrumque alios allegans, & ſe alibi ſequitur Nauarru. in manual. Hiſpan. capit. 25. num. 50. & Cordub. in ſuis caſib. conſcien. quæſtio. 64. vbi ſupra.

26 Ex quibus iam deducitur, quòd qui iuſſus ſub pœna excommunicationis, non denuntiat impedimentum, quod ſcit ſub eſſe inter volentes contrahere matrimonium, peccat mortaliter, argum. ca. 2. de
27 maiorit. † & obedien. tenetur enim illud reuelare ſacerdoti faciẽti banna, etiam ſi ſibi reuelatum ſit, petendo ab eo cõſiliũ, non tamen cõmiſſo ſecreto, vt tenet Palud. in. 4. diſtin. 27. quęſt. 1. in nono caſu, fol. 146. in princi. Modus autem denuntiãdi impedimentum, ſaltem occultum, quod ex peccato naſcitur, eſt, vt prius de illo ſecreto impedimento moneat, vt ab illo matrimonio deſiſtat, & ſi noluerit deſiſtere, denuntiet ſuperiori, aut alteri qui impedire poſſit, quamuis probare non
28 poſsit: † quia ad impediendum matrimonium nondum contractum, iuramento de ipſo contrahendo non interueniente, ſufficit teſtimonium vnius: vt in ca. pręterea. el. 2. de ſponſal. & in ca. ſuper eo. 2. reſponſ. de teſtib. per eum text. ita tenet Roman. ſingul. 616. quia agitur de peccato euitando, quod imminet committendum, vt latè probat Nauarr. in cap. ſacerdos. num. 27. de pœnit. diſtin. 6. & in manual. cap. 22. nu. 83. D. Couar. in. 4. de ſpõſal. 2. part. capit. 6. §. 10. num. 21. aduerſus Maior. in. 4. ſentent. diſt. 21. quæſt. 2. qui

I hunc

Ayuntamiento de Madrid

hunc communé illius tex. intellectum ig norauit, reprobato etiam intellectu gloſ. in c. pręterea, verb. publicè confiteri, exiſtimantis, quòd ſi vnus teſtis publicè deponeret de præd. impediméto, non ſuffi ceret ad impediendum matrimoniũ etiã contrahendum: quam communiter reprobari affirmat ibi Abb. num. 7.

29 Quòd ſi teſtis hoc ſciens ſatis intelligeret, ex ſua denuntiatione magnum ſcandalum ſequuturũ, quãuis probare poſsit, etiam mandato ſub excommunicatione ipſo facto, vt nuntiet, exiſtẽte, ad denuntiandum non tenetur iuxta Adria. in 4. de confeſſ. quæſt. 5. dubio. 7. fol. 277. col. 2. verſ. tertio dico. quem refert & ſequitur Naua. vbi ſupra. idem latius in repet. c. inter verba. 11. quæſt. 3. nu. 633. & ſeq.

30 Parochus autem, vel alius ſacerdos, de ipſius, vel ordinarij licentia celebraturus contractum matrimonij inter aliquos, ſciens votum ſimplex emiſſum ab altero eorum, an poſsit aſsiſtere huiuſmodi matrimonio, eoſque coniungere, vel potius debeat eos repellere, videndus eſt omnino latè id diſſerens per concluſiones Alfonſus à Veracruce in appendic. ad Specul. coniug. ad articu. 15. primæ partis, de impedimento voti ſimplicis.

31 Illud autem, quod modo prædiximus iuxta communem intellectum text. in dict. capit. præterea. el 2. vt vnus nempè teſtis de impedimento matrimonij deponens de auditu, ſufficiat ad ipſum contrahendum impediendum, intelligendum ſanè eſt, quoties dictus teſtis cum iuramẽto aſſereret illud impedimentum certo

32 ſcire: † alioqui teſtis vnus, etiam iuratus, de auditu teſtimonium præbens, coniugium non impediret, etiamſi cum eo alter abſque iuramento de certa ſcientia teſtaretur: tex. ſingularis, vbi notat Abb. nume. 2. in capit. 1. de conſanguin. & affinit. ſequitur. D. Couarru. vbi ſupra, in verſicul. quibus omnibus, &c. ex eo deducens maiorem fidem ſoli famæ exhibendam eſſe hac in re, quàm prædictis duobus teſtibus, quandoquidem hi non ſufficiunt ad impediendum matrimonium contrahendum, vt eſt prædictum:

33 † & tamen ſola fama impedimenti duobus ſaltem teſtibus probata, abſque alia impedimenti probatione, ad id ſufficit, iuxta text. in capit. ſuper eo. de conſanguin. & affinit. quem ibi Abbas & cæteri Doct. notant: idem Abb. in capit. ſuper eo. de eo qui cognou. conſang. vxoris ſuæ. & ad hoc dicit illum text. ſingularem Roman. ſingul. 616. Decius in c. 1. col. 3. nu. 15. de appel.

34 Vnus tamen teſtis de auditu ad impediendum matrimonium contrahendum ſufficit, ſi circa impedimentum affinitatis teſtificetur iuxta formam à canonibus expreſſam in capit. licet ex quadam. de teſtib. vbi Felin. col. 1. & text. in capit. tua nos. de conſanguin. & affini. vbi Abbas & Præpoſit. hoc ipſum explicant, nã is ſolus teſtis ſufficeret ad impediendum matrimonium nondum contractum, ſecundùm Couarru. vbi ſupra ad fin. d. nu. 21. ita limitantem atque reſtringentem quod prædixerat de vno teſte cum iuramento deponente de auditu, vt non ſufficiat ad impediendum matrimonium contrahendum, etiam ſi cum eo alter abſque iuramento de certa ſcientia teſtificetur: vt hoc non procedat, ſi teſtis de auditu etiam ſolus deponat de impedimento conſanguinitatis, iuxta formam dictorũ iurium, quæ in matrimonio ſeparando præcipuè eſt, vt teſtes per ordinem diſtinguãt ſingulos gradus clara cõputatione ab vtroque latere nominibus proprijs, vel æquipollentibus indicijs deſignando perſonas, & cum ſuo iuramento concludentes ſe accepiſſe à ſuis maioribus, quod deponũt, & credere ita eſſe, & ſe vidiſſe perſonas, vel in vno prædi. graduum conſtitutas pro conſanguineis ſe habere: ad impediẽduum igitur matrimoniũ contrahendũ ſufficit vnus teſtis de auditu deponens, iuxta formam dictorum capitum ſecundùm Couarru. vbi ſupra, cùm hoc caſu ceſſet ratio d. ca. licet ex quadam. in fine, quod de matrimonio iam contracto ſeparando agit, quoties teſtes non deponunt iuxta formam ibi præſcriptam: quia tolerabilius eſt aliquos contra ſtatuta hominum dimittere

co-

Ayuntamiento de Madrid

copulatos,quàm coniũctos legitimè cõtra ſtatuta hominum ſeparare, ideò meritò tunc duo vel plures teſtes iuxta illam formam deponentes requiruntur. In noſtro verò caſu,cùm de matrimonio nondum contracto impediendo agatur,cùm tractetur de euitãdo peccato, ſufficit vnus teſtis de auditu impedimenti,dum tamen is diſtinguat gradus clara computatione ab vtroq; laterè iuxta formam dictorum capitum,ex quibus ſæpiſsimè in praxi hunc caſum decidi præcipiens parochis,vt ſimilia matrimonia contrahẽda minimè celebrarent, eo quòd vnus teſtis de impedimẽto de auditu deponebat, deſignando ac diſtinguendo gradus ab ſtirpe clara computatione proprijs nominibus, vel æquipollentibus indicijs, quouſque ab Apoſtolica ſede contrahere volentes illius impedimenti diſpenſationẽ obtinerent. * & prædicta poſt nos refert & ſequitur nouiſsimè Maſcar. de probat.concluſ.1034.per totã.2. tom. *

Ex quibus omnibus iam ſatis dilucidè conſtat prima ampliatio ad regulam generalem, quam ſupra in principio huius capit.poſuimus;nempè licitum eſſe epiſcopis,cæteriſque locorum ordinarijs Eccleſiaſticis decernere monitorias generales, cum cenſuris pro rebus furatis nõ ſolum reuelãdis,ſed etiam pro ipſo fure indicãdo,iuxta veriorem,& in praxi indubiè receptiſsimam ſententiam.

35 Secundò ſupradicta regula ampliari poteſt, vt procedat, quòd poſsint concedi monitoriæ generales etiam cõtra teſtes qui veritatem ſciunt de aliquo negotio, & eorum nomina ignorantur, vel alias nolunt deponere: ſolet ad hoc allegari text.in cap.conſtitutis.el. 1. de teſtib. & atteſtat. & ibi, Abb. in. 4. notab.

36 † Verùm tex.ille,nec Abbas ibidem, hoc probant, loquuntur enim alio caſu, nempè vt excommunicatio generalis ferri poſſit in omnes impedientes teſtes produci in cauſa mota, & ita Abb.ibi nume. 1. in fine inquit, Nota practicam, vt feratur excommunicatio generalis, ex quo ignorantur impedientes:quod diuerſum eſt à noſtra ampliatione.

Secundo loco,pro eadẽ ampliatione allegatur text.qui expreſſus videtur,in ca. ad noſtrã.20.de iure iur.ibi, Mandamus quatenus ſub pœna excõmunicationis publicè in Eccleſia proponi facias, vel proponas,vt qui ſuper hoc nouerit veritatem, procedat ad teſtimonium proferẽdum. Eſt verum,quòd Innocen.ibi nu. 1.text.illum intelligit, vt ſpecialiter pro

37 cedat in caſu,† quo loquitur, nempè reſtitutionis vſurarum,quando debitor iurauit non repetere, quia tunc licet contra vſurarium procedere in modum inquiſitionis,vel denuntiationis, non ſolũ Papæ,ſed etiam alijs delegatis,niſi forſan forma commiſsionis cõtradiceret: ſecus verò in alijs criminibus,vel in alio caſu: non enim ſuper iuribus ſingularium perſonarum procedendum eſt inquirendo extra ordinẽ, ſed intẽtatis actionibus, & ordinario iudicio ſecundùm iura: bene tamen fatetur,quòd epiſcopus cõtra aliquem, quem ſuſpectum haberet,poſſet inquirere de vſura,ſicut de alijs criminibus, ad imponendum ei pœnitentiam canonicam,ſed non ad vtilitatem,vel alicuius priuatę perſonæ intereſſe conſequendum: de conſanguinitate autem non eſt dubium,quòd inquirere poſsit inter cõiuges, vt in capit.porrò. de diuort. & in cap.ſi duo.35.quæſt. 6. & idem fortè dicendum eſſe affirmat,ſi de alio canonico aliàs legitimo impedimento inquirere vellet:quem intellectum atque ſententiã Innocen. ſequitur & probat ad literam Laurentius Rodulph.in tract.de vſur. 2. parte.quæſt.125.num.7.fol.137.volu.16. tract.diuerſ. doct.

Verior tamẽ mihi in hoc videtur ſentẽtia & intellectus Abbatis in dict.c.ad noſtrã.nu.2. intelligentis d.tex.indiſtinctẽ & generaliter in omni cauſa extra vſurariã, de qua in illo tex. inquit enim, Nota bonã practicã citãdi teſtes, quando ignorantur perſonæ, vt fiat generale præceptũ ſub excõmunicationis pœna, vt qui ſuper tali facto nouerint veritatem,cõpareant ad teſtimoniũ proferendũ:& quamuis iſte text. loquitur in materia peccati,idem puto dicendum,vbicumque te-

 ſtes

Ayuntamiento de Madrid

ſtes compelli poſſunt, quia tunc tacere veritatem eſt peccatum mortale, vt in.c. quiſquis.11.quæſt.3.& in c.1.de crimin. falſ. addens vlterius ex illo tex, quòd ratione teſtimonij ferendi poteſt laicus cõpelli à iudice Eccleſiaſtico: imò amplius credit, quòd etiam in cauſa vertente coram iudice ſeculari poterit iudex Eccleſiaſticus ad requiſitionem iudicis ſecularis hanc ſententiam excommunicationis generaliter & in ſpecie ferre, ſi perſonę ſciantur: quia ſicut iudex ſecularis impendit auxilium iudici Eccleſiaſtico, ita è contra debet facere Eccleſiaſticus, vt in cap. cum ad verum.96.diſtin. quã ſententiam & praxim, noſtram ampliationẽ tenens, ſequitur & probat Silua nuptial. vbi ſupra, nu.33.& 34. Cauſa igitur vſuraria in illo text. præcedente iuramento de non repetendis vſuris, fuit facti contingentia, non verò vlla ſpecialitas, cum ratio eiuſdem militet in omni alia vbi eſt materia peccati, ſicut vertitur tacẽdo veritatem: & ita eſt menti tenenda hæc ſecunda ampliatio ac practica eiuſdem ſecundùm Abb. vbi ſupra: multi enim, hoc non diſcuſſo, de ea dubitarent, cũ tamen ſatis iuridica, & rationi cõſona ſit, vt ex ſupradictis patet: ſicque nil mirũ ſi diuerſum afferat Dominic. à Soto in.4.diſtin. 22.quæſt.1.arti.2.pag.940.col.2.verſi.3. ad finem. dicens, quòd nec hoc eſt mos priſcus, nec res fortè legitima, ſed humana auaritia bonorum temporalium, ceu idolorum cultrix, iſtarum fuit Eccleſiaſticarum cenſurarum inuentrix, quando quidem Domin. à Soto illius tex. nec doctrinæ Abbatis ibi meminerit.

38 Tertiò ampliatur regula communis, vt poſsint diſcerni monitoriæ contra habentes vel ſcientes, quis habeat, has vel illas ſcripturas, quæ quoquo pacto ad aliorum ius attinent, nam tunc proferendæ omnino ſunt, & ſcientes reuelare tenentur, nec ſufficit, vt qui habet ſe excuſet, dicendo, quod inde vexationem timet, niſi forſan omni dubio procul manifeſtiſsimum ſit taliter illas ad meum ius conducere, vt nullatenus ad alterius ius confirmandum attineant: vt docet Dominic. à Soto in.4.diſtin.22.quæſt.1.art. 2.pag.640.colu. 2. verſic.3. refert & ſequitur Anton. à Cordub. in ſuo tract. *De caſos de conciencia*. quæſt.63. vbi ſupplet & intelligit Sotum vbi ſupra, præterquã ſi iure habeat illas ſcripturas & ex manifeſtatione huiuſmodi maximum damnum & inconueniens rem iuſtè ab antiquo poſsidenti ſequeretur, vt in exemplo ibi ab eo ficto.

Quartò principaliter ſupradicta communis regula ampliatur, vt propter tales monitorias emanatas contra ſcientes non ſolùm quis teneatur indicare alium, ſed etiam ſe ipſum, quãdo de hoc eſſet infamatus, vel ſufficienter indicijs affectus, vel quoties contra ipſum adeſt

39 ſemiplena probatio, † hocque illi cõſtat, aliàs ſecus: nam reus interrogatus de crimine, an illud commiſerit, tunc demum tenetur confiteri, atque contra ſe veritatem dicere, quando eſt notorium factum contra eum, vel eſſet infamatus de

* eo, vel ſemiplenè probatum * per vnũ teſtem maiorem omni exceptione, deponente aſſertiuè vel per indicia ſufficiẽtia, * aliàs ſecus, quando nulla præcedit infamia, vt in capit. quis aliquando. de pœnit. diſtin. 2. vbi Beatus Chryſoſtomus ſcriptum reliquit ſuper Epiſto. Pauli ad Hebræos, dicens, Non tibi dico, vt te prodas in publicum, neque apud alios te accuſes: ſed obedire te volo Prophetæ dicenti: Reuela ante Deum viam tuam. Abb. in capit. 2. in fine. de confeſ. Summa Angel. verb. confeſsio delicti. in princip. & in verb. inquiſitio. §. penulti. & in verb. denuntiatio. §. 13. Syl-ueſt. in verb. accuſatio. §.13. teſtatur communem. Grego. Nattam in Clement. ſæpè. §. & quia. in.7.colum. de verbo. ſignific. ſequitur plurimos referens Silua nuptia. vbi ſupra, nu.41. & 42. quod & tenuit ſanct. Thom.2.2.quæſt.69.art.1. & 2.& ibi Caiet. Soto de ratione tegend. & detegend. ſecret. in 2.memb. quæſtio. 7. concluſ.1.& 2.& de iuſtitia & iur. lib.5. quæſt.6.art.1.& 2.& quęſt.7. Nauarr. in Manual.c.25.nu.35.36.43.& 49. Gregor. Lopez in.l.4.titul.29.part. 7. in gloſ. *iu-*

*rar*

Ayuntamiento de Madrid

*rar que diga la verdad*, vbi latè & optimè examinat,atque ita reſoluit. Roderi.Suarez in.l.4.titu.*delas juras*.nu.15.lib.2.for. leg. Anton.Gomez.3.tom. reſolut.c.12. de probat.delictorũ.nu.5.Bernard.Diaz in ſua practic.criminal.canonica. c.118. eſtq; communis opinio doctorũ vtriuſq; iuris,vt plurimos referens teſtatur An to.à Cordub.lib.1.ſui quęſtionarij,quęſ. 43.fol.350.colu.2. vbi pro hac ſententia allegat d.l.4.titu.29.part. 7. * Et eſt cõmunis omnium doctorum, nemine diſcrepante,pręter imperitum vulgus,vt teſtatur bene id probans Salon de iuſtitia & iur.ſuper Thom.in 2.2.quæſt.69.arti. 2.controuerſ.10.pagi.1563.& D.Thom. in ſupradict. eſt cõmuniter receptus, vt teſtatur eum ſequutus nouiſsimè Ludouic.Veia in reſponſ.ad caſus conſcient. caſu 32.& eſt doctrina communis, vt teſtatur eam ſequutus Ludoui. Carbo de reſtitut.quęſt. 31. verſic. 1. concluſio.& quæſt.51.verſ.primum dictum. *

40 Idem eſt in hęretico occulto,qui ſe ipſum prodere non tenetur,nulla præcedente infamia, cùm in generali inquiſitione interrogatur à iudice, vtrùm ſciat aliquem hæreticum eſſe,vt rectè probat D.Siman.de inſtit.Cathol.titul. 42. nu. 13.dicens,poſſe reum hoc caſu iuſtè celare crimen, aſſerẽdo neſcire ſe quis fecit, quia non ſic ſcit,vt dicere teneatur.cap. quis aliquando.de pœnitẽ.diſtin.1.Chryſoſt.vbi ſupra.homil.31.col. penul.& ad populũ Anthioc.homil.41.Caiet.& Soto,quos ibi refert Simancas:quòd ſi iuſtè interrogetur,ſe ipſum prodere tenetur, vt cum ſanct.Thom.2.2.quæſtio.69. & quęſt.76.tradit idem Simanc. vbi ſupra titul.29.nu.44.in fin.

41 Quare cõtra ius requiſiti hoc caſu poſſunt ac debent quacunque vti amphibologia,quam vſitatus ſermo citra mendacium ferre poſsit:nam ſi talia verba nullatenus ſenſum verum admitterent,mendacium eſſent;quod nullo modo licet ſecundùm Soto de iuſtitia & iur.lib.5.q.6. artic.2.concluſ.7.pag.445. colu. 1. & de ratione tegẽdi & detegend. ſecret.mẽb. 3.quæſtio.3.concluſ.4. & D. Couar. lib. 1.variar.reſolut. cap.2.nu. 2. & Anto. à Cordub.in ſuo tracta. *De caſos de conciencia*,quæſtio.65.vbi limitat in quibuſdam perſonis,quarum vita periclitaretur,ſi de eis interrogati tenerentur eos propalare. Ergo ita & eodem modo delinquens nõ tenebitur ſe ipſum indicare ſiue reuelare ad monitorias generales,niſi de illo eſſet infamatus,vel ſufficienter indicijs affectus,vel ſaltem ſi cõtra eum eſſet ſemiplena probatio,vt in terminis aduerſus Ambroſ.de Vignate in d.l.ciuile.C.de furt.reſoluit Silua nuptia. vbi ſupra,num.36.& ſeq.per tres columnas,& Cordub. in tracta. *De caſos de cõciencia*,quæſt.64.in 2.pũcto. Idem optimè d. lib.1. quæſt. d.q.43. pag.346.col.2.& pag.347.col.2.in verſi. at verò.addit,plurimos allegãs,quòd hoc caſu tenentur alij eum reuelare ad punitionem, etiamſi ille ſit emẽdatus,ſi aliter quàm per ſigillũ ſecreti notus eſt : quinimò licèt criminoſus ſic occultus ſit, quòd notus ſit alijs duobus vel tribus teſtibus,qui mecum id viderunt, per quos legitimè poteſt probari contra illũ, & ex eius punitione maius bonũ probabiliter ſperatur,quàm ſit eius punitionis nocumentum,licèt non tenear illũ reuelare,licitè tamen poſſum id facere, ad finem & punitionem vtilem:teneor tamen idẽ facere,ſi ſuperior pręcipiat generaliter,vel ſpecialiter,etiamſi ſit emendatus,ſecundùm ipſum pag.346.col.2.

42 Angelus tamen de Clauaſ.vbi ſupra,dicto verb.confeſsio, ſuperiorem ſententiam,quę habet,quòd quando quis eſt infamatus de crimine,tenetur propalare,limitat,quando ageretur ad aliam pœnam quàm ſpiritualem, dicẽs eſſe notandum, quia iſtæ monitoriales fiunt,vt plurimũ, vt procedatur iudicialiter,ſecundũ eundem in verb.denuntiatio.ad fin.Eandem limitationem refert & ſequitur Siluest. in ſumma,verb.confeſsio.1.in princip.in verſic.1.in iſta quæſtione : ſed verius eſt contrarium,quia non eſt bona ratio diuerſitatis,vt in ſpecie affirmat Greg. Lopez vbi ſupra.verſic.ego qui ratio, &c. aduerſ.Silueſt.vbi ſupra,quem refert,nõ verò Angelum.



Ayuntamiento de Madrid

43 Sed an ad hoc vt reus teneatur iudici reſpondere veritatem legitimè interroganti, vt ſupra viſum eſt, ſit neceſſarium, quòd iudex ei notificet vel det copiam indiciorum quæ contra eum ſunt? refert in hoc opiniones contrarias Cord. vbi ſupra. d. lib. 1. quæſtionarij, quæſt. 43. pagi. 350. col. 2. verſic. ſed vtrum. Caietanũ nempè, Sotum, & Nauar. vbi ſupra, & alios multos tenẽtes partem affirmatiuã, Gregorium Lup. vbi ſupra, in fine gloſ. & alios plures tenẽtes negatiuam, quam etiam probauit F. Areualus de correct. fraterna, concluſ. 6. propoſitione. 4. 5. 7. 8. & 9. quæ ſententia negatiua communiter practicatur, nempe vt non ſit neceſſarium, quòd id reo conſtet, ſed debeat pro iudice præſumi, quòd legitimè procedat & interroget, ad hoc vt eidem teneatur reſpondere veritatem, dum de oppoſito non conſtiterit ſufficienter, vt ſæpiſsimè vidi: quanuis duriſsimum hoc videatur Cordub. vbi ſupra, qui potius probat ſententiam priorem affirmatiuam, quando reus dubius eſt, an ſit infamia, aut ſemiplena probatio, vel ſufficientia indicia contra eum, quia ſibi hoc nõ conſtat, nec rationabiliter conſtare debet, vt tunc quidem non teneatur iudici reſpondere veritatem, quanuis non debeat mentiri: nihilominus tenenda eſt negatiua præcedens, quę in praxi obſeruatur, nempè, vt in dubio præſumendum ſit pro iudice interrogante, niſi aliud reo conſtiterit: exiſtimo tamen, quòd reo po-
44 ſtulante, † debeant illi edi atque legi dicta teſtium, ad hoc vt ſciat, an veritatem fateri teneatur: quòd ſi id à iudice denegetur,
* non quidem tenebitur reſpondere, * Et in hac ſpecie ſunt intelligendi doctores tenentes partem affirmatiuam, quòd reo debeat dari copia indiciorum, ad hoc vt ipſe reſpondere teneatur, nempè reo id poſtulante, aliàs ſecus: & ita procedat opinio negatiua contraria, & praxis communis. * Caueat autem iudex ſecundùm Gregoriũ Lopez vbi ſupra, ne
45 non ritè procedat interrogando † reum illicitè, & non legitimè, quia alias damnaret animam ſuam, nec eum tunc zelus iuſtitiæ, quo aſſereret ſe moueri, eum excuſaret: nam vt inquit Hoſtien. quem
46 refert Abb. in capit. † cum in iuuentute. de purgatione canonic. non debet fieri aliquid ex ſolo zelo iuſtitiæ, niſi ſubſit iudicium rationis: quod dicit facere contra religioſos prælatos habentes tantùm zelum in puniendis delictis, vt prętermittãt ordinem iudiciarium, inquirentes quandoque de criminibus omnino occultis.

47 Primò, ſupradicta communis regula affirmatiua limitatur, vt non procedat, quando quis aliquid ſcit ſolùm quia ſibi ſub ſigillo & fide ſecreti dictum eſt, quia non debet id reuelare, vel de eo teſtificari ad finem punitionis quia ex quo ſecretum eſt de iure naturæ, non tenetur quis etiam ad præceptum ſuperioris ipſum detegere, quia fortius eſt ius naturæ quàm humanum, vt in. §. ſed naturalia quidem iura. Inſtit. de iure natur. gẽt. & ciuil. ita Scotus, & Theologi in. 4. ſententiarum diſtin. 21. Superior enim præcipere non poteſt, vt quis violet fidem ſecreti contra ius naturale, vt ſecundùm Thom. & communiter doct. aiunt Silueſt. in ſumma verb. confeſsio. 3. quęſt. 2. & verb. teſtes. quæſt. 8. & Nauar. in ſumma. cap. 28. num. 42. 48. & 49. Adrian. in 4. de confeſſ. dubio vltimo. in fine. Gabriel in 4. diſtin. 15. quæſt. 6. concluſ. 7. Anton. de Cordub. d. lib. 1. quæſt. 43. pagin. 346. colum. 1. vbi in verſi. 3. ſequentis paginæ, hoc limitat, quando præce-
48 ptum, vel inquiſitio ſit, † & reuelatio exigitur ad prouidendũ malo præſenti vel imminẽti ſimul, & ad criminoſum puniẽdũ, vt communiter ſit in criminibus lęſæ maieſtatis diuinæ vel humanæ, & in alijs criminibus adhuc pendentibus, vel imminentibus in futurum in perniciem vel notabile damnum reipublicæ, vel proximi cuiuſcunque, vt ſunt hæreſes, proditiones, machinationes, latrocinia, & homicidia occultè graſſantia, & falſificationes monetæ, & alia huiuſmodi, quia tunc etiam nõ interrogatus tenetur reuelare ei tãtùm, qui credit prodeſſe & non obeſſe, modò ſit ſuperior, modò nõ,

quantum

Ayuntamiento de Madrid

quantum fuerit neceſſarium ad ea mala, vel damna ſufficienter præcauendũ, vel ad remedium adhibendum: idque facien dum eſt cum minori detrimento ipſius criminoſi, vt poſsibile fuerit, ita vt neq; plus nec minus reueletur, quàm ſit neceſ ſarium ad præd. mala præcauenda, remediumq; adhibẽdum, & quòd hoc eſt ita faciendum non obſtante iuramento, & promiſsione quacunque citra ſecretum
49 confeſsionis Sacramẽtalis, † quod nullo caſu, etiam ad ſaluãdum totum regnum, reuelãdum eſt: quod etiam tenet Nauar. in.c. ſacerdos. de pœnitẽ. 6. diſtin. n. 166.
50 etiam in cauſa matrimoniali, † nam neque in ea cogi poterit ſacerdos propalare, quæ habuit in confeſsione, vt aduerſus Felin. in apoſtillis in. c. teſtimoniũ. col. penult. de teſtib. & in cap. 1. col. 1. de except. relatũ à Iaſ. tenet Neuizanis vbi
51 ſupra, nu. 45. † Imò nec etiam confeſſarius debet reuelare hæreticum ſibi cõfeſ ſum nolentẽ pœnitere, nec alios prodere quos ſcit hæreticos eſſe, vt reſoluit cum cõmuni plures allegans D. Simanc. de inſtit. Catholi. tit. 42. nu. 14. aduerſus Albe ric. aliud tenentem. Eãdem ampliationẽ ſequitur Nauar. in dict. c. ſacerdos. 6. diſtinct. nu. 119. de pœnit. vbi inquit, quod hanc ſententiam probant omnes Theologi diſtinct. 21. Adri. & Thom. à Vio,
52 quos refert. † Quòd ſi aliquis certo ſciat illi malo ſufficienter eſſe prouiſum, aut quòd certé prouidebitur opportunè per illum criminoſum iam veré pœnitentem & damna reſarcientem, vel per aliũ quécunque, vt ad eum finem efficaciter obtinendum oportet, alio modo quàm per reuelationem, non debet illum criminoſum occultum, cum tanto eius detrimento vel ad eius punitionem reuelare, ſecũdũm Cordub. vbi ſupra, poſt Nauarr. in Manual. Hiſpan. cap. 25. num. 49. Hæretici autem occulti protinus ſunt iudici-
53 bus Apoſtolicis, † hoc eſt, Inquiſitoribus indicandi, atq; deferendi, nulla pręceden te correctione fraterna, etiamſi feré com pertum ſit, quòd per ſolam illam correctioné hęreticus reſipiſcet, ac nulli noco bit, quia eidem non eſt fidendum, vt laté, optimèque probat D. Simanc de inſtit. Cath. ti. 19. per nu. 10. & 12. Et ſuperiora vera ſunt, & rectè procedunt, quanuis Capell. Toloſa. quæſt. 240. incip. ſi tres ſocij. & ibi additio, & Aretin. in. c. quali ter & quando. el. 1. de accuſat. in fine. & Felin. in cap. intimauit. col. 1. de teſtib. & in cap. nouit. col. penult. verſi. iuramentum. nu. 14. de iudicijs, aliud velint, teneri nempè quem in propoſito tanquã teſtem propalare, quod ſcit, etiamſi haberet per ſecretam reuelationem, vel iuraſſet non teſtificari vel denuntiare: hoc nã que quoad id quod in ſecreto acceperũt extra cauſam hæreſis apertè repugnare videtur iuri naturali, ac proinde nõ tenẽ dum, vt meliùs exiſtimarunt Theologi communiter, vt eſt prędictum, niſi in caſu ſpeciali, cuius ſuprà iam meminimus: quoad promiſsionem autem vel iuramẽ tum de non teſtificando vel denuntiando, verum eſt, vt probat Felin. vbi ſupra, quia eſt contra publicam vtilitatem occultare tunc veritatem, nec ſumus in caſu ſupradict. 1. limitationis.

54 Secundò, eadem communis regula limitatur, vt non procedat in coniuge, nec in deſcendentibus, & alijs, quos enu merat ſumma Angel. in verb. denuntiatio. nu. 13. quia ſicut hi non tenentur teſtificari, ita nec propalare ob tales monitorias: ſequitur Neuizan. vbi ſupra nu. 47. Nauar. in Manual. cap. 25. nu. 46. & in cap. inter verba. num. 808. 11. quæſt. 3. Cordub. libr. 1. quęſtio. 43. pagin. 348. in verſicul. 7. & in tract. *De caſos de conciencia*, quæſtion. 64. circa fin. in verſic. *El ſeptimo caſo es.*

55 Hoc autem verum eſſe affirmat Angel. quando ſuperior criminaliter vult procedere: ſi autem ciuiliter, credit ſecus eſſe, quando nullum malum ſibi immineret ex hoc, aliàs ſecus, quia non teneor cum malo meo facere bonum proximo temporale, vt expreſsius idem
56 Angel. refert verbo. familia. num. 7. † Pari ratione excuſatur vaſſallus à propalando contra dominum, ſecundũm Prępoſitum in capit. 1. §. ſimiliter. per illum tex. de conſuetu. rect. feud. quem refert

refert & ſequitur Ioannes à Neuizanis vbi ſupra.

57 Quinimò,& filius patrem hæreticum occultum accuſare,aut iudicibus indicare non tenetur, vt latè probat Alfonſus Toſtadus ſuper Deuteronomij 13. quæſtione. 3.cuius ſententiam in hoc pluri-mis comprobat, eique vehementer aſſentitur D.Simanc.de inſtit. Cathol.tit. 29.nu.37.& ſequen.aduerſus Alexan.A. lenſ.Henri.Palat.Rub.Caſtr.Caietan.& Nauar.contrarium exiſtimantes,addens ſententiam Toſtadi eſſe generaliter veriſsimam,& quod quanuis filius non teneatur patrem occultum hæreticum iudicibus indicare, poterit tamē id facere, eoque magis,ſi pater inſanabilis eſſe videatur,quinimo laudandus eſt filius,qui ardore diuinæ religionis naturalē amorē vicerit,& affectum hunc vehementiſsimum ſuperauerit:ſed omnia prius tentare debet, quā patrem ad iudices deferat, duobus caſibus exceptis,in quibus filius patrem hæreticum iudicibus prodere debet. Prior eſt,cùm filius ab Inquiſitorib' Apoſtolicis iuſtē interrogatur. Poſterior,cùm patris hęreſis pernicioſa reipublicæ ſit,vt ibi per eum, cuius in hoc dicta vera,& probabilia eſſe videntur.

58 Tertiò, communis regula limitatur in aduocato& medico,quia hi non tenētur reuelare ſecretum ad præceptum ſuperioris,ne dicantur pręuaricatores & proditores cauſæ, vt tenet Palud. in 4. diſtin. 27.quæſt.1.in.9.caſu fol.146.in princip. & plurimos referens probat Neuizā.vbi ſupra nu.347.& bene Nauar. in Manual. c.25.nu.42.& 46.vbi quòd aduocati, cōfeſſores,medici,& alij ſimiles,quibus deteguntur ſecreta litium, dubiorum, & morborum, peccant teſtificādo de ſecretis cum eis ſecretò communicatis niſi aliūdè illa nouerint,vel niſi ſint talia,quæ detecta in aliorum damnum non redundarent,nec tunc eſt detegendum aliquid vltra neceſſarium, nec quantum eſt neceſſarium, ſi maius ex eo damnum famæ in eum qui detegitur, quàm in damnificatum bonorum redundat;per latiùs à ſe, tradita in .c. inter verba. pag.233.num. 799.11.quæſt.3.& breuiùs in Manual. c. 18.nu.60.idem latè probat F. Ant. à Cordub. in ſuo tract. *De caſos de conciencia.* quęſt.64.in 2.punct.in verſi. *El tercero caſo es*, vbi quòd in hac tertia limitatione, & caſu concordant communiter doct. idem libr.1. quæſtio. quæſt.43. pag.348. verſic.3. loquens etiam in obſtetrice,dicens, quòd ſupradictę perſonæ,etiamſi ſub excommunicatione vel iuramento ſpecialiter cogantur à ſuperiore id quod ſciunt reuelare, peccant mortaliter reuelando vel teſtificando, quod per hanc viam ſolam nouerunt, etiamſi ſciant plenam eſſe aliàs probationem vel infamiā contra illum : ſed ſolùm dicere poſſunt id,quod alio modo nouerunt vel audierunt,excipitque,quod Nauar.vbi ſupra, quem ibi refert,& in aduocato hanc eandem limitationem ſimpliciter tenet Auend.lib.1.c.2.præto.nu.25.

59 Quarta & præcipua limitatio eſt,vt prędictæ monitoriæ generales concedi debeant pro rebus occultis,in quibus non pateret probatio niſi per monitorias:ſecus pro notis,nam ſi ſciretur, quis talem rem eſſet furatus, ſeu alius aduerſarius, contra eum actor in iudicio debet experiri,agereque via ordinaria coram iudice competente,ſicut videmus aliàs, quia vbi fit iudiciū contra certam perſonam, debet fieri ſpecialis citatio illius, vbi autem non apparet certa perſona, tūc ſufficit citatio per edictum generale, ſecundùm Geminian.in.c.fin.de elect.libr. 6. vbi Anchar.ſequitur etiam Felin. in. c. 2.col.5.verſ.circa tertium.nu.8.de conſtit.& in terminis noſtris idē probat Do. Soto in.4.diſt.22.quæſt.1.arti.2.verſi.inter hæc.pag.940.& Neuizan.vbi ſupra. nu.48.vbi quòd ſi feratur excōmunicatio,licèt ferri nō debuerit ,tenebit,iuxta gloſ.fin.in fine in c.1.vt lite non cōteſt. eandem limitationem probat Bernard. Diaz in regu.243.limit.2. quæ limitatio deduci,atque probari videtur ex decreto ſacri concilij Tridēt.ſeſsione. 25. c.3. de reformat.ſupra alleg. Quare placuit mihi illa praxis,quā à quodā grauiſsimo prælato huius regni introductam agnouiin

ui in propoſito, nempè, vt priùs petés ab eo has monitorias generales, iuraret id in iudicio minimè deduxiſſe, nec habere probationé plenã, aut ſemiplenam eiuſdem rei, & præterea quantitatem notabilem arbitrio ſuo, qua dãnificatus erat; inhærendo verbis præfati decreti Concilij, ibi, Et tunc nó aliàs, quàm ex re nó vulgari, cauſaque diligenter, ac magna maturitate per Epiſcopum examinata, quæ eius animum moueat: id quod ipſe in hoc proepiſcopi officio ſemper obſeruo, cum à me petũtur dictæ monitoriæ, conſiderando tamen circa quantitatem, qualitatem perſonarũ: in diuitibus enim maiorem exigo damni quãtitaté, in pauperibus autem minori contentor, quia reſpectu eorum parua quãtitas maxima eſt, atque maior alia grauiori in diuitibus. nunquàm tamen eas cócelsi pro
60 minori quãtitate quàm † 20. aureorum, nec à me petitæ fuerũt, de quo paulò infrà in ſequẽti limitatione. Vndè inquit Palat. Rub. in repe. cap. per veſtras. §. 18. nu. 22. de dona. inter vir. & vxor. fo. 151. quòd excómunicatio generalis ab homine, lege, vel ſtatuto prolata contra furantes res eccleſię, nó arctat eos, qui res paruas & infimas ſubtraxerunt, vt puta candelã, vel clauũ, &c. quia cũ canones prohibeant excómunicare pro leuibus culpis, & excommunicatio non liget niſi ex intentione proferentis, non eſt veriſimile, quòd iudex voluerit excommunicare contra diſpoſitionem iurium prædictorum: dicit tamen tutius eſſe tenere contra, vt ſtatim dicemus.
61 Quintò limitatur, vt monitoriæ generales concedi non debeant pro re leui, putà pro vna gallina, & ſimilibus, nec pro canibus, qui plus incómodi habent, quàm commodi: item nec pro damno leui dato per vnam gallinam, quam propterea quis non debet occidere, ſed capere, ſi poteſt, & præſentare iudici: ita in alijs animalibus Petrus de Leſnaudier in tractatu de doct. 4. part. quæſt. 81. & in ſpecie ita limitat Neuizan. vbi ſuprà, numero 49. & Bernard Diaz vbi ſuprà, limit. 3. & probat latè Dominicus à Soto in 4. ſentent. diſtinct. 22. quęſt. 1. artic. 2. verſ. quo igitur prima. pag. 939. vbi maximè abhorret vſum modernum decernendi frequenter excommunicationes pro minimis culpis, & damnis, pro quibus vix homo dragma argenti mulctaretur, vt pro minimo furto, vel olerum, vel fructuum; cùm tamen excommunicatio ſit maior pœna, quàm habeat Eccleſia, ac proinde non eſſet imponenda niſi pro maximis peccatis, vt in cap. corripiantur. 24. quęſt. 3. nam pro paruis, & leuibus cauſis, nemo à communione eſt ſuſpendẽdus, præter eas culpas, pro quibus antiqui Patres arceri ab Eccleſia iuſſerunt committentes: vt in cap. nullus. 11. quæſt. 3. Apoſtolus namque Paulus, antequam inceſtuoſum traderet Satanæ, enormitaté criminis exaggerauit dicens Auditur inter nos fornicatio, & talis fornicatio, qualis neq; inter Gétes: & hæreticũ: iubet poſt vnã, & ſecũdam monitioné vitare: nec ſufficiés eſt quorumdam iudicum excuſatio ſecundùm Sotum dicentium, ſe ſæpè non habere excommunicandi intentionem: nam cũ ſubditos illa intentio lateat, nó excuſantur à peccato, dum contra conſcientiã non obtemperant: & longè peius eſt, homines in peccatum conijcere, quàm pœnæ ſubijcere excommunicationis. Præmaximè, quòd vt plurimũ iudices, quãdo excommunicant pro leuibus, habent animum atque intentionem excommunicãdi, prout in dubio præſumitur: quare licet iniuſtè id quidem faciant, quia non debent niſi pro re graui, & enormi peccato, ferre ſententiam excommunicationis iuxta ſupradicta, nihilominùs tamen ſi pro quocumque peccato mortali inobedientiæ feratur, tenet ſecundũ Soto vbi ſuprà, eſtque tutius pro animabus, ſecundùm Palat. Rub. vbi ſuprà, dicto num. 22. Sententia enim paſtoris, ſiue iuſta, ſiue iniuſta, valida eſt, atque proinde timenda, iuxta illud Gregorij Papæ, de quo in cap. ſententia paſtoris. 11. quæſt. 3. Superiora comprobari poſſunt ex præfato decreto Concilij Tridentini, ſeſsio. 25. cap. 3. de reforma. in



Ayuntamiento de Madrid

princip.ibi: Cum experientia, &c. & ibi, Et tunc non aliàs, quàm ex re non vulgari, &c. Magna igitur debet eſſe res, atque non parui præiudicij, ad hoc vt pro ea monitorię generales concedi debeãt: hoc tamen arbitrio Epiſcopi relinquitur, vt expreſsè cauetur in præcitato Concilio, ibi: Sed totum hoc in eius arbitrio, & conſcientia ſit politum, quando ipſe pro re, perſona, aut tempore, eas decernendas eſſe iudicauerit. Sic etiã vi demus in iure, quòd quæ dicatur cauſa
62 magna, & quæ parua, arbitrio iudicis relinquitur, iuxta crebriorem Doctorũ ſententiam, vt plurimis relatis, eam ſequutus teſtatur Menoch. de arbitrar. iu dic. lib. 2. centuria 1. caſu 27. num. 10.
63 Quare, vt paulò ante prædicebamus, aduertere debet hoc caſu Epiſcopus ad perſonas, reſpectu enim pauperis non erit vulgaris res, quæ reſpectu diuitis, minima iudicabitur: faciliùs igitur pro pauperibus concedendæ erunt pro re parua, quàm pro diuitibus: quinimò pro ijs pro re parua concedi non debent: nã vt inquit gloſſ. in l. ſed & ſi ſuſceperit. §.
64 1. verb. modica. ff. de iudi. modicum † dicitur reſpectu perſonarum: & ponit exemplũ in Regina Matthilda dicẽte: Aliquãtulum terræ dono illi Eccleſiæ, quæ tamen in triginta milliaria extendebatur, quæ gloſſ. eſt communiter approbata, vt teſtatur Palat. Rũb. in repet. rubr. de donation. inter virum & vxorem. §. 11. num. 12. & ſecundùm Curt. in repeti. l. admonendi. num. 67. vbi Bart. nu. 54. communiter approbatus ſecundùm eun dem Curt. Iun. in l. 3. nume. 18. ff. ſi cert. pet. docet, quòd cauſæ magnæ dicuntur
65 ſecundùm qualitatem perſonarum, † nã inter aliquos cauſa decem librarum eſſet magna, & inter alios cauſa centum Florenorum eſſet parua, vt in dicta l. ſed & ſi ſuſceperit. §. 1. Vnde in propoſito non conuenit doctrina Iaſ. in l. vt vim. columna 6. num. 25. ff. de iuſtitia & iure. dicentis, quòd res dicitur vilis, quæ non valet duos aureos, de qua, pro & contra per Andr. Alciat. in cap. 1. num. 18. & ſequent. ff. de iudic. in propoſito namque haberi debet reſpectus ad perſonas, earumque diuitias, vel paupertatem, vt in diuitibus maior quantitas requiratur, quàm in pauperibus, ad hoc vt monitoriæ generales decernantur, quamuis & pro pauperibus nunquam eas concederem pro duobus, tribus, vel quatuor
66 aureis, ſed pro maiore † quantitate, vel ſumma: monitoria tamen ſpecialia contra certas perſonas pro minori ſumma concedi ſolent, aliàs enim Eccleſia non haberet remedium competens ad compellendos reos, ſi pro minoribus quantitatibus ſpecialiter debitis excommunicationem non decerneret, ſuaque iuriſdictio illuſoria eſſet, atque ſine effectu.
67 Sextò, communis regula ſupradicta limitatur, vt non procedat, quoties con ſtaret aliquid acceptum eſſe ſine ſcandalo in recompenſam certi debiti liquidi ex iuſtitia, ſi per iuſtitiam, nec alio mo do poterat recuperari ſine magno detri mento, aut ſine inimicitijs, vel aliàs illis concurrentibus, de quibus per Nauar. in manual. cap. 17. num. 112. & ſequent. tunc enim excommunicatio generalis lata in ſcientes & non reuelantes, non obligat eum, qui ſic ſubtraxerit, nec etiã id ſcientes, modò pro comperto habeãt res illas pro debito legali fuiſſe ſubtractas: ſecus tamen ſi dubitarent, licèt recuperans eis dicat, quòd ad recuperandum ſuum debitum tantùm, quod iuſtũ erat, accepit; niſi tanta fide, & virtute apud eos polleret, vt meritò ꝓpter eius dictum certi efficerentur: ita Nauar. in dicto cap. 17. num. 114. & iterum, quamuis breuiùs, cap. 25. num. 46. & ante eum Medin. de reſtit. quæſt. 3. cauſa 12. & latiùs quæſt. 11. & Dominic. à Soto in 4. di ſtinct. 22. quæſt. 1. arti. 2. pag. 940. col. 2. Ant. à Corduba lib. 1. quæſtionar. q. 43. pag. 348. col. 3. in 4. limit. & in d. q. 64. in 4. limit. idẽ in tract. *de caſos de conciencia*, in 2. editione, quæſt. 181. in pulchro caſu mulieris habẽtis res quaſdam amici ſui, qui eam ſtuprauit, & dotem eidem promiſerat, eſtque iam defunctus, nam poteſt eas retinere pro ſatis factione, & iuſta recompẽſatione, donec ſibi dos promiſſa

Ayuntamiento de Madrid

miſſa ſoluatur, nec tenebitur id reuelare ad monitiones generales: quinimò nec amicus defuncti alias res, quas apud ſe ſecretò reliquit in confidentia, vt eidē mulieri daret in recompenſam debiti, quia nec id tenetur reuelare, ſed prædictę mulieri dare cum hoc onere, vt quoties mulieri ſoluatur dos promiſſa, † hæredibus
68 defuncti reſtituantur prædictæ res. Et ſupradicta hæc ſexta limitatio procedit, etiam ſi Epiſcopus iuberet reuelare eos, qui rem illam pro recuperatione ſui debiti acceperint, ſecundū Sylueſt. in ſumma, verb. furtum. q. 15. quia tunc huiuſmodi monitoriæ continerent errorē intolerabilem, ac per conſequens non valerent, vt in. c. 1. de re iudic. ſequitur Nauar. vbi ſupra, aduerſus ſummam Roſelā, vbi idem tenet contra Sylueſt. quādo daretur excommunicatio ſpecialis ob illā rē, licet quoad perſonas eſſet generalis, vt ibi latè probat.

69 Ex quo primò infertur, quòd ſi vxor de bonis mariti aliquid in caſu licito propria authoritate occultè acceperit pro ſatisfactione ſuæ dotis vel arrharum, quando alias commodè eam vel eas recuperare non poterat, non tenebitur ipſa nec id ſciētes reuelare, dummodo caueat ne iterum ſibi tale debitum ſoluatur, vel quòd in eum euentum ſublatum reſtituat, vt conſtat ex Cordub. in ſuo tract. *De caſos de conciencia*, q. 126. in princ.

70 Secundò infertur, quòd vxor poterit occultè & ſine ſcandalo de bonis mariti ſoluere debitum ipſius, etiam cōtra eius expreſſam voluntatem, quia eſt ſocia adiutrix. Geneſ. 1. & hoc faciendo adiuuat eum ad ſeruandam animam ſuam, ſecundùm Gabri. in 4. d. 15. q. 1. col. 8. ſequitur Nauar. vbi ſupra, d. c. 17. nu. 117. vbi hoc tēperat, dummodo prouideat, quòd maritus intelligat ſe illi non debere, recuperata ſchedula remiſsionis ab eo cui ſoluit, aut alio modo, iuxta ab eo tradita ſupra num. 113.

71 Septimò limitatur, quando quis id audiuit ſolùm à leuibus perſonis non fide dignis, ita quòd ipſe de leuitate notaretur, ſi id ideò crederet, aut denūtiaret, vel de auditu tantùm teſtificaretur, vel ſi crederet, quòd iudex propter hoc ſuum dictum plus debito contra reum moueretur, nam tunc reuelare non tenetur: ita Nauar. in manual. cap. 25. num. 46. Antonius à Cordub. dicto lib. 1. quæſt. 43. in 6. caſu.

72 Octauò limitatur, vt excuſetur quis à reuelatione facienda, ſi is, à quo id ſciuit, denuntiet, vt tradit Nauar. in repet. cap. inter verba. num. 790. 11. quæſt. 3. & in manual. cap. 25. num. 46. Cordub. vbi ſuprà, dicto 6. caſu, & ante eos ſilua nuptial. vbi ſuprâ, num 63.

73 Nonò limitatur, quando peccatum eſt ſecretum, reusque eſt omninò emendatus, vel cum correctione fraterna ſperetur quòd poſsit emendari, tunc enim non debet obediri prælato etiam præcipienti vt denuntietur abſque præd. correctione fraterna, ſecūdùm ſanct. Tho. 2. 2. quæſt. 33. artic. 7. ad 3. & ſanct. Antonin. in ſua Summa. 2. parte, titu. 9. cap. 6. §. 4. Nauar. in dict. cap. 25. num. 64. Anton. à Cordub. dict. lib. 1. quæſtion. quęſtione 43. pag. 348. in verſic. primo. vbi hoc intelligit, quando generaliter, vel ſpecialiter, id exigit ſolùm ad emendationem peccati mortalis illius, vel ad præcauendum malum imminens Reipublicæ, vel proximo cuicumque, vel ad ſatisfaciendum damnificatis de damno recepto, ſi criminoſus ille ſufficienter emendatus ſit, vel ſatis credibile & certum ſit, quòd ad ſecretam monitionem, vel alio modo, cum minori detrimento ille emendabitur, vt oportet, & damnū imminens omninò cauebitur, & proximo damnificato debitè ſatisfiet: niſi conſtaret, quòd ſit iam de illo crimine infamatus, vel legitimè accuſatus, aut denūtiatus cum ſufficiētibus indicijs, vel ſemiplena contra illum probatione, aut infamia, tunc enim etiamſi ſit emendatus, ſi à iudice interrogetur, tenetur dicere veritatem, & ad præceptum ſuperioris, ad punitionem neceſſariò reuelandus, ſi aliter quàm per ſigillum ſecreti notus eſt, vt prædiximus: occultus autē hæreticus, nulla præcedēte correctione fraterna,

Ayuntamiento de Madrid

fraterna, protinus inquiſitoribus Apoſtolicis reuelandus eſt, vt ſuprà eſt dictũ.

Decimò limitatur in eo quod ſcit ſa-
74 cerdos per confeſsionem ſacramentalem, nam id omninò reticendum, nec vllo modo reuelandum eſt ad prædictas monitorias generales, aliudve præceptum ſuperioris, nec ſine eo, quia tantùm id ſcit vt Deus, vt ſuprà eſt dictum, niſi de licentia pœnitentis, vel ſi aliàs quàm per confeſsionem id ſciret, quia tunc eo modo quo id ſcit extra confeſſionem, poterit de eo loqui, ſeruãdo ſem per ſecretam cognitionem cõfeſsionis, exprimendo cauſam ſcientiæ, vt ſcandalum euitetur, vt cum Alexand. Halenſi docet Adrian. in 4. de Sacrament. confeſsion. in vltimo dubio, in verſic. quoad hãc materiam. fol. 299. colum. 2. & Victor. in Summa de confeſſ. quæſt. 186. quamuis cautiùs faciet, ſi omninò reticeat, niſi vrgente neceſsitate, vel cauſa rationabili.

75 Vndecimò limitatur in edictis, quæ leguntur in viſitationibus de peccatis publicis, aut generaliter de peccatis, nulla expreſsione facta de occultis, aut iniuſtè facta expreſsione de illis: nam tunc ſciens peccata occulto, ſiue ipſi fuerint ſecretò dicta, ſiue ipſe viderit ea in ſecreto fieri, non debet, nec tenetur ea reuelare, imò aliud faciens peccabit (ſicuti qui denuntiat, quod probare non poteſt) niſi eſſent præparationes ad aliјs nocendum, iuxta id, quod bene probat Nauar. in manual. cap. 18. num. 61. qui quãuis loquatur in interrogatis ſpecialiter in viſitationibus de præd. peccatis, ipſius tamen fundamenta idem concludunt in caſu noſtræ limitationis, nempè in monitorijs & edictis generalibus viſitationum de peccatis publicis, vel nulla expreſsione de publicis facta, vel etiã iniuſtè de occultis.

76 Duodecimò limitatur, quando iſtæ monitoriæ eſſent criminoſę, & infamatoriæ alicuius perſonæ, putà, qui cognouerit carnaliter talem mulierem, teneatur reuelare, vt alios allegans tenet Ioannes Neuizan. vbi ſuprà numero 50. & Bernard. Diaz vbi ſuprà limit. 4.

77 Decimotertiò limitatur, quando is, ad cuius inſtantiam conceduntur monitoriæ, priùs pactum feciſſet cum parte, quòd etiam ſi faceret publicari monitorias, ipſe, nec ſcientes per hoc teneantur propalare: quia excommunicatio regu-
78 latur ab intentione † excommunicatoris, gloſ. in. c. 2. de teſtib. cogend. & in. c. P. & G. de offic. delega. & in Clem. 1. de iudic. gloſ. in. c. ad Apoſtolicę. de cleric. excommu. eſt communis ſententia ſecundùm Didac. Perez in l. 1. tit. 5. lib. 8. ordi. pag. 180. in verſ. quam concluſionem. col. 1. ſequitur Palat. Rub. in repet. c. per veſtras. §. 18. nu. 23. Cordub. in ſuo tract. *de caſos de conciencia*. in 2. editione. quæſt. 175. fol. 480. col. 2. vbi alios alle-
79 gat. † Idem eſt in excõmunicatione generali, ſecundũ Abb. in. c. ſi ſacerdos. circa fin. de offic. ordin. Summa Tabiena, in verb. excommunicatio. 2. §. 11. & ſeq. Silueſt. in Sũma verb. excõmunicatio. 2. nu. 1. verſ. decimusquartus. vbi ꝙ nõ ligãtur excõmunicatiõe, ſiue ſpeciali, ſiue generali, ex officio, vel ad inſtãtiã partis lata, quos iudex excõmunicans intẽdit ad hoc eximere: * vel quos petens illã, non intẽdit includere: quod etiã ſequitur Nauar. in manua. Latin. c. 27. nu. 14. & Cordub. vbi ſuprà alios citans. *

Sed ſi concedens monitorias ſciuiſſet hoc pactum, veriſimiliter credẽdum eſt, quòd eas non conceſsiſſet: ergo non ligant. ita Silua nupt. vbi ſuprà num. 55. cuius in hoc ſentẽtia, etſi raròcaſus continget, mihi placet, quam etiam ſequitur Bernad. Diaz vbi ſuprà, limitatione 6. quamuis aliàs intentio iudicum non excommunicandi, cum ſubditos lateat, non excuſet à peccato, dum cõtra conſcientiam non obtemperant, vt cũ Domin. à Soto in 4. ſentent. diſtinct. 22. quæſt. 1. art. 2. pag. 940. colum. 1. in princip. aſſeruimus ſuprà in 5. limit. num. 59. hoc nãq; caſu, de quo agimus, de prǽſumpta, ac ſatis coniecturata mente excommunicatoris patet, attento præd. pacto partiũ, quòd ſi id ſciret, minimè excommunicaret: quare meritò, vt excommu-

nicatio

Ayuntamiento de Madrid

nicatio aduerſus id lata non liget.

80 Decimoquartò limitat Roſariũ Buſti,& eum referens Neuizanis vbi ſuprà. num.56. & Bernardus Diaz in dict. reg. 243.limit.vltim. quando debens implere, hoc facere non poſſet, quia huiuſmo di excommunicationes debent intelligi ciuili modo, ſcilicèt, quòd quis non arctetur ad impoſsibile: excommunicatio enim infligi non poteſt,niſi pro peccato mortali, vel contumacia,iuxta cõmunem omnium,& veriſsimam ſententiam,vt ſuprà cap.7.probatũ eſt,& præterea tradit Nauar. in manuali Latino, capit.27.num.9.dicens, quòd nemo debet excommunicari, niſi ob contumaciam mortalem,qua perſtitit in peccato mortali præterito,aut futura inobedientia:deficiente ergo contumacia,propter impotentiam ſoluendi non incurritur excommunicatio, quia impoſsibilium nulla eſt obligatio, vt in regula vulgari iuris:conducunt tradita per Dominic. à Soto in 4.diſtinctione 22.quæſt.2.art.3. pag. 960. colum.2. & quòd excommunicatio ferri nõ debeat pro debito, quoties debitor nimia egeſtate eſt preſſus, ita quòd ſoluere non poſsit, & lata ſit

81 relaxanda, & quòd talis cenſurę † comminatio, ſeu executio contineat præceptum impoſsibile, & errorem manifeſtum, latè pluribus probat in propoſito Didacus Perez in l.1.titul.5.lib.5.ordin. pag.179. colum.1.hæc autem in foro po li rectè procedere poſſet, vbi ſola veritate attenta iudicatur, & ideò excommunicatus pro furto, vel alio debito, ſi non eſt ſoluendo,quoad Deum eſſet abſolutus ſecundùm Sot. vbi ſuprà. *Et ſufficere ad abſoluendum virtute Bullę, vel priuilegio concedentis, ſatisfacta parte,veram impotentiam ſatisfaciendi, præſtita cautione ſibi poſsibili,ſaltem iu ratoria, iuxta tradita per Nauar. in manuali.c.27.nu. 48. credit idem Nauarr. conſil.23.tit.2. ad fin. de pœniten.& remiſ. * At verò in foro fori, ſententia excommunicationis præd. teneret, niſi expreſsè contineret præd. intolerabilẽ errorem, vel conſtaret de impoſsibilitate ſoluendi,vel hoc eſſet notorium,quia tũc eſſet nulla,iuxta regul.iuris, de quibus ſuprà alio capite diſſeruimus, & in terminis tenet Cordub. in ſuo tracta. *de caſos de conciencia*, quæſt.20. circa finem. in verſic:Lo quarto,&c. vbi hoc intelligit de vera impotentia, & concurrente contritione,& intentione ſoluendi,quã primũ potuerit.

82 Supereſt nunc videre de praxi monitoriarum. Et primò,ſi ille contra quem decernuntur monitoriæ, compareat in termino illarum coram decernente, dicendo,quòd rem, de qua in monitorialibus, ſi eam tenet, non habet cum peccato,nec contra conſcientiam,ſed iuſto titulo, eſtque paratus ſtare iuri coram iudice competente,coram quo ſe remitti petit, & deſiſti à monitorialibus, quia à præceptis non eſt inchoandum,ſecundùm Iaſ. in l.ne quicquam.§. vbi decretum. colum.2.nu.4.& 5.ff.de offic.proconſul.& legat.& ideò eas eſſe reuocandas ſecundùm Iaſ. num. 11. & Lancelot. in l. ſi pacto quo pœnam.colum.2. C.de

83 pact. aut ſaltem reſolui in ſimplicẽ † citationem virtute ſuæ cõparitionis.Doctores in l.de pupillo.§.meminiſſe.ff. de oper.nou.nuntiat.& in terminis monitorialium Cardinal. & Lanfran.in Clement. diſpendioſam. ſuper gloſſ. verb. præmoniti. de iudic. & Bernard. Diaz vbi ſuprà, limit. 5. aliàs proteſtatur de nullitate, an ſit audiendus, & remittendus ad ſuum iudicem,necne?

84 In quo dicendum eſt, quòd iudex Eccleſiaſticus hoc caſu tenetur eum remittere ad ſuum iudicem, quia ad Eccleſiaſticum non pertinet cognoſcere, an iuſtè,vel iniuſtè teneat,nec poterit excommunicare, etiam in genere,ſecundũ Innocent.Ioan.Andr. Anto. de Butrio,& Abb. in cap.nouit. num.53.de iudic.Innocen. in cap. ſtatuimus. de offic. delegat. colum.2. poſt gloſ. ibi,ſubiungens, quòd in occultis, quando quis eſt confeſſus factum, nõ eſt vlterius cogendus, aliàs enim ſecundùm ſupradictos,niſi ita diceremus, ſequeretur inconueniens, ꝙ iudex Eccleſiaſticus trahere poſſet omnes

Ayuntamiento de Madrid

nes cauſas ad ſuum forum: qua comparatione facta, niſi peccatum eſſet notoriũ, ſi denuntians vult quòd procedatur coràm Eccleſiaſtico, debet probare, quòd talem rem occupans tenet cum peccato: quod eſt valdè difficile, ſecundùm Abbatem in dicto capit. nouit. columna antepenultima. in 6. additione, de iudic. vbi dicto numer. 53. poſt Innocentium, & alios, quòd ad excludendum probationes, quas faceret iſte denuntians pro retinendo cauſam coram Eccleſiaſtico, ſufficeret denuntiato allegare aliquam cauſam probabilem, & veriſimilem, ex qua talem rem teneat, putà, quòd ad eum peruenerit ex cauſa emptionis, vel alia iuſta, nec eam tenetur probare, niſi aliàs contra eum præſumptio laboraret, putà, quia eſſet vir modicæ fidei, vel ſi à principio purè negaſſet, licèt Hoſtien. & Felin. ibidem num. 15. aliud velint, nempè quòd ſi denuntians probat rem non eſſe denuntiati, nõ videtur quòd denuntiatus poſsit ſe excuſare, ſi allegaret aliquid probabile, ſi id non probat: nihilominus prius verius & tenendum videtur ex rationibus Abbatis vbi ſuprà, & ne vt plurimum iuriſdictio ſecularis eneruetur. Quod fortiùs procederet, quando iſte denuntiatus talem cauſam probabilem allegaret cum iuramento, quia huiuſmodi iuramentum malam præſumptionem excluderet, ſecundùm Anton. vbi ſuprà, col. 12. Et hanc praxim, & ſententiam principalem prædictam tenet Ambroſius de Vignate, quem refert, & ſequitur, ſummans eius fundamenta, Guido Pape ſingul. 708. de monit. & idem latè probat Ioannes Neuizanis dicto lib. 3. Silue nuptia. num. 51. & ſequen. ſequendo opin. Abb. vbi ſupra. & in fine. nu. 54. inquit, quòd ſecundùm aliquos legitimè non
85 propalanti † non creditur, vt in Clem. 1. vbi gloſ. & Cardin. de renunt. Abb. in dict. c. nouit. vltima additione. & quòd an legitimè propalauerit, vel non, iudex Eccleſiaſticus cognoſcet.

Sed contra ſupradicta videntur facere, quæ ſtatim idem author nu 59. annectit, vbi quærẽs, an iudex Eccleſiaſticus poſsit cognoſcere, an debeat Titius reſtituere mihi talẽ rem, vel ſufficiat pronuntiaſſe eũ eſſe excómunicatũ, & re-
86 mittere poſteà cognitionem † cauſæ iudici laico: reſpondet, quòd imò ipſe Eccleſiaſticus debet cognoſcere, an res ſit mihi reſtituenda: tum quia connexum eſt peccato, & de connexis idem eſt iudicium, vt in cap. tranſlato. de conſtit. item, quia acceſſorium ſequitur naturã principalis, vt in regula acceſſorium: de reg. iur. in 6. itẽ, quia iudex præparatorij, eſt iudex præparati, ſecũdũ Iaſ. in l. quoties. nu. 3. C. de iudic. Deci. in rubr. eod. tit. in decretalib. nu. 2. Itẽ, quia talis cenſura fulminatur, vt exeat de peccato, & pœniteat: ſed pœnitẽtia ſine reſtitutione (cum ipſa poteſt fieri) eſt infructuoſa, vt tenet Felinus in cap. ex tenore. in princip. colum. penult. numer. 18. de reſcript. Laurentius Rodulphus in tract. de vſuris. 2. par. quæſt. 125. nu. 8. vol. 16. tract. diuerſ. doct. fol. 137. Non enim dimittitur peccatũ, niſi reſtituatur ablatũ, iuxta iuris regulam vulgarem. 4. de regulis iuris, in 6. Sed nihilominùs vtrũque exiſtimo verum eſſe, & tenendum, intelligendo vnumquodque in ſuo caſu: primum, quando ipſe monitus comparet in termino monitorialium, offerens ſe paratum ſtare iuri coram iudice competenti, coram quo petit ſe remitti, & petit deſiſti á monitorialibus, quia poſsidet rem iuſto titulo, non verò cum peccato, nec contra conſciẽtiam, vt eſt prædictum: ſecundum verò, quando monitus non comparuit, ſed alij reuelauerunt eum, tunc enim non ſolùm debet à iudice Eccleſiaſtico declarari excómunicatus propter contumaciam & inobedientiam, ſed etiam cogi, præmiſſa cauſæ cognitione neceſſaria, ad rem reſtituendam: nec enim debet pro rei reſtitutione eum remittere ad iudicem laicum,
87 ex † rationibus prædictis: ſed ſi ipſe excommunicatus in contumacia, compareat petens abſolutionem purgatis expenſis, allegans ſe eſſe paratum coram iudice ſuo competẽte iuri ſtare, quia poſſidet

Ayuntamiento de Madrid

ſidet rem cum legitimo titulo, non verò cum peccato, ſicque petat deſiſti ab vlteriori proceſſu monitorialiũ, dum modò contra eum non conſtet, nec probetur contrarium, non video cur audiendus non ſit, ex prædictis ſuprà in prædicta praxi: itaque præfatus author Siluæ in ſupradictis duobus, quæ prima facie videbantur contraria inter ſe, hoc modo eſt intelligendus, & ſaluandus, quamuis ipſe ſe ſatis nõ explicuerit: hoc nãque modò vtraque ſtare poteſt, intelligẽdo, & limitando ſecundũ aſſertum prius præcedens, quod ſecundum debet limi-
88 tari, ſi lis penderet contra † Titium corã iudice laico pro illa re, & poſteà pro habendis probationibus conceſſæ fuerint monitoriæ generales, & iſte Titius non comparuit, neque propalauit, quia tunc non poteſt peti contra eum veniri ad excommunicationẽ in ſpecie, quia vbi cœptũ eſt iudiciũ, ibi finiri debet: vt in l. vbi cœptũ. ff. de iudic. & continentia cauſæ diuidi non debet, vt in l. nulli. C. de iudic. ita Neuizan. vbi ſuprà, numero 60.

89 Secundò obſeruandũ eſt, quòd quando lectis in Eccleſia his monitorialibus, & ſic poſt earum executionem, aduerſarius non comparuit, nec reſtituit bona, practica eſt ſecundùm Doctores, præcipuè apoſtillã ad Felinum colum. final. in capitul. nouit. de iudicijs. vt detur libellus coram diœceſano, fidem faciendo de propalationibus illorum, qui dixerunt contra eum, proponẽdo, quòd, etſi emanauerint monitoriæ generales contra detinentes res meas, & contra ſcientes non reuelãtes, vt patet ex ipſis, cum earum debita executione, de quibus fit fides, licèt alij propalauerint, Titium talem rem meam tenere, idem tamen Titius reuelare neglexerit, nec reſtituere curauit, imò eam indebitè detinendo, contra conſcientiam perſeuerat in peccato, in contemptum cenſurarum Eccleſiæ, quare petit ipſum Titium ſic in genere excommunicatum cogi ad pœnitentiam, & in ſpecie & nominatim excommunicari, exindeque non abſoluatur, donec exeat de peccato, reſtituendo dictam rem, cum cæteris clauſulis conſuetis in libellis: hæc namque concluſio libelli, ſonat in denuntiationem Euangelicam, quia vt pœniteat; & in iudicialẽ, vt reſtituat: quod eſt vtile ad euitãdum conflictum opinionum, ſecundùm Rochum de Curt. in dicto cap. nouit, charta 27. de iudic. oblato libello, lis conteſtatur, recipienturque probationes, parte citata ad videndum iurare teſtes, quia aliàs fidem non facerent: illiſque publicatis, ſi nihil opponatur, & reperiatur iſte Titius culpabilis, iudex pronuntiabit eum incurriſſe dictas cenſuras in genere, præcipiendo ſub pœna excommunicationis in ſpecie, quòd exeat de peccato, & rem reſtituat: hæc eſt communis praxis ſecundùm Siluam nuptial. vbi ſuprà, num. 57. dicentem, quòd ſæpè eam vidit obſeruari.

90 Nihilominùs tamen ipſe putat eſſe vtilius practicari alio modo, nempè cõcludendo in libello ſolùm, quòd cogatur ad pœnitentiam, nulla mentione facta de reſtitutione rei: nam idẽ effectus omninò reſultabit, quia non poteſt pœnitere, niſi rem reſtituat, vt eſt prædictũ: eritque magna vtilitas, quia in hac concluſione ſumus in denuntiatione Euangelica tantùm, ex quo ſolùm principaliter tenditur ad finem correctionis, vt volunt omnes in dict. cap. nouit. vbi Decius numer. 28. Abb. in cap. quemadmodum. colum. 3. de iureiuran. in qua non requiritur litis conteſtatio, nec ordo iudiciarius, ſecundùm omnes indifferenter in dicto cap. nouit. vbi dicunt ſecus eſſe, quando petitur reſtitutio rei, & ſic
91 in iudiciali: requiritur † tamen bina monitio præcedens iuxta formam Euangelij, quia aliàs non procederet ſecundùm Docto. in dicto cap. nouit. Speculat. & alios quos refert & ſequitur Marant. de ordin. iudic. 6. parte. cap. de denũtiatione. nu. 5. pag. 347.

92 Imò etiam nemine inſtante, diœceſanus ex ſuo officio debet denuntiare excommunicatum nominatim, & eum facere euitare, quando ſibi conſtat, ſecundùm

dùm Aret. in dicto cap. nouit. ad finem. Abb. in cap. Parochianos. 2. notabil. & in cap. cum deſideres. in 4. notab. de ſent. excommunic. quæ ſecunda praxis
93 mihi magis arridet: vnde errant, † qui faciunt citare principalem ad allegandũ cauſas, quare non debeat excommunicari, ſecundùm Guid. Pap. ſingular. 708. & etiam iudices, qui ſtatim viſis propalationibus aliorum, abſque cauſæ cognitione excommunicant nominatim.

94 Vltimò aduertendum eſt, quòd licèt quantum ad excommunicationem in genere ſufficiat vnus teſtis, ſecundùm Imol. in dicto cap. nouit. colum. 6. de iudic. ſecus tamen eſt quantum ad excommunicationem in ſpecie & nominatim, quia tunc cum agatur de magna pœna, requiruntur plenæ probationes, ſecundùm Abb. in cap. cum ſit generale. colum. 3. de foro competen. Bald. in cap. ſi ſacerdos. in princip. de offic. ordin. Neuizanis vbi ſuprà. num. 62. vbi numer. præcedenti latè agit, an propalãtibus ſit legenda eorum propalatio, quando poſteà examinantur in figura iudicij, ſi referant ſe ad eam petendo ſibi legi, prout communiter practicatur, & concludit, quòd non, & quòd ſi aliàs fiat, erunt ſuſpecti: cuius contrarium veriùs exiſtimo, & tenendum.

## *SVMMARIVM.*

1 *EXcommunicati impoenitentes, per Principem ſecularem puniuntur.*

2 *Perſeuerans per tempus aliquod in excommunicatione, poteſt puniri ante annum poena aliqua temporali.*

3 *L. 1. tit. 5.* de los deſcomulgados. *lib. 8. nouæ collectionis Regiæ, meritò ſtabilita, & iuſtiſſima eſt, vt in nu. 4.*

5 *A iudice Eccleſiaſtico poſſe excommunicatos, de quibus in præd. l. Regia, eiſdem poenis puniri, indubium eſt.*

6 *Iudex Eccleſiaſticus poteſt cognoſcere contra laicum perſeuerãtem in excõmunicatione, ipſumque mulctare, & tẽporaliter punire.*

7 *Excommunicatus punitus in vno foro, poenis dict. l. Regiæ, non poterit in altero ampliùs eiſdem puniri.*

8 *Abſolutus ab excommunicatione, in qua permanſit per tempus à lege Regia prohibitũ, an poſt abſolutionem poſſit poenis ab eadem l. impoſitis puniri? & nu. ſeq. nu. 19. aſſignatur concordia.*

9 *Inuentus dicitur, qui eſt inuentus, & captus, & repræſentatus Curiæ.*

10 *Non ſufficit, quòd probatum ſit quem cum armis de nocte inceſſiſſe, niſi cum eis apprehendatur ad poenam virtute ſtatuti id prohibentis imponendam, & quomodo hoc intelligatur, vide num. 18.*

11 *Delictum ſemel commiſſum non aboletur ad euitandam poenam temporalẽ, propter poenitentiam impoſitam à iudice ſpirituali pro conſequenda abſolutione, niſi eſſet ſufficiens in vtroque foro, & publicè impoſita, aliàs puniri poteſt à iudice laico.*

12 *Bigamus, ſi per Eccleſiaſticum iudicem condigna poena non fuerit punitus, poteſt per ſecularem iterum puniri.*

13 *Idem eſt in blaſphemo quamuis his caſibus moderanda ſit poena. nu. 14.*

15 *Punitus pro crimine mixti fori ab Epiſcopo poena canonica, poteſt per iudicem ciuilẽ puniri ſecundùm ius ciuile.*

16 *Abſolutus in foro poenitentiali, non remanet abſolutus in exteriori, quin de eo crimine puniri poſſit.*

17 *L. 2. titul. 5.* de los deſcomulgados, *libr. 8. nouæ collect. reg. interpretatur.*

20 *Si quis indurato animo per annum in excommunicatione permanſerit, contra eum tanquam ſuſpectum de hæreſi procedi poteſt, & quomodo hoc intelligatur. nu. 21. & 22.*

23 *Tempus quo quis in excomunicatione permanere debet, vt poenis legis Regiæ puniri poſſit, debet eſſe continuum.*

24 *Tempus requiſitum à lege, niſi aliud exprimatur, debet eſſe continuum.*

25 *Triginta dies poenæ carceris impoſitæ à lege Regia blaſphemo, debent eſſe continui, nec ſufficit quòd ſint interpollati, computati in diuerſis vicibus.*

CA-

Ayuntamiento de Madrid

## CAPVT XII.

### De pœnis permanẽtium in excommunicatione per menſem,& vltrà.

1 IN Concilio Triburienſi,cap.3.olim Patres decreuerunt, vt qui poſt excommunicationem inclinati nõ fuerint ad pœnitentiam ſubeundam, per Principem ſecularem puniantur. Hinc eſt, vt perſeuerans per tempus aliquod
2 in excõmunicatione,poſsit puniri † ante annum pœna temporali, ſecundùm Ananiam & Felin. in capit. poſtulaſti. de homicid. quos refert & ſequitur Didacus Couar. in cap. alma mater. 1. part. re-
3 lect. §. 7. nu. 10. † de ſentent. excommu. lib. 6. circa finem. Quare non immeritò Reges Hiſpaniæ certis quibuſdam pœnis pecuniarijs puniri iuſſerunt eos, qui per menſem & vltrà in excommunicatione permanſerint, vt cauetur in l. 1. tit. 5. *de los deſcomulgados*, lib. 8. nouæ collect. Regiæ, quæ ita ſe habet. *Vida eſpiritual es al anima la obediencia, y muerte la deſobediencia, y deſobedecer los mandamientos de la ſanta madre Igleſia: y porque la ſentencia de excomunion, es arma con que la Igleſia defiende ſu libertad, y mantiene, y gouierna las animas Chriſtianas con juſticia de Dios, y deue ſer mucho mas temida y guardada, que otra ſentencia alguna: porque no ay mayor pena que muerte del anima: y aſsi como el arma temporal mata el cuerpo, aſsi la ſentencia de excomunion mata el anima, y es llaue de los Reynos de los cielos, que encomendo nueſtro Señor al Apoſtol ſan Pedro, y a ſus ſucceſſores, y miniſtros de la Igleſia, y les dio poder de ligar y abſoluer las animas ſobre la tierra: y porque el mayor quebrantamiẽto de la fe Chriſtiana, es el menoſprecio de la ſanta Igleſia, porende mandamos, que qualquiera perſona que eſtuuiere deſcomulgada por denunciacion de los Perlados de la ſanta Igleſia, por eſpacio de treynta dias, que pague en pena ſeyscientos marauedis, y ſi eſtuuiere endurecido en la dicha excomunion ſeys meſes cumplidos, pague en pena ſeys mil marauedis, y paſſados los dichos ſeys meſes, ſi perſiſtiere en la dicha excomunion, que pague cien marauedis cada vn dia, &c. Y las dichas penas ſeã partidas en tres partes, la tercia parte para la obra de la Igleſia Cathedral, y la otra tercia parte para el merino, o juez que la executare, y la otra tercia parte para el Perlado que la dicha excomunion puſiere*: ſicque hodie ceſſat lectura antiquior circa valorem dipondiorum dictarum pœnarum, quam refert Couarr. de monetis. c. 5. nu. 1.

4 Quæ lex & ſimiles iuſtiſsimæ ſunt, vt affirmat Didacus Simãcas de inſtitution. Catholic. titulo 27. numero 6. & Didacus Couarruuias in dicto capitulo alma mater. 1. parte. §. 7. numero 10. circa finem. & validè ſecundùm Didacum Perez ibidem, pagina 18. in fine, & in principio ſequentis, quia ponunt pœnam propter contumaciam, quæ conſtat iudici ſeculari per denuntiationem prælati, ideoque ſicut de alijs criminibus, de quibus ei conſtat, vt de vſura, vel blaſphemia, & huiuſmodi, etſi merè, vel mixtè Eccleſiaſtica ſint, ab eo puniri poſſunt, quia non agnoſcit iudex ſecularis, vtrùm excommunicatio iuſta, vel iniuſta ſit; nec an crimen ſit blaſphemiæ, vel contractus illicitus ex vi vſuræ & declarationis, & ſic de quidditate aliorum criminum, quorum definitio ſpectat ad iudicem Eccleſiæ, ſed prout iſte reperitur tale crimen commiſiſſe, poterit puniri à Rege, qui per menſem, & vltrà in excommunicatione permanſerit, vt in dicta l. 1. propter ipſam contumaciam: à iudice autem
5 Eccleſiaſtico † poſſe excommunicatos, de quibus in dicta l. Regia, eiſdem pœnis puniri indubium eſt, quia eſt crimen mixti fori: quinimò potiori iure punitio huius criminis ſpectat ad iudicem Eccleſiaſticum, quia ipſe per prędictam contumaciam fuit offenſus, & ideò tanquam offenſo præfata l. Regia, eidem tertiam partem pœnarum
6 applicat. Pro quo facit, quia iudex † Eccleſiaſticus poteſt cognoſcere contra laicum perſeuerantem in excommunicatione, ipſumq; mulctare, & tẽporali-



Ayuntamiento de Madrid

ter punire ſecundùm Abb. in cap. grauem. de pœnis. quem refert & ſequitur Marant. de ordin. iudic. 4. parte princip. in 11. diſtinctione. numero 25. fol. 219. Si igitur hoc poteſt, nullam rei, de qua agitur, aptiorem pœnam poterit excommunicatis infligere, quàm in hac l. Regia contentam. argum. c. 1. & 2. de oper. nou. nunt. & ita communiter practicatur: nam iudices quoque Eccleſiaſtici ſolent punire huiuſmodi excommunicatos, prout vidi ſæpiſsimè, qua praxi & nos quoque vtimur in hoc tribunali Eccleſiaſtico Ciuitatenſ. cui præſumus: duæque partes pœnarum pertinent ad iudicem Eccleſiaſticum eas exequêtem, tùm tanquam ad prælatum excommunicationem ferentem, licèt non ſit eadẽ perſona, quæ nunc exequitur, ſed ſucceſſor, cùm tamen ſit idem prælatus in dignitate, atque idem tribunal: tùm & tanquam ad exequentem, & tertia pars
7 fabricæ † cathedralis, vt habet eadẽ lex Regia, quæ ita ſeruatur in hoc tribunali: punitus in vno foro præd. pœnis, vel qualibet earum, non poterit in altero ampliùs eiſdem puniri, vt ſenſit rectè Didacus Perez vbi ſuprà, pag. 178. colũ. 2. ibi, Niſi eſſet ſufficiens in vtroque foro, & publicè impoſita: quamuis poſteà alia adducat, quæ contradicere videtur: nihilominus tamẽ tenendũ eſt, quod prædixi: nemo enim pro eodem delicto puniri debet bis pœna eiuſdem l. quamuis crimen ſit miſti fori, vt in cap. at ſi clerici. de iudic. & conuincitur ex pluribus limitationibus ad communem ſententiam in contrarium adductis per Andr. Alciat. in cap. perniciosſam. nu. 83. & ſequent. de offic. ordin.

8 Verũ illa quæſtio eſt celebris in propoſito, atque in praxi ſæpiſsimè contingens, an ſi aliquis perſtitit in excommunicatione poſt denuntiationem per multum temporis ſpatium, fuitque tandem abſolutus, prædictaque abſolutione obtenta, & reuerſus ad gremium Eccleſiæ, accuſatus fuit ad pœnam d. l. Regiæ incurſam, ipſe reſpondet ſe nunc non perſiſtere, nec eſſe in excommunicatione, quia eſt iam abſolutus, vt patet ex literis abſolutionis, quas oſtendit, an ſit puniendus pœna d. l. necne?

Et primò videtur, hoc caſu minimè locum habere pœnas d. l. nec ipſius deciſionem, quia ipſa loquitur *en el que eſtuuiere deſcomulgado, &c.* Hic autem nõ eſt huiuſmodi, quia eſt iam abſolutus: ergo vbi non conueniunt verba legis, nec ipſius diſpoſitio locum habet: argum. l. 4. §. toties. ff. de damn. infect. cum ſimilib. præcipuè cum ſimus in pœnalibus & odioſis, odia enim reſtringi, & fauores conuenit ampliari, vt in regula iuris vulgari.

Secundò, quia vt cõſtat ex principio, & præfatione legis, ſupponitur manifeſtè loqui in illis perſonis, qui actu ſunt excommunicati, vt cõſtat ex verbis ſuprà relatis: non verò in iam abſolutis ab excõmunicatione, quibus minimè conueniunt verba, nec mens præfationis: at verò diſpoſitio legis refertur ad principium, ſeu præfationem ipſius, atque iuxta eam intelligenda eſt, vt in l. Titia. §. idẽ reſpondit. ff. de verb. obliga. l. fin. ff. de hæred. inſtit. tradidi latè in repeti. authen. Sacramenta puberum. nu. 81. C. ſi aduerſ. vendit.

Tertiò, quia vt prædicebam, lex Regia ſupradicta punit perſiſtentes diu in excommunicatione propter contumaciam, & inobediẽtiam ipſorum; ſed ceſſante hac contumacia, quia reducti ſunt ab obedientiam Eccleſiæ, ac proinde beneficium abſolutionis meruerunt, eoque iam perfruantur, videtur quòd pœna ipſius ceſſare quoque debeat, cũ iam ſublata ſit cauſa, atque radix ipſius: argument. cap. cum ceſſante. de appel. & l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patron. & l. quod dictum. cum ſimilibus. ff. de pact. quo fit, vt excommunicati non ante debeant abſolui, quàm Eccleſiæ plenè ſatisfecerint, vnde abſolutionis tempore ſolet interdũ eis pro parte ſatisfactionis pœna pecuniaria imponi: quæ iuſtè poteſt ab eis exigi ad pios vſus, quemadmodũ cœtus Cardinaliũ ſuperioribus annis Paulo Tertio reſpondit, vt refert

Ayuntamiento de Madrid

refert Simanc. vbi ſuprà, numero 5.

Quartò, quia eadem lex Regia dicit, *que qualquiera perſona que eſtuuiere deſcomulgada por denunciacion de los Perlados de la ſanta Igleſia por eſpacio de treynta dias, pague en pena ſeys cientos marauedis: y ſi eſtuuiere endurecido en la dicha excomunion ſeys meſes cumplidos, pague en pena ſeys mil marauedis, &c.* Videtur igitur verba illa, *que eſtuuiere deſcomulgado, &c.* & ea, *y ſi eſtuuiere endurecido en la dicha excomunion,* iunctis illis, *que pague &c.* quæ ſunt præſentis temporis, ad effectum præſentem, tempore ſaltem accuſationis referri: ſicque clarè videtur innui, vt intelligenda ſint cũ effectu, argument. l. ſi Barſatorem. C. de
9 fideiuſſor. vbi, qui promiſit † ſe inuenturum latronẽ Barſatorem, tenetur illum exhibere: ſicque ille dicitur inuentus, qui eſt inuentus & captus, & repræſentatus curiæ, vbi gloſ. 1. inquit, quòd licèt huiuſmodi promiſſor inuenerit prædi. latronem, non tamen eſt liberatus, niſi eum exhibeat. Verba enim cum effectu ſunt intelligenda. l. 1. §. hæc verba. ff. quod quiſque iur. & additio dict. gloſſ. 1. aduertit, quòd eam legem notant Do-
10 ctores ad quæſtionem † ſtatuti dicentis, quòd ſi quis de nocte fuerit inuentus cũ armis, puniatur tali pœna: nam non ſufficit, quòd quis viſus fuerit de nocte cũ armis, idque teſtibus probetur, ſed requiritur, quòd ſit corporaliter apprehẽſus cum eis, per dictam l. ſi Barſatorem. vt vult Bart. ibidem, & in l. 1. in princip. ff. de acquir. poſſeſſ. Cynus in l. licèt. 3. quæſt. C. eodem titul. de acquiren. poſſeſſ. eſtque communis opinio, vt præfata additio teſtatur, ſequitur latè probãs, alioſque allegans Cæpolla in l. ſi fugitiui. nu. 73. & ſeq. C. de ſeruis fugit. Palat. Rub. plura adducens in repet. cap. per veſtras. de donat. inter virum & vxor. §. 21. nu. 12. Didac. Perez in l. 23. in fine. tit. 3. lib. 1. ordin. col. 172. & iterũ in l. 2. tit. 14. lib. 2. eiuſdem ordinam. col. 540. Antonius Gomezius latè inferens ad plura alia, in l. 45. Tauri. numer. 48. & ſequentibus, vbi eam veram, & magis communem doctrinam appellat: quamuis contrarium aduerſus communem latè probet Ripa in tract. de peſte. in cap. incip. venio nunc ad modum. nu. 104. fol. 58. & ſeq. Ergo ita & eodem modò videtur decẽdum in propoſito, vt ad hoc, vt qui per menſem, & vltrà perſtitit in excommunicatione, puniatur pœnis præfatæ legis, requiratur, vt tempore ſaltem accuſationis ſit & inueniatur excommunicatus, cùm ſimus in materia pœnali; aliàs ſi iam ſit abſolutus, cũ ſit ſatisfacta Eccleſia pœnitentia ſalutari impoſita tempore abſolutionis, videtur, quòd nullo modo poſsit prædictis pœnis puniri, & ita iam in praxi in hoc tribunali Eccleſiaſtico obſeruaui, ſcioque ab alijs exercitatiſsimis viris obſeruatum fuiſſe in eodem, & in alio, vt ijdem mihi affirmauerunt.

Rurſus his non obſtãtibus, contraria ſententia verior videtur, & tenẽda, imò quòd in ſpecie præmiſſa, etiam poſt abſolutionem, poſsit accuſari, & puniri pœnis d. l. Regiæ; qui per menſem, & vltrà extitit in excommunicatione.

11 Primò, quia delictum ſemel commiſſum nõ aboletur ad euitandam pœnam temporalem propter pœnitentiam impoſitam à iudice ſpirituali pro conſequenda abſolutione, niſi eſſet ſufficiens in vtroque foro, & publicè impoſita, aliàs puniri poteſt à iudice laico, vt in c. ſtatuimus. in verſic. per temporalẽ præterea. de maledic. & in capit. felicis. de pœnis. in 6. in verſ. Per hoc quoque ſecularibus poteſtatibus non adimimus facultatem vtendi legibus contra tales, quas aduerſus ſacrilegos Catholici Prin
12 cipes † ediderunt. Ex quo text. ſumit argumentum Abb. in capit. tuæ. num. 15. de procurat. & in cap. 1. nu. 7. de offic. ordin. quòd bigamus, ſi per Eccleſiaſticum iudicem condigna pœna non fuerit punitus, poteſt per ſecularem iterum pu-
13 niri, quæ eſt communis † opinio, quam elegãter declarat Antonius Gomezius de delict. capit. 1. num. 40. & Couar. lib. 2. variar. reſolut. cap. 10. nu. 6. & Iulius Clarus in practic. criminal. §. final. quæſtio. 57. ad fin. In blaſphemo idem eſt, vt



Ayuntamiento de Madrid

tradit Auend. alios referēs. 2. parte. cap.
14 5. prętor. nu. 18. quāuis his † caſibus minoranda ſit pœna ſecundùm Boer. deciſ. 286. quem refert & ſequitur idem Auend. eodem lib. 2. cap. 16. num. 16. ad fin. Et indiſtinctè, quòd, ſi aliquis in crimine mixto ſit condemnatus ab Epiſco
15 po ſecundùm † legem canonicam, poſſit etiam condemnari à iudice ciuili, & puniri ſecūdùm ius ciuile, latiſsimè probat, plures allegans, teſtatuſque eam eſſe communem, & ab ea non recedendum, Alciat. in cap. perniciofam. num. 80. & ſequen. de officio ordinarij. vbi quinque modis limitat.

16 Sic etiam abſolutus in foro pœnitentiali, non remanet abſolutus in foro exteriori, quin de eodem crimine à iudice puniri poſsit, iuxta gloſ. communiter approbatam in cap. de his. de accuſ. de qua ſuprà cap. 2. nu. 13. egimus. Ergo etiam ſi excommunicatus huiuſmodi ſatisfecerit Eccleſiæ, ac proinde impoſita ſibi pœnitentia ſalutari ab eodem iudice, qui eum excommunicauit, ſit abſolutus, poterit accuſari, ac puniri, vel à iudice ſeculari, vel Eccleſiaſtico præueniente, pœna impoſita à præd. l. Regia propter contumaciam tanti temporis exiſtentiæ in excommunicatione.

Secundò, quia dict. l. Regia non requirit ad hoc vt pœnæ ipſius locum habeant, quòd tempore accuſationis ſit actualiter inuentus, vel apprehenſus in excommunicatione, ſicque ceſſat omninò quartum fundamentum contrariæ partis, ſed tantùm, *Que qualquiera perſona que eſtuuiere deſcomulgada por denunciaciō, &c.* Nec exprimit, quòd tempore accuſationis, vel ſententiæ ſit excōmmunicatus, ſed quòd extiterit excommunicatus per menſem, vel ſex menſes continuos, &c. Hoc autem rectiſsimè verificatur in illo, qui per id temporis ſpatiū excommunicatus extitit, quamuis ſit iā abſolutus: ergo puniri poterit eiſdem pœnis, per regul. d. l. 4. §. toties. ff. de dāno infect. à cōtrario ſenſu, nempè quòd vbi verba legis conueniūt, ibi legis diſpoſitio locum habet: inſpiciendum eſt ergo tempus commiſsi & conſummati delicti, & non ſententiæ, ad imponendū præd. pœnam.

Tertiò, quia ſi lex noſtra Regia fundatur in contumacia, atque inobedientia Eccleſiæ ita diuturna, ea quamuis iā præterita puniri poterit, quia etſi obediens iam ſit, & in gremio Eccleſiæ, atq; pœnitentiam egerit, cum obtinuit beneficium abſolutionis, illa pœnitentia priuata eſt, non verò publica, nec de qua in noſtra lege: cùm igitur aliquis pro delicto miſti fori non eſt ſufficienter punitus à iudice Eccleſiaſtico condigna pœna, non impeditur quin à iudice ſeculari iterum puniri poſsit, vt tradit latè Anton. Gomez. in d. tom. de delict. c. 1. nu. 40. & cæteri ſuprà allegati.

17 Quartò & vltimò hæc ſententia vrgenter probatur in l. 2. titu. 5. dict. lib. 8. nouæ collect. reg. quæ ita ſe habet: *La pena que ſe pone a los deſcomulgados, ſe ha de lleuar ſiendo la ſentencia de excomunion publicada, y denunciado que la Igleſia euita y quando los deſcomulgados no apelaren, o ſi apelaron, no ſiguieron la apelacion: y que la pena ſe ha de lleuar del tiempo que fueren deſcomulgados, y no mas, y las penas que ſe ponen a los deſcomulgados, que por la Igleſia ſon tolerados, no ſe han de executar.* hic namque habemus legem in primis interpretantem atque declarantem dictā l. 1. præcedentem, vt procedat tantùm in excommunicatis ab Eccleſia vitatis, ſecus in toleratis ab ea, de quibus ſuprà latè egimus capitulo primo huius operis, ibique dicta ſunt hic in memoriam reducenda. Secundò, vt intelligatur in excommunicatis non appellantibus, vel appellationē non proſequentibus, quod exiſtimo intelligendum iuxta iuris diſpoſitionem, nempè vbi appellatio interpoſita fuerit ante excommunicationem, ſecus ſi poſt, & ſic quando appellatio non ſuſpendit excommunicationem, iuxta text. in cap. paſtoralis. §. verùm. cum ſimilib. de appellat. Tertiò (& nunc ad rem) habemus interpretationem in præfata l. 2. ad noſtram primam, de qua agimus, quaſi ad noſtrum propoſitum



Ayuntamiento de Madrid

poſitum concinam, nempè; *que la pena ſe ha de lleuar del tiempo que fueron deſcomulgalos, y no mas*: patenter igitur ſatis inſinuatur, atque exprimitur in illis verbis, *del tiempo que fueron deſcomulgados*, quòd huiuſmodi excõmunicati poſsint prædictis pœnis puniri, pro tempore præterito, quo fuerunt excõmunicati, ſicque eo tempore, quo ſunt iam abſoluti: nam ſi adhuc tempore ſententiæ eſſent excõmunicati, non vteretur lex verbis præteriti temporis, ſed præſentis, nempè, *que ha que eſtan deſcomulgados*, vel præteriti, & futuri ſimul, ſcilicèt, *del tiẽpo que han eſtado, y eſtuuieren excommulgados*, vt propriè loqueretur: non igitur eſt dicendum l. hanc ſecundam impropriè loquutam fuiſſe de excommunicatis tempore præterito pro præſenti: & ita in terminis hãc ſententiam expreſsim, quamuis breuiter, probauit Doctiſsimus Couarru. in 4. de ſponſa lib. 2. parte. cap. 6. §. 8. nu. 17. dicens: Ex quo ſubinfertur intellectus ad l. Regiam, quæ prima eſt titul. de excommunicatis, lib. 8. ordinam. qua pœna imponitur perſeueranti in excommunicatione per menſem & annum, nam hic excommunicatus abſoluendus eſt, licèt pœnam illius legis non ſoluat, tametſi poſsit ab eo illa pœna exigi, præſtita ſemel abſolutione: eamdem ſententiam latiùs probat Didacus Perez in dicta l. 1. pag. 178. colum. 1. in verſic. ſed eſt dubium. & ſequent. & iterum. pag. 183. columna 1. Qua opinione retenta, iam non obſtant fundamenta contrariæ ſuprà adducta, quoniam ipſa diluuntur ex adductis pro hac ſecunda, vbi priora contra eam retorquentur: & prætereà alia ratione quartum etiam ceſſat ex concordia Auguſtini de Arimino in addition. ad Angel. in tractatu malefic. in parte, dictus Andreas armatus, columna fin. quem refert, & ſequitur Antonius Gomezius in dicta l. 45. num. 5. inter præfatam magis communem ſententiam, de qua meminimus in dicto quarto fundamento, & tenentes contra eam, nempè, quòd ſi lex, vel ſtatutum puniat delictum, aliàs à iure naturali, vel communi punibile, non requiritur apprehenſio (adde tu, niſi † aliud exprimatur) ſi verò delictum non ſit à iure punibile, ſed nouiter puniatur à lege, vel ſtatuto, tunc requiritur actualis apprehenſio: ſed in propoſito inobedientia, atque contumacia, maximè tanti temporis, vt eſt prædictum, eſt maximum, ac capitale peccatum, vt patet, quia ob id quis excommunicatur, atque in excommunicatione perſeuerat: ergo ad id puniendum pœnis dictæ l. Regiæ non requiritur apprehenſio, præmaximè cum ipſa l. hoc expreſsim non expoſcat.

18

19 Quid tenendum? Certè hæc ingens controuerſia ſedari concordia poterit, & verè meo iudicio hoc modo, vt prior opinio atque ſententia negatiua rectè procedat & locum habeat in iudice Eccleſiaſtico, qui excommunicauit, is nãque cum ſemel abſoluerit excommunicatum in excommunicatione per menſem vel vltrà permanentem, vel abſoluendum iuſſerit, licètiamque ad id præſtiterit, abſque exactione pœnæ, ſed tãtùm impoſita eidem ſalutari pœnitentia, qua videtur ſibi ſatisfieri, vel reputare ſe contentum, reliquamque pœnam eidem excommunicato condonare, cũ tamen poſſet ante abſolutionem eundẽ reum punire pœnis d. l. & non fecerit, non videtur quòd poſsit poſteà, abſolutione ſemel ſimpliciter præſtita, eundẽ reum impetere, ſiue condemnare prædicta pœna, de qua in l. Regia; hoc enim caſu vrgere adhuc videntur fundamenta prioris partis, vel quædam ipſorum, nec obeſſe cõtrariũ: niſi iudex Eccleſiaſticus ante abſolutionẽ inciperet procedere contra huiuſmodi excommunicatũ ad pœnam d. l. Regiæ, & poſteà, ſine tamen præiudicio ipſius proceſſus, atq; accuſationis iuſsiſſet eũ abſoluere, quia reputari debet hoc reſpectu d. pœnæ exigendæ: ac ſi eum non abſoluiſſet, quandoquidem mentem ſuam declarauit, ac tempore debito, hoc eſt, ante abſolutionem formauerit proceſſum contra reũ, & abſolutionem ſine præiudicio prædi. proceſſus, ac iuris acquiſiti conceſſe-

rit, hoc enim facto non videtur eidem reliquum pœnæ condonare, nec ſe contentum omninò reputare: conſultiùs tamen faciet iudex Eccleſiaſticus, ſi priùs excommunicatum puniat, quàm abſoluat: & hæc eſt praxis, quã diximus ſuprà obſeruari.

At verò ſecunda opinio affirmatiua ſuprà fundata, ac authoritate doctiſsimi Couarr. & Didaci Perez probata, rectè procedat, atque vera ſit in iudice ſeculari procedente contra excommunicatum iam abſolutum, is enim iudex, cùm reum non abſoluerit, nec abſoluere potuerit, ſed tantùm Eccleſiaſticus, qui eũ excommunicauit, poterit abſolutione etiam ſemel præſtita ab illo pœnam d.l. exigere, cuius executor ipſe ab ea factus eſt: hîc namque fundamẽta ſecundę ſententiæ ſatis perſtringunt. Accedat præterea, quòd præfati authores noſtri cohiſpani eam tenẽtes, vidẽtur, vel ſaltem præſupponunt loqui in iudice ſeculari, quamuis id ſatis non aperiat Couar. alter verò expreſsiſsimè.

20 Præterea obſeruandum eſt, quòd ſi indurato animo quis cenſuris annexus in illis per annum inſorduerit, etiam cõtra eum, tanquam de hæreſi ſuſpectum procedi poteſt, vt in Concilio Trident. ſeſs. 25. in decreto de reformat. cap. 3. in fin. cauetur, licèt vt hæreticus damnandus non ſit, iuxta gloſ. Innoc. Hoſtienſ. & cæteros Doct. in cap. vltimo, de pœnis, dicentes, hanc ſuſpicionem ſufficere, vt purgatio indicatur. Palat. Rub. in repet. c. per veſtras. §. 18. nu. 24. de donation. inter vir. & vxor. Ioan. de Anania cum Hoſtienſ. & alijs in cap. poſtulaſti. nu. 2. de homicid. vbi extendit, etiam ſi non ſit excommunicatus ex cauſa hæreſis, & ibi Felin. quod alios allegans ſequitur D. Couarr. in cap. alma mater. 1. part. relect. §. 7. num. 10. de ſentent. excommu. in 6. & latiùs plures allegãs D. Simanc. de inſtit. Catholic. tit. 27. nu. 4. addens, quòd quamuis ea ſuſpicio nõ ſit vſque adeò violenta, vt ob eam ſola dãnari quiſpiam debeat, ſufficit tamen ad purgationem indicendã; quam ſi ſubire noluerit, & adhuc in excommunicatione

21 † permanſerit, tunc velut impœnitens, pertinax, & hæreticus condemnari poteſt, vt in cap. excommunicamus. §. qui autem, de hæretic. cap. cum contumacia. eodem titu. lib. 6. aliàs enim ſola ſuſpicio prædicta leuis eſt, vt tradit optimè,

22 † praxim huius caſus exponens author Directorij Inquiſitorum. 2. part. q. 47. quem refert, & ſequitur D. Couarr. vbi ſuprà. eandem ſuſpicionem cum Palat. Rub. vbi ſuprà, refert etiam Didacus Perez in dict. l. 1. pag. 183. colũ. 2. ad fin.

* *Et plura circa intellectũ dict. decret. de reformatione. c. 3. ſacri Concilij Tridentini, nouiſsimè poſt nos, vt credo, vel ſaltem eodem tempore. ſcripſit Ignatius Salzed. in pract. crimin. canonica Bernad. Diaz, cap. 116. per totum. *

23 Vltimò addendum duxi in propoſito, quòd ad hoc vt pœnæ huius l. Regię exigi poſsint, dies illi triginta, vel ſex menſes debẽt eſſe continui, ita vt in omnibus illis continuò fuerit, atq; permanſerit in excommunicatione: aliàs enim ſi aliquo tempore, licèt minimo intermedio fuerit abſolutus, licèt poſteà reinciderit in excommunicationem, dum tamen per triginta dies, vel ſex menſes cõtinuos, non perſtiterit in excommunicatione, non habent locum pœnæ d. legis: quia in dubio tempus requiſitum à

24 lege, † niſi aliud exprimatur, debet eſſe continuum, argu. gloſ. in rubri. in verſi. ſed hic notandum eſt. ff. de varijs & extraord. præſcript. quam ſequitur Bart. ibi, & probãt plures relati per Tiraquel. de vtroque retract. titul. 1. §. 1. gloſſ. 11. num. 21. dicens eam gloſſ. ordinariam, & Socin. communem appellans in l. cum filius. §. in hac. colum. penult. num. 9. ff. de verb. oblig. ſequitur Ant. Gomez. in 3. tom. variar. c. de delict. nu. 3. & cap. de exilio, & relegat. num 2. adde Greg. Lopez in l. 2. titu. 28. part. 7. in gloſſ. *primera vez*. in verſicul. an verò ſufficiat. vbi loquens in pœna carceris triginta dierũ

25 impoſita † à Regia pragmatica blaſphemo, decidit non ſufficere quòd ſint interpollati, computatis dictis triginta diebus

diebus in diuerſis vicibus, ſed debere eſſe continuos, quia vbi ius apponit tempus, intelligitur de continuo, vt in cap. 1. & ibi notat Ioannes Andr. de vita & honeſtate clericorum, lib. 6. cap. laudabilem, cum gloſſ. ibi de frigid. & maleficiat. ergo ita in propoſito dicendũ eſt, vt triginta illi dies, vel ſex menſes, quibus quis perſtiterit in excommunicatione, ad hoc vt pœnis d.l. Regiæ puniri queat, debeant eſſe continui, nec ſuffi ciat, quòd ſint interpollati in diuerſis vi cibus per ſupradicta. Accedit huic ſententiæ mens legiſlatoris hoc ſignificantis, cum dicit, *Que qualquiera perſona que eſtuuiere deſcomulgada por denunciacion de los Perlados de la ſanta Igleſia, por eſpacio de treynta dias, pague, &c.* & ibi: *Y ſi eſtuuiere endurecido en la dicha excommuniõ, ſeys meſes cumplidos, pague, &c.* & prætereà odium pœnarum: quare reſtringenda ſunt, vt in reg. iuris vulgari.

---

## *SVMMARIVM.*

1 *Occultum duplex eſt, primum, quod eſt omninò occultum per ſe, & in ſolo actu animæ conſiſtit.*

2 *Occultum ſecundo modo dicitur per accidens, quia exteriùs prodijt nemine præſente.*

3 *Occultum penè eſt, quod vni, vel paucis notũ eſt, non tamen adhuc eſt probatum iudicialiter, nec pluribus notum.*

4 *Eccleſia vtrùm habeat poteſtatẽ ſuper actus animæ purè interiores? negatiua eligitur.*

5 *Hæreticus mentalis ſolùm, non incurrit excommunicationem, nec aliam poenam.*

6 *Propter crimen occultum ſecundo modo, hoc eſt per accidens, & propter penè occultum, incurritur excommunicatio aliàs à iure impoſita.*

7 *Hæreticus occultus per accidens, ſi ſecretò confiteatur Inquiſitori crimen iſtud, & poeniteat eiuſdem, erit ab eodem Inquiſitore abſoluendus, quoad poenitentiæ iudicium.*

8 *Cap. 5. inſtructionis. 1. Hiſpalenſ. declaratur, vt procedat in hæretico occulto per accidẽs.*

9 *Hæreticus purè mentalis, ſi coram Inquiſitoribus occultiſſimam hæreſim confiteatur, vel eam amico reuelet, petens ab eo conſilium, non incidit in excommunicationem.*

10 *Propter crimen omninò occultum, nempè mentale tantùm, non incurritur ſuſpenſio, nec irregularitas.*

11 *Homicida occultus per accidens, an incurrat irregularitatem? & nu ſeq.*

12 *Filius presbyteri, ex matre coniugata genitus, ſi ſciat ſecretè per vtriuſque parentis relationem ſe non eſſe legitimum, ſed filiũ presbyteri, dummodo hoc ſit omninò occultum, poterit ſine diſpenſatione ad ſacros ordines promoueri, & beneficium curatum recipere: ſed contra nu. 20.*

13 *Irregularitas induci poteſt humana Pontificia conſtitutione in poenam criminis exterioris, etiam occulti.*

15 *Crimina quædam ſunt grauia, depoſitione digna ab ordinis miniſterio, quæ tamen nõ inducunt irregularitatem, vt ſunt adulteriũ, falſi crimen, ſimonia in beneficio acquirendo commiſſa, & periurium: alia tamen crimina ſunt, quæ inducunt irregularitatẽ, nempè homicidium, ſimonia in ordine commiſſa, & ſimilia.*

16 *Epiſcopus an diſpenſare poſſit cum homicida occulto? & nu. ſequen.*

17 *Solus Papa cum homicida caſuali diſpenſat, attento iure communi.*

18 *Cap. 6 in princip de reformat. ſeſſio 24. ſacri Concilij Tridentini declaratur & num 27. & 29.*

21 *Homicida occultus an poſſit celebrare, quãdo aliàs probabiliter timetur reuelatio delicti?*

22 *Lex naturalis & diuina, de defendenda fama propria, præſtat legi humanæ de abſtinendo à ſacro in irregularitate.*

23 *Poteſt quis ſuam conſcientiam conformare cũ qua maluerit ex duabus opin. diuerſis probalibus.*

24 *Aduocatus in dubijs, vbi ſunt diuerſæ opiniones probabiles, poteſt defendere quamlibet earum.*

25 *Iura inter dubias opiniones, vnã eligere indiſcriminatim, bona tamen fide, concedunt.*

26 *Epiſcopi, non verò eorum vicarij poſſunt abſoluere ab hæreſi occulta, attento Concil. Trident. hodie ſecus per bullam in Coena Domini. num. 31.*

28 *Confeſſarij, quamuis per bullas Cruciatæ non*

*poßint abſoluere à crimine hæreſis, fallit in hæreſi mentali.*

30 *Superior. cui reſeruatus eſt aliquis caſus habẽs annexam excommunicationem, abſoluendo ab ea, ſublata eſt reſeruatio, & poteſt remittere pœnitentem ſuo confeſſori abſoluendum.*

## CAPVT XIII.

## De irregularitate ex homicidio occulto proueniente.

1 CRimen occultum duobus modis dici poteſt. Primo modo, quãdo aliquid eſt omninò occultũ per ſe, quod ex ſua ratione ſibi vendicat nõ ſubeſſe cognitioni ſenſitiuæ, & ita conſiſtit in ſolo actu animæ interiori, vt nullo verbo, opere, aut ſigno prodeat exteriùs, nec vllo modo ſentiri poſsit ſenſu exteriori: & hoc dicitur omninò occultum, vel occultiſsimum, quia ſoli Deo, & ipſi homini habenti talem actum, per ſe notum eſſe poteſt.

2 Secundo modo dicitur crimen occultum per accidens tantùm, quod exteriùs verbo, aut opere, aut ſigno prodit, aut percipi poteſt per ſenſum exteriorem: quamuis per accidens contingat, quòd de facto à nemine alio videatur, aut ſentiatur, quia nullus alius adeſt, qui id percipiat, qui ſi adeſſet, videre poſſet, vt ſi in eremo quis proferret hęreſim, vel alibi, nemine pręſente.

3 Eſt & aliud, quod ab aliquibus dicitur penè occultum, quia vni vel paucis notum eſt, per quos plenè, aut ſemiplenè probari iudicialiter poteſt, non tamen adhuc eſt probatum iudicialiter, nec de facto publicum, aut pluribus notum.

Superior duplex criminis occulti differentia latiſsimè probatur per doctiſsimum Alfonſ à Caſtro, libr. 2. de poteſt. leg. pœnal. capit. 15. in princi. & Anton. de Cordub. vbi infrà ſtatim in 2. loco citabitur, & ab alijs, vbi de illo penè occulto etiam meminere. Circa primum occultum, quod ſolùm in actu animę conſiſtit, dubium eſt vtrùm excommunicatio incurratur propter crimen hoc modo occultum, cui aliàs ineſt excommunicatio? Cuius quæſtionis deciſio pẽdere fortè videri poterit ab illa, quã latiſsimè, & fœcundiſsimè illuſtrauit F. Anto. à Cordub. in ſuo quæſtion. libr. 4. de fide & Eccleſ. q. 13. vtrũ Eccleſia habeat po-
4 teſtatem ſuper actus † animæ, purè interiores, pręcipiendo, prohibendo, & puniẽdo? vbi refert tres principales in hoc plurimorum Doctorũ, tam Theologorum, quã vtriuſque iuris profeſſorũ ſententias, ſingulas probando, quartamque & vltimam ſuam propriam: primam negatiuam Durandi, Gerſonis, Florentini, Medinæ, & aliorum: ſecundam affirmatiuam, quã tenent plurimi Iuriſtæ, quos ibi refert: tertiam mediam inter præcedentes, quã tenent cõmuniter Doctores vtriuſque iuris, quorum plurimos ibi refert, dicens, quòd hoc tempore eſt communiſsima hæc opinio, & quòd communiter practicatur: ſed prior opinio negatiua, ac per conſequens, quòd excommunicatio propter occulta peccata, primo modo nõ incurratur, magis communiter à Doctoribus tenetur, vt idem Cordub. priùs reſoluit libr. 1. dicti ſui quæſtion. q. 35. pag. 276. colũ. 1. in verſic. his ſuppoſitis, & ante eũ idẽ latiſsimè probauit Alfonſ. à Caſtro vbi ſuprà, in 1. conclu. reſoluens, quòd qui cõmiſit crimen aliquod ex ſe, & ex ſua natura occultum, vt eſt illud quod ſola mẽte perpetratum eſt, nullam propter illud pœnam iuris incurrit, & ibi ſatisfacit Clemen. 1. §. verùm. de hęret. iuncta gloſ. in cap. dolentes. de celebra. Miſſa. in contrarium adductis, affirmans ſibi magis placere multorum Theologorum opin. quę cõmunior & magis rationi cõſona eſt contra dictam gloſſ. & Adrianum, tenentes, Eccleſiam poſſe ligare, & punire crimen omninò occultum, quod in corde latet, & nunquam ad exteriorem actum proceſsit: eandem negatiuam ſententiam latè & optimè probat D. Simanc. de inſtitution. Catholic. titul. 42. num. 2.

Ayuntamiento de Madrid

num.2.& ſequent dicens, quòd eſt con-
ſtans & receptaTheologorum ſententia
feré omnium aduerſus Adr.Bald.& alios
Iuriſtas:eandem teſtatur potiorem & cõ
munem Doctiſsi.Couarru.in regul.pec-
catum.2.par.regul.1.num.7.de regu.iur.
in.6.aduerſus Adr.quodlibet. 8.& alios,
qui contrariam ſequuntur ſentẽtiam,&
teſtantur etiam eam communem: ſed ne
gatiuam profitetur eſſe communem plu-
res eam tenentes congerens D. Ioann. à
Rojas de hæretic.1.par.num.240, quam
uis ipſe num.246.cum pluribus Iuriſtis,
5 † quos refert,probet contrarium minus
bene: quo fit,vt iuxta ſupradicta hæreti-
cus ſolùm in mente,hoc eſt,qui hæreſim
ſuam ſola mente concepit,nullatenus eã
ſigno aliquo foras manifeſtando, non ſit
excommunicatus ipſo iure, nec domi-
nio bonorum ſuorum priuatus, nec ali-
cui alteri pœnæ à iure contra hæreticos
ſtatutæ ſubiectus, vt latè probat Caſtro
vbi ſupra, aduerſus gloſſ. contrariam d.
Clem.1.§.verò.& ibi limitat,& ante eum
tenuit Caiet.in.2.2.quæſtion.11.articul.
3.& 4.

6 Quoad ſecundum autem occultum(&
à fortiori in penè occulto) indubium eſt
apud doctor.incurri excommunicatio-
nem propter crimen prædict.modo oc-
cultum,cui alias à iure eſt impoſita huiuſ
modi pœna,ſecundùm Cordu.vbi ſupra
dict.lib.1.quæſt.35.& ante eum Caietan.
vbi ſupra,quod iure & ratione latè pro-
bat Caſtro vbi ſupra in.2.concluſ. & te-
nent omnes communiter,ſecundùm Si-
manc. vbi ſupra num.7.& Couar. etiam
7 vbi ſupra.† Hic verò hæreticus,ſi ſecre-
to confiteatur inquiſitori crimen iſtud,
& pœniteat eiuſdem, erit ab eodem in-
quiſitore abſoluendus, quoad pœniten-
tię iudicium,vt exiſtimauit Ioan.Lupius
Decanus Segouien.in tract.de hęreſ.quę
ſtion.11.quem referunt & ſequuntur vbi
ſupra, Couarru. & Simanc.nu.11.ſic in-
8 terpretantes inſtructionẽ primam † Hiſ-
palenſ.cap.5.vt loquatur in hoc occulto
hæretico per accidens,quamuis Ioann.à
Rojas vbi ſupra,num.267. & ſequentib.
eam minus bene intelligat in hæretico
mentali,& ſic in occulto per ſe & ſua na
tura,id etiam tribuens Siman. vbi ſupra,
cum tamen ipſe contrarium expreſsè di
cat,nempè eſſe intelligendam præfatam
inſtructionem dict.cap.5.in hæretico oc
culto de per accidens: nam hæreſis purè
mentalis,quæ nunquam prodit in actum
exteriorem,nõ eget,vt ipſe ibi præfatur,
abſolutione inquiſitorũ, nec abiuratio-
ne,aut reconciliatione, ſed ſufficit illam
proprio ſacerdoti confiteri.

9 Si verò hæreticus purè mentalis corã
inquiſitoribus occultiſsimam hæreſim
confiteatur,vel eam amico reuelet petẽs
ab eo conſilium,non incidet in eiuſmodi
excommunicationem,quia exterior ille
actus eſt bonus,& hęreticus non protu-
lit hęreſim aſſerendo illam: quare multo
magis idem erit cum hęreticus huiuſmo
di in foro pœnitentiæ intellectualem hę
reſim confeſſus fuerit,quia non modò a-
ctus ille bonus,ſed pius etiam & extra iu
dicium humanum eſt: ita tenet Franc.Vi
ctoria ſuper Thom.2.2.quæſt.11.articu.
3.Couar. vbi ſupra,quos refert, & ſequi-
tur Simanc.d.tit.42.num.9.

10 Sed quid quoad alias cenſuras ſuſpen
ſionis & irregularitatis,&c. an incurran
tur propter crimen occultum? Et quoad
primum modum occulti, de quo ſupra,
cõcors omnium conſenſus eſt, quòd nõ,
quia requiritur factum exterius, vt hu-
iuſmodi pœnæ incurrantur ſecundùm
Cordubam vbi ſupra,dict.quæſt.35.verſ.
quoad ſecundum.idemq; conſtat ex tra-
ditis per Caſtrum vbi ſupra iam relatis:
quoad ſecundum modum occulti, nem-
pè per accidens,ingens controuerſia eſt
inter noſtrates, an propter crimen, ob
quod alias à iure irregularitas incurri-
tur,nempè homicidium, ſi ita occultum
ſit,vt probari aliter minimè poſsit quàm
per confeſsionem ſolius homicidæ, ipſa
11 incurratur.

Sunt etenim qui exiſtimant huiuſmo
di homicidã de quo agimus,ſi egerit pœ-
nitentiam, non eſſe irregularem, ac per
conſequens poſſe miniſtrare in ordine
ſuſcepto,& promoueri ad alium ſuperio
rem abſque diſpenſatione, quia Eccleſiæ

K 5 non

Ayuntamiento de Madrid

non eſt obnoxius, cum peccatum illius ſit occultum, vt dicitur in c. Chriſtiana. 32.quæſt.5.nec tenetur Deo, quia iam illi per pœnitentiam ſatisfecit: ita Vincentius, que refert ſumma Angelic. verb. homicidium.5.quæſtion.1. vbi etiam refert alios duos, nempè. Ioã. & Laud. hoc tantum addentes, quòd diſpenſatio Epiſcopi ſit neceſſaria, quamuis Papæ diſpenſatio non requiratur: eandem opinionem tenet Abbas in c.ex tenore.de temporib. ordina.dicens, quòd ſi crimen homicidij eſt omnino occultum, vt diſtinguitur contra probabile, ideſt, ſic occultum, vt nullatenus poſsit legitimè probari, tunc ſi habeatur reſpectus ad legem promotionis publicam, non eſt opus aliqua diſpenſatione, vt promoueatur ad ordines ſacros, & in ſuſceptis miniſtret: ſi verò reſpiciamus legem cõſcientię, informatam ex lege poſitiua, tunc dicit neceſſariam eſſe diſpenſationem, non tamẽ declarat, quis eam cõcedere poſsit, an Epiſcopus, vel ſolus Papa: ſed eius ſententiam Angel. vbi ſupra declarat intelligendam eſſe de diſpenſatione Epiſcopi: eandem ſententiam latiſsimè probat Caſtro vbi ſupra, in tertia concluſione, egregie probãs nullam in hac ſpecie contrahi irregularitatem, ex cuius rationibus colligitur, non eſſe neceſſariam hoc caſu diſpenſationẽ Epiſcopi: pro quo adducit dict. capitul. ex tenore. cui cenſet non obeſſe text. in capitul. final. eodem titulo, & in capit. inquiſitionis. in principio. eodem titul. quippe, qui loquuntur in caſu quo crimina occulta omnino non ſunt, ſed poſſunt in iudicio ſaltim paucis teſtibus probari, & ſententiam Abbatis in dicto capitul. ex tenore. in hunc ſenſum accipit, quòd ſi homicida occultus agat in foro iudiciali petendo promoueri ad ordines, aut miniſtrare in ſuſceptis, non indigeat diſpenſatione, vt alterutrum horum iuridicè petere poſsit, quia licet diſpenſatione careat, non poterit illi petitio denegari: ſed licèt non poſsit in foro iudiciali repelli, quia occultum eſt crimen illius, ille tamen quia optimè agnoſcit crimen ſuum in foro conſcientiæ ſine diſpenſatione Epiſcopali aliquid illorum agens peccat, quam opinionem amplectitur ſumma Angel. vbi ſupra, quamuis, vt prędixi, iuxta rationes Caſtri nulla diſpenſatio requiratur.

12 Ex quo infert ipſe Alfonſ. à Caſtro, quòd ſi filius præsbyteri ex matre coniugata genitus ſciat ſecretè per vtriuſque parentis relationem ſe non eſſe filium mariti matris ſuæ, ſed filium preſbyteri, dummodo, hoc ſit omnino occultum, poterit ſine vlla diſpenſatione ad ſacros ordines promoueri, & beneficium curam animarum habens recipere, vt ibi probare conatur.

13 Sed verius multo eſt, hoc caſu incurri irregularitatem propter homicidium ita occultum, vt nullo modo probari poſsit quàm per confeſsionem ipſius homicidæ, ac proinde nec in ordinibus ſuſceptis huiuſmodi homicidam miniſtrare poſſe, nec ad maiores aſcendere abſque legitima diſpenſatione eius, qui eam dare poſsit, de quo paulò inferius agemus: hocque eſt tenendum in foro conſcientiæ, de quo agimus: nam in foro iudiciali quis dubitat, cum homicidium negatum ſit improbabile, neceſſariam minimè eſſe diſpenſationem, nec iudicem poſſe denegare præd. licentiam: & nihilominus ea vtens abſque diſpenſatione, cum tamen occultiſsimè homicidium ipſum commiſerit, peccabit mortaliter: noſtra igitur hac de re ſententia tenenda id habet, per huiuſmodi homicidium, de quo agimus, irregularitas in foro conſcientiæ conſtitutione Eccleſiæ contrahatur, quæ impedit exercitium ordinum ſuſceptorum, atque promotionem ad maiores, abſque diſpenſatione: quo fit, vt cum hanc opinio. teneat Abbas expreſsè in dict. capit. ex tenore. non rectè à Caſtro pro ſua cõtraria citetur.

14 Quę ſententia primò probatur, quoniã indubium eſt, poſſe humana Pontificia conſtitutione induci irregularitatem in pœnam criminis exterioris, etiã occulti, quod nullis probari teſtibus valeat. Deinde cõſtitutiſsimum eſt, ius Pontificiũ irregu-

Ayuntamiento de Madrid

regularem conſtituere homicidam exte
riorem,etiam ſi is occultiſsimus ſit,ita vt
nullis teſtibus homicidiũ probari queat,
vt deducitur ex omnibus iuris canonici
locis,quibus hæc fuit ſtatuta irregulari-
tas:etenim propter homicidij exterioré
actum inducta fuit abſque diſtinctione,
an is occultus vel publicus ſit:qui autem
aliud dixerit, neceſſe habet id iure pro-
bare.

15 Secundò,quia etſi ſint quædam crimi
na, grauia quidem,atque ideò depoſitio-
ne digna ab ordinis miniſterio,eaque per
petua,quæ tamen,ſiue publica,ſiue occul
ta ſint,non efficiunt eius authorem irre-
gularem,nempè adulterium, falſi crimé,
ſimonia in beneficio acquirendo com-
miſſa,& periurium,vt notatur in capit.
tuæ.de pœnis.cap.at ſi clerici.§. vltimo.
de iudic.in quibus eſt intelligendus tex.
in dict.cap.ex tenore ( quem pro ſe alle-
gabat Caſtro vbi ſupra)vbi deciditur,nó
eſſe quemquam prohibendum à miniſte
rio ordinis ſacri ſuſcepti, neque ad alios
promotioné,ſi crimé occultum ſit,id eſt,
nondum deductum in iudicio per proba
tionem,nec notorium aut publicũ alio-
qui:idem conſtat ex text.in cap.de his in
primo.50.diſt.Sunt tamen alia crimina,
quæ ipſo iure impediunt ordinis ſuſce-
pti executionem,& ad maiores promo-
tionem,vt homicidium, ſimonia in ordi
ne commiſſa,& his ſimilia,in quibus, et-
ſi omnino occulta ſint,nec poſsint teſti-
bus probari,irregularitas adhuc iure Pó
tificio contrahitur,vt in capitu. vltimo.
de temporib.ordina.vbi apparet,homici
dium poſt peractam pœnitẽtiam adhùc
impedire ſuſcepti ordinis miniſterium,
& ad maiores promotionem,ſi nec noto
rium ſit,nec in iudicio probatũ, ſub quo
homicidium exterius omnino occultum
continetur: igitur & hoc impedit ſacri
ordinis miniſterium, atque promotioné
ad eundem abſque diſpenſatione: idem
conſtat ex capit.niſi cum pridem.§. per-
ſonæ. de renuntiat. quo in loco gloſſa
verb.latet.& Anton. de Butrio hoc no-
tant,& poſt alios Gundiſalu. à Villadie-
go de irregularita.capitul.diximus.& ca
pitul.dixi vlterius.Henricus in dict.cap.
vltimo.de temporibus ordinatio.gloſſa,
& omnes in dict.capitu.inquiſitionis.de
accuſationib.gloſſa etiam in dict. capit.
final.& in capit. accuſatum. de ſimonia.
Abbas in dict.capitul.inquiſitionis. vbi
reprobat ſententiam gloſſæ ibidem con
trariam,vt erroneam & contra commu-
niter Doct.eandem partem probat Tu-
rrecremat.in dict.capit.de his.el.2.alioſ-
que refert eam tenentes, ibi namque ex
propoſito dictam quæſtionem tractat:ſe
quitur etiam Silueſter in ſumma verb.ho
micidium.3.quæſtio.8.& verbo,crimen.
quæſt.5.& in titul.de diſpenſat.quæſt.7.
num.12.& Nauar.in manuali Latino.ca.
27.nume.239.& optimè D.Couarru.re-
probans Caſtrum vbi ſupra,in Clement.
ſi furioſus.de homicid. in ſecunda parte
relectio.§.3.num.4.latè & optimè Anto
nius à Cordub.dict.libr.primo.quæſtio-
nar.quæſt.35.pag.276.& ſequẽtibus, qui
id probat à fortiori in crimine pené oc-
culto de quo ſupra:quæ opinio hodie ex
preſsè approbatur in Concilio Trident.
ſeſsione.14.ca.7.de reformatio. id quod
etiam fatetur Caſtro vbi ſupra, cõtra ſuã
ſententiam,dicẽs eſſe ex illo decreto reij
ciẽdam,prout illam ex tunc reijcit, quia
Eccleſiæ nouum decretum ſtatuenti ne-
ceſſariò obedire oportet.

16 Supereſt ſcire, quis poterit ſuper hac
irregularitate diſpenſare, an ſolus Papa,
vel etiam Epiſcopus?Et quidem,vt ſupra
allegati authores affirmant,Epiſcopus id
facere poteſt,quod & probauit Archid.
in dict.ca.de his.50.diſtinct. & Federic.
de Senis conſ.168.Anchar.in regul.pec-
cati venia.de regulis iuris.in. 6.col. 3.ex
text.optimo in d.cap.niſi cũ pridem.ver
ſic. ſi tamen culpa latet, de renuntiat. ſe-
quitur expreſsè Couarru. vbi ſupra dict.
num.4.in princip.& in verſic.ex quibus
ipſe colligo,vbi eam probat, etiam ſtãte
ſeſsione.14. ſacri Concilij Triden. dict.
cap.7.de reformatione,vbi ſtatuitur,ho-
micidam voluntarium non eſſe promo-
uendum ad ſacros ordines,nec ad bene-
ficia, etiamſi homicidium non fuerit in
iudicio probatum,nec alia ratione publi
cum,

Ayuntamiento de Madrid

cum,ſed occultum,nam ſecundũ ipſum,
hic canon fortaſsis intelligendus erit in
homicidijs,quæ licet ſint occulta,poſſũt
tamẽprobari,nec ſũt omnino occulta oc
culta enim omnino ipſe appellat,quæ nul
lis teſtibus probari poſſũt,nec aliter quã
per confeſsionem delinquentium,quan-
uis operi exteriori contigerint:ſic eum
intelligit in homicidio occulto peracci-
dens,quod aliter quàm per confeſsionẽ
delinquentis probari non poteſt, in quo
poterit diſpenſare Epiſcopus iuxta ius
commune. Hic tamen præfati authoris
intellectus ad dictum decretum Concilij
diuinationis morbo quodammodo la-
borare videtur:quare verius exiſtimo,at
que tenendum,vt ſtante prædict. decre-
to Concilij,& alio infra allegando,Epiſ-
copus nullo modo poſsit diſpenſare in
irregularitate ex occulto homicidio vo
luntario,etiam quod nullis teſtibus pro-
bari poſsit.Primò,quia ibidem indiſtin-
ctè prohiberi videtur Epiſcopis diſpen-
ſatio in huiuſmodi irregularitate ex ho-
micidio occulto : ergo id intelligendum
eſt in ſecundo occulto, hoc eſt,per acci-
dens,nempe in illo, quod nullis teſtibus
probari poteſt, & in illo quod penè oc-
cultum ſit,quia vno vel duobus teſtibus
probari poteſt,non tamen eſt publicum,
nam cùm lex non diſtinguat,nec nos diſ
tinguere debemus, vt in.l.non diſtingue
mus.ff.de arbit.& in.l.de pretio.ff.de Pu
blic. in rem actione. Secundò id probo
ex eodem decreto Concil.Triden. in. 2.
part.in verſic. ſi verò: vbi in homicidio
17 caſuali,† quod eſt minus graue quàm vo
luntarium adhuc diſpenſationem Papæ
requirit.Nec obſtat ſi reſpondeatur Cõ-
cilium in hac parte minimè agere de oc-
culto homicidio,ac proinde de publico
intelligendum eſſe, ſicut iure communi
attento ſolus Papa cum homicida caſua
li diſpenſat, vt tenet Abb.in cap.conti-
nebatur. de homicid. idẽ & cæteri doct.
maximè Marian.Socin.num. 95. in cap.
ad audientiam. eodem titul. l.51.titul.6.
part.1.D.Couar.vbi ſupra, nu.5.in prin-
cip.Nam cùm in prima parte præceden-
ti egerit Concilium de homicidio publi
co, & etiam de occulto, nec in ſecunda
loquatur de publico nũcupatim, in vtro
que cenſendum eſt loqui etiam in ſecun
da. Quòd ſi adhuc inſtes,in caſuali homi
cidio occulto diſpenſare poſſe Epiſcopũ
ex alio decreto eiuſdem Cõcilij ſtatim ci
tando à contrario ſenſu prout re vera vi
detur, ac proinde præcedens decretum
dict.cap. 7.ſeſs.14.in d.2.part. quatenus
interdicere videtur Epiſcopis diſpenſare
cum homicida caſuali,intelligendũ tan-
tùm de publico homicida caſuali, non
verò de occulto,† reſpondeo, noſtram,
quam modo fundamus ſententiam ſal-
tem ac rectiùs probari in præd. decreto
eiuſdem Concilij ſtatim citando, quan-
uis in hoc ſecundum fundamentum in
efficax quibuſdam videatur.

18 Tertiò,hæc noſtra ſententia compro
batur ex capit.6.in princip. de reforma-
tione.ſeſs.24.eiuſdem Concilij Triden.
vbi dicitur:Liceat Epiſcopis in irregula-
ritatibus omnibus,& ſuſpenſionibus ex
delicto occulto prouenientibus, excep-
ta ea quæ oritur ex homicidio volunta-
rio,& exceptis alijs deductis in forũ con
tentioſum,diſpenſare : ergo nullo modo
poterit diſpenſare in irregularitate pro-
ueniente ex homicidio exteriori volun-
tario occulto per accidens, nec in penè
occulto, quia exceptio debet eſſe de re-
gula : vt latè Dynus in rubrica de regu-
lis iuris.in Sexto.num.15. Bartol. in. l.in
his.& ibi doct.ff.de legib.Decius in.l.1.
num.30.ff.de regul.iuris.Cùm igitur ege
rit Cõcilium in principio illius. c. de ir-
regularitatibus & ſuſpenſionibus ex de-
licto occulto prouenientibus, & excipiat
eam quæ oritur ex homicidio volunta-
rio,conſequitur ſenſiſſe in hac parte Cõ
cilium etiam in proueniente ex homici
dio voluntario occulto de per accidens:
nullo ergo modo poterit Epiſcopus diſ-
penſare in irregularitate proueniente ex
homicidio exteriori voluntario penè oc
culto,nec in occulto per accidens:requi
ritur ergo hodie in noſtro caſu diſpenſa
tio Papæ, nec ſufficit Epiſcopalis, & in
terminis per dictum prius decretum ita
tenet Nauar.vbi ſupra num.240.ad fin.
ſentit

Ayuntamiento de Madrid

ſentit idem priùs num. 194. vbi allegat ſecundum prędictum decretum Concilij, cap.6.ſeſsione 24. & clariùs Anton. à Corduba in ſua Summa *de caſos de conciencia*, quæſtionę 41. in verſic. *de lo ſuſo dicho.*

19 Quare licèt iure communi attento, Epiſcopus poſſet diſpenſare cum quocumque homicida, vt in minoribus ordinibus iam ſuſceptis poſsit miniſtrare, iuxta magis communem ſententiā Doctorum, tametſi quo ad homicidium voluntarium nullibi probetur, ſed tantùm in caſuali:& prętereà licèt etiam Epiſcopus poſsit cum homicida, etiam voluntario, quoad ſimplex beneficium obtinendum diſpenſare, vt in cap.2.de cleri. pugnant.in duel. & ibi Doctores, & alibi: ſecus quoad beneficium curam animarum habens, vt in cap.1.de filijs preſbyter.in ſexto.vt reſoluit Couar. vbi ſuprà, num.6.attamen hodie poſt Concilium Tridentinum dict. cap.7. non poteſt Epiſcopus diſpenſare cum homicida volūtario ad vllos ordines, neque ad vllum beneficium, etiam ſimplex, quāuis cum alio homicida, quā voluntario, poſſet diſpenſare quoad ordines minores, per dict. cap.2.de cleric.pugnāt. in duel.& ad beneficium ſimplex, & etiam ad retinendum curatum iam obtētum, licèt non ad id obtinendū de nouo, iuxta Decium in cap. at ſi clerici. §. primo. num.16.de iudic. concordantem ſic opiniones contrarias, vt refert Nauarr. vbi ſuprà, dicto num.240.& quod prædiximus de homicida voluntario, vt cum eo Epiſcopus diſpenſare non poſsit, intelligo, ſiue publico, ſiue occulto: quod autē de caſuali diſſertum eſt, vt nec in eo diſpenſare poſsit Epiſcopus, intelligo de publico: nam cum caſuali occulto Epiſcopus diſpenſare poterit indiſtinctè, vt in dictis decretis ſacri Concilij, & in præcedentibus diximus.

20 Ex quibus fit, non eſſe omninò verū, quod Alfonſus à Caſtro vbi ſuprà ex ſua opinione inferebat de filio presbyteri ex coniugata genito, hoc ſciente in ſecreto, vt poſsit ad ſacros ordines promoueri, & beneficium curam animarum habens recipere ſine diſpēſatione: & ita de eo dicto expreſsè dubitat D. Couar. vbi ſupra, nu.4.in verſi. hinc iſtud, allegans contrarium tenentes Ant.in cap.1. de filijs presbyt.& Gundiſalu.à Villadiego in tractatu de irregularit.cap.dixi vlterius, quòd illegitimi: atque ideò ipſe Couar.ſuper hac deciſione cogitandum eſſe ampliùs cenſet. Verùm ſupradictum corollariū Caſtri falſum eſſe probat Anton.à Cordub.lib.1. quæſtio. quæſtione 35.pag. 279. col. 2.verſic.ex ſupradictis, citans in id Nauar. in d. Manual. Latin. cap.27.num.201. vbi ſatis contradicere videtur d.corollario, quanuis ibidē Caſtrum non citet: contrarium etiam tenet idem Nauar.dict.cap.25.num.69.

21 Obſeruandum eſt prætereà in propoſito, quòd in caſu, quo probabiliter timeretur talis peccati, nempe homicidij quomodocunque occulti reuelatio, ac proinde infamatio contra eum ex talium cenſurarum, etiam excommunicationis vel irregularitatis obſeruantia, puta ex non miniſtrādo in ordine, vel beneficio iam habito vel ſuſcepto, tunc poſt debitam contritionem, & confeſsionem liceret in conſcientia abſque diſpenſatione in eis miniſtrare, & celebrare, durāte præd. diſcrimine duntaxat, ita quòd propter hoc non incurratur peccatum cōtra legem eccleſiaſticam, aut cenſura aliqua, dummodò talis non ſit in mora petendi abſolutionem vel diſpenſationem ab eo, qui ſecundùm ius à tali cenſura abſolue re, ſeu diſpenſare poteſt, quia nullus tenetur ſe prodere, nec facere vnde ſuum peccatum occultum prodatūr, vel ſit vehemens ſuſpicio de eo, niſi quādo ipſe aliàs ad id tenetur ad cauendum aliud peccatū, ſeu æquè graue damnum tertij, quod non aliter quàm ſe prodendo cauere poſſet, vt in terminis tenet Alfonſ.à Caſtr. de poteſta.l.pœnal.lib.2. c. 15.in verſic. circa iſtos, & Nauar.d.c.27.nu. 239. Victoria in ſua ſumma, titu. de excommunic.q.13.latiùs Anto.à Cordub. in ſumma *De caſos de cōciencia*.q.41.ad fin.& plures allegans idem in ſuo quæſtionario, lib.

Ayuntamiento de Madrid

lib. 1. d. quæſt. 35. pag. 279. col. 2. in fine. &
col. ſeq. vbi inquit, quòd ſupradictus cri
minoſus in tali diſcrimine exiſtens non
poterit promoueri. Eandem ſententiam,
loquens in occulto homicida, vt præmiſ
ſa pura cōfeſsione celebrare poſsit, ſciēs
quòd eius peccatum reuelabitur, ſi ſe abſ
tineat à re ſacra peragenda, quia tūc ius
diuinum de conſeruanda fama præualet
poſitiuo de non miniſtrando in irregula
ritate, probat, & tenet Ledeſmius in ſecū
dam 4. lib. q. 26. artic. 2. pag. 366. col. 1. &
quanuis in hac vltima obſeruatione con
trarium expreſsè probet D. Couar. in c.
alma mater. 1. par. relect. §. 2. nu. 11. verſi.
quamobrem, & alij plures doct. vt affir-
mat Cordub. vbi ſupra, veriorem tamen,
aut ſaltem probabilem & tenendam, ne
dicam probabiliorem, exiſtimo ſuperio-
rem Caſtri, Nauar. & cæterorum ſenten
22 tiam, † tum ex ſupradictis, tum etiā, quia
lex naturalis & diuina de defendenda fa
ma propria, præſtat legi humanæ de abſ-
tinendo à ſacro in irregularitate; per ea
quæ tradit idem Nauarr. in eòdem Ma-
nual. cap. 7. nu. 2. & 3. & F. Angles in ſuis
florib. Theologi. quæſt. lib. 1. in quæſtio
ne de confeſſ. in difficultate quando ex
confeſsione alicuius peccati timetur ma
lum aliquod pœnæ vel culpæ, poterit ne
pœnitens illud peccatum celare? in ſecū
di concluſione, pag. 297. Quòd ſi adhuc
tibi dubia videtur præfata ſententia, ſuf-
ficiat ad deponendum dubium, & haben
dum bonam conſcientiam, probabilitas
eiuſdem opin. quandoquidem eam tenēt
plures Patres ac viri grauiſsimi vrgenti-
bus ſatis fundamentis. Nam quando ſu-
per aliquo puncto ſunt diuerſæ ſenten-
23 tiæ authorum, † ambæque probabiles, po
terit vnuſquiſque ſuam conſcientiam
conformare cum qua maluerit earum,
propter dubium exiſtens, & authorita-
tem doctorum vnamquamq; tenentiū. †
24 Conducunt tradita per Mercad. in tract.
*De tratos, y contratos* lib. 4. c. 18. *De como hā*
*de reſtituyr los que ſon cauſas terceras del daño*
fo. 217. vbi loquens in aduocatis, inquit,
quòd in cauſis ciuilibus dubijs in iure
vel in facto, ſuper quarum veritate & iu
ſtitia ſunt diuerſæ opiniones inter doct.
poteſt aduocatus defendere quā libet ea-
rum partium: imò addit, non eſſe neceſſa
rium (quāuis ſit ſecurius) vt ſemper pro-
babiliorem partem agat, quia ſufficit,
quòd ea, quam defendit, habeat ſuā pro-
babilitatem abſolutè rationum, & patro
num, quanuis pro contraria ſint effica-
ciores aut grauiores: & ante eum idē in
eodem caſu probauit Domini. Soto lib.
5. de iuſtitia & iur. quæſt. 8. artic. 3. pag.
463. colum. 1. vbi docet qua cautela vti
debeat aduocatus, quando infirmiorem
cauſam, atque debiliorem defendit: idem
latiſsimè examinans, atq; bene declarās,
plures doct. in id citans probauit Burg.
de Paz in prooemio legum Tauri, à nu.
397. & pluribus ſequentibus. Sed melius
omnibus acutiſsimè, licèt prolixius ali-
quantulum, differit hanc materiam eligē
di opinionem inter duas, pluresve proba
biles, vel vnam probabiliorem altera, An
to. à Cordub. lib. 2. de ignorantia, ſui quę
ſtion. quæſt. 3. per totam, qui omnino vi-
25 dendus eſt in materia. † In ſumma, iura in
ter dubias opiniones vnam eligere indiſ
criminatim, bona tamen fide, videntur
cōcedere, vt traditur in cap. capellanus.
de ferijs, cum ſimilibus, quod ita docet
plures allegans authores hoc tenētes Sa-
lon de Paz vbi ſupra, in proœmio legum
Tauri nu. 402. fol. 60.

Cùm igitur in ſpecie noſtra, ſententia
affirmatiua, quam defendimus, vrgenti-
bus ſatis rationibus comprobetur ſupra-
dictis, & grauiſsimorum authorum teſti
monio, atque fide roboretur, ac per eam
præterea conſulatur vitæ ac famæ homi
num, conſequens eſt, vt ipſam quiſitura
conſcientia ſequi poſsit abſq; vllo ſcru-
pulo, ac per conſequens conſulere iuxta
eam: quòd ſi adhuc quis conſcientia cōn
quieſcere non poſsit ſequēdo præd. opin.
aut deponat conſcientiam, aut abſtineat
à celebrando. Vltimò ex d. decreto ſa-
croſanct. Concil. Triden. ſeſs. 24. deduci
tur, licere Epiſcopis in quibuſcunq; caſi
bus occultis, etiam ſedi Apoſtolicæ re-
ſeruatis, delinquentes quoſcunq; ſibi ſub
ditos in diœceſi ſua per ſe ipſos aut vica-
rium

Ayuntamiento de Madrid

rium ad id ſpecialiter deputandum in fo
ro conſcientiæ gratis abſoluere impoſi-
ta pœnitentia ſalutari:idemque in hære-
ſis crimine in eodem foro conſcientiæ,
eis tantùm,non eorum vicarijs eſſe per-
26 miſſum. † Ex quibus vltimis verbis colli
gitur ab excommunicatione propter hę
reſis crimen ſoli Papæ reſeruata( à qua
etiam per Bullas Cruciatæ nullus pręter
* inquiſitores olim poterat abſoluere)* vt
bene latèque probat D. Couarru. in. c.
alma mater.1.part.§.11.nu. 15. pertotum
de ſententia excommunicationis lib. 6.
ſequitur Ioan.à Rojas contra Domin. à
Soto in 2. parte de hæreti. aſſertione 39.
& de priuileg.inquiſi.nu. 416. vbi dicit
hoc hodie pleniùs declaratum eſſe per
motum proprium Pij V.Calend. Febra.
1572. & Nauarr. in Manual.Latin.edito
Valliſolet. ann.1588.c. 27.n.255. *Y aſsi ſe
declara oy dia expreſſamente en las Bulas de la
Cruzada*,& latè probat Emanuel Roder.
in explicatione Bullæ Cruciatæ.§. 9.nu.
7. & nouiſsime Henricus in ſua ſumma
Theol.mor.lib.3.c.16.num. 2. pag. 445.
vbi limitant niſi particulariter & diſtin-
ctè hoc cócedatur in Bulla vel iubileo.*
Hodie ſi huiuſmodi crimen fuerit occul
tum,ita vt non poſsit in iudicium defer-
ri,Epiſcopi,& non eorũ vicarij,qui mo-
dò in Eccleſijs cathedralibus Pœniten-
tiarij dicuntur,abſoluere poterũt, vt ex
illo tex.deducit F.Ioſeph.Angles in ſuis
florib.Theolog.quæſt.lib.1.in quæſt.de
cófeſsion.in difficultate,poterit ne alius
à Romano Pontifice in foro conſcien-
27 tiæ à cenſuris,&c.† cócluſ.vnic. itaque
præfatus author intelligit & rectè meo
iudicio præfatũ decretum Conci. Trid.
ibi,Idem & in hæreſis crimine : in crimi-
ne hæreſis occulto, quod non poſsit in
iudicium deferri,hoc eſt in occulto per
accidens,quod probari non poteſt(quã-
uis exterius pronuntiatum ſit)niſi per ſo
lam confeſsionem delinquentis : in alio
verò feré occulto crimine hæreſis,quod
vni vel paucis teſtibus notum eſt contra
rium exiſtimo, nempe vt ab eo Epiſco-
pus vigore dicti decreti abſoluere non
poſsit, cùm ipſum loquatur in occultis
& in foro conſcientiæ duntaxat.Quare
Bullæ Cruciatæ hodiernæ, quæ prohi-
bent cófeſſarios abſoluere à crimine hæ
28 reſis, † cum habeant excommunicatio-
nem reſeruatam,à qua confeſſarij abſol-
uere non poſsint,cum eis ſit expreſsè in-
terdictum per dictas bullas,intelligendæ
ſunt tã in publico quàm in occulto per
accidens crimine hęreſis:ſecus eſt in om
nino occulta,hoc eſt, in mentali hæreſi,
quæ exteriùs non prodit,ab ea enim ab-
ſoluere poterunt prædicti confeſſarij,
quoniam hęc mentalis hæreſis , non eſt
punibilis ab Eccleſia,ac proinde non ha-
bet excommunicationem annexam vt
eſt prædictum,& ideo poterit confeſſa-
rius ab ea abſoluere ſecundùm Simanç.
vbi ſupra, d.titul. 42. nu. 11. quaſi bullæ
prohibentes abſoluere à crimine hære-
ſis,de hac purè mentali non ſentiant,nec
intelligendæ ſint,ſed de illa tantùm quæ
exteriùs prodit.Eſt tamen verum, quod
Nauar.in Manuali Latino.c.27.nu.271.
verſi.15.quod nullus præter Papam,&c.
tenet, quod neque Epiſcopus poſsit ab-
ſoluere ab hæreſi quæ prodijt exteriùs,
& ſic habet cenſuram annexam,licèt ip-
ſa hæreſis ſit occultiſsima, quaſi Conci-
lio derogatum ſit per bullam Cœnę Do-
mini: quæ opinio probabilior eſt, & vi-
de infra nume.fin.
29 Ex eiſdem verbis ſupra citati decreti
6.Concil.Trident.ſeſs. 24. ibi,Et nó eo-
rum vicarij, dubia redditur ſententia F.
Antonij à Corduba in ſuo tracta. *De ca-
ſos de conciencia*.q.8.exiſtimantis Epiſco-
pum poſt Concilium Triden.poſſe com
mittere alicui ſacerdoti abſolutioné hæ
reſis occultę,cuiuſdam monialis ſibi ſub
ditæ , poſtquam notus ſibi fuerit caſus,
quanuis non perſona nominatim monia
lis:quod ibi aliquibus rationibus proba-
re contendit,reſpondens ad d. decretum
in verbis modo relatis, vt velint nempe
ſignificare,quòd vicarij generales Epiſ-
coporum hoc facere nó poſsint,nec Epiſ
copi ad id deputare vicarios , abſque eo
quòd ſibi prius notitia detur, quando ca
ſus contigerit:quanuis poſsint ad abſol-
uendum ab alijs criminibus, illis à iure
reſeruatis,

Ayuntamiento de Madrid

ſeruatis,& alijs occultis Papalibus,de quibus in verbis præcedentibus eiuſdem decreti: quia Conciliũ non prohibet, quòd Epiſcopi poſsint committere alijs abſolutionem hæreſis occultæ in caſu particulari, ſed nõ permittit hoc priuilegium & authoritatem vicarijs Epiſcoporum, ſed tantùm ipſiſmet Epiſcopis.

Nihilominus contrarium verius videtur ex eodem decreto, quod hanc differentiam nominatim conſtituit inter caſus occultos ſedi Apoſtolicæ reſeruatos, & hæreſis crimen, vt ab illis poſsit abſoluere per ſe vel ſuum vicarium ad id ſpecialiter deputandum in foro conſciẽtiæ gratis, impoſita ſalutari pœnitentia: ab hoc verò per ſe, non autem per eorum vicarios: ergo vt diuerſitas hoc caſu à Cõcilio ſtatuta in omnib⁹ rectè verificetur, conſequitur, vt quanuis in priori ſpecie Epiſcopi ad id poſsint deputare ſuos vicarios ſpeciales, ad hoc tamen minimè: expendi enim debẽt verba illa, Ad id ſpecialiter deputandum, nam non dicit deputatum, ſed ad id deputãdum: ſignificare ergo videntur, quòd poſtquam caſus occultus, ſedi Apoſtolicæ aliàs reſeruatus, ſucceſſerit, debet deputari vicarius ſpecialis ad abſoluendũ ab eo: ergo in crimine hæreſis occulto, in quo diuerſum ſtatuitur, ſecus erit: & quanuis priori caſu ſufficiat vicarius ſpecialiter deputatus ab Epiſcopo ad ſuos caſus, nempe Epiſcopalis, prout ſunt canonici pœnitentiarij in Eccleſijs cathedralibus inſtituti, & ſi qui ſint alij, qui eos habeant ab Epiſcopo commiſſos, non inde conſequitur, vt in crimine hæreſis occulto poſsit poſt notitiam eius Epiſcopus committere ſpecialiter alicui ſacerdoti abſolutionem à prædicto crimine, quandoquidem d. Concilium prohibet vicarijs Epiſcoporũ huiuſmodi abſolutionem, & non ſolùm intelligitur de vicarijs generalibus, ſed & etiã de ſpecialibus ad id deputatis, vt verè differentia in omnibus congruat ſuperioribus: & ita Anto. à Cordub. prędictus vbi ſupra, quanuis teneat priorem partem, in fine tamẽ quæſtionis inquit ſecurius eſſe recurrere ad Papam pro declaratione. Quòd ſi inſtes, quomodò poterit Epiſcopus aut vellet audire in confeſsione huiuſmodi pœnitentes occupatus varijs negotijs: reſpõdeo, quòd poterit abſoluere ab excommunicatione huiuſmodi hęreſis occultæ virtute d. decreti Concilij Tridenti. quo facto ſublata eſt reſeruatio, remittereque poterit pœnitẽtem ſuo confeſſori abſoluendum iuxta tradita per Caiet. in ſum. verb. caſus, quem refert & ſequitur Nauar. in Manual. Latin. cap. 27. nu. 254. verſi. 5. * Quod ita fieri poſſe in terminis noſtris, poſt huius operis primam editionem tenet nouiſsimè Emanuel Roderi. in explicat. Cruciatæ §. 9. nume. 79. circa fin. tametſi prius ſequatur & probet epicheia quadam opin. Anton. de Cordub. de qua ſupra, quam etiam indubiè vt veriorem probauit Nauar. conſ. 15. libr. 5. de ſententia excommunic. nu. 3. cum ſequentibus ſed neuter eorum reſpondet noſtro fortiſsimo fundamento ex præd. decretò Concilij Triden. deſumpto pro noſtra contraria opinione, & ideò eam veriorem & probabiliorem exiſtimo. *

Hæc quæ dicta ſunt de facultate Epiſcoporum abſoluendi à crimine hæreſis occultæ per accidens, ex d. capit. 6. ſeſsione. 24. ſacri Concilij Tridentini, vera ſunt, & procedunt attenta illius decreti facultate Epiſcopis conceſſa: verumtamen hodie per bullam in Cœna Domini legi ſolitam hac facultate Epiſcopi vti non poſſunt: in eadem nanque bulla, anno 1581. lata, caſu 22. inquit ſummus Pontifex Grego. XIII. Cæterùm à prædictis ſententijs nullus per alium, quàm per Romanum Pontificem, niſi in mortis articulo conſtitutus, nec etiam tunc niſi de ſtando Eccleſiæ mandatis, & ſatisfaciendo cautione præſtita abſolui poſsit, etiam prætextu quarumcumque facultatum, & indultorum, quibuſcunque perſonis Eccleſiaſticis, ſecularibus & quorumuis ordinum, etiam mendicantium & militiarum regularibus, etiam Epiſcopali vel alia meliori dignitate præditis, ipſiſque ordinibus, &c. ac cuiuſuis Concilij

decreto-

Ayuntamiento de Madrid

decretorum verbo, literis, aut alia quacunque ſcriptura in genere, & in ſpecie conceſſorum & innouatorum, ac concedendorum & innouandorum: ex quibus verbis manifeſté colligitur, iam non licere Epiſcopis vti præfata illa facultate Concilij Tridentini, nam eiſdem verbis ei derogat Summus Pontifex, vt patet ibi, Etiam Epiſcopali vel maiori dignitate præditis: & poſtea ibi, Ac cuiuſuis Concilij decreta, &c. Et Pius Quintus de hac re conſultus idem reſpondit. Et Gregor. XIII. prædeceſſoris ſui veſtigia ſequendo idem declarauit, cum de eadem re etiam conſuleretur, vt à viro religioſiſsimo, ac fide digno accepimus, & teſtatur Nauarr. vbi ſupra numero.28. * Sixtus tamen Quintus ſucceſſor Gregor. XIII. in bulla in Cœna Domini excipit, niſi caſus in illis literis expreſſe comprehendantur: quo extante: indubium videtur quòd d. decretũ ſacri Concilij Tridentin. in ſuo robore incorrectum remaneat, ſicque licebit Epiſcopis vti præd. facultate Concilij Tridenti. vt voluit idem Nauar. in editione anni 1584. num. 260. & 265. & melius Emanuel Roder. in explic. bullę Cruciatę §. 9. numer. 7. & latiſsimè plures alios citans, & bene probat Henricus vbi ſupra, capit. 14. numer. 7. litera M. pagin. 439. & capit. 16. numer. 1. pagin. 444. & nouiſsimè idem probat cum alijs Candelabrũ aureum. 7. Sacram. in tit. de abſolut. nu. 13. pag. 234. & voluit idem Nauar. de ſentent. excommunic. conſ. 15. numer. 1. & 2. *

*SVMMARIVM.*

1 *Moniales nullo modo debent exire à ſuis monaſterijs, niſi ex cauſa magni incendij vel infirmitatis, lepræ, aut epidemiæ.*

2 *Sed an ex alijs infirmitatibus grauibus, ex quibus iudicio medicorum mors timeatur, id liceat? latè diſcutitur, & num. ſeq.*

3 *Morbus talis, & tãtus, ex quo euidenter cõſtat non poſſe monialem cum alijs abſque graui periculo commorari, eſt ſufficiens cauſa attento iure communi, & Concilio Tridẽt. vt monialis exire poſsit à monaſterio.*

4 *Exhæredari poſſunt filij non ſolum vna ex quatuordecim cauſis à iure expreſſis, ſed etiam ex ſimilibus: idem in donatione, quæ non ſolũ ob cauſas à iure expreſſas reuocari poteſt, ſed etiam ob ſimiles, vt in nu. 6.*

5 *Dictio taxatiua non excludit caſus ſimiles.*

8 *Motus proprius Pij Quinti ſuper clauſura monialium expenditur.*

9 *Ob iuſtum timorem belli licitum eſſe exitum monialium à ſuis monaſterijs.*

10 *Monialis exire poteſt à monaſterio electa in Abbatiſſam alterius, vt illic præſit.*

11 *Licitum eſt prælatis monaſteriorum monialium ex cauſa vtilitates ipſorum concernente mutare moniales de vno in aliud ad inhabitandum.*

## CAPVT XIIII.

### De monialibus, an ex alijs cauſis iuſtis, præter tres contentas in conſtitutione Pij Quinti, poſſint à monaſterio exire?

1 Pius Quintus felicis recorda. olim Pontifex Maximus ſanctiſsima ſua cõſtitutione ſtatuit, nulli monialium quarumcunque de cætero à monaſterijs exire licere, etiam infirmitatis, ſeu aliorum monaſteriorũ, etiam eis ſubiectorum, aut domorum parentum, aliorumve conſanguineorum viſitãdorum, aliave occaſione & prætextu, niſi ex cauſa magni incendij, vel infirmitatis lepræ, aut epidemiæ, quæ tamen infirmitas, prę ter alios ordinum ſuperiores, quibus cura monaſteriorum incumberet etiã per Epiſcopum, ſeu alium loci ordinarium, etiam ſi prædicta monaſteria ab Epiſcoporum, & ordinariorum iuriſdictione exempta eſſe reperiantur, cognita, & expreſsè in ſcriptis approbata ſit. Sed nec in prædictis caſibus extra illa niſi ad neceſſarium tempus ſtare licere: aliter autem quàm vt præfertur egredientes, ſeu licentiam exeundi quomodocunq; concedentes, necnon comitantes, ac illarum

L receptaa-

receptatrices perſonas, ſiue laicas, aut ſeculares, vel Eccleſiaſticas, vel conſanguineas, excommunicationis maioris latæ ſententiæ vinculo ſtatim eo ipſo abſque alia declaratione ſubiacere, à quo præterquam à Romano Pontifice, niſi in mortis articulo abſolui nequeāt, & inſuper tam egreſſas, quàm præſidentes & alios ſuperiores prædictos eis licētiam huiuſmodi concedentes dignitatibus, officijs, & adminiſtrationibus per eas, & eos tunc obtinen. priuauit, & illos ad obtenta, & alia in poſterum obtinenda inhabiles, &c.

2 Frequentiſsimè tamen in praxi ſolet dubitari, an prædictæ tres exceptiones extendantur ad quemlibet morbum non contagioſum, de quo tamen Medici in arte periti iudicant aliquam monialem morituram, ſi non exeat monaſterium in aliquem locum illo tali morbo infectæ ſalubriorem, & ſi exeat, minimè: & videtur extendendas eſſe ſequentibus fundamentis.

3 Primò, ex tex. in cap. periculoſo, de ſtatu regul. libr. 6. vbi ita ſtatuitur: Sancimus, vniuerſas & ſingulas moniales præſentes, atque futuras, cuiuſcunque religionis ſint vel ordinis, in quibuslibet mundi partibus exiſtentes, ſub perpetua in ſuis monaſterijs debere de cætero permanere clauſura, ita quòd nulli earum religionem tacitè vel expreſsè profeſsæ, ſit vel eſſe valeat, quacunque ratione vel cauſa (niſi fortè tanto & tali morbo euidenter earum aliquam laborare conſtaret, quòd non poſſet cum alijs abſque graui periculo, ſeu ſcandalo commorari) monaſteria ipſa deinceps egrediendi facultas: qui text. Bonifacij VIII. renouatur hodie in Concilio Tridēt. ſeſs. 25. capit. 5. de regul. vbi in propoſito additur: Nemini autem ſanctimonialium liceat poſt profeſsionem exire à monaſterio, etiam ad breue tempus quocūq; præ textu, niſi ex aliqua legitima cauſa ab Epiſcopo approbanda, indultis quibuſcūque & priuilegijs non obſtantibus. Quin imò idem Pius Quintus per ſuam extrauagantem incip. Circa paſtoralis, anni 1566. quarto Caléd. Iunij editam, renouauit, tam conſtitutionem Bonifacij VIII. ſupra relatam, quàm decretum præfatum Cōcilij Triden. ergo iuxta omnia ſupradicta caſus noſtræ quæſtionis expreſsè remanet deciſus affirmatiuè in fauorem monialis huiuſmodi tali morbo periculoſo laborantis: ſatis enim legitima cauſa exeundi à monaſterio videtur ad euitandam mortem, quam aliàs incurret iudicio Medicorum doctorum, ad hoc vt Epiſcopus eam debeat approbare iuxta tenorem d. Concilij.

Secundò pro eadem parte facit, nam licet parentibus licitum minimè ſit liberos exhæredare, niſi aliqua ex quatuordecim cauſis, de quibus in authent. vt cum de appellat. cogno. §. aliud quoque capitulum, ibi, Vt pręter ipſas nulli liceat, &c. collat. 8. cui conſonat l. 4. titul. 7. parti. 6. † adhuc tamen ex alijs ſimilibus cauſis poterunt etiam filios exhęredare: ita in ſpecie d. §. aliud. tenet Guillielm. de Cugno in authen. nō licet: C. de lib. præt. vel exhæred. vbi communiter doct. eandem opin. ſequuntur, vt teſtatur ibidem Alex. nu. 4. Iaſ. 6. & Cur. Iun. 23. & præterea Rip. in l. fin. nu. 138. C. de reuocand. donat. idem Rip. in rubri. de iudic. nu. 19. Curt. Iun. conſi. 182 num. 10. D. Couar. in cap. Raynūtius. in princip. de teſtam. nu. 16. Anton. Gomez in. 1. tom. varia. cap. 11. nu. 12. Didac. Perez in l. 4. tit. 8. lib. 3 ordinam. col. 1100. Viglius in. §. igitur. nu. 6. de inoffic. teſtam. quanuis ipſe contra communem teneat: dicit etiam communem Grego. Lopez in. d. l. 4. tit. 7. in gloſ. desheredar. quanuis ſe remittat ad dicta per ſe in. l. 8. eodem titul. 7. part. 6. vbi ipſe tenet contra communem per illam legē, quatenus probat, *Que ſi por alguna otra razon qualquier, que no fueſſe de las ſobredichas desheredaſſe el padre a ſu hijo, no valdria tal desheredamiento.* Nihilominus tamen communem ſequitur Petrus Plaça de delictis. cap. 1. nu. 15. cum ſeq. dicens, iuxta eam eſſe intelligendam d. l. 8. Ergo ita & eodē modo dicendū videtur in propoſito, vt præ dict. tres exceptiones ſpeciales, de quib⁹ ſupra,

Ayuntamiento de Madrid

ſupra non excludant ſimiles, quanuis
conſtitutio præfata vtatur dictione taxa
5 tiua, Niſi, †quę nō excludit caſus ſimiles
iuxta glo.in.l.ob æs alienum tantum.C.
de præd. & alijs reb. minor. verb. alie-
num.eſt communis ſecundum Ant.Go-
mez in.1.tom. varia.cap.11.nume.12.D.
Ant.de Padilla in authen.res quæ, num.
81.C.commun.de legat.vbi alios citant:
ſed ſatis ſimilis caſus prædictis eſt noſter
quandoquidē præſupponimus in eo mo
nialem morituram, niſi exeat à monaſte
rio curanda in alium locum illi ſalu-
briorem, vt medici aſſerunt, quibus cre-
dendum eſt in ſua arte, iuxta tex. in.l.ſe-
mel.C.de re milit.lib.11.cum materia, er
go idem ius ſtatui debet in caſu noſtræ
quæſtionis, argum.l. illud. cum materia,
ff.ad.l.Aquiliam.

6 Sic etiam videmus, quòd quanuis ob
ſolas quinque cauſas poſsit donatio re-
uocari, vt in.l.fin.C.de reuocand.donat.
cum ſimil. gloſ. tamen ibi communiter
recepta habet etiam ob alias ſimiles poſ-
ſe reuocari, vt refert Felin. in capit. pa-
ſtoralis. de reſcript. à numer.1. cum ſeq.
Rip.in.d.l.fina.nu.137.

Tertiò, pro eadem parte facit, quia cre
dendum eſt Pio Quinto fuiſſe mentem
adeò piam, vt talis ægrotæ miſereretur,
quia defenſio naturalis nemini eſt tollē-
da, vt in Clem.paſtoralis.§. cæterùm. de
re iudic.l.vt vim.ff.de iuſtitia& iur.cum
ſimil.quare ſi de hoc caſu fuiſſet interro
gatus, idem reſponſurum pręſumendum
eſt, iuxta gloſ. communiter approbatam
in.l.tale pactum. §. final.ff. de pactis. &
ita Grego. XIII. ſimilis memoriæ, mo-
nialibus cuiuſdam illuſtris monaſterij li-
centiam & facultatem conceſsit, vt quo
tieſcunque ingruerit periculoſa infir-
mitas pro illa curanda abſque conſcien-
tiæ ſcrupulo, vel alicuius pœnæ incur-
ſu à monaſterio exire poſſent, & ad do-
mos parentum, ſeu conſanguineorum ac
cedere, ibique per congruum tempus
præd.ex cauſa duntaxat manere, & dein
de ad illud redire liberè, & licitè: vt re-
fert egregius Marti.Nauar.in commen-
tarijs ad cap.ſtatuimus.19.quęſt.3. ſuper
expoſitione d. Motus proprij, de quo
nunc agimus, nume. 49. vbi hanc par-
tē affirmatiuam in terminis noſtrę quæ-
ſtionis per præd. extrauagant. tenet at-
que probat.

7 Nihilominus tamen ipſe in ſpecie præ-
fata contrariam ſententiam libenter pro
bo, imò quòd dictus Motus proprius
Pij V. dum excipit prędictas tantùm tres
cauſas exeundi moniales à ſuis monaſte-
rijs, nempe magni incendij, infirmitatis
lepræ, aut epidemię (quę epidemia, vt me
dici affirmant, eſt morbus peſtifer) non
extendatur ad caſum noſtræ quæſtionis,
ita vt in illo liceat dare licentiam monia
li exeundi à monaſterio, quia etiam ſi iu-
ſtiſsimus ſit, atque pietate plenus, adhuc
excluditur à Pio Quinto in pręfata ſua
conſtitutione, quandoquidem primò po
nit regulam generalem prohibitiuam e-
greſſus monialium à ſuis monaſterijs, at
que eam extendit etiam infirmitatis oc-
caſione, & poſteà tres illas tantùm cau-
ſas excipit à regula negatiua præcedenti,
& prę tereà poſteà excōmunicat ipſo fa-
cto aliter quàm vt præfertur egredien-
tes, ſeu licentiam exeundi quomodocun
q; concedentes, necnon comitantes, &c.
atq; dignitatibus, officijs, & adminiſtra-
tionibus priuat, & inhabiles reddit ad
obtenta, & alia in poſterum obtinenda:
itaque poſt præd. regulam & exceptio-
nes particulares & ſpeciales, addit decre
tum pœnale aduerſus aliter facientes, ſic
q; inducit formam, quæ omnino atque
præciſè obſeruanda eſt, & nullo modo
prætergredienda, iuxta tex.cum materia
in.c.cum dilecta.de reſcript.vbi Felin.re
gulam cum ampliationibus & fallentijs
aſsignat, præcipuè cùm in principio dica
tur, Aliaue occaſione, & prætextu, niſi,
&c.& pœna contrà facientibus ſit gra-
uior impoſita, quā ſit in Eccleſia, nempe
excommunicationis latæ ſentētiæ, vt in
quit D Auguſt.in cap.corripiantur. 24.
quęſt.3.Quis igitur audebit cōtra verba
ita perſpicua & clara ſummi Pōtificis ex
ponere ſe periculo excommunicationis
latę ſententię Papæ reſeruatæ? nemo pro
fectò ſanæ mentis.



Ayuntamiento de Madrid

8 Secundò, & peremptoriè meo iudicio, hæc pars veriſsima probatur, quoniam expreſſa mens Summi Pontificis Pij Quinti in prædic. ſua conſtitutione in omnibus tribus cauſis ex quibus permittit licentiam concedi poſſe monialibus exeundi à ſuis monaſterijs, ea eſt, vt tunc demum id liceat, quando cauſa tangat omnes moniales dictorum monaſteriorum, ſicque communitatem ipſarum, eiſque communis ſit, ita vt damnum non exeundi omnes concernat: ſecus ſi ſingulas infirmas: in priori etenim ſpecie, hoc eſt pro ſalute omnium tantùm, ne totum monaſterium pereat, prudentiſsimè ac non minus ſanctiſsimè Summus Pontifex permiſit, vt communitati conſuleret, poſſe concedi licẽtiam ſingulis monialibus exeundi, ex prædictis tantùm cauſis ibidem expreſsis: in poſteriori autem minimè, cùm minus in conueniat, vt ſingulæ moniales poſtquam profeſſæ fuerint, in monaſterio, cuius clauſuram perpetuò promiſerunt, moriantur, quandoquidem in hoc ſummè merentur, quàm vt exeant foras, præcipuè cum etiamſi medici aliud autument, extra monaſterium continget ita morituras ſicut intra, præcipuè ſi infirmitas eſt mortalis, nemo enim poteſt vitare diem vocationis Dominicæ: & quòd hic ſit ſenſus clarus atque expreſſus d. conſtitutionis, patet ex eiſdem tribus cauſis ab eadem exceptis, & quidem prima magni incendij: quia propter magnum incendium, certum & euidens eſt omnes ſimul moniales ibidem perituras, niſi prius exeant à monaſterio. Prætereà infirmitatis lepræ: quia infirmitas hæc eſt contagioſa, quòd ſi radix & origo foras non eijciatur, hoc eſt, monialis hoc morbo infecta, citò omnes eiuſdem monaſterij inficiet, atque proin de peribũt. Prætereà epidemiæ, quæ, vt prædiximus, peſtifer morbus eſt, ac eadem ratione contagioſus, ſicque omnibus præiudicialis: ex cauſis igitur communibus omnibus monialibus licita erit egreſsio, ex particularibus autem minimè: quarè diſsimiles maximè ſunt prædictæ tres exceptiones à caſu noſtræ quæſtionis, in quo minimè ſupponimus contagionem aliquam lepræ nec morbum peſtiferum eſſe, ſed particularem monialis infirmæ, quæ ipſam non egreditur: ergo quanuis ipſa in monaſterio moriatur, meritò vt ab eo egredi non debeat: & quanuis Nauar. vbi ſupra ſenſerit, d. conſtitutionem loqui de morbo contagioſo, non tamen animaduertit caſum quæſtionis non eſſe huiuſmodi, ac proinde ceſſare rationem fundamentalem d. conſtitutionis Pij Quinti, quare fundamentum hoc profectò, vt aiunt, ponit ſecurim ad radicem.

Non obſtant modò fundamenta contrariæ partis ſupra poſita: & quidem primum ex. d. capit. periculoſo, & decreto ſacri Concilij Triden. altera conſtitutione, anteriori tamẽ, eiuſdem Pij Quinti renouatis, nam omnia illa procedebãt rectè ſuis temporibus: nouiſsimè autem ſtandum eſt deciſioni vltimi conſtitutionis eiuſdem Pij V. quod modò prædiximus diſponenti.

Secundum etiam partis contrariæ fundamentum ceſſat, quoniam licet illud verum ſit in ſuo caſu, in noſtro tamen non procedit, quia non eſt ſimilis exceptis, nec eadem ratio in illo militat, quæ in eis, præterquam quòd in propoſito Summus Pontifex proceſsit poſt taxatiuam vlterius grauius puniendo aliter facientes.

9 Quare ſi alius caſus inueniri poſſet ſimilis omnino exceptis, fortaſſe comprehendendus eſſet in eis, atque idem dicendum in illo, prout dici poteſt propter belli imminentis iuſtum timorem, ob quem ab hæreticis geſti licitum fuiſſe exitum quarundam monialium in Gallia propè Narbonam, reſpondit rectius Nauarr. vbi ſupra, numero. 48. * cum quo tranſit Ceruantes in. l. 6. Taur. numer. 59. & Petrus Cened. in loco ſtatim citand. *

Tertium etiam contrariæ partis fundamentum non nocet, quia hic conſtat de contraria mente Sũmi Pontificis, vt prædiximus, quare ceſſant coniecturæ: argu. l. conti-

l. continuus. §. cum ita. cũ ſimil. ff. de verborum oblig. Nec Nauarro patrocinatur, quòd Gregor. XIII. ſimilem licentiam exeundi à ſuo monaſterio conceſſerit quibuſdam monialibus: nam potiùs hoc ſuæ opinioni contradicit, id ſiquidem fuit conceſſum ex gratia, & priuilegio aduerſus præfatam ſui prædeceſſoris cõſtitutionem, vt conſtat ex vltimis verbis prædi. breuis, quod ibidem refert Nauarr. ibi, Non obſtantibus literis Pij Quinti prædeceſſoris, ac alijs prædictis, &c. quod potuit facere Summus Pontifex: itaque fuit derogatio in particulari, quæ præſupponit in contrarium eſſe ius commune: non enim ibi Gregor. per viam iuris declaratorij id fecit, ſed potiùs priuilegij & gratiæ, quare ad alias perſonas extendendum, nec trahendum eſt, vt in. l. ius ſingulare. & in. l. quod verò contra. cum ſimil. ff. de legib. priuilegia enim non egrediuntur perſonas priuilegiatas: ergo alijs quàm priuilegiatis non idem licebit, niſi ſpecialiter eiſdem à ſede Apoſtolica indulgeatur, prout etiam vidi alijs indultum: Epiſcopi ergo, nec ſui vicarij minimè ob hoc poterunt eandem indulgentiam concedere, nec præd. licentiam alicui moniali exeũdi à ſuo monaſterio ex alia cauſa infirmitatis concedere, niſi ob cauſas tantùm in prefata cõſtitutione expreſſas, & in quibus eadem ratio ſubſit: & ita ſemper obſeruaui in hoc Epiſcopatu Ciuitatenſi, tanquam ordinarius ipſius, etſi ſæpiſsimè à me petitæ ſunt ſimiles licentiæ de quibus in noſtra quæſtione, nuſquam eas, nec aliquam conceſsi: reſpondebam enim petentibus, Iurent Medici, monialem huiuſmodi habere alterã ex infirmitatibus motus proprij, & libenter annuam: illi verò ſtatim aſſerebant, hoc non ita eſſe, ſed pietatem cauſæ præponebant, cui ego fateor, ſed non licet, reſpondebam, & ita à ſimilibus negotijs, me expediebam: & memor ſum veniſſe in hanc ciuitatem Generaliſsimum ordinis Seraphici Patris Sancti Franciſci, Franciſcũ Gonzaga, & ab eo petitã fuiſſe ſimilem licentiam pro quadam illuſtri moniali, & demonſtratum Nauarr. vbi ſupra, quem ego in id accommodaui, vbi eam expreſsè permittit concedi poſſe, & nihilominus ſibi non placuit præfata Nauarri opinio, ac proinde licentiam præfatam denegauit: fecit tamen relationem Summo Pontifici Gregor. XIII. tunc in Eccleſia Dei præſidenti; infirmitatis grauis illius monialis, & Sanctitas ſua eidem ſpecialiter indulſit, vt ex illa cauſa à monaſterio exire poſſet ad ſe curandum in domo matris ſuæ, ſicut conceſſerat priùs monialibus de quibus per eundem Nauarr. vbi ſupra, ſicque fuit obſeruatum. * Et poſt huius operis primam editionem hanc noſtram ſententiam contra Nauarr. nos hoc loco citans, vt veriorem probauit Petrus Cened. in ſuo collectan. ad Sextum, collectan. 31. nu. 2. *

10 Hæc quanuis ita ſe habeant, in praxi videmus obſeruari, monialem electam in Abatiſſam alterius monaſterij, exire, illucq; ſe conferre, vt ei præſit: quod iure fieri poſſe probat Nauarr. vbi ſupra, numer. 48. cuius in hoc ſententia mihi placet, quoniam monialis hæc non vt in ſeculo permaneat exit, ſed vt in alio monaſterio degat, eiq; præſit: licitum nanque eſt prælatis monaſteriorum ex cauſa vtilitatem ipſorum concernente mutare moniales de vno in aliud ad inhabitandum, hocque non excluditur à præd. Motu proprio, ſed tantùm prohibetur moniales exire à ſuis monaſterijs, vt in ſeculo permaneant aliquo tempore, nempe ad viſitandum domus parentum, aliorum ve conſanguineorum, vel ex cauſa infirmitatis curandæ, prætérquam lepræ aut epidemiæ, etiam ſtatim reuerſuras, hoc enim contradicit clauſuræ à ſe profeſſæ: at verò quòd exeant vt alijs monaſterijs præſint, non videtur eſſe huiuſmodi, quoniam finis tunc eſt ire de vna clauſura ad aliam, vt eidem religioni & regulæ inſeruiant, qui finis eſt attendendus, dummodò id fiat iudicio & obediẽtia prælati ex cauſa legitima id præcipientis: quod autem tunc exeant à monaſterio, non eſt in conſideratione, quando-



Ayuntamiento de Madrid

quandoquidem eſt præciſe neceſſarium, atque in ordine ad finem licitum: quod non ſic contingit, quando exirent ad viſitandos parentes, alioſve cõſanguineos, vel aliàs extra cauſas permiſſas. Nec obeſt, quòd etiam in d. Motu proprio prohibeatur exitus ad viſitanda monaſteria eis ſubiecta, quoniam hoc ad officiũ prælati ſpectat, non verò monialium. Præſidere autem vt Abbatiſſa, vel Prior, atque reſidentia perſonalis in hoc, vel illo monaſterio ad regendum, & gubernandum moniales illius, ad ipſas moniales ſpectat, hoc eſt ad prælatam intus commorantem inter eas electam, vel eligendam, confirmatam vel confirmandam, non verò ad viros, etiam prælatos: meritò igitur ſi in caſu neceſsitatis ex cauſa poſsit prælatus monialem vnius monaſterij in Abbatiſſam, vel Priorem alterius, vt ei præſit, eligere, atque vt ad hũc finem via recta exeat à ſuo monaſterio, & in aliud, cui præficitur, tendat, licentiam concedat, & ita vſus obtinuit, atque ex ſupra dictis obſeruaui.

---

SVMMARIVM.

1 *Taciturnitas copulæ intercedentis ante impetratam vel poſt conceſſam diſpenſationem ad contrahendum matrimonium inter conſanguineos, vel affines, commiſſam ordinario loci, prius tamen quam ab eo expediatur, an vitiet diſpenſationem? & nume. ſeq.*

2 *Decretum Concilij Tridenti. Seſsione 24. c. 5. de reformatione matrim. interpretatur, & numero 17.*

3 *Ea ſola taciturnitas veritatis nocet, quæ à iure præcipitur vt exprimatur.*

4 *De crimine non eſt facienda mentio in impetratione gratiæ vel conceſsionis, & nume. 19. quomodo intelligatur.*

5 *Inceſtus impedit matrimonium contrahendum.*

6 *Copula habita à marito cum conſanguinea vxoris ſuæ producit impedimentum inceſtus, non verò habita cum propria conſanguinea: Canoniſtæ contra quoad impediendum matrimonium contrahendum, non verò ad dirimẽdum iam contractum. nu. 7.*

8 *Conſuetudine obtentum eſt, vt in caſu inceſtus non petatur diſpenſatio ab Epiſcopo.*

9 *Ex illicita copula inceſtus contrahitur impedimentum affinitatis, quod impedit, & dirimit matrimonium, non tamen inter eos, qui fuerunt principium huius impedimenti, & inter quos copula illicita interuenit. numero 10.*

11 *Hodie impedimentum ex illicita copula proueniens, per Concilium Tridentinum reſtrictũ eſt ad primum & ſecundum gradum, in tertio & quarto autem non impedit nec dirimit.*

12 *Ea qualitas exprimenda eſt, quæ moueret principem ad non concedendum, vel difficilius cõcedendum.*

13 *Stylus & communis praxis habet, quòd qualitas copulæ ad diſpenſationem exprimatur, & valde difficilem reddat Summum Pontificem ad concedendum.*

14 *Vbi plura obſtant impedimenta, difficilius ſolet concedi diſpenſationes & reſcripta.*

15 *Reus interrogatus à iudice iuris ordine ſeruato, tenetur omni iure veritatem dicere.*

18 *Exprimenda eſt illa qualitas, quæ etſi non ſit præcepta à iure, eſt tamen de ſtylo, praxi & conſuetudine curiæ exprimenda.*

20 *Copula habita ſpe. diſpenſationis conſequendæ eſt neceſſariò exprimenda, aliàs diſpenſatio erit nulla.*

21 *Diſpenſatio vitiatur, quando fuit habita copula antequam ab ordinario diſpenſatio expediretur, niſi iterum ad Summum Põtificem recurratur, mentioque copulæ fiat eidem, atque abſolutio ab eo impetretur.*

22 *Gratia facta à Principe ex aliqua cauſa finali, an & quando valeat & duret, ceſſante cauſa prædicta.*

23 *Falſitas aut ſubreptio cauſæ impulſiuæ, quæ principem mouet, aut moueret ad difficilius concedendum, quod ab eo petitum eſt, Principis gratiam inualidam efficit.*

24 *Mentio inceſtus facienda eſt, vbi cum eadem, cum qua inceſtus commiſſus eſt cõtrahi prætenditur.*

25 *Caſus principalis quæſtionis declaratus ab Abbreuiatore Nuntij Apoſtolici eius iuſſu, vt creditur.*

CAP.

## CAPVT XV.

### De copula interueniēte ante impetratam diſpenſationem à ſummo Pontifice inter conſanguineos vel affines ad contrahendũ matrimonium cõmiſſam ordinario loci, an vitiet diſpenſationem, ſi de illa nulla facta fuerit mentio.

1 SAEpe in praxi contingit dubitari, an copula carnalis habita inter conſanguineos, vel affines poſtquam miſerunt Romam ad Summum Pontificem pro impetranda diſpenſatione ad contrahendum matrimonium inter eos, priùs tamen quàm Romanus Pótifex diſpenſet, vel poſt commiſſam ab eo diſpenſationem ordinario loci, vt ſi ita eſt diſpenſet, &c. antequam ordinarius diſpenſet, vitiet diſpenſationem, ſi de ea nulla facta fuerit mentio, necne? qui in re tanquam ſumme difficili ſcio in diuerſas itum fuiſſe ſententias per grauiſsimos viros huius regni, prout ex eorum ſcriptis ad nos translatum eſt, vt noſtrum exponeremus de hac re iudicium. Sunt enim in primis, qui exiſtiment non eſſe ſubreptitiam, ſed validam in caſu quæſtionis noſtræ diſpenſationem pręfatam, pręmaximè ſi poſt eam impetratam à Summo Pontifice, interceſſerit præd. copula, etiamſi ipſa antequam ordinarius conceſſerit, contigerit.

2 Primò, quia in his caſibus non habet locum decretum Concilij Trident. ſeſſione. 24. capit. 5. de reformat. matrimo. vbi diſponitur, quòd contrahens ſcienter matrimonium in gradu prohibito, ſeparandus eſt, & ſpe diſpenſationis carere debet, præmaximè, qui non tantùm matrimonium contrahere, ſed etiam conſummare auſus fuerit: quia ſi accuratius aduertas, decretum illud non punit ſolam copulam per ſe, etiam ſi ſcienter habita fuerit: ſed vbi illa interuenit poſt matrimonium ſcienter cõtractum, vt patet ex illis verbis, Qui non tantùm contrahere, ſed etiam conſummare auſus fuerit: deinde materia illius decreti eſt odioſa, & pœnalis, vt conſtat ex illis verbis, Eiſdem ſubijciatur pœnis, & per illud decretum receditur à iure & ſtylo antiquo: reſtringendum igitur meritò eſt, & non extendendum, ex regula odia, & regula, quæ exorbitant, de regul. iur. lib. 6. & capit. penul. de pœnitentia diſtinct. 1.

3 Secundò, quia ea ſola taciturnitas veritatis nocet, quæ à iure præcipitur, vt exprimatur, vt docet Rota noua deciſion. 32. de reſcript. ad fin. Calder. conſil. 6. de præbend. & in hac ſpecie non præcipiunt iura vt veritas exprimatur, vt patet ex d. Concilio d. capit. 5. & explicat Nauarr. in Manuali Latin. cap. 22. nu. 86. ergo; &c.

4 Tertiò, quia de crimine non eſt facienda mentio in impetratione gratiæ, vel conceſsionis, vt docet Innocent. in capit. propoſuit. numer. 4. & in capit. cum noſtris. num. 3. de conceſsione præbend. & Rota noua deciſ. 32. de reſcript. iam citata, Bellamer. deciſ. 47. de reſcrip. & copula ſiue præcedat, ſiue ſequatur, ſiue ſpe diſpenſationis habeatur, eſt delictum, vt patet: ergo de illa non eſt facienda mentio.

5 Non obſtat, quòd huiuſmodi copula inter conſanguineos, vel affines habita, ſit inceſtuoſa, & quòd impedimentum inceſtus etiam impedit matrimonium contrahendum. capit. ſi quis dormierit. 23. quæſt. 7. l. 13. titul. 2. part. 4. & ibi Greg. Lopez, & ita in hoc caſu inter conſanguineos videntur eſſe duo impedimenta, alterum conſanguinitatis, & alterum inceſtus: ergo licèt impedimentum conſanguinitatis tollatur diſpenſatione Romani Pontificis, remanere

6 videtur alterum impedimentum inceſtus. † Nam reſpondeo, verè copulam mariti cum ſanguinea vxoris ſuæ producere hoc impedimentum inceſtus, non verò copulam habitam cum propria conſanguinea, vt patet ex cap. 1. 2. & 3. de eo qui



Ayuntamiento de Madrid

cognou.cōſang.vxor.ſuę,ſecūdū ſanct. Thom.in 4.diſtin.34.quæſt.1.art.vltim. & docet cōmunis Theologorum ſententia relata & probata à Couar.de ſpōſal.2. part.cap.6.in princip.nu.4.Martin. Ledeſmius in ſecundam 4.quæſt.60.art. 4. & Martinez vbi infra, contra communem Canoniſtarum relatam à Nauarr. dict.c.22.num.74.& à Panormit.in d.c. 1.col.1.& ab Anto.Cordub.lib.1. quæſtion.quæſtione 12.& à Matienço in rubric.titul.1.lib.5.nouæ collect.reg.gloſ. 1.nu.138.quæ etiam ſi vera eſſet,ſolū hoc impedimentum inceſtus impediret, & 
7 non dirimeret, † ac per conſequens matrimonium contra hoc impedimentum contractum valeret,iuxta gloſ.verb.nūquam.in capit.1.25.quæſt.2.& gloſ.in capit.2.de pœnit.& remiſs.receptas à iuris peritis & Theologis, vt teſtatur Mart. Ledeſmius in ſecundam 4.quæſt. 62. artic.2.explicat Nauar.d.c.22.nu.29.Cardin.Aracęli,de matrim.cap.64. Couarr. de ſponſal.2.par.cap.6.in princip.nu.4. Specul.coniug.1.part.arti.23.

8 Præterea conſuetudine obtentum eſt, vt in caſu inceſtus non petatur diſpenſatio etiam ab Epiſcopo, vt poſt Palud. & alios teſtatur Nauar.d.c.22.nu.74. ad fin.& Anto.à Cordub.vbi ſupra.in verſic. ſed vtrum.

9 Nec etiam obſtat, quòd ex hac illicita copula inceſtus contrahitur impedimentum affinitatis,quod impedit matrimonium contrahendum, & dirimit contractum. cap. diſcretionem. de eo qui cognou.conſang.vxor.ſuæ. cap. extraordinaria.35. quæſt.3. gloſ. recepta in arbore affinitatis,docent plurimi relati per Couar.de ſponſal.2.part.cap.6.§.7. num. 3. Nauar. dict.cap. 22.nume.42. Domini. à Soto in 4.diſtinct.41.quęſtio.vnic.art. 
10 2.& 3.† Nam reſpondemus dicendo hoc impedimentū affinitatis etiam ex copula illicita oriri,quo iure antiquo impediū tur conſanguinei viri intra quartum gradūm contrahere cum muliere, cum qua copula interceſsit, & è conuerſo, vt in c.2.& in.c.nō debet.de cōſangui.& affinit.non tamen cōtrahitur inter eos, qui fuerunt principium huius impedimenti, & inter quos copula illicita interuenit, vt patet ex iuribus prædictis, & ex his quæ docet Silueſt. in verb. matrimoniū, 8.impedimento.15.Gabriel Paleot.de nothis & ſpurijs.cap.7.num.4.& 5.Specul. coniugio.1.par.art.47.Ferdinād.de Loazes in tracta.de matrim.&c. dubio. 1. & 
11 15. † Hodie tamen hoc impedimentum ex fornicatione contractum ad ſecundum gradum eſt reſtrictum, & licitū eſt cōtrahere in tertio & quarto gradu per Cōcil.Trident.ſeſs.24.c.4.de reformat. matrim.adeò vt huiuſmodi copula illicita, non ſolùm non dirimat matrimoniū iam contractum in tertio vel quarto gradu,ſed nec etiam impediat contrahendū in eodem tertio & quarto gradu, vt explicuit ſuo motu proprio Pius Quintus, ann.66.lato, qui eſt inter mot' proprios eiuſdem Pōtificis,& Concil. Bracarenſ. actione.5.c. 12.fol.121. explicat Alfonſ. à Veracruce in appendice coniug. fol. 79.Cardinal. de Aracæli, de matrimo.c. 69.Quintil.Mādoſ.de ſignat.gratiæ.fol. 51.Albornoz *en el arte de los contratos.* fol. 152.& hanc opin.in terminis quando copula interceſsit poſt impetratam diſpenſationem à Summo Pontifice, atq; huc translatam,antequam ab ordinario, cui commiſſa fuit, diſpenſaretur,credit veram,eamque tenet F.Anton. Cordub.in ſuo tractat.*de caſos de conciencia.* in 2. editione.q.45.in quinto puncto nouiter additò in præd. ſecunda editione. fol.119. vbi eam intelligit, niſi Romanus Pontifex committeret diſpenſationem alicui ſub certa forma vel cōditione, quia ſi ea non ſeruaretur,non valeret talis diſpenſatio,nec matrimoniū, quod cum ea fieret:& reddit rationem præd.ſuę ſententiæ principalis, quia Papa nō fuit motus per copulam, nempe ſi ea interceſſerit, vel non interceſſerit,quando quidē nulla mentio eius ſibi facta fuit,nec tūc erat habita,nec poſtea interceſsit cum intentione tunc contrahendi per eam,nec intentandi matrimonium clandeſtinum, nec quid aliud interuenit, ob quod diſpēſatio ſubreptitia iudicari debeat: cum eadem

Ayuntamiento de Madrid

eadem ſententia concordant alij duo Theologi inſignes hui⁹ ciuitatis, quinimò & iuxta eam in vna cauſa bis fuiſſe pronuntiatum, mihi renuntiatum eſt.

* * Et poſt huius operis primam editionẽ, quòd diſpenſatio ſuper impedimento conſanguinitatis, vel affinitatis, non facta mentione copulæ priùs habitæ, valeat, nec requiratur altera diſpenſatio Papæ, conſuluit ex prædictis Nauar. conſil. 1. 2. & 5. de conſanguinitate & affini. idem in copula commiſſa poſt impetratam commiſsionem diſpenſandi, quamuis poſteà negetur commiſſario, conſuluit idem Nauar. conſil. 2. de ſponſal. numero 1. & 2.*

Rurſus ſunt è noſtris, qui contrariam ſententiam veriorem eſſe exiſtiment, & tenendam in foro conſciẽtiæ, imò quòd prædicti coniuges non ſint tuti in conſcientia. Primò, quia ſuper dict. copula non fuit diſpenſatum inter eos: ergo, &c.

12 Secundò, quia ea qualitas exprimenda eſt, quæ moueret Principem ad non concedendum, vel ad difficiliùs concedendum diſpenſationem, aliàs ſubreptitia, & nulla eſt diſpenſatio, vel alia quæuis conceſsio, text. in cap. poſtulaſti. de reſcript. Felin. in cap. ſuper literis. nu. 8. de reſcrip. Socin. conſil. 251. incip. quoniam in præſenti, verſic. confirmo omnia, &c. num. 12. lib. 2. Petrus Rebuff. in praxi benefic. in rubri. de forma ſignat. ſimplic. prouiſ. in §. Magalonem. pagin.
13 137. † Sed certum eſt, quòd illa qualitas copulæ habitæ inter hos contrahentes, ſi exprimeretur ſummo Pontifici, illum valdè difficilem redderet ad concedendam diſpenſationem, prout ſtylus & cõmunis praxis habet, quæ eſt ſeruanda ſecundùm Felin. vbi ſuprà: ergo ea qualitas copulæ exprimenda erat Romano Pontifici; aliàs erit nulla, per prædicta.

14 † Præterea vbi plura obſtant impedimenta, difficiliùs concedi ſolent diſpenſationes, & reſcripta, vt inquit Decius conſil. 206. num. 19. & in cap. ad aures. columna vltima. & ibi Rip. num. 37. de reſcript. Alexander conſil. 195. num. 10. lib. 2. quos refert & ſequitur Menoch. de arbit. iud. lib. 2. Centuria 3. caſu 203. nu. 13. ſed hic plura obſtant, nempè conſanguinitas, ſeu affinitas, & copula: ergo ſi de ea fieret mentio, difficiliùs diſpenſaretur: exprimenda igitur nunc erit.

15 Tertio, quia quando quis interrogatur à iudice iuris ordine ſeruato, tam iure diuino, quàm humano, tenetur ei dicere veritatem ſuper crimine à ſe commiſſo, vt tenet ſanctus Thom. 2. 2. quæſtione 66. artic. 1. & quæſt. 76. art. 1. Nauar. in cap. inter verba. 11. quæſtione 3. corollario 46. & hanc opinionem plures allegans tuetur Couar. in ſuis pract. quæſtio. cap. 18. num. 7. ad fin. & lib. 1. variarum reſolutionum, cap. 2. num. 2. diximus latè ſuprà cap. 11. de monitorijs. num. 39. Sed iſti conſanguinei volentes contrahere inter ſe matrimonium, cum proponunt cauſam Romano Pontifici, videntur interrogati de tota cauſa, atq; de pertinentibus ad eam, maximè de illis, quę poſſunt difficiliorẽ reddere ſummum Pontificem ad concedendum: ergo tenentur exprimere quòd habuerũt copulam, cùm hæc iuxta ſtylum Romanæ Curię, difficiliorem reddat ſummum Pontificem ad diſpenſandum. Quid te-
16 nendum? † Et profectò, vt meam exponam ſententiam, adhæreo huic ſecundæ parti, quam exiſtimo veriorem, & tenendam in iudicando, & conſulendo, præmaximè quando copula fuit habita ante facultatem, ac commiſsionem diſpenſandi.

17 Primò, quia contrariam partem minimè fouet decretum quintum de reforma. matrim. ſeſs. 24. ſacri Concilij Tridentini, pro ea ſuprà expenſum, quia ipſum tantùm loquitur in illis conſanguineis, qui ſcienter, & de facto matrimonium contrahere præſumpſere, hi namque ſeparandi meritò ſunt, atque ſpe diſpenſationis carere debent: quod pręmaximè locum habet, ſi copula conſummatum ſit præd. præſumptum matrimonium ſcienter contractum: quòd ſi ignoranter illud ſit contractum, non ſeruatis ſolennijs ſacri Concilij, idem eſt: ſi verò



Ayuntamiento de Madrid

ijs ſeruatis, poſteà detegatur aliquod im pedimentũ, de quo cõtrahentes probabilem ignorantiam habuerunt, facilè & gratis cum illis diſpenſari poteſt: & hoc eſt, quod continet pręd. decretum Concilij, quod vt patet, in vtroque caſu loquitur, quoties matrimonium priùs fuit contractum, ſiue ſcienter, ſiue ignoranter abſque diſpenſatione, & poſteà ſequuta fuit copula: at noſter caſus diuerſus eſt, quia in eo fuit diſpenſatum antequam matrimonium celebraretur, & copula ſimiliter etiam præceſsit nõ ſolùm matrimonium, ſed etiam diſpenſationẽ ab ordinario faciendam, ſicque ad noſtrum propoſitũ adduci non poteſt pręfatum decretum, nec contra, nec pro: aliundè igitur quærenda eſt deciſio huius quæſtionis.

18 Secundò, quia quod priores affirmãt, quòd ea ſola taciturnitas veritatis nocet, quæ à iure præcipitur vt exprimatur, quod etiam fuit gloſſ. in Clement. 3. verb. alteri, propè medium, de præbend. quam ſequuti ſunt plurimi, quos congerit Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. centuria. 3. caſu 1. num. 26. quamuis verum in ſe ſit, non tamen eſt peremptorium: nam ita etiam exprimẽda eſt illa qualitas, quę etſi non ſit præcepta à iure, eſt tamen de ſtylo, praxi & conſuetudine curię exprimenda, quæ Principem moueret ad non concedendum, vel cum ad concedendũ difficiliorem redderet (ſicut eſt copula, quæ prout notum eſt, exprimi ſolet, & cum ipſa difficiliùs diſpenſatur, quàm ſi ea non interceſsiſſet) vt probant Decius in cap. ſuper literis. num. 9. de reſcript. & Menoch. vbi ſuprà, num. 27. verſic. aliquæ: * ad quod non aduertit Nauar. vbi ſuprà, ſicque ſua opinio cõtraria ex hoc deficit: * ergo ſtante præd. ſtylo & praxi Curiæ Romanæ iuncta iuris diſpoſitione prædicta, conſequitur eſſe neceſſariò faciendam mentionem ſummo Pontifici ipſius copulæ, quando habita fuit antequã miſſum eſſet Romam pro ipſa diſpenſatione, vel etiam poſt, antequam ſummus Pontifex diſpẽſaſſet, ex ſupradictis, & quòd aliàs diſpenſatio ſit nulla, & ſubreptitia, hocque indubium videtur, quamuis prior ſententia ſupra poſita vnius viri grauiſsimi tantùm, quod ſcierim, in hoc contrarium velit: nam Theologi, de quibus ibidem meminim⁹, non idem tenent cum eo in præfata ſpecie, ſed potiùs nobiſcum contrarium, nempè vbi copula fuit habita ante diſpẽſationem obtentam Romæ. Nec obſtat, quòd de crimine non ſit facienda mentio, quia illud intelligitur de alijs pec-

19 catis, † vt patet ex Doctoribus ſuprà ad hoc allegatis, loquuntur enim de peccatore impetrante literas ad beneficium, quia ex eo quòd peccator eſt, non ſunt literæ ſubreptitiæ; non verò loquuntur in noſtro caſu, nam de inceſtu opus eſt facere mentionem, vt tenet D. Sarmien. libro 1. ſelectar. interpret. cap. 9. numero 1. & 3. dicens, quòd de hoc nulla poteſt eſſe quæſtio.

20 Si verò in noſtro caſu copula fuit habita ſpe eiuſdem diſpenſationis faciliùs conſequendæ, planiſsimum exiſtimo, ꝙ hoc non expreſſo ſummo Pontifici, diſpenſatio ſit nulla, quia ſtylus & praxis Romanæ Curiæ eſt, quando hoc caſu diſpenſatur, addere, *Con tanto que no ayã tenido la copula cõ eſperãça de que por eſto mas facilmente ſe concedieſſe la diſpenſacion*, vt in terminis his verbis tenet Nauar. in manuali Hiſpan. c. 22. nu. 87. in fine.

21 Quando verò copula fuit habita poſt facultatem diſpenſandi conceſſam, & commiſſam à Romano Pontifice ordinario loci, vel alij, ante tamen quàm ab ipſo diſpenſetur, quamuis res hoc caſu difficultatem habeat, adhuc verius, magiſque iuridicum videtur diſpenſationẽ vitiari, niſi iterum ad ſummum Pontificem recurratur, mentioque copulæ fiat, ac abſolutio à ſummo Pontifice impetretur: quia ſicut quando copula interceſsit, antequam diſpenſatio impetraretur Romæ, neceſſariò fieri debet mentio ipſius, vt eſt prædictum, ita etiam idem erit, quando poſt ipſam impetratam habita fuit copula, ante tamen quam ab ordinario diſpenſetur, quia ita ſunt conſanguinei tunc, ſicut à principio, ac per conſe-

Ayuntamiento de Madrid

conſequens inceſtus vtroque tempore per copulam committitur, ſicque non video eſſe rationem iuridicam differentiæ inter hos duos caſus, facultas quandoquidem ad diſpēſandum, quamuis ſit gratia, nondum tamen eſt perfecta, donec conceſſa ac expedita non ſit ab ordinario, cui fuit commiſſa.

22 Hinc eſt, vt gratia facta à Principe ex aliqua cauſa finali, ſi ipſa ſortita eſt ſemel effectum, quamuis poſtea ceſſet, adhuc valet, & durat gratia; ſecus ſi cauſa præfata defecit, antequam effectum ſortiretur gratia, atque diſpenſatio, dum eſt in fieri, vt conſtat ex adductis per Couar. lib. 1. variarum reſolut. cap. 20. nu. 5. verſic. his ita breuiter. & latiùs per Tiraquel. in tract. de cauſ. ceſſ. limit. 12. nu. 1. & per totam limitationem. & in terminis diſpenſationis tradit Tiraquel. in d. tracta. 1. part. numer. 89. & 92. Sic igitur in noſtra ſpecie ſummus Pontifex faciliùs conceſsit prædict. facultatē diſpenſandi, eo quòd ſibi narratum nō fuit copulam interceſsiſſe, quia ipſa non interceſſerat: itaque hoc ipſum fuit cauſa tacita gratiam concedendi, vel ſaltem faciliùs: ſi enim ſibi narratum fuiſſet copulam interceſsiſſe, vel minimè diſpenſaret, vel difficiliùs ipſam diſpenſationem conceſsiſſet, præcipiens pœnitentiam imponi contrahentibus, atque vt aliquam ſoluerent pecuniarum ſummam, in opera pia erogandam, vel quid ſimile, vt communiter Sanctitas ſua pręcipere ſolet in ſimilibus diſpenſationibus cum copula, vt experientia, ac praxis docet: & prætereà moderando gratiam, ſiue diſpenſationem, hoc modo, vt altero ex coniugibus decedente, ſuperſtes iterum matrimonium non contrahat, iuxta praxim communem Romæ in huiuſmodi caſu, quo diſpenſatur inter conſanguineos ad contrahendum matrimonium, inter quos commiſſus fuit inceſtus: nam additur illa clauſula, vt iterum ſuperſtes non contrahat matrimonium, vt refert Nauar. vbi ſuprà, num. 75. & ita fit: ceſſante igitur cauſa tacita prædict. defect' copulæ, prout ceſſat priùs quàm gratia ſortiatur effectum, hoc eſt, antequam ordinarius diſpenſet, locum non habet, nec valet dicta diſpenſatio, iuxta communem traditionem Doctorum, quam refert Couarru. vbi ſuprà. in verſic. falſitas. aſſeuerans, quòd falſitas, aut ſubreptio cauſæ impulſiuæ, quæ Principem

23 mouet, † aut moueret ad difficiliùs concedendum, quod ab eo petitum eſt, Principis gratiam inualidam efficiat, quod & ſequitur ipſe Couarruuias, cùm ea cauſa verè Principi ſignificata, Princeps non ita, vt conceſsit, gratiam feciſſet, ſed eidem conceſsioni moderamina quædam adhibuiſſet, ex quibus cautiùs petitis prouiſum eſſet, ſicque intelligit præfatam communem, quæ deducitur ex cap. poſtulaſti. de reſcript. eandem teſtatur receptiorem Menochius vbi ſuprà numero 22. ſed in diſpenſationibus huiuſmodi moderamina prædicta adijciūtur, iuxta communem praxim Romanæ Curiæ, vt eſt prædictū: oportet igitur narrare prædictam copulam, quocumque tempore interuenerit, dummodo intercedat antequam ab ordinario tanquam Apoſtolicæ ſedis delegato diſpenſetur per ſupradicta. Et vt intelligamus, quantum intereſt, vtrùm gratia quid iam factum contineat, vel quid faciēdum, ſiue ab alio expediendum, eſt communis re-

24 ſolutio, † quòd quamuis gratia per verbum, Fiat, nō expiret morte concedentis: illud tamen procedit, & eſt verum, quando gratia quid perfectum continet, ſecus autem quando mandatur aliquid faciendum, vt plures allegans reſoluit D. Molin. de primogenijs Hiſpan. libro 2. cap. 7. num. 63. & 64. fol. 278. Prętereà Ordinarius, vt de veritate relationis factæ Romano Pontifici conſtet, & vt an aliquid innouatum ſit à tempore cōmiſsionis ſibi factæ intelligat, interrogare ſolet, an copula inter ipſos interceſſerit: quòd ſi veritatem fateantur, certum eſt eum non diſpenſaturum: ergo ſubreptitia eſt talis diſpenſatio & inuoluntaria, ac nulla reſpectu Ordinarij, à quo fit, ſi copula non exprimatur. Prętereà hæc ſententia iam declarata fuit

vera,

Ayuntamiento de Madrid

vera,& certa à Reuerend. Cardinalibus ad interpretationem dubiorum decret. ſancti Concilij Tridentini, à ſummo Põtifice deputatis, & in Curia Romana huiuſmodi diſpenſationes factæ non expreſſa copula habita, etiam poſt cõmiſſionem Romani Pontificis factam Ordinario de diſpenſando, ſubreptitiæ iudicantur, vt nobis à perſonis fide dignis affirmatũ eſt. Non obſtat aſſerere, quòd inceſtus, maximè inter conſanguineos, quamuis impediat matrimonium contrahendum, non tamen dirimit iam contractũ, & quòd vbi eſt conſuetudo contrahendi abſque diſpenſatione inceſtus, ea non eſt neceſſaria, iuxta tradita per Nauar. vbi ſuprà, nu. 75. hoc enim procedit,& locum habet,quãdo ille, qui in-
25 ceſtum commiſit,cum non † conſanguinea,vel è contra,contrahere velit. Attamen vbi cum eadem,cum qua inceſtum commiſit,cõtrahere vellet, neceſſarium eſt mentionem facere,vt vtrumque diſpenſetur,nempè conſanguinitas, & copula, quia hæc difficiliorem efficiet hoc caſu diſpenſationem conſanguinitatis, atque vt eidem moderamina adijciantur,vt eſt prędictũ. Ex quibus iam ceſſat ratio parum vrgens Antonij Cordub. vbi ſuprà, tenentis cõtrarium in noſtro propoſito,quin etiam & cæterorũ: quãdoquidem eo tempore, quo copula interceſsit, nondum erat diſpenſatum ab Ordinario, ſicque gratia ſummi Pontificis nondum erat perfecta, & ceſſat innocentia prior contrahentium,in qua erãt tempore impetrationis: quo fit, vt illa amiſſa, nouo indigeant remedio, quandoquidem copula ipſa difficiliorem redderet Principem ad diſpenſandum, ſi à principio interueniſſet. Idem igitur dicendum eſt, ſi poſteà interceſſerit,antequam gratia perficiatur,quia idem eſt iudicium in vtroque caſu, vt ex ſupradictis patet.

Nec obſtat id quod diximus, duabus ſententijs in vna cauſa latis contrarium fuiſſe deciſum, ibi namque coniuges litigantes aſſerebãt, antè diſpenſationem ab Ordinario factam, ſe carnali copula cognouiſſe, ideoque matrimonium nullum fuiſſe prætendebat actor, & illis non erat credendum in fraudem matrimonij, ideoque pro matrimonio iudicatum fuit: vel fortè prædic. copula fuit negata, & nõ probata: vel quicquid ſit, dicendum eſt,illis iudicibus non conſtitiſſe de praxi Romanæ Curiæ, & declaratione Cardinalium: quòd ſi illis hoc liqueret, non eſt credendum id iudicaturos,ſi de interuentu copulæ eiſdem legitimè conſtaret.

Et cum hic caſus Ciuitatenſ. contigiſſet, Ordinarius hui⁹ Epiſcopatus, anxius, & dubius quid facere deberet præ varietate opinionum, cõſuluit ſuper eo Nuntium Apoſtolicum, atque Legatũ à latere, in Curia Regis noſtri Philippi reſidentem, cuius Abbreuiator manu propria reſpondit (iuſſu,vt creditur, dicti Nũtij) *Han de boluer a ſuplicar à ſu Santidad que los abſuelua*, vt proprijs oculis vidi, & legi epiſtolam præfati Ordinarij, vbi quærebat, an hi poſſent contrahere prædict. matrimonium, & reſponſionẽ prædi. ſubſcriptam à Ioanne Geneſio Abbreuiatore præfato: quòd ſi hæc reſponſio vera eſt,quamuis non ſit deciſio ſummi Pontificis, ſatis tamen ſufficiens teſtimonium eſt vſus, ac praxis Romanæ Curiæ in huiuſmodi caſu, quamobrẽ perſuaderi poterit hæc noſtra ſententia, tanquam verior,& contraria, vt nec ſatis ſecura repelli,atque diſſuaderi.

---

*SVMMARIVM.*

1 *Spadones qui dicantur?*
2 *Spadones, quibus ambo teſticuli extracti ſunt (vulgò dicti capones) an matrimonium contrahere poßint? & numeris ſequen.*
3 *Tria bona in matrimonio exiguntur, proles, fides, Sacramentum re, vel ſpe.*
4 *Vetuli, quamuis quandoque non habeant caliditatem ad generandum, habent tamen caliditatem ſufficientem ad carnalem copulam, & ideò permittitur eis matrimonium contrahere, quatenus eſt in officium naturæ, & num. 13.*

*Spadones*

Ayuntamiento de Madrid

5 *Spadones, quamuis non poßint ſe vltrò coniungere per verum matrimoniũ, attamen quantum ad cohabitationem, & communicationem officiorum domus, poſſunt ſe in totam vitam confoederare & obligare, vt foemina ſeruiat viro, & vir alat foeminam, non tamen erit matrimonium, ſed ſocietas quædam ciuilis reputatur: periculoſißima tamẽ eſt hec confoederatio, & nu. 6.*

7 *L. ſi ſerua. §. 1. ff. de iure dot. intellectus.*

8 *Poenitentia coeundi eſt, quæ requiritur ad hoc vt matrimonium validum contrahi poßit, non verò requiritur, quòd contrahentes poſſint generare.*

9 *Praxis obtinuit, vt ſpadones cõtrahere poßint matrimonium.*

10 *Spadones, vt Medici, & Philoſophi affirmãt, niſi aliàs natura frigidi ſint, aliquid in modum ſeminis emittunt, aut emittere poſſunt, quod Medici Arabes Azuadin appellant, etſi non prolificum, nec album, ſed incoctũ.*

11 *Verum ſemen eſt ſtilla, quæ in ſe calidum continet ſpiritum, & à cerebro excernitur, & per ſpinalem medulam in membra genitalia defluit, & cum in medulam ſpinæ peruenit, renes confeſtim petit, ex ipſiſque per medios teſtes in pudenda penetrat.*

12 *Proles non eſt de eſſentia matrimonij, imò nec actus ipſe copulæ, ſed ſolùm potentia coeundi neceſſaria eſt, in qua conſiſtit matrimonialis conſenſus ſubſtantia.*

13 *Impotentia ad actum generationis eſt, quæ impedit matrimonium contrahendum, & contractum dirimit: ſecus verò impotentia ad generationis effectum.*

14 *Steriles matrimonium contrahere poſſunt, licèt effectu generationis careant, quia aptæ ſunt ad actum.*

15 *Eunuchi quid diſtent ab ſpadonibus.*

16 *Si mulier, quæ ſeminare non poßit, contrahat cum viro, qui ſeminare poteſt, tenet matrimonium.*

17 *Ad generationem ſufficit ſemen viri, etiam ſi ſemen foeminæ non concurrat.*

18 *Matrimonium non tenet, ſi vir ſeminare non valeat, etiam ſi foemina id facere poßit.*

## CAPVT XVI.

### De ſpadone, cui ambo teſticuli abſciſsi ſunt, an poſsit matrimonium contrahere?

1 SPadonum generalis appellatio eſt, & ideò, vt inquit Iuriſconſultus Vlpianus in l. ſpadonum. 128. ff. de verborũ ſignific. hoc nomine continẽtur, tam hi, qui natura ſpadones ſunt, quàm thlibiæ, id eſt, ſecundùm Andreã Alciat. ibidem, qui attritos teſtes habẽt, & thlaſiæ, quibus teſtes fracti ſunt, & ſi quod aliud genus ſpadonum eſt, nempè caſtrati, id eſt, qui caſtè nati ſunt, quia naturaliter ſine teſtibus progeniti ſunt, vt placet Accurſio, & frequentioribus, ita teſtante Alciat. in d. l. ſpadonum. nu. 4. Vnde & vulgatum extat carmen:

*Caſtratos natura facit, violenta ſpadones*
*Improbitas, amor eunuchos & foeda libido:*

quamuis Alciat. vbi ſuprà rectiùs exiſtimet, vt ex Latinis authoribus apertiſsimè oſtendi affirmat, caſtratos interpretari caſtos, ſiue natura non arrigant, ſiue quia omninò ſpadones ſunt, vtpote, quibus ferro diminuta ſunt virilia, vt in l. ſi ſeruus. §. & ſi puerũ. ff. ad leg. Aquil. Vnde vetuit Domicianus Imperator edicto, ne pueri caſtrarentur. l. 1. C. de eunuch.

2 Hoc ſic præhabito, quæritur modò, an ſpadones, quibus ambo teſticuli extracti ſunt (hoc eſt vulgò dicti *Los capones*) matrimonium contrahere poſsint, necne?

Et in hoc gloſſ. 1. in capit. ij qui. verb. exſecti. in fine. in verſ. vel dic. 32. quæſt. 7. tenet, quòd hi ſpadones, ſi habent virgam arrectam, ſiue reſoluant ſperma, ſiue nõ, poſſunt matrimonium contrahere: nã huiuſmodi ſpado ſatisfacit mulieri, ſicut mulier ſatisfacit viro, ſiue reſoluat, ſiue nõ, nec requiritur, quòd ſemper in matrimonio ſit filiorum procreatio, quia ſufficit ꝙ non euitet prolem, vt in cap. ſolet. 32. quæſt. 2.

Pro qua ſentẽtia videtur bonus text. in l. ſi ſerua. §. 1. eodemque vltimo. ff. de iure dot. cuius verba ſunt hæc: Si ſpadoni nupſerit mulier, diſtinguendum arbitror, caſtratus fuerit, necne, vt in caſtra-



Ayuntamiento de Madrid

to dicas dotem nó eſſe: in eo, qui caſtratus non eſt (quia eſt matrimoniũ) & dos, & dotis exactio eſt: & ibi gloſ. fin. in hac opinione videtur expreſsè remanere, referens quorundam opinionem, tenentium in ſpadone matrimonium eſſe, etiã ſi generare non poſsit, quia vitiũ eſt accidentale, non naturale, vt in caſtrato: idem etiam probare videtur tex. in l. ſed eſt quæſitum. verſic. ſpadonem. ff. de liber. & poſthum. vbi inquit text. Spadonem quoque poſſe poſthumum hæredẽ ſcribere, & Labeo, & Caſsius ſcribunt, quoniam nec ætas, nec ſterilitas ei rei impedimento eſt.

3 Rurſus communiter Canoniſtæ in. c. quod ſedem. de frigid. & malef. tenent contrarium: nã ex quo huiuſmodi ſpado carens ambobus teſticulis generare non poteſt, poteſt dicere mulier, Volo eſſe mater, & liberos procreare, vt in. c. ex literis. de frigid. & malef. Præterea, quia in matrimonio tria bona exiguntur, proles, fides, ſacramentũ re, vel ſpe, vt in cap. ſicut. §. his ita. in fine. 32. quęſt. 2. cap. omne. 27. quæſt. 2. l. 3. tit. 2. part. 4. latè de his Matienç. in rubr. titul. 1. lib. 5. nouæ collect. reg. gloſ. 1. numer. 89. hic autem deficit prolis procreandæ ſpes, quia hic ſpado generare non poteſt, vt omnes fatentur: ergo matrimonium ab eo contractum non tenet: vbi enim nó eſt ſeminatio, non fiunt coniuges vna caro, & ſic non eſt matrimonium: quare idem Vlpianus autor d. l. ſi ſerua. §. fin. ff. de iure dot. vbi vxorem poſſe ſpadonẽ ducere probauit, hoc interpretatur in l. Pomponius. in fine. ff. de ędilit. edict. in ſpadone, qui vno tantùm teſticulo caret: vtroque igitur vacui, vt ſunt eunuchi, quamuis virili polleant, illudq; erigant, & in vas inducant, re vera nullum contrahunt matrimonium, quia vel nó ſeminant, vel eorum ſemen non eſt prolificum: vnde vetuli ſecundùm ſanctum Thom. in 4. diſtinct. 34. quamuis quan-

4 doque non habeant caliditatem † ad generandum, habent tamen caliditatẽ ſufficientem ad carnalem copulam, & ideò permittitur eis matrimonium, quatenùs eſt in officium naturæ: ita hanc partem negatiuam noſtræ quæſtionis principalis tenent communiter Canoniſtæ, vt refert eandem ſequutus, a: que veriorem exiſtimãs Abb. in dict. cap. quod ſedem. de frigid. & malef. & ibi Præpoſ. num. 4. idem teſtatur Socin. in l. 1. num. 29. ff. ſolut. mat. & Sylueſt. in Sũma. in verb. matrimonium. 8. nu. 16. in verſic. ſi autem erigatur. & in verſic. quãtum ad caſtrationem. Gregorius Lopez in l. 6. titul. 2. part. 4. in gloſ. caſtrado. in verſic. & idẽ tenet Abb. dicens, eſſe de mente & verbis illius. l. vt ſpado, vel caſtratus inhabilis ad copulam, ita quòd non poſsit ſeminare, non poſsit contrahere matrimonium, dum inquit, *Otroſi, el que fueſſe caſtrado, o que le menguaſſen aquellos miembros que ſon meneſter para engendrar, maguer aya entendimiento para conſentir, non valdria eſte caſamiento que hizieſſe, porque no ſe podria ayuntar con ſu muger carnalmente para fazer hijos:* idem probatur in l. 4. titul. 8. eadem parti. 4. Eandem communem ſentẽtiam Canoniſtarum probauit ex ſupradictis Dominic. à Soto in 4. diſtinct. 34. quęſt. vnica. artic. 2. pag. 235. colum. 1. & 2. vbi inquit, opin. contrariam eſſe intolerabilem: & deniq; reſoluit, quòd etſi hi, qui

5 perpetuis † eiuſmodi impedimentis laborant, non poſsint ſe vltrò coniũgere per verum matrimonium, attamen quantũ ad cohabitationem, & communicationem officiorum domus, poſſunt ſe in totam vitam confœderare, vt fœmina ſeruiat viro, & vir alat fœminam, qui quidem contractus non matrimonium, ſed ſocietas quædã ciuilis reputatur: & hoc eſt quod aiunt Pontifices in cap. conſultationi. & in cap. laudabilem. de frigid. & malefic. vt matrimonio cõtracto inter impotentes, vir habeat illam, non tã quam vxorem, ſed tanquam ſororem; vnde non poterunt laſciuè ſe ſe amplexari, aut impudicè tangere, aut carnaliter oſculari, non ſolùm propter periculum, ſi in aliquo illorum exiterit extraordinariæ pollutionis, quæ certè eſſet peccatum mortale, verùm quia iſti actus & oſcula, per ſe, vt verior habet opinio, ſunt

Ayuntamiento de Madrid

ſunt mortalia,niſi inter veros coniuges: & ante Sotum idem in terminis dict. c. conſultationi, probarunt ibidem Innocent. Hoſtienſ. Ioan. Andreas, Antonius de Butrio, Cardi. Abb. & Præpoſit. nu. 1. & 2. Nauar. in manual. cap. 22. nu. 59. qui
6 tex. procedit ex conſilio, nō ex † præcepto, vt maneant velut ſorores, non tamē eſt matrimonium, vt conſtat ex eodem tex. ibi, Vt quas tāquam vxores habere non poſſunt, &c. ſecūdùm gloſ. ibidem. & ſpeculum coniug. in 1. parte, titul. 38. in 7. conclu. in verſic. reſpōd. Quare Hoſtienſ. ibi hoc permitti aſſerit, quādiu honeſtè & caſtè vixerint: idem voluit ipſe in Summa, de frigid. &c. §. tertio. verſic. hæc autem omnia. Durum enim eſſet, potentem, qui etiam ſcienter cum impotēti contraxerit, cogi vt in peccato cum ea maneat: ideò dicunt ibi Innocent. & Doctores, quòd ſi potens cum ſecunda contraxerit, tenet ſecundum matrimoniū, vt atteſtatur Ioan. Brunel. in tract. de ſponſ. 28. concluſ. num. 19. & 20. quē refert & ſequitur Matienç. in rubr. tit. 1. lib. 5. nouæ collect. reg. gloſ. 1. num. 196. Quapropter, vt inquit Soto, periculoſiſsima hæc eſſet confœderatio: & ego eam damnarem, ſi inter ipſos verum matrimonium iure non conſiſteret, quia ſe exponunt manifeſto periculo peccandi: & ita Alfonſus à Veracruce vbi ſuprà, piè & ſanctè conſuluit in prædict. caſu, vt fieret diuortium.

7 Nec communi ſupradictæ ſententiæ obeſt text. in dict. l. ſi ſerua. §. 1. quoniā non agit de ſpadone, cui ambo teſticuli auulſi, vel cōtriti ſunt, ſed de eo, qui vel altero teſticulo tātùm caret, & eſt aptus ad ſeminandum, vel qui ob morbum, vel frigiditatē, liberis operam dare nō poſſunt, & impedimento liberari poſſunt, vt docet Iuriſcōſultus in l. Pomponius. in fine. ff. de ędilit. edict. & explicat gloſ. in d. §. 1. & in d. l. ſed eſt quæſitum; & Alciat. & Rebuff. in dicta l. ſpadonum. Cuiacius in l. 6. ff. de liberis & poſthumis. & in l. 4. in verb. pupillus. ff. de vſucapio. Theophil. in §. ſed & illud. Inſtitut. de adopt. & ibidem Silueſter, Aldobrād. Antonius Auguſtinus libro 3. emendat. cap. 5. Adrian. Turnel. libro 29. aduerſariorum. cap. 5.

8 Nihilominùs tamen prior ſententia affirmatiua verior videtur & tenenda, quoniam cùm hi ſpadones habeant virgam erectam, & ſatisfacere poſsint mulieri, & ſic eidem coire, ſufficit ad matrimonium contrahendum: quia potentia coeundi eſt quæ requiritur ad hoc vt matrimonium valeat, non verò eſt neceſſarium quod poſsint generare, vt in terminis probat Andreas Alciat. in d. l. ſpadonum. nu. 2. & 3. ff. de verb. ſignific. vbi loquens in ſpadonibus, inquit, quòd qui puberes exſecti ſunt, & hepate ſunt feruentiore, vaſaque genitalia capaciora poſsident, hi coeunt, licèt non generent: qui igitur coire queunt, hi & vxorem ducere poſſunt, caſtrati verò non, quia coire, nec arrigere poſſunt.

9 Secūdò, quia cōmuniter videmus plures ſpadones huiuſmodi vxoratos eſſe, ac proinde praxis obtinuit, vt hi matrimoniū contrahāt: quòd ſi nō eſſet verū matrimoniū inter eos, Eccleſia minimè id permitteret: ſed hoc ſæpè, ac ſæpiùs permittit, ac licentiā concedit expreſsā: ergo valet matrimonium inter eos.

10 Tertiò, quia vt Medici, ac Philoſophi affirmant, hi ſpadones, niſi aliàs natura frigidi ſint, aliquid in modum ſeminis emittunt, aut ſaltem emittere poſſunt (quod Medici Arabes aguadin vocāt ſuo patrio vocabulo, veluti Auicenna & alij) etſi non prolificum, nec album, ſed incoctum: id quod ipſi ſpadones fatentur: † nam verū ſemen eſt ſtilla, quæ in ſe calidum continet ſpiritum,
11 & à cerebro excernitur, & per ſpinalem medulam in membra genitalia defluit, & cum in medulam ſpinæ peruenit, renes confeſtim petit, ex ipſiſque per medios teſtes in pudenda penetrat, ſecundùm veriorem & probabiliorem Medicorum opinionem, vt latiſsimè ex Medicis & Philoſophis, eos citans, adnotauit Tiraquel. 15. lege connubi. nu. 21. & ſequentib. fol. 114. & ſequent. vbi ex hoc coitu nimium renibus obeſſe deducit.

Ayuntamiento de Madrid

cit. Hinc etiam eſt, quòd in lumbis luxuria ſit hominibus, & præcingi lumbos Scriptura præcipit, &c. Deficientibus igitur teſticulis, etſi ſemen non concoquatur, nec dealbetur, nihilominus incoctum emittitur, aut emitti poteſt, quod ſufficit, vt huiuſmodi ſpado coire cum muliere poſsit, atque eidem ſatisfacere, ac per conſequens vt matrimonium cũ eo contractum teneat, vt latiſsimè meliùs omnibus in propoſito, quaſi ad oculum euidenter probat, ac demóſtrat Magiſter Palatio in 4. ſentent. diſtinct. 34. diſputatione 1. pag. 762. & ſequent. qui omninò in hoc eſt videndus, vbi etiam alios huius opin. affirmatiuæ authores citat, ipſamque abſque dubio probat, & reſpondet fundamentis contrariæ partis, & præcipuè illi de triplici bono matrimonij: nam contendit ſufficere potétiam coeundi, quamuis ſpes prolis deficiat, cùm tamen adſint alia bona, eritq; tunc matrimonium in remedium concupiſcentiæ, licèt per accidens non ſit in bonum prolis: quod comprobatur,
12 quia proles non eſt de eſſentia matrimonij, imò nec actus ipſe copulę, ſed ſolùm potentia coeundi neceſſaria eſt, in qua conſiſtit matrimonialis conſenſus ſubſtantia, vt patet ex cap. 2. de frigid. & malef. & ex ſequentibus verſibus à contrario ſenſu, relatis à Diuo Thoma in 4. diſtinct. 34. quæſt. vnic. artic. 1. & à Decano Louanienſ. in explicatione artic. de impedimento matrimon. fol. 344. & Olio Cardinal. de impedimẽtis matrim. c. 56. & Petro Soto de matrimo. lectione 3. Nauar. in Manual. cap. 22. num. 29. & alijs Summiſtis:

*Error, conditio, votum, cognatio, crimen,*
*Cultus diſparitas, vis, ordo ligamen, honeſtas,*
*Si ſis affinis, ſi fortè coire nequibis:*
*Hæc ſocianda vetant cõnubia, facta retractãt.*

13 Generãdi igitur impotentia, quæ etiã ſterilitas dicitur, non eſt impedimento matrimonijs, modò adſit potentia ad copulam. Impotentia enim ad actum generationis eſt, quæ impedit matrimonium contrahendum, & contractum dirimit, vt probant Diuus Thomas, Ricardus, & cæteri Theologi in 4. diſtinctione 34. Beatus Antoninus Archiepiſcopus Florentinus in 3. parte ſuæ Summæ, titul. 1. cap. 12. §. ſecundo. Vigu. in ſuis inſtitut. Theolog. c. 16. §. ſeptimo. verſic. 9. text. in cap. accepiſti. & in capit. quod ſedem. & in cap. ex literis. de frigid. & malefic. l. 17. tit. 2. part. 4. Angel. in ſua Summa, verb. matrimonium. 3. impedimento. 16. §. 2. Nauar. in Manual. cap. 22. num. 59. Specul. coniug. 1. parte, artic. 38. concluſione 1. Secus verò impotentia ad generationis effectum, hæc namque non impedit matrimonium cótrahere, quia ſolùm requiritur potentia ad actum. Quo fit, vt ſenes rectè poſsint matrimonium contrahere, tametſi generare nequeant, modò poſsint actum coitus exercere.

14 Et ſimiliter ſteriles matrimoniũ contrahere poſſunt, licèt effectu generationis careant, quia aptæ ſunt ad actum: idẽ in viro ſterili ſtatuitur, iuxta gloſſam in dicto cap. quod ſedem. de frigid. & malef. ita reſoluunt Theologi ſuprà citati, & præterea cum eis Matienç. in rubr. titul. 1. lib. 5. nouæ collect. reg. gloſſ. 1. numero 191. qui paulò poſt num. 195. in 4. concluſio. affirmat, quòd ſpado, vel ſenex, qui poſſunt actum carnalem exercere, & ſeminare, licèt inualidè ad generationem, contrahere poſſunt matrimonium: non ſic, ſi ſemen nullo modo emittere poſſunt, vel licèt ſeminare poſsint, nó tamen in vaſe naturali ſecundùm Ricard. in 4. diſtinct. 34. quæſt. 1. art. 2. Palud. diſtinct. 34. quæſt. 2. ibique Scotus, & cæteri idem probant, & Specul. coniug. vbi ſuprà conclu. 6. contra Panormit. aſſerentem contrarium, eo quòd credidit hanc impotentiam eſſe accidẽtalem: quod verum minimè eſt, ſi nullo ingenio, vel arte mederi poteſt, prout non poteſt in his ſpadonibus, de quibus agimus: ergo cum hi, etiamſi ambobus teſtibus careãt, quia eiſdẽ fuerũt auulſi, poſsint ſeminare, & aliquando ſeminẽt, licèt nó prolificè, vt Medici, & ipſi ſpadones affirmant, conſequitur ex ſupra dictis ipſos matrimonium validè contrahere poſſe: quod etiã nouiſsimè probauit

Ayuntamiento de Madrid

bauit Michael de Medina in tractatu de cœlibat.lib.5.capit.47.& ſequentib.vbi ex pluribus probare contendit, matrimonium eſſe poſſe, etiam ſi alter ſit impotés:cuius opinio ( etſi plures alij pro & contra teneant, vt refert Matienç. vbi ſuprà numero 196.) tantum apud Alfonſum à Veracruce vbi ſuprà in ſeptima concluſione in fine,potuit, vt planè exiſtimet hanc eſſe probabiliorem opinionem, & conuenire cum Pontificis determinatione in dicto capit. conſultationi.de frigid.& malef. & quia videt nonnullos ſic cõiugatos eſſe,& permittitur, imò de nouo admitti, vt fœmina volens cum ſpadone contrahere, non repellatur ob impotentiam conſortis:in qua ſpecie ( etſi dictũ ita generale Medinæ periculoſum eſſet ) maior probabilitas adeſt in noſtra in fauorem matrimonij, ob id quòd huiuſmodi ſpadones coire poſſunt, & ſemen emittere, quamuis non prolificum, vt eſt prædictum. Facit etiam, quod inquit F. Angles in ſuis floribus Theologic. quæſt. libro 1. in quæſt.de impediment. matrimonij.in 2.concluſione.pag.407. nempè, quòd etſi matrimonium cum eunuchis contractum ſit nullum, tamẽ ſi ipſi ſeminarent,erit validum,etiam ſi ſemen ad generationem ſit inſufficiẽs, quia per ſemen coniuges vna caro efficiuntur,& ſunt ad reddendum debitum potentes, quod ſolũ eſt de ſubſtãtia matrimonij: nam quòd ſit ſterilis,nihil refert: voluit

15 loqui,vt cõijcio,† in ſpadonibus ſupradictis.Eunuchi nãque non poſſunt emittere ſemen:nam ſecundùm Luc. in Pamphilum, hoc diſtant eunuchi à ſpadonibus, quòd eunuchi ab ipſo ſtatim ortu exſecti, nihil viride vnquã experiri potuerunt, quo ſenſu videntur hi Græcis eſſe eunuchi, qui apud Latinos ſunt caſtrati,ſecundùm Alciat. in dict.l.ſpadonum.in princi.ff.de verb.ſignific.

16 Si autem mulier ſeminare non poſsit, ſi cum viro contrahat, qui ſemen poſsit emittere, tenet matrimonium, nec diſſolui poteſt: quandoquidem ex commu

17 ni Medicorũ ſententia ad † generationẽ ſufficit ſemen viri,etiãſi mulieris ſemen non concurrat,vt ex Ariſtotele, & alijs probat Diuus Thomas in 4. diſtinctione 32. articulo 4. Conſequitur ergo, vt quamuis ipſa ſeminare non valeat, impedimentum nullum ſit, quominùs matrimonium valeat: quod ſecus eſſet, ſi vir

18 non poſſet, † & ipſa id valeret facere,vt probat Specul. coniug. vbi ſuprà, concluſione 9. dicens, quòd eam tenet quidam grauis Doctor, & quòd alij cõmuniter neceſſariò debent dicere: ſequitur etiam Matienç. vbi ſuprà, numero 198.

* * Hæc ſecundùm tempora præterita rectè procedunt. Hodie autẽ ſupradict. quæſtio principalis de ſpadonibus, an matrimonium contrahere poſsint? ab Eccleſia,eiuſque ſummo Pontifice deciſa eſt, poſtquam hoc opus fuit typis primò mandatum, & poſt eius editionẽ nobis innotuit, & ad noſtras manus breue Apoſtolicũ ſuper hoc latum, iuxta opinionem communem Canoniſtarũ præcedentem peruenit, & ideò non eſt ampliùs diſputandum ſuper hoc,ſed tenenda eſt, atque præciſè obſeruanda definitio Eccleſiæ,quæ eſt huiuſmodi.

Cæſar Specianus, Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia Epiſcopus Nouarien. & in Hiſpaniarum regnis S. D. N. Sixti diuina prouidentia Papæ V. & eiuſdẽ ſanctæ ſedis Apoſtolicæ,cum poteſtate Legati de latere Nuntius,&c. Vniuerſis,& ſingulis Chriſti fidelibus,quos infrà ſcriptæ literæ concernunt, ſiue in futurum quomodolibet concernere poſſunt,ſalutem in Domino. Noueritis nobis nuper ab eodẽ S. D. N. Sixto fuiſſe tranſmiſſas literas in forma breuis, tenoris infraſcripti,videlicèt(à tergo.) Venerabili fratri Epiſcopo Nouarien.noſtro,& ſedis Apoſtolicæ in regnis Hiſpaniarũ Nuntio. (intus verò.) Sixtus Papa V. Venerabilis frater,ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cum frequenter in iſtis regionibus Eunuchi quidam, & ſpadones, qui vtroque teſte carent, & ideò certum & manifeſtum eſt,eos verum ſemen emittere nõ poſſe,quia impura carnis tentigine, atque immundis comple-



Ayuntamiento de Madrid

xibus cum mulieribus ſe commiſcent, & humorem forſan quendam ſimilem ſemini, licèt ad generationem, & ad matrimonij cauſam minimè aptum effundunt, matrimonia cum mulieribus, præſertim hunc ipſum eorum defectū ſcientibus contrahere præſumant, idque ſibi licere pertinaciter contendant, & ſuper hoc diuerſæ lites & controuerſiæ ad tuum, & Eccleſiaſticum forum deducantur, requiſiuit à nobis fraternitas tua, quid de huiuſmodi connubijs ſit ſtatuendum. Nos igitur attendentes, quòd ſecundùm canonicas ſanctiones, & naturæ rationem, qui frigidæ naturæ ſunt & impotentes, iidem minimè apti ad contrahenda matrimonia reputātur, quòdque prædicti eunuchi, aut ſpadones, quas tanquam vxores habere non poſſunt, eaſdem habere vt ſorores nolunt, quia experientia docet, tam ipſos, dum ſe potentes ad coeundum iactitant, quā mulieres quæ eis nubunt, non vt caſtè viuant, ſed vt carnaliter inuicem coniungantur, praua, & libidinoſa intentione, ſub prætextu, & in figura matrimonij turpes huiuſmodi commixtiones affectare, quæ cùm peccati, & ſcandali occaſionem præbeant, & in animarū damnationem tendant, ſunt ab Eccleſia Dei prorſus exterminādæ. Et inſuper conſiderantes, quòd ex ſpadonum huiuſmodi & eunuchorum coniugijs nulla vtilitas prouenit, ſed potiùs tentationum illecebræ & incentiua libidinis oriuntur, eidē fraternitati tuæ per præſentes committimus & mādamus, vt coniugia per dictos & alios quoſcumque eunuchos, & ſpadones vtroque teſte carentes, cum quibuſuis mulieribus defectum prædictum, ſiue ignorantibus, ſiue etiam ſcientibus, contrahi prohibeas, eoſque ad matrimonia quomodocūque contrahenda inhabiles authoritate noſtra declares, & tam locorum ordinarijs, ne huiuſmodi coniunctiones de cætero fieri quoquo modo permittant, interdicas, quàm eos etiam, qui ſic de facto matrimoniū contraxerint, ſeparari cures, & matrimonia ipſa ſic de facto cōtracta nulla, irrita, & inualida eſſe decernas. Eos etiam, qui ſic iam contraxerunt, ſi appareat illos non vt caſtè ſimul viuāt cōtraxiſſe, ſed actibus carnalibus & libidinoſis operā dare, ſimul in vno & eodem lecto cū præd. mulieribus dormire conuincantur, omninò ſimiliter ſeparari cures. Nos enim ita in præmiſsis, & nō aliter, per quoſcūque iudices, & commiſſarios, quacumq; authoritate & dignitate fungentes, ſublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate, in quacūque cauſa & inſtantia iudicari & diffiniri debere, & ſi ſecus ſuper his à quocūque quauis authoritate ſcienter, vel ignoranter attentatū forſan eſt hactenus, vel attentari in poſterum contigerit, irritum & inane decernimus: non obſtātibus cuiuſuis ciuitatis, Prouintiæ, aut Regni ſtatutis, legibus municipalibus, aut cōſuetudinibus, quæ abuſus potiùs & corruptelæ cenſendæ ſunt, etiam ſi ab immemorabili tempore obſeruatæ dicantur, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Datum Romæ apud ſanctum Marcum ſub annulo Piſcatoris, die 27. Iunij. M. D. LXXXVII. Pontificatus noſtri anno tertio. Tho. Thom. Gualterutius. Nos igitur volētes ad earumdem literarum executionem, prout tenemur, deuenire, vobis omnib᷒, & ſingulis ſupradictis literas præfatas, & in eis contenta quæcumque intimamus, ac notificamus, & ad cuiuſlibet veſtrum indubitatam notitiam deducimus, necnon virtute earumdem literarum omnibus, & quibuſcumque eunuchis & ſpadonibus vtroque teſte carentibus, ne cum quibuſuis mulieribus defectum præd. ſiue ſcientibus, ſiue ignorantibus contrahere poſsint, omninò interdicimus, ac prohibemus: eoſdemque eunuchos & ſpadones ad matrimonia quomodocumque contrahenda inhabiles authoritate Apoſtolica declaramus: inſuperque ordinarijs quibuſcumque in huiuſmodi Hiſpaniarum, & Indiarum Regnis degentibus, eadem authoritate committimus, & mandamus, ne de cætero coniūctiones huiuſmodi fieri permittant,

Ayuntamiento de Madrid

mittant, & ſi quæ huiuſmodi matrimonia, ſeu coniunctiones de facto procedere forſan contigerit, nulla, irrita, & inualida fuiſſe, & eſſe decernimus, & declaramus, nec non eiſdem qui ſic matrimonium de facto de cætero contraxerint, ſub centum ducatorum, & excommunicationis maioris, alijſque arbitrio noſtro imponendis, & applicandis pœnis mandamus, quatenùs ſtatim habita notitia noſtrarum literarum huiuſmodi, ſe ab inuicem ſeparent, ordinarioſque ipſos locorum, vt ſub eiſdem cenſuris & pœnis eoſdem eunuchos, & ſpadones, qui ſic de cætero contraxerint, omni penitus conditione remota: illos verò, qui in præteritum ſic iam contraxerant, ſiquidem appareat, non vt castè ſimul viuant contraxiſſe, ſed actibus carnalibus & libidinoſis operam dare, ſimulve in vno, & eodem lecto cum prædi. mulieribus dormire conuincantur, omninò ſeparari curent: non obſtantibus legibus & conſuetudinibus, etiam ab immemorabili tempore obſeruatis, & alijs, quæ eidem S. D. N. in literis præfatis placuit non obſtare. Datum Madriti, ſub die decimaſeptima menſis Nouembris, anni milleſimi quingenteſimi octageſimi ſeptimi, Pontificatus eiuſdem S. D. N. Sixti V. anno eius tertio.

C. Epiſcopus Nouarien. Nuntius, & Commiſſarius Apoſtolicus.

Felix Nouellus Abbr.

Petrus Campezius ſecretarius.*

---

*SVMMARIVM.*

1 *Papa an poſſit diſpenſare in matrimonio rato, & non conſummato? & numeris ſequẽt. per totum cap.*

2 *Matrimonium ratum & non conſummatum, diſſoluitur quoad vinculum per religionis ingreſſum & ſolennẽ profeſſionẽ, & nu. 3. & nu. 18. ratio differentiæ aſſignatur inter votum ſolenne & ſimplex in hoc.*

4 *Matrimonium ratum ſignificat coniunctionem ſpiritualem inter Chriſtum & animã, & hæc eſt ſolubilis, ideò religionis ingreſſus ſoluit Sacramentum.*

5 *Papa poteſt diſpenſare in voto ſolenni caſtitatis, vel religionis, vt religioſus ex magna cauſa commum, putà pro regni conuerſione, vel pace, quæ aliter non ſperatur tam commodè fieri, religione relicta, vxorem ducat: ſed contra. nu. 32.*

6 *Matrimoniũ inter infideles contractum diſſoluitur, ſi alter eorum ad fidem conuertatur, & alter nolit cohabitare ſine iniuria Creatoris, propter periculum fidelis coniugis.*

7 *Religioſi poſſunt extrahi à religione, vt promoueantur ad Epiſcopatum, quia eſt maius bonum.*

8 *Papa poteſt diſſoluere matrimonium ratum, & non conſummatum, pro promotione viri ad Epiſcopatum: ſed contra nu. 30.*

9 *Papa poteſt diſſoluere vinculum ſpirituale, quod eſt inter Epiſcopum & Eccleſiam.*

10 *Matrimonium conſummatum inter infideles, eſt de iure diuino & naturali.*

11 *Summi Pontifices plures diſpenſauerunt in matrimonio rato, & non conſummato.*

12 *Authores tenentes, quòd Papa poſſit diſpenſare in matrimonio rato, & non conſummato, plures referuntur.*

15 *Indiſſolubilitas matrimonij etiam rati, eſt immediatè de iure naturali & diuino abſolutè: nam matrimonium eſt maris & fœminæ coniunctio, indiuiduam vitæ conſuetudinem retinens, & nu. 14. latius probatur.*

15 *Verba illa Matthæi 19. Quod Deus coniunxit, &c. intelliguntur etiam de matrimonio rato tantùm, & nu. 16. quod nullus homo ſeparare poſſit coniuges, quia hoc ſoli Deo eſt reſeruatum.*

17 *Ille tantùm poteſt matrimonium ratum ſoluere, qui legem dedit de eius indiſſolubilitate.*

18 *Tranſactio, ſiue alia diſpoſitio, prohibetur ſuper coniugij Sacramẽto, vt ab eo recedatur.*

19 *Referuntur Concilia, quibus probatur non poſſe diſpenſari in matrimonio rato.*

20 *Authores plures referuntur tenentes hanc partem negatiuam.*

21 *Papa non poteſt diſpenſare, vt matrimonium ratum & conſummatum diſſoluatur.*



Ayuntamiento de Madrid

22 *Papa non poteſt diſpenſare, vt per ſecundũ matrimonium ratum & conſummatum diſſoluatur prius ratum tantùm, & non conſummatum.*
23 *Matrimonium etiam ante copulam carnalem, ſignificat coniunctionem Chriſti & Eccleſiæ, atque ideò eſt vinculum indiuiduum.*
24 *Capit. cum ſocietas. 27. q. 2. interpretatur.*
25 *Duplex eſt vnio Chriſti & Eccleſiæ, vt hic.*
26 *Matrimonium ratum & non conſummatum, quod per profeſsionem legitimã diſſoluitur, diuina, non humana authoritate fit, vt nobis mater Eccleſia exemplis declarauit.*
27 *Chriſtus Ieſus an Ioannem Euangeliſtam à nuptijs ad caſtitatis profeſsionem vocauerit?*
29 *Matrimonium ratum & non conſummatum non dirimitur per ſacri Ordinis ſuſceptionẽ, niſi promotio facta ſit cum conſenſu vxoris: & an hæc limitatio ſit vera hîc agitur.*
30 *Matrimonium nõ diſſoluitur per Epiſcopalem dignitatem.*
31 *Matrimonium ratum & conſummatum, non diſſoluitur quoad vinculum, etiam per ſolenne votum, ſeu religionis ingreſſum, & profeſsionem.*
33 *Matrimonium ratum tantùm ſoluit votum ſolenne religionis, non quòd ſit fortius vinculum, ſed quòd ſit mors quædam ciuilis.*
34 *Papa non poteſt diſpenſare in matrimonio rato non conſummato, vt contrahatur cũ alia pro pace reformanda, aut tota vna gente ad fidem conuertenda.*
35 *Matrimonij indiſſolubilitas nõ ſumitur ex ſignificatione, ſed ex ſui natura, & inſtitutione diuina.*
36 *Verba illa Euangelij Matthæi 19. Qui dimiſerit vxorem ſuã &c. quomodo intelligãtur.*
37 *Matrimonium ex cauſa fornicationis ſeparatur quoad thorum, non autem diſſoluitur quoad vinculum matrimonij.*
38 *Coniugiũ Epiſcopi cũ ſua Eccleſia eſt dignius & perfectius matrimonio carnali, nõ tamẽ fortius reſpectu indiſſolubilitatis, vt hic.*
39 *Adrianus Sextus Pontifex maximus, vtriuſque iuris peritiſsimus, ſimul & Theologus, quid reſponderit cum ab eo peteretur diſpenſatio matrimonij rati, & non conſummati.*
40 *Refertur communis concordia, quæ habet, vt Papa ſubſiſtente cauſa legitima, poſsit diſpenſare in matrimonio rato, & non conſummato, aliàs ſecus: ſed reprobatur nume. 42. & ſeq.*
41 *Papa ex cauſa poteſt circa ius diuinum diſpenſare.*
42 *Papa etiam de volũtate amborum coniugum, non poteſt de poteſtate abſoluta diſpenſare ſine cauſa, contra Socinũ, vt hîc. & nu. 43. circa finem.*
43 *Diſpenſatio, quæ ſine cauſa fit, non dicitur diſpenſatio, ſed potiùs diſsipatio.*

## CAPVT XVII.

### Papa an poſsit diſpenſare, vt matrimonium ratum, & non conſummatum per copulam, diſſoluatur?

Difficilis & controuerſa nimis eſt illa celebris quæſtio, an matrimonium ratum non conſummatum copula, poſsit authoritate & diſpenſatione Papæ diſſolui: ideò qua potero claritate, ac breuitate eam diſſeram.

1 Et primò pars affirmatiua perſuaderi poteſt ex canone, Cũ ſocietas. 27. quæſtione 2. cuius litera apud Gratianum ita legitur: Cum ſocietas nuptialis ita eſt à principio inſtituta, vt præter commiſtionem ſexuum non habeant in ſe nuptiæ Chriſti & Eccleſiæ Sacramentum, &c. ex hac enim litera probari videtur, matrimonium ante carnalem copulam non ſignificare coniunctionem Chriſti & Eccleſiæ, atque ideò non eſſe vinculũ indiuiduum: ad idem eſt bonus text. in cap. non eſt dubium, eadẽ cauſa & quæſtione, cuius litera extat apud Auguſtinum, dicentem: Non eſt dubium illam mulierem non pertinere ad matrimonium, cum qua commiſtio ſexus nõ docetur fuiſſe.

2 Secundò & fortiùs hęc eadem ſententia conuinci ac probari poteſt ex text. in cap. 2. & in c. ex publico. de conuerſ. coniug. vbi probatur, quòd matrimonium ratum, & non conſummatum, diſſoluitur

Ayuntamiento de Madrid

ſoluitur,quo ad vinculum per religionis
ingreſſum, & ſolennem profeſsionem:
idem probat. l. 3. titul. 2.part. 4. & l. 7.
eiuſdem tituli, colum.2. quod & probat
Medin. in ſuo cod. de reſtitutio. quæſt.
3.cauſa 8.in reſponſione ad tertium.Di-
dacus Couarruuias in 4. de ſpōſal.2.par
te,cap.7.§.quarto. nu.6. Alfonſus à Ve-
racruce in ſpecul. coniug.2.parte.artic.
28.concluſ.2.& 3.Ioan. Matienç. in ru-
bri. tit.1. gloſſ.1. num.68. libro 5. nouæ
3 collect.reg. † & quamuis in dict.cap.ex
publico, tantùm fiat mentio de tranſitu
ad religionem, intelligendum tamen eſt
cum effectu profeſsionem faciendo in
ea, aliàs enim ante profeſsionem nō diſ-
ſoluitur matrimonium ſecundùm Abb.
ibidem num.11.pro quo eſt text.expreſ-
ſus, quem ipſe non allegat, in extrauag.
antiquæ,Ioan. XXII. de voto, & voti
redemptione, vbi dicitur, tria vota de-
bere coniugem profiteri, vt diſſoluatur
matrimonium præcedens non conſum-
matum,& quòd profeſsio debet fieri ta-
citè, vel expreſsè: id quòd decreuit ſa-
croſanctum Concilium Tridentinum
ſeſs.24.de matrim.canone 6. cuius ver-
ba ſunt hæc:Si quis dixerit,matrimoniū
ratum non conſummatum per ſolen-
nem religionis profeſsionem alterius
coniugū non dirimi,anathema ſit.Qua-
4 re † inquit Diuus Thom. in 4. diſtinct.
27.quæſt.1.art.3.quòd quia matrimoniū
ratum ſignificat coniunctionem ſpiri-
tualem inter Chriſtum & animā,& hæc
eſt diſſolubilis, ideò religionis ingreſſus
ſoluit hoc Sacramentum, quia hoc ma-
trimonium non eſt perfectum, nec ple-
nam indiſſolubilitatē habet:ergo & per
Papam diſſolui poteſt.

Quòd ſi hæc conſequentia negetur,
quia illud quod eſt ſuprà dictum,matri-
monium nempè ratum, & non conſum
matum, diſſolui per religionis ingreſsū
ſequuta profeſsione, fit ex inſtitutione
diuina ſpeciali id concedenti, & ſolus
Deus id concedere, & facere potuit, vt
infrà latiùs dicetur in reſponſionibus ad
fundamenta huius primæ partis. Repli-
cabis, quòd ſecundùm Scotum in 4. di-
5 ſtinct.38.& communem †Theologorū,
Papa poteſt diſpenſare in voto ſolenni
caſtitatis, vel religionis,vt ſcilicèt, reli-
gioſus ex magna cauſa communi, putà
pro Regni conuerſione, vel pace, quæ
aliter non ſperatur tam commodè fieri,
religione relicta,vxorem ducat, vt pro-
bat & refert Anton. à Corduba lib.1.ſui
quæſtionar.quæſt.24. & ante eum Pau-
lus Borgaſ. teſtatus eam eſſe communē
opinionem,in tract. de irregular. & diſ-
penſ. 6. part. in titul. de ſponſal. & ma-
trim.nume.64.in 7.ratione, vbi allegat
Petrum Palud.dicentem,quòd Papa diſ-
penſauit cum Rege Aragon. qui erat
monachus,ob prolem ſuſcipiendam:er-
go idem poterit & in matrimonio rato,
quia ſi poteſt in illo,quod fortius eſt vin
culum, nempè quia per illud diſſoluitur
matrimonium ratum: ergo & in hoc,
quod eſt minùs forte, iuxta regulam vul
garem,Si vinco vincentem te, à fortiori
vincam te,vt in l.de acceſsionibus. ff.de
diuerſ. & temporal.præſcript. Prætereà
ſi per ingreſſum religionis, ſubſequuta
profeſsione, diſſoluitur matrimonium
ratum ex conſtitutione Papæ: ergo per
aliam meliorem cauſam idem facere po-
terit Papa, nempè ſi Rex, vel Princeps
contraxiſſet per verba de præſenti cum
vna, non ſequuta copula, & poſteà vel-
let contrahere cum alia, quæ eſſet Re-
gina multarum gentium, & ob hoc vel-
let effici Chriſtiana cum regno ſuo: hoc
enim eſſet bonum commune, & abſque
dubio maius, vnde præferendum bo-
no particulari, quia vtilitas commu-
6 nis † præfertur priuatæ, vt in capitu-
lo ſcias. 7. quæſtione 1.cum ſimil.Acce-
dit, quòd ſi diſſoluitur matrimonium,
etiam conſummatum,inter fideles con-
iuges, ſi alter eorum ad fidem conuer-
tatur, & alter nolit cohabitare ſine iniu
ria Creatoris,vt in cap. quāto.de diuor.
propter periculum fidelis coniugis, à
fortiori diſſolui poterit matrimonium
ratum tantùm propter tantum bonum,
vt vnum regnū,& ſic plures animæ con
7 uertantur, & ſaluentur. † Prætereà Epi-
ſcopari eſt maius bonum, quàm religio,



Ayuntamiento de Madrid

quia videmus quòd religioſi extrahuntur à religione, vt promoueantur ad Epiſcopatum, quia religio eſt bonum particulare, Epiſcopale verò officium eſt vniuerſale. Poterit igitur Papa diſſoluere
8 matrimoniũ † ratũ & non conſummatũ pro promotione ad Epiſcopatum, vt verior opinio habet, de qua latiſsimè per Paulum Borgaſ. de irregularita. 6. parte, tit. de ſponſal. & matrim. num. 77. & ſequent. vſque in finem.

Tertiò, eadem ſententia affirmatiua probatur, quia ſi huiuſmodi matrimonium ratum ſignificaret illam coniunctionem inſeparabilem inter Chriſtum & Eccleſiam, nec per ingreſſum religionis ſolui poſſet, quia violatio illius Sacramenti & ſignificationis ſacrilega eſſet, ibique ſignificaretur, quòd ſolubilis eſſet coniunctio ſignificata in illo matrimonio: conſequens autem eſt falſum, quia regulariter abſque vlla diſpenſatione licitum eſt illis ingredi in religionem, vt eſt probatum modò: ergo & antecedens.

Quartò probatur, quia in dicto cap. ex publico, dicitur, quòd authoritas diui Matthæi cap. 19. quæ habet, non licere viro, niſi ex cauſa fornicationis vxorem ſuam dimittere, intelligenda eſt de matrimonio conſummato: ergo non de rato tantùm, à quo vterque coniugum, altero etiam inuito & contradicente, poteſt ingredi, & profiteri religionem intra duos menſes, de quibus ibi: ergo cùm hac ratione matrimonium ratum ſoluatur, ſuaptè natura non eſt inſolubile, atque ideò Romani Pontificis diſpenſatione ſolui poterit.

9 Quintò probatur in cap. inter corporalia. & in cap. quanto. de tranſlatione Epiſcopi, vbi habetur, quòd cùm fortius ſit ſpirituale vinculũ, quàm carnale, dubitari non debet, quòd omnipotens Deus ſpirituale coniugium, quod eſt inter Epiſcopum & Eccleſiam, ſuo tantùm iudicio reſeruauit diſſoluendum, qui diſſolutionem etiam carnalis coniugij, quod eſt inter virum & vxorem, ſuo tãtùm iudicio reſeruauit, præcipiens, vt quod Deus coniunxit, homo non ſeparet: non enim humana, ſed diuina potiùs poteſtate coniugium ſpirituale diſſoluitur, cùm per tranſlationem, depoſitionem, aut ceſsionem authoritate Romani Pontificis, quem conſtat eſſe Vicarium Ieſu Chriſti, Epiſcopus ab Eccleſia remouetur: ex quo deduci poſſe videtur, quòd ſi illud fortius vinculum Epiſcopi cum ſua Eccleſia, Papa poteſt authoritate diuina ſibi data diſſoluere: ergo à fortiori eadem authoritate diſſoluere poterit vinculum matrimonij rati & non conſummati, quod quidem vinculum minùs forte eſt. Quæ conſequentia inde fortior efficitur, quòd ea quæ de vinculo matrimonij non diuidendo dicuntur Matthæi 19. & 1. Corinthiorum 7. Alligatus eſt vxori, &c. Papa in ſupradictis cap. expreſsè tribuit Epiſcopo cum ſua Eccleſia, ſicque communiter allegantur iura illa ad hoc quòd valet argumentum de matrimonio carnali ad ſpirituale, vt per Doctores ibidem, & per Euerardum latè in ſua cent. legal. loco 33. à matrimonio carnali ad ſpirituale.

10 Sextò probatur, quia matrimonium conſummatum inter fideles, eſt de iure naturæ. l. ius naturale. ff. de iuſtitia & iure. & Inſtitut. eodem. in princip. declarat ſanctus Thomas diſtinct. 26. quæſt. 1. art. 1. & de iure diuino, quia à Deo inſtitutum eſt matrimonium, vt eſt prædictum: verba namque illa, Propter hanc relinquet homo, &c. non fuerunt dicta tantùm fidelibus, ſed infidelibus, proferente Matthę. c. 20. ergo inter eos videtur eſſe verum matrimonium, cap. 1. 28. quæſt. 1. §. ſed è contra. & quòd ſit de iure diuino, probatur etiam in cap. de infidelibus. de conſang. & affinit. & tamen vno ex coniugibus infidelibus ad fidem conuerſo, diſſoluitur matrimonium in caſu dict. capit. quanto. de diuort. vt eſt prædictum: ergo poterit etiam Papa diſſoluere ex cauſa matrimonium ratũ inter fideles.

11 Septimò, eadem pars affirmatiua probatur, quia vt refert Beatus Antoninus, Archie-

Ayuntamiento de Madrid

Archiepiſcopus Florentinus in 3. parte ſuæ Summæ, titulo 1. cap.22. Martinus Quintus,& Eugenius Quartus,& Nicolaus Quintus, qui ei ſucceſsit, & poſteà plures alij Romani Pontifices,in tali matrimonio rato diſpenſauerunt:& dũ huiuſmodi diſpenſatio peteretur à Sixto Quarto,fuerunt ei productæ quatuor copiæ diſpenſationum ſimilium factarũ per Martin.& Eugen.Quartum, in vno propter lepram ſuperuenientem,in alio propter odium & maleuolentiam, quæ emerſerat inter virum & vxorem, ad ſcandala vlteriùs vitanda,vt refert Paulus Borgaſ. vbi ſuprà numer.74. & non ſunt propter hoc reprobandi, dum de oppoſita veritate non conſtat manifeſtiſsimè.

12 Et ne authoritate careamus,hanc partem affirmatiuã in terminis noſtræ quęſtionis in primis tenet gloſ. Bernardi in capit. ex publico. gloſſ. vltima.de conuerſ.coniug.communiter approbata,vt ibi teſtatur Abb. idem Abb. in 1. diſputat.colum.3.Præpoſit.in cap.fin.de ſponſa duorum.per text.ibi,& in capit.2.nu.6.de ſponſal.Decius conſil.112. Felin.in cap.quæ in Eccleſiarum. num.20. & ibi Decius num.13.de conſtit. Hieronymus Gratus conſil.1. nu.31. volum.2.Loazes in tracta.de matrimo.2.dubio.in 2.argumento pro parte affirmatiua. idem in tract. de noua conuerſione pagan. columna 33.Caietan.in opere 27. quæſtionum,quæſt.25.Sylueſt.in Summa.verb. diuortium.quæſt. 4. Ambroſ. Catharinus lib.6. contra Caieta.cap.3. & plures alij relati per Paul.Pariſ.conſil.51. num. 14.volumine 4. Hieronymus de Monte libro variarum quæſtionũ,quęſt.6.Conrad.in templo omnium iudic.in titul.de Pontifice,& Michael Medina libro 5.de ſacrorum homin.continẽtia, cap.88. & hanc eſſe opinionem probabilem, & in Curia Romana ſeruari ſolitam à ſummis Pontificibus, profitetur Diuus Antoninus vbi ſuprà, & Caietanus etiã vbi ſuprà: & in hoc caſu non eſſe inijciendum ſcrupulum docet erudité Nauar. in Manuali Latino, cap.22.nu.21.ſequitur ante eum Ioan.de Selua in tractat.de iure iurand.4.part.nu.61. teſtatur communem Curt.Iun.conſil.170. num.1. & Emanuel Suarez in ſuo theſaur. receptarum ſentent.verb.matrimoniũ.5.in volum. communium opinionum diuerſ. doct.pagin.524. ſequitur Præpoſit.vno verbo in cap. de illis el 1.colu.3. ibi, Vel diſpenſatione Papę,de deſpóſat. impub. Decius conſil.603.nu.7. Quod videtur repetitum conſil. 681. num.13. idem reſpondet Gozadinus conſilio 2. num. 3. verſic. quinto poſito, &c. copioſè ſcribit Silua nuptial. libro 1.nu. 152. & 159. dicit etiam communem Marian. Soci. conſil.28. volum.1. hanc latiſsimè duodecim fundamentis probat & ſequitur aduerſus Theologos, pro quibus etiam alia duodecim fundamenta adducit Paulus Borgaſ. vbi ſuprà.à num.21. cum ſequent,vſque ad nu.76.incluſiuè, in quo numero hãc affirmatiuam tenet, refertque eã tenere Henricũ Andegau.quodlibet.5.His tamen omnibus non obſtantibus(ſalua correctione ſacroſanctæ matris Eccleſiæ,& authoritate, & poteſtate ſedis Apoſtolicæ, cui in omnibus me ſubmitto, quamq; recognoſco & profiteor) cõtraria ſententia, & ſic negatiua, in noſtra quæſtione in puncto iuris verior, & próbabilior mihi videtur, imò quòd Papa non poſsit diſpenſare, vt matrimonium ratum & non conſummatũ diſſoluatur:& quidem.

13 Primò,quia indiſſolubilitas matrimonij, etiam rati eſt immediatè de iure naturali,& diuino abſoluto,id eſt,quod nõ oritur, nec dependet ex aliquo actu humano, ſed ex Dei præcepto tantùm: vt primò patet, quia de ratione & diffinitione matrimonij eſt talis indiſſolubilitas: nam matrimonium eſt maris & fœminæ coniunctio indiuiduam vitæ conſuetudinem retinens, vt in l.1. ff.de ritu nuptia.§.1. Inſtitution. de patria poteſt. c.illud.in fine. de præſumpt. & in Summa 27.quæſt.2.l.1. tit.2. part.4. † Et ſta-
14 tim ab ipſa eius inſtitutione in Adã, per conſenſum legitimum ratum fuit iure diuino & naturali indiſſolubile, niſi

Deo ipſo diſpenſante, vt ſignificant ver ba illa Adæ, Hoc nunc os ex oſsibus meis, & caro de carne mea: propter hāc relinquet homo patrem & matrē, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna: quæ quidem verba in ſtatu inno centiæ, ante conſummationem matrimonij prolata ſunt. Secundò idem probatur 1. Cor. 7. His, qui matrimonio con iuncti ſunt, pręcipio nō ego, ſed Dominus, vxorem à viro nō diſcedere: & Roman. 7. Mulier viuente viro alligata eſt legi, &c. Tertiò, ex illo Matthæi ſæpè ci tato cap. 19. Quod Deus coniunxit, homo nō ſeparet: quod refertur in cap. debitum. de bigam. & in alijs locis iuris Canonici, & in propoſito adducit Alfonſ. à Veracruce in ſpecul. coniug. 2. parte, articul. 7. Fortun. Garſ. in l. 1. colum. 9. ff. de iuſtitia & iure. F. Antonius à Cordub. vbi infrà citabitur, & cæteri de hac re agentes.

15 Nec contra hoc obeſt prima euaſio Caietani vbi ſuprà dicētis, quòd prædicta omnia intelliguntur de matrimonio conſummato, quia videlicèt, ad illud tanquam ad perfectum matrimonium, in ſignificando coniunctionem Chriſti & Eccleſiæ, referūtur omnia verba illa, & Geneſ. 2. & ratio indiſſolubilitatis matrimonij, quia verba illa, Quod Deus coniunxit, &c. referuntur ad præcedentia, ab illiſque recipiunt intellectum, quibus dicitur, Erunt duo in carne vna: quomodò enim erunt duo in carne vna, ſi nunquam fuerit ſequuta copula? quia non dicuntur vna caro, niſi per legitimam copulam carnalem, vt in cap. lex diuina. 27. quæſtione 2. & duobus ſequent. & in capit. Martinus. de cognat. ſpirit. ergo ſeparare eos ante copulam, non eſt contra Euangelium: adde Auguſtin. in capitul. non eſt dubium. 27. quæſtione 2. & cap. ſequent. & cap. debitū. de bigam. De matrimonio autem rato & non conſummato minimè intelliguntur præfata verba, niſi inchoatiuè, & in ordine ad conſummatum: nā reſpondeo primo, quòd Dominus ac Redemptor noſter in loco illo Matthæi 19. generaliter fuit interrogatus à Phariſæis, an ex quacumque cauſa liceret relinquere vxorem, & ita etiam generaliter abſque vlla diſtinctione matrimonij rati vel conſummati reſpondet: Nō legiſtis, &c. Quod Deus coniunxit, homo non ſeparet. Item, quia ſi ſolùm de conſummato intelligeret, ergo ratum poſſet ex ſola voluntate, vel ex qualibet cauſa abſque vlla diſpēſatione diſſolui, quod eſt euidenter falſum: igitur, &c. Tertiò, quia ex prædictis verbis Dñs non nouum ius ſuperinduxit matrimonio priùs inſtituto in paradiſo, ſed ſolùm per conſequentiam ex Dei verbis ore Adæ prolatis, Propter hoc relinquet homo, &c. Geneſ. 2. infert Dominus reſponſionem ſuam, Quod ergo Deus coniunxit, &c. Igitur de eodem matrimonio intelligitur hæc conſequētia, de quo antecedens. Sed antecedens, nempè Geneſ. 2. Propter hoc, &c. dictū eſt, atq; intelligitur de matrimonio rato nondū conſummato, quod erat in officium naturæ, etiam pro tempore quo ſolùm ratum erat: id enim dixit Adam excitatus à ſopore, cùm primùm vidit vxorem à Deo ſibi datam in ſtatu innocentiæ: ergo de tali matrimonio rato intelligitur conſequens, de quo Matthæi 19. Quod prætereà roboratur, quia ratum dicitur, quod firmum & humana voluntate indiſſolubile eſt.

16 Secunda euaſio Caietani, quæ habet, quòd verba illa, Quod Deus coniunxit, &c. intelliguntur formaliter de ſe, id eſt, quia matrimonium de ſe eſt indiſſolubile: ſecus autem ſi diſſoluatur per eū, qui id facere poteſt, qualis eſt Papa per ſuam diſpenſationem: nam cùm Papa diſſoluit, non homo, ſed Deus, cuius authoritate id fit, diſſoluit, non etiam obſtat, quoniam hoc eſt contra intentionem Chriſti per Matth. ca. 19. dicentis, Quod Deus coniunxit, homo non ſeparet. Nam quamuis Papa authoritate Dei, vt eius miniſter faciat, quod facere poteſt, & ita Deus per ipſum id faciat: at dū Chriſtus vbi ſuprà dicit, Quod Deus coniunxit, homo nō ſeparet, ſignificauit quidem,

Ayuntamiento de Madrid

quidem,quòd nullus homo ad id poteſtatem habeat à Deo ſibi conceſſam, ſed ſibi ſoli reſeruauit:& comprobatur, quia matrimonium ratum eſt Sacramentum nouæ legis: ergo ſicut Papa non poteſt inſtituere,ita nec deſtituere.

17 Secundò eadem ſententia negatiua probatur,quia ille tantùm poteſt matrimonium ratum diſſoluere, qui legem dedit de eius indiſſolubilitate:ſed ſolùm Deus eam dedit,vt prædiximus,ergo ſolus ipſe Deus poterit id diſſoluere,cuius volũtatem Eccleſia declarat ex Chriſti verbis,vt aſſerit Alfon. à Veracruce in ſpecul.cõiugior. 2.par.art.28.cõclu.1.& 4.

18 Tertiò,pro eadem ſententia facit bonus text.in cap.fina.de tranſact.ibi,A ſecuritate canonica circa illud recedere nõ licebit:vbi prohibetur trãſactio ſiue diſpoſitio ſuper coniugij Sacramento, vt ab eo recedatur,quia non ſolùm apud Latinos, & Græcos,ſed etiam apud fideles & infideles exiſtit: & inquit gloſ.verb. Sacramentum,ibidem in verſi.circa gradus, quòd nulla diſpenſatio adhibetur ab Eccleſia,vt matrimonia legitimè contracta ſeparentur,& quòd de tali diſpenſatione ille text.intelligitur: nam vt patet in integra,quidam vxores legitimas dimittebant,& alias ducebant, cum talibus nulla diſpẽſatio adhibetur,vt ſic remaneant cum ſecundis,qui tex.cum ſua gloſ.cum generaliter loquatur in Sacramento matrimonij, de rato,non ſolùm de rato,& conſummato ſimul intelligendus eſt,ſicque maximè vrget pro hac ſecunda,& veriori ſententia.

19 Sed & alijs pluribus fundamẽtis hæc eadem pars comprobari poteſt,quæ conſtant ex authoribus infra citãdis eam tenentibus,præcipuèque,& quarto ex Cõcilio Eliberitano.c.8.& 9.& Tolet. 1. c. 16.& Toleta.12.c.8.& ex decretis Siriaci c.4.& Innocen.ad Victor.c. 12. & ad Exuperium.c.6.& Calixti Papæ decret. 20 & exẽpla beati Greg.Papæ ad Theoſticã Patriciam citatis & relatis ab Ant. de Cordu.vbi infra.

20 Quare hanc ſecundam ſententiam,& ſic negatiuam,rectiùs probarunt Theologi omnes (excepto Caieta. Syluest. & Gather.vbi ſupra)in 4.ſentent.diſtin.33. & 27.eſtque communis opinio eorum ſecundùm Caiet.vbi ſupra, cui potius patrocinatur Abb.in dict.cap.ex publico. col.fin.quàm contrariæ: & hanc ſequitur Ioan.Lup.Decan. Segouieſ. in tract. de matrim.num.30.& Iacob.Almain de poteſt.Eccle.c.15.eam ſequitur,communem Theologorum & veriorem affirmans D.Couarr.in 4.de ſponſal.2. part. capi. 7.§.4.nu.14.& Specul.coniug.vbi ſupra, concluſ.3.ad fin.& F.Franc. à Victoria in tract.de poteſt.Papæ & Concilij,concluſ.ſiue propoſit.1. in reſponſ.ad 1.argumentum,& in ſumma de matrim. quæſt.283.& 306.& F. Dom.à Soto lib. 7.de iuſtitia & iur.quæſt. 2. art. 5. & eſſe vniuerſalem ſententiam Theologorum eam latè & optimè probans teſtatur idẽ in.4.diſtin.27.quæſt.1.artic.4.in.3.concluſ,pag.113.Hanc etiam teſtatur eſſe cõmunem Theologorum & Canoniſtarũ ſententiam (ſed in hoc de Canoniſtis fallitur,quia communiter ipſi tenent contrarium,vt ſupra vidimus)ipſamque ſex fundamentis latiſsimè comprobat & ſequitur F.Ant.à Cordub.lib. 1. ſui quæſtionar.quæſt.25.qui eſt videndus per totam illam quæſtionem:idem quanuis incidenter hanc opin. dicit communem eamque ſequitur & veriſsimam cenſet d. lib.1.quæſtionarij.quæſt.11.ar.1.opin. ſecundæ.pag.125.ad finem.eandem etiã, ſequitur & affirmat proculdubio eſſe tenendam,quia eſt communis Theologorum,quibus magis in hanc re quàm Canoniſtis eſſe credendum affirmat Matienço in rubri.de matrim. titu. 1. lib.5. nouæ collect.reg.nu.75. & ſequent. qui à nu.74.incipit examinare quæſtionem fol.11,& inquit F.Ioſeph. Angles in ſuis florib.Theologic.quæſt.lib.1. quæſt. de impedimento matrimo.conclu.3.pagin. 407.quòd matrimonium ratum ex diuina inſtitutione non niſi per ingreſſum religionis ſoluitur, & quòd hæc eſt communis opinio contra quandam gloſ.iuris Canonici, quam refert & confutat Scotus diſt.34.ſicque voluit atque ſenſit

M 5 hanc

Ayuntamiento de Madrid

hanc partem,& eam expreſsè probauit idē Angles in quæſtione de eſſentia matrimonij,in hac eadem difficultate,pag. 373.

21 Ex quibus reprobanda venit opinio Socin.conſil.28.volu.1.col.penul.dicentis,Papam poſſe diſpenſare,vt matrimonium ratum,& carnali copula conſummatum dirimatur quoad vinculum: etenim ex ſupra dictis conſtat eſſe falſiſsimam, etſi eidem conſentiant Decius in cap.quę in Eccleſiarũm.nu.13.de conſtitu.Hieronym.Gratus conſil.1.nu.31.lib.2.& Sigiſmundus Lofredus conſi.50.nu.41.ſed cęteri omnes eam falſam eſſe iudicarunt, vt ſunt Abb. in d.c.ex publico. in fine.Bald.in.c.lator.de re iudic.Felin. in dict.cap.quæ in Eccleſiarum.nu.23.& eos referens D.Couar.vbi ſupra, nu. 14. qui expreſsè Socinum & ſequaces reprobat.Ioan.de Selu.de iure iurand. 4. part. nu.28.fol.9. & hanc teſtatur communē Hieronym.Cagnol,in.l.nuptias.nu. 14. ff.de regul. iur. ſequitur etiam eam Alfonſ. à Veracruce in ſpecul. coniug. 2. part.arti.28.concluſ.3.propé fin. quibus cæteri frequentius acceſſerunt cōtra Socin. ſecundùm Matienço vbi ſupra,nu.

22 76.qui etiam contra eum tenet,† dicens deceptum fuiſſe in hoc Ioan. Andream, patrem Canoniſtarum dictum ob inſignem doctrinam & eruditionem, in cap. quod votũ. de voto, & voti redempt.in 6. dicentem poſſe Papam conſtituere, quòd per ſecundum matrimonium ratũ & conſummatum irritetur primum ratum & non conſummatum: cui acceſsit Panormita.in dict.capit.ex publico. de conuerſ.coniug.ſed aberrant teſte Veracruce, vbi ſupra in.4.concl.in ſecunda ratione,& contra Ioan.Andr.in hoc videtur bonus text. in cap. fin. de ſponſa duorum, vbi quòd ſedes Beati Petri tenet &docet,vt matrimonium ratũ prius præferatur ſecundo conſummato,& reprobatur conſuetudo contraria ciuitatis Mutinenſis.

23 Et tenendo hanc ſententiam communem Theologorum,non obſtant modò adducta pro contraria parte:& non quidem primum, quia negamus matrimonium ratum non ſignificare coniunctionem Chriſti,& Eccleſiæ, cum imò iuxta communem aliam Theologorum ſentētiam atque traditionem in 4.ſentent.diſtin.26.matrimonium etiam ante copulam carnalem ſignificet coniunctionem Chriſti & Eccleſię,atque ideò indiuiduũ vinculum ſit.At text.in dict.capit..cum ſocietas.27.quæſt.2.ſupra adductus contra hanc communem ſecundùm literam Gratiani non obeſt,quoniam verba Leonis Papæ,cuius eſt caput illud, aliter le-

24 guntur in ſuis epiſtolis, † nempe epiſtola 90.ad Ruſtic.Narbonenſ.c.4.in. 1.tomo Concil.vbi ita legitur: Vnde cùm ſocietas nuptiarum ita ab initio conſtituta ſit,vt præter ſexuum coniunctionem, haberet in ſe Chriſti, & Eccleſiæ Sacramentum,non dubium eſt, illam mulierē non pertinere ad matrimonium,cũ qua docetur non fuiſſe nuptiale myſterium. Prætereà,illa dictio,Præter, d.c.cum ſocietas.eſt pro dictione, Vltra,aſſumēda: verùm hæc adhuc non probant Caiet. opin. quia ſunt intelligenda quoad matrimonium repræſentans coniunctionē Chriſti,& Eccleſiæ per carnis aſſumptionem, vt probat text. in cap.debitum.de bigam.non tamen ſequitur ex hoc, coniugium ante copulam non ſignificare cōiunctionem Chriſti & Eccleſiæ per charitatem & dilectionē,& ſic coniunctionē Chriſti cum anima iuſta, authore Magiſtro ſententiarum diſtin.26.vti reſpondet D.Couarr.vbi ſupra num.13.& probat latè Anto.à Cordub.vbi ſupra pagi. 219.col.1.in verſi.negatur etiam.

25 Duplex namque eſt vnio Chriſti & Eccleſiæ, vna eſt per vnionem hypoſtaticã naturę humanę ad Verbum,in qua Verbum ſibi vniuit hypoſtaticè humanã naturam,ita vt Deus homo,& homo Deus ſit,quam reprę̃ſentat ſolum matrimoniũ conſummatum,in quo alter alterius ſumit poſſeſsionem & vna fit caro vtriuſque: & de hac tantùm vnione loquitur expreſsè d.c.cum ſocietas & cap.debitũ. de bigam.non verò matrimonium ratũ, quanuis dici poſsit,quòd eius indiſſolubilitatem

Ayuntamiento de Madrid

bilitatem bene repręſentet. Altera verò eſt vnio Chriſti et Eccleſiæ, nempe per fidem & gratiam vel charitatem, quæ vnio eſt indiſſolubilis,& fuit ſemper ante incarnationem, ſicut ſemper fuit Eccleſia Deo dilecta, quanuis id perperam aliquo modo negare videatur Caiet. vbi ſupra:& hanc vnionem matrimoniũ ratum repræſentat,vt probat glo.verb.Sacramentum.& ibi doct.in dict. cap. debitum.Quod inde patet,quia matrimonium Adæ ratum in ſtatu innocentiæ illam repræſentauit,Epheſ.cap.5.Sacramẽ tum hoc magnum eſt in Chriſto & Eccleſia,&c.quicquid hoc etiam malè neget Caieta.dicens,quòd imperfectè & inchoatiuè tantũ,m& in ordine ad matrimonium conſummatum id repræſentat: & quanuis Beatus Thomas vbi ſupra allegatus in primo fundamento contrarię partis intelligat matrimonium ratũ non eſſe adeò perfectum,nec tam indiſſolubile,vt conſummatum,ideò eſt, quia illud per ingreſſum religionis diſſolui poteſt, hoc autem minimè,& quia illud non ita repræſentat vnionem hypoſtaticam vt conſummatum, non autem ideò intendit, quòd illud per hominem, etiam per Papam,vllo modo diſſolui poſsit.

Secundum etiam fundamentum prioris partis non obeſt,nempe text. in dict. capit.ex publico. de conuerſ. coniugat. cum ſupra adductis, quatenus probauimus matrimonium ratum diſſolui per ingreſſum religionis & legitimam profeſſionem ipſius.

26 † Reſpondemus namque nihilominus matrimonium,tam ratum, quàm conſummatum, ex ſua natura & inſtitutione diuina diſſolui non poſſe,vt ſuprà eſt probatum,niſi vbi ipſum ius diuinum vel naturale id concedit vel ſtatuit,prout eſt in caſu dict.cap. ex publico, nempe per ingreſſum religionis & profeſsionem legitimam ipſius:hoc namque diuortium quoad vinculum matrimonij,non humana,ſed diuina authoritate fit:quia indiſſolubilitas matrimonij ſtatuta eſt à iure diuino,vt conſtat Matthæi 19. & eſt prædictum: Eccleſia ergo non potuit aliquid contra id præceptũ definire, ſed ex verbis ipſius Chriſti intellexit diſſolui poſſe matrimonium nõ conſummatum,per ſolennem religionis profeſsionem,vt conſtat ex dict. cap. ex publico, vbi dicitur, hoc deduci à ſacri eloquij interpretatione: bonus text.in cap.2.verb.ſanctis,eodem titul.adiuncta gloſ. 1. ex quo idem ſenſit Abb. in dict. cap.ex publico,in fine:ergo diſſolui non potuit,niſi in caſu quo Chriſtus inſinuauit diſſoluendum ex verbis vel relatione facta,vt conſtat ex cap. ex parte tua.14. de conuerſ.coniugat.vbi Summi Pontifices loco Dei conſtituti cognoſcentes voluntatem diuinam, declarauerunt ex intentione Chriſti fuiſſe, matrimonium ratum non conſummatum ſolui per ingreſſum religionis & ſolennem profeſſionem,vt rectè aduertit Alfonſ.à Veracruce in ſuo ſpecul. coniug. 2. part.art. 28.concl.3.& ante eum probauit D.Couar.in 4.ſecunda parte,cap.7. §.4. nu.6.

27 † Quod etiam eo exẽplo nonnulli doct. probare nituntur, quòd Chriſtus Ieſus Ioannem Euangeliſtam à nuptijs ad caſtitatis profeſsionem vocaſſe dicunt,citãtes in id Diuum Auguſtinum,atque ſanctum Hieronymum in ſuis præfationibus in Euangelium Ioannis,vt facit Couar.vbi ſupra: fuit enim vera religio Apoſtolorum quoad votum obedientiæ, caſtitatis,& paupertatis, quia negauerũt ſemetipſos & omnia,iuxta illud Matthęi 19.Ecce nos reliquimus omnia,& ſequuti ſumus te, &c. Quinimò eſt ferè communis opinio,quòd nuptiæ illæ factæ in Canà Galilæę,de quibus in Euang.Ioan. c.2.fuerunt eiuſdem Ioannis Euangeliſtę,è quibus eum vocauit Chriſtus ad Apoſtolatum,reſeruando eius virginitatẽ, ita Beda,& Thomas Caiet.ibi, & Cyrillus in quæſtion. ſuper Euangelia,quæſt. 17.Rupertus ait eſſe communem doctorum opin.Lyra ait eſſe adeò certum, vt ex eo loco doct. argumentari ſoleant quod prædiximus, matrimonium nempe ratum non conſummatum dirimi per ingreſſum religionis: idem probare videtur Paludan.in 4. diſtinct.27.quæſt.3.in verſic.quantum ad 3.fol. 149. col. 2. inquiens,

Ayuntamiento de Madrid

quiens, quòd Chriſtus vocauit Ioannem de nuptijs ad Apoſtolatum, etiam inuita vxore, ſecundùm illos, qui dicunt, quòd ipſa erat Magdalena, quę propter hoc indignata luxuriata eſt. Præcedens tamen ſententia communis circa nuptias beati Ioannis non eſt vſquequaque certa, vt exiſtimo, imò aliena videtur à doctrina Patrum: id namq; nullo modo colligi poteſt ex Scriptura nec traditione, nec vllus Patrum ante Bedam id ſenſit, nec ſenſiſſe ipſe commemorat: & præterea contrarium probatur. Primò, quia ſi Ioanes diſſoluto matrimonio, tunc fuiſſet ſequutus Chriſtum: ergo illa vocatio Ioannis fuiſſet vltima, poſt quam ipſe non rediJt ad ſeculum: at vltimam vocationem Ioannis fuiſſe vno anno poſt has nuptias patet ex Matthæi cap. 4. vbi deſcribitur vltimam vocationem Ioannis factã poſt quam Ioannes Baptiſta erat iam in carceribus, vt ipſemet dixit: hæ autem nuptiæ factæ ſunt vno anno ante carcerẽ Ioannis, quæcunque enim narrat Ioannes in prædicto, & alijs duobus cap. facta ſunt Ioanne baptizante adhuc. Secundò, quoniam Patres docẽt, Ioannem perfectam coluiſſe virginitatem, & ideò tantopere dilectum fuiſſe à Chriſto: ſi autem Ioannes duxiſſet vxorem, violaſſet virginitatem propoſito aliquo, quia faciens nuptias, animo conſenſiſſet carnali copulę. Tertiò, quia Chryſoſtom. Cyril. Auguſt. & ferè omnes Patres reddentes cauſam quare Chriſtus voluit intereſſe his nuptijs, hanc præcipuè adducũt, vt ſua præſentia honoraret & cõfirmaret nuptias, eaſque oſtenderet bonas eſſe & gratas Deo, & hoc argumentum afferunt aduerſus Marcionem, & Manichæos damnantes nuptias, quòd Chriſtus ſua præſentia eas confirmarit: atqui ſi Chriſtus veniens ad nuptias diſſolueret eas, vocãdo ad ſe Ioannem, non honoraſſet nutias, imò ex eo colligi poſſet eas repudiaſſe: at verò præfationes in Ioannis Euangelia ſupra citatæ nec ſũt Auguſtini, nec Hieronymi, quæ enim tribuitur Auguſtino, eſt Bedæ, Auguſtinus enim abhorruit ab iſta ſententia, ſiquidem in vltimo tractatu in Ioannem refert, multis Eccleſię doctoribus placuiſſe, & ſibi, Ioannem nunquam duxiſſe vxorem, ſed à prima ætate coluiſſe virginitatem. Præfatio autem quæ Diuo Hieronymo tribuitur nõ congruit ſtylo, nec ingenio Hieronymi: quinimò Hieronym. lib. 2. contra Iouin. docet, Ioannem, cũ eſſet vocatus à Chriſto, fuiſſe adoleſcentem ac pené puerum, qua ætate non eſt credibile duxiſſe vxorem: & ita rectiùs meo iudicio Ioan. Arboreus in ſua Theoſophia. lib. 1. cap. 32. probauit, quòd excepto Petro Apoſtolo, non probatur aliquem ex Apoſtolis fuiſſe coniugatum. Sed quanuis præd. exemplum certum non ſit ad confirmanda ſuperiora, alia tamen referuntur in cap. ſcripſit nobis. 27. quæſt. 2. quibus & alijs hoc nobis mater Eccleſia declarauit, vt inſinuat Natalis Bed. in cenſura errorum Fabri ſuper Euang. Ioan. & alij relati à Couar. vbi ſupra, & præterea à Dominico à Soto lib. 7. de iuſtitia & iur. quæſt. 2. art. 5. verſi. negamus ergo: & Matienço in rubri. titul. 1. de matrimo. lib. 5. nouæ collect. reg. gloſ. 1. nu. 69. Tãdem credẽdum eſt Eccleſiæ in ſacri Euangelij interpretatione: † quare non idem erit per votum 28 ſimplex: per votum namque ſolenne fit traditio realis perſonæ, non verò ſic per votum ſimplex, in quo ſolùm eſt promiſſio nuda abſque traditione: quicumque ergo ſe alteri tradit, ſuam illi voluntatem mancipando, iure naturæ & diuino fit inhabilis ad alium ſtatum: qui vouet ſolenniter, ſe tradit Deo, abdicando à ſe ius ducendi vxorem, poſsidendique proprium, quam non cognouit carnaliter: nil mirum ergo ſi vinculum matrimonij rati & non conſummati fortiori actu dirimatur, nempe ex profeſsione, ſolennique voto caſtitatis, & ſic traditione reali ad ſpiritualia ſubſequuta: non ſic per votum ſimplex caſtitatis, quo hæc traditio realis non fit, ſed eſt ſimplex promiſſio: ita explicat ſanct. Thom. in 4. ſentent. diſtin. 27. quæſt. 2. ad fin. & ibi Palud. quæſt. 3. idem Thomas diſtin. 38. q. 1. & D. Couar. alios referens vbi ſupra nu. 7. & 8. ſentit Ioan. à Medina de reſti. q. 3. cauſa

qu. Barb. ... cap. 2. ... nº. 4. et 5.

Ayuntamiento de Madrid

cauſa 8. ad 3. & Soto bene comprobans vbi ſupra, atque Matienç. d. gloſ. 1. num. 70. & 71. vbi adducit etiam in argumentum. l. quoties. C. de rei vendic. & l. 50. titul. 5. part. 5.

29 Sic etiam nec per ſacri ordinis ſuſceptionem dirimitur matrimoniũ ratum, etiam non conſummatum, iuxta deciſionem. text. in extrauagan. antiquæ, Ioan. XXII. titu. de voto, gloſ. communiter recepta in. c. vnic. de voto in. 6. probat bene Palud. vbi infra ſtatim citabitur, & fatentur omnes per d. extrauag. ſecundum Palud. Borgaſ. vbi ſupra, nu. 77. vbi cum Aretino conſi. 59. limitat, ſi promotio ſit facta de conſenſu vxoris, de qua limitatione dubito, imò exiſtimo eã nõ eſſe veram quoad diſſolutionem matrimonij, cũm id nullibi reperiatur Chriſtum inſinuaſſe, ſicut voluit, quòd matrimonium ratum non conſummatum diſſolueretur per ingreſsum religionis & profeſsionem in ea: cúm igitur vinculũ matrimonij, etiam rati tantùm ſit, indiſſolubile, vt ſuprà ſatis probatum eſt, non diſſoluitur niſi illo tantùm caſu quo expreſſum reperitur, nempe per profeſsionem religionis, & non aliàs, vt eſt prædictum: & in terminis quòd matrimonium non ſoluatur, quando vir de conſenſu vxoris ordinatur, tenet Palud. ſtatim citãdus, inferens ex eo quòd hoc caſu vxor marito viuente non poteſt cum alio cõtrahere.

30 Imò nec per Epiſcopalem dignitatem diſſoluitur, vt in. c. ex parte. 2. vbi Anto. ad hoc notat de conuerſ. coniugat. Ioan. Andr. in d. c. vnic. de voto, lib. 6. Aret. d. conſil. 59. col. 2. Palud. in 4. diſtin. 27. q. 3. ad 3. vbi loquitur etiã de conſenſu vxoris, & alia plura addit in propoſito: ſequitur Florenti. in 3. par. ſummæ, tit. 1. c. 21. § 3. Couar. vbi ſupra, nu. 9. contra Hoſtien. & Ioan. Lup. Segouienſ. cõtra quos etiam tenet Matienço vbi ſupra nu. 72. qui nu. 73. latè probat cum communi omnium Theologorum ſententia, quam tenét plures ibi ab eo citati, matrimonium ratum, & per copulam conſummatũ nullo modo diſſolui quoad vinculum etiam

31 per ſolenne votum, † ſeu religionis ingreſſum & profeſsionem. Nec obſtat replica ex doctrina communi Scoti ſupra adducta pro corroboratione huius ſecũdi fundamenti, † nempe quòd Papa poteſt diſpenſare ex cauſa communi in voto ſolenni caſtitatis, vel religionis, quod eſt fortius, &c. Quoniam primò reſpondeo, contrarium tenuiſſe ſanct. Thom. & multos alios, vt conſtat ex Soto eos ſequuto lib. 8. de iuſtitia & iur. quæſt. 2. artic. 5. & quæſt. 4. artic. 2. & quæſt. 5. art. 3. Secundò reſpondeo negando conſequẽtiam: non enim votum ſolenne religionis ſoluit matrimonium non conſummatum, eo quòd ſit fortius vinculum, † ſed quòd ſit mors quædam ciuilis, vt in propoſito docet Paluda. vbi ſupra: vnde eſt, quòd Epiſcopalis ordo, licèt ſit perfectior quàm religio, ſicut ordo ſacer, non tamen ſoluit matrimonium propter defectum mortis. Quare non ſequitur, Romanus Pontifex poteſt in voto ſolenni diſpenſare: ergo in matrimonio rato, quod diſſoluitur per ſolenne votum; vt ſequeretur, ſi matrimonium ratum diſſolueretur per profeſsionẽ, eo quòd profeſsio eſſet fortius vinculum, cum tamen non diſſoluat, niſi quòd ſit ciuilis quædã mors, vt prædiximus.

32

33

Ad cætera, quæ prædict. ſecundo fundamento adiecta fuere, reſpondeo, ea in propoſito non vrgere, quoniam matrimonium ratum & non conſummatũ ex ſolo ingreſſu religionis per reuelationẽ diuinam ſubſequuta profeſsione diſſoluitur, vt eſt prædictum, † non verò alio modo: & ita Paludan. diſtin. 27. quęſt. 3. arti. vltimo tenet, quòd Papa non poteſt diſpenſare in matrimonio non conſummato, vt contrahatur cum alia pro pace reformanda, aut tota vna gente ad fidem conuertenda: quia Papa non poteſt tollere vinculum matrimonij, quod eſt iam contractum, ſicut nõ poteſt facere, quòd Hoſtia conſecrata deſinat eſſe conſecrata: & idem dixit diſtin. 31. quęſt. 1. arti. 3. concluſione. 4.

34

35 Ad tertium argumentum cõtrariꝫ partis reſpondeo negando conſequentiam: non enim violatur Sacramentum, nec id ibi

ibi ſignificatur, quia ex ſignificatione non ſumitur indiſſolubilitas matrimonij, ſed ex ſua natura, & inſtitutione diuina, exceptis caſibus diuino iure ſignificatis, qualis eſt hic de ingreſſu religionis, vt ex ſupradictis patet.

36 Ad quartum reſpondetur, ſummũ Pontificem veré affirmare, verba illa Matthęi 19. Qui dimiſerit vxorem ſuam, &c. eſſe intelligenda de matrimonio rato & conſummato: qui enim matrimonium conſummauit, nec etiam propter ingreſſum religionis poteſt dimittere vxorem: non autem intelliguntur de matrimonio rato non conſummato, nam qui taliter cõiunctus eſt, vt profiteatur religionem, poteſt dimittere vxorem: & quanuis hac ratione ſolubile ſit matrimonium ratulit non conſummatum, non tamen inde licet inferre, per diſpenſationem Romani Pontificis diſſolui poſſe. nam matrimonium, etiam cõſummatum, per mortem naturalem diſſoluitur, & matrimonium ratum tantùm, per profeſsionem, quę eſt mors quædam ciuilis: ex hoc auté quòd matrimonium conſummatum diſſoluatur per mortem naturalem, nõ ſequitur, Summum Pontificem poſſe in eo diſpenſare: & pari etiam ratione, ex hoc quòd matrimonium ratum non conſummatum diſſoluatur per mortem ciuilem, hoc eſt, per profeſsionem, non ſequitur, Romanum Pontificem poſſe in eo diſ-

37 penſare. † Cauſa etiam fornicationis excipitur iure diuino, vt Matthæi. c. 5. & in d. cap. ex publico. Hæc autem ſolùm intelligitur quoad thori ſeparationem, nõ autem etiam quoad vinculum matrimonij iuxta tradita per D. Couarr. in 4. de ſponſalib. 2. parte. c. 7. §. 5. nu. 8. & §. 6. n. 8. & melius nu. 13. * & latiſsime & optimé & F. Alfonſ. à Caſtro libr. 11. aduerſus hæreſes, verbo. nuptiæ, in. 5. hæreſi. * prout etiam cauſa fornicationis ſpiritualis, ita vt coniux hæreticus ad ſuam hæreſim conetur trahere alterum coniugem, vt in capit. 2. & in capit. quanto. de diuort. cap. final. de conuerſ. coniugat. Couarr. d. §. 5. num. 4. & quod prædiximus in verſ. hæc autem ſolum, & c. eſt diffinitum in Concilio Trident. ſeſs. 24. cano. 7. refert Victoria vbi ſupra. d. quęſ. 306. verſi. 3. dicimus.

38 Ad quintum reſpondeo, quòd coniugium Epiſcopi cum ſua Eccleſia, eſt quidé maius, id eſt dignius & perfectius matrimonio carnali, quia ſpirituale, & ad prolem ſpiritualem Deo generandam, vt notat Panormit. in dict. cap. inter corporalia. Eſt etiã maius, vel fortius, quia ſub maiori culpa obligat: nam grauiùs peccat Epiſcopus qui ſine cauſa authoritate propria ſuam dimittit Eccleſiam, quàm vir ſuam dimittens vxorem: & hoc eſt quod in dictis. cc. inter. & quãto. prætenditur, & ad hunc ſolum ſinem ſunt intelligédæ authoritates, quę de matrimonio corporali ad ſpirituale Epiſcopi cũ ſua Eccleſia referuntur, atque ei attribuũtur non tamen eſt maius ac fortius reſpectu indiſſolubilitatis, quàm matrimoniũ ratum, quod ſola Papæ authoritate vel diſpenſatione diſſolui non poteſt, nec oppoſitum ibi Papa dicere voluit, vt patet ex eodem Innocent. in cap. ex parte tua. de conuerſ. coniugat. & cap. gaudemus. & cap. quanto. de diuort.

Ad ſextum reſpondeo, quòd etſi matrimonium verum inter infideles exiſtat, non tamen eſt ratum, id eſt indiſſolubile, nec Eccleſiæ Sacramentum, ſed contractus matrimonialis ciuilis: inter fideles autem non ſolùm eſt contractus matrimonialis ciuilis, ſed etiam nouæ legis Sacramentum, ac proinde ratum, & indiſſolubile.

Ad ſeptimum reſpondeo, Summos Pontifices ſuprà in eodem fundamento relatos elegiſſe ac ſequutos fuiſſe opin. communem priorem Canoniſtarum in prædictis caſibus particularibus in quibus diſpenſauerunt, non verò deciſionem generalem perpetuò valituram fecerunt, nec definiendo aliquid ſtatuerunt: at verò nos contendimus, ſententiam Theologorum contrariam receptiorem ac veriorem eſſe, vel ſaltem probabiliorem: imò Adrianus Sextus, vir vtriuſq; iuris peritiſsimus, ſimul & Theologus, cum ab eo huiuſmodi diſpenſatio ſuiſſet

Ayuntamiento de Madrid

fuiſſet poſtulata,oblataq; fautrix ſenten tia Caietani,demiratus eſt virum Theologum hoc ſibi in animum inducere potuiſſe, & ideo improbis precibus ſuccumbens reſpondit,ſe dare quod poſſet, ſed tamen credere nihil poſſe, vt refert Dominic.à Sotò vbi ſupra dict.art.4.

39 Ex quibus omnibus ſatis ſuperque remanet munita atque defenſata communis ſententia Theologorum, vt matrimonium,etiam ratùm tantum, diſſolui non poſsit diſpenſatione Papæ,aduerſus communem opinionem contrariam affirmatiuam Canoniſtarum.

40 Sed vt omnia,quæ in hoc puncto ſcripta inuenio,referam,ſunt nonnulli Iuriſtę,qui hanc controuerſiam ingentem ac ſummè difficilem componere velint in hunc modum,nempe vt ſubſiſtente cauſa legitima,Papa poſsit in matrimonio nō conſummato diſpenſare,etiam de ordinaria poteſtate, & ita procedat prior ſententia affirmatiua:abſque cauſa verò legitima minimè,quia non eſſet tutus ille qui eſſet diſpenſatus, & ita procedat ſecunda opinio cōmunis negatiua:hanc diſtinctionem,& concordiam tenent in terminis Ioan.Andreas,& Petrus de Anchar.in cap.1.col.6.de conſtit.idem conſil.239.parum dubitationis, & poſt longam diſputationem eam ſequitur Cardinal.Mediolanenſ. in capit. fin.de ſponſ. duorum, vbi ſubdit,quòd communiter doct.ita tenent:idem dicit Ioan.de Imol. in cap.final.de tranſact.communem etiã teſtatur Curt.Iunior conſil.170. nu.1.& Gozad.conſil.2.nu.4.& 14. eam ſequutus, quos refert & ſequitur Ioan.Baptiſta Villalob.in ſuo libro commun. opin. litera.P.nu.33.& Menoch.conſil. 15.nu. 9.poſt Sylueſt.in ſumma,verb.diuortiũ. quæſt.4.quem refert.

41 Quæ communis concordia eo probari poteſt fundamento, quoniam Papa non poteſt contra ius diuinum ſine cauſa diſpenſare: ergo cum cauſa poteſt,vt concludunt communiter ſcribentes relati per Felin.in.c.quæ in Eccleſiarum.colu. 6.nu.21.& ſeq.de conſtit.vbi etiã loquitur circa matrimonium, & ibi ſubdit, quòd in caſibus, quibus Papa poteſt ſtatuere contra ius diuinum,debet exprimi ſemper cauſa rationabilis, nec hoc caſu procedit illa regula, quòd in Principe præſumatur iuſta cauſa, quia non debet inferior violare ſtatutum ſuperioris ſine apta cauſa, ſecundùm Abb.ibi, & hanc teſtatur eſſe communem concluſionem Curt.Iunior dict.conſi.170.nu.28.

42 Quinimò amplius affirmabat Socinus conſi.28.circa primum.in 4.col. volu.1. nempe quòd de poteſtate abſoluta poteſt Papa diſpenſare,etiam ſine cauſa,ſuper matrimonio nondum per copulam conſummato,de voluntate amborũ coniugum,quem ſequitur Gozadin. vbi ſupra,d.n.14.& etiã Villalobos vbi ſupra.

Sed vt quod ſentio inſinuem, prout ratione muneris aſſumpti teneor,hæc tertia ſententia communis,quæ concordia videtur inter prædict. duas contrarias, mihi videtur non tenenda, quia in primis deſtruit communem opinionẽ Theologorum indiſtinctè negantem poſſe diſpenſare Papam ſuper huiuſmodi matrimonio rato non conſummato:nam cùm

43 agunt de diſpenſatione, † ſatis præſupponunt cauſam adeſſe debere, aliàs enim non eſſet diſpenſatio, ſed potius diſsipatio, vt in diſpenſatione quæ ſine cauſa fit,dicit Archid.in.c.conſequens.diſtin. 2.Ioan.Andreas in cap. de multa. col. 5. de præbend.& alios referens D. Molin. de Hiſpa.primogen.lib.2.capit.7.nu.32.

Secundò, quia rationes & fundamenta partis negatiuæ id concludunt, etiã ſtante cauſa,quia fundantur in indiſſolubilitate matrimonij à iure diuino eidẽ attributa,iuxta illud Matthęi.19.Quod Deus cōiunxit,&c.Tertiò,quia nulla alia cauſa in iure exprimitur ad diſſoluendũ huiuſmodi matrimonium,niſi ſolius ingreſſus religionis,eaque ab authoritate diuina deducta,vt eſt prædictum:quæ igitur alia legitima eſſe poteſt, ob quam Papa diſpenſare poſsit? Quartò,quia etſi regulariter cum cauſa poſsit Papa diſpenſare aduerſus ius commune,vt ſupra aſſeruimus,id intelligendum eſt cum cauſa legitima,hoc eſt à iure approbata:hîc autem

nulla

Ayuntamiento de Madrid

nulla talis eſſe poteſt præter à iure expreſſam, atque, ab ipſo iure diuino deductam, de qua in. d. c. ex publico. vt ſ. prædictũ: ergo, &c. Præterea procedere poterit in iure diuino vel naturali non abſoluto, ſed orto vel pendente ab actu hominis: ſecus in matrimonio, cuius vinculum eſt de iure diuino, & naturali abſoluto, vt prædiximus.

Ex quibus à fortiori dicẽdum eſſe reor, minimè eſſe verum, quod ex Socin. & ſequacibus modò retulimus, nempe poſſe Papam diſpenſare de poteſtate abſoluta, etiam ſine cauſa, de voluntate amborum coniugum ſuper matrimonio non conſummato: ſi enim etiam cum cauſa id facere non poſſe ſupra reſoluimus, à fortiori ſine cauſa: & ita meritò Socin. reprobat Curtius Iunior vbi ſupra dict. conſi. 170. num. 27. & 28.

Hęc dicta ſunt, quia de iuris rigore mihi verior, & probabilior viſa eſt ſententia Theologorum: inficiari tamen nõ poteſt, quin oppoſita ſententia probabilis ſit, ideoque ſi Romanus aliquis Pontifex eam ſequendo ex cauſa legitima diſpenſet, factum tenebit.

---

*SVMMARIVM.*

1 *Matrimonio contracto ab impuberibus, vel à pubere, & impubere, ſeruata forma ſacroſancti Concilij Tridenti. an poſtea aduenientc pubertate debeat ratificari expreſſè eadem forma repetita, an vero tacitè ratificetur interueniente copula, mutua cohabitatione, oſculis vel amplexibus? & nu. ſequen.*

2 *Ante Concilium Tridentinum prædicta ſufficiebant.*

3 *Si poſt contractum de facto matrimonium in facie Eccleſiæ, & conſummatum, alter coniux ſit conſcius impedimenti ſecreti ipſum dirimentis, & obtenta diſpenſatione contrahere iterum velit, tunc abſque teſtibus ſufficit contrahere ad euitandum ſcandalum ſecundum Caietan & communem: ſed poſt Concilium Tridentinum non procedit, & quid hoc caſu faciendum ſit. numer. 7 & 8.*

4 *Copula poſt ſponſalia de futuro ſequuta hodie non ſufficit ad præſumendum coniugalem conſenſum, neque aliquod aliud ſignum, niſi expreſſus ſimultaneus conſenſus vtriuſque partis coram parocho, & teſtibus per verba de præſenti, vel ſigna ſufficientia exprimatur.*

5 *Contractis ſponſalibus de futuro coram parocho, & teſtibus, poſtea cùm inter eoſdẽ contrahitur matrimonium de præſenti, ſeruari debet forma ſacri Concilij Trident. parochi & teſtium, aliàs non valebit matrimonium.*

6 *Actus à principio nullus, poſtea accedente conſenſu incipit valere prout ex tunc.*

9 *Matrimonium per verba de præſenti contractum ab impuberibus, reſoluitur iuris interpretatione in ſponſalia de futuro: & ideo ſi cum alia factus pubes contrahat de præſenti in facie Eccleſiæ, validum eſſet, & ſeruandum hoc ſecundum matrimonium.*

10 *Impuberes, qui ſponſalia contraxerunt, facti puberes poſſunt pœnitere.*

*Doctor Ioannes Segura Vbetenſis carpitur.*

## CAPVT XVIII.

### De matrimonio de pręſenti cõtracto á duobus impuberibus, vel à pubere, & impubere, maioribus tamen ſeptennio, ſolenniter coram parocho & teſtibus, vtrum poſt pubertatem interueniente copula, cohabitatione, amplexibus, vel oſculis ratificetur, abſque eo quòd eâdem ſolennitate repetita de nouo celebretur.

Quæſtio noua, nobis tamen neceſſariò in praxi decidenda ſe offert, quæ valde difficilis viſa eſt, in hunc modum: Quidam impuberes huius Epiſcopatus Ciuitatenſ. maiores tamen ſeptennio (vel pubes & impubes, de quibus in propoſito idem eſt iudiciũ) cõtraxerunt inter ſe coram parocho, & teſtibus

teſtibus ſolenniter matrimonium præcedentibus bannis,cæteriſque ſolennijs à ſacroſancto Concilio Tridentino,ſeſſione 24. cap.1. de reformat.matrimon. requiſitis poſt ipſius publicationem,poſteà ſimul cohabitauerunt in eadem domo, cum parentibus eorum, qui ſecundo inter ſe, eadem die itidem contraxerunt:& poſt pubertatẽ maſculus à præd. cohabitatione diſceſsit, ſemperque extraiudicium reclamauit, atque contradixit præd. matrimonio, tãdem cũ eſſet maior 22. annorum in iudicio corã me Ordinario petijt licentiam ad contrahendum cum altera, atque præcedens aſſertum matrimonium à ſe impubere contractum, nullum iudicari; cui ſe oppoſuit ſponſa contrarium petens, præfatum nempè matrimonium validũ fuiſſe, & eſſe,ac proinde pro tali declarandum, ipſumque virum compellendum cenſura Eccleſiaſtica, ad nuptias publicas celebrandas:quoniam etſi ab impuberibus fuiſſet contractum,quod negabat,adueniente tamen pubertate, præſertim in præd. ſimultanea cohabitatione ratificatum fuiſſe: de copula verò,oſculis,donis, nec amplexibus nihil fuit allegatum,quinimò ipſa fuit confeſſa in iudicio copulam minimè interueniſſe, tandem cauſa concluſa ad diffinitiuã, probataque in pubertate viri tempore contracti matrimonij, & prædicta ſimultanea cohabitatione, ante & poſt pubertatem, cauſa ad me delata fuit, vt ipſam diffinirẽ,in qua diu anxius fui, quia durum nimis mihi videbatur matrimonium in facie Eccleſiæ contractum,nullum iudicari, præſertim ſubſequuta præd. cohabitatione. Rurſus & è conuerſo videbam, noluntatem expreſſam viri poſt pubertatem declaratam, atque prædictam cohabitationem non præcipuè ratione prædicti matrimonij, ſed alterius, quod parentes eorum eadem die contraxerant, & tanquam filiorum ſuorum ratione obſequij eiſdem debiti ſubſequutam fuiſſe: poſteaque diſplicuiſſe eidem ſponſo,atque à domo ſponſæ feceſsiſſe, præterea copulam, nec amplexus,oſcula, nec dona aliqua interceſsiſſe: tandem cum ſæpè, ac ſæpiùs rem mecum reuoluens contuliſſem, decreui dubium conſtituere huiuſmodi, cuius deciſione res aperta fieret, atque ſine ſcrupulo.

1 Nempè an matrimonium verbis de præſenti coram parocho & teſtibus celeſtibus celebratum ab impuberibus,vel à pubere,& impubere,maioribus tamen ſeptennio,adueniente pubertate, per copulam, mutuamve cohabitationem,oſcula,vel amplexus,validetur & ratificetur, etiam ſi iterum nõ exprimatur conſenſus coram parocho & teſtibus, an verò ſit neceſſarius nouus conſenſus expreſſus coram parocho & teſtibus preſtandus? & videtur ſufficere priorem ſolennitatem, iuxta formam Concilij Tridentini, tempore contracti matrimonij interueniſſe,ſubſequuta copula,vel mutua cohabitatione,oſculis,donis,& amplexibus, poſt pubertatem intercedentibus: ex his enim deduci videtur, tacitus conſenſus approbandi, & ratificandi præcedens matrimonium,vt in cap.1. §. idem quoque. de deſponſat. impub. libro 6. vbi probatur, quòd ſi duo impuberes, vel pubes, & impubes, non proximi pubertatem, & in quibus ætatem malitia non ſuppleat, per verba contraxerint de præſenti, quamuis matrimonium contrahere intenderint,iuris tamen interpretatione fiunt ſponſalia de futuro, & per aduentum pubertatis in matrimonium non tranſeunt de præſenti, nec matrimonium, (quod vt matrimonium ætate non tenuit prohibente) per lapſum dicti temporis conualeſcit, niſi per carnis copulam ſubſequutam, vel ob aliquem modum alium contrahentes eoſdem, cum eiuſdem perſeuerantia voluntatis ad pubertatis tempora perueniſſe conſtiterit euidenter. vbi gloſſ. verb. modum,
2 alium exponit † vt quia ſimul cohabitauerunt, vel ſe coniuges nominabant, & amplexabãtur,vt coniuges,cuius gloſſæ ſententiam, atque intellectum approbant Henricus & alij Doctores in cap.

N atte-

atteſtationes.colum.2.de deſponſatione impub. Ludouicus Gozadinus conſil. 2. colum. penult. Ruynus conſil.203. numero.2. volumine 1. dicit communem Decius conſil,368.numer.2. & Pariſien. conſil. 51. volumine 4. colum. 2. eſtque communi omnium iudicio recepta hęc interpretatio,vt affirmat D.Couarru.in 4.de ſponſal.1.par.cap.4.§.2.nu.3.ſequitur etiam Alfonſus à Veracruce in Specul coniug.1.parte. articulo 20. in fine. & plures allegans Ioannes Matienç. in rubric.titul.1.de matrimon. libro 5.nouæ collect. reg. gloſſa 1. num.57. & 58. vbi idem eſſe aſſerit in copula paulò ante pubertatem habita: quæ opinio proculdubio iure communi attento tenenda eſt,tametſi Couarruuias vbi ſuprà,numero 4. pluribus fundamétis, ab ea diſcedat, ægrè ferens communem præfatum illius text.intellectum,alium eidem aſsignans: item & Dominicus à Soto in 4.ſentent. diſtinct.2.articul.4.pag.126. columna 2. communis namque hodie expreſsè approbatur in l.3.titulo 1.part. 4.& in l.8. eiuſdem tituli, in verſicul. la nouena. & vtrobique Gregorius Lopez notat.

Secundò, pro eadem parte facit præfatum decretũ Concilij Triden.ibi, qui aliter quàm præſente parocho, vel alio ſacerdote de ipſius parochi,ſeu Ordinarij licentia,& duobus,vel tribus teſtibus matrimonium contrahere attentabunt, eos ſancta Synodus ad ſic contrahendum omninò inhabiles reddit: at in ſpecie propoſita impuberes contraxerunt ſeruata præd. forma ergo non fiunt inhabiles ad ſic contrahendum, nec incidunt in pœnas decreti,quinimò videtur hic caſus, tanquam omiſſus remanere ſub iuris communis diſpoſitione, hoc eſt dict.cap.1.§.idem quoque. de deſponſat. impub. libro 6. iuncta ſupradicta communi gloſſ.& Doctorum interpretatione, quam modo adduximus: ergo cum in præſenti dubio, atq; ſpecie propoſita, poſt pubertatem contrahentes cohabitauerint, licèt cætera non interceſſerint, videntur ex eo tacitè conſentire, atque de nouo ætate ſuperuenien te approbare & ratificare matrimonium de præſenti, ante pubertatem coram parocho & teſtibus iam contractũ, quæ præſentia parochi & teſtium, tunc interueniens ſufficere videtur per ſupradicta.

3 Tertiò, eadem pars comprobatur, ex doctrina Caietani in ſua Summa, verb. matrimonium. 1. pag. mihi 486. in paruis, vbi tenet, quòd ſi poſt contractum de facto, tantum matrimonium in facie Eccleſiæ, & conſummatum alter coniugum ſit conſcius impedimenti ſecreti, ipſum dirimentis obtenta diſpenſatione contrahere iterum velit, tunc abſque teſtimonio ſufficit contrahere ad euitandum ſcandolum, imò debet etiam alteri coniugi occultare, & ab illo petere, vt pro ſua conſolatione velit iterum acceptare ſe in coniugem, & ſic contahere: nam ceſſant in huiuſmodi caſu omnia inconuenientia: itaque ſolennitas primo matrimonio nulliter contracto interueniens, ſufficit cum poſteà de nouo validè contrahitur, etiam ſi ea tunc temporis non repetatur, quam doctrinam Caietani ſequũtur plures, quos retuli in meo tractatu de iuraméto confirmat.1.parte. capitul. 51. nu.21. eſtque communis, vt infrà poſt ſecundam opinionem, & tenendum dicemus: quod procedere videtur, etiam poſt Concilium: ipſum namque introduxit præd. ſolennitatem in matrimonijs contrahendis, ad euitanda inconuenientia, quę aliâs ex clandeſtinis matrimonijs oriebantur, vt in decreto primo, de reformat.matrimon.ſeſsione 24. Hæc autem inconuenientia ceſſant in præfata ſpecie, quia matrimonium primum fuit celebratum publicè, & iuxta formam Concilij, igitur eadem forma non eſt iterum repetenda: quia quando conſtitutio aliquid prohibet, vel diſponit ad euitanda inconuenientia, illis ceſſantibus, ceſſat & prohibitio, ſiue diſpoſitio, argumento doctrinæ Abb.in.c.quoniã contra. nu.6. de probat. & ita hanc partem in terminis noſtræ quæſtionis vno verbo

bo

Ayuntamiento de Madrid

bo tenui in dict. 1. parte de iuramento confirmat.cap.51.nu.18.

His tamen omnibus non obſtātibus, contrarium verius eſſe iudicaui, nempè hodie attento præfato decreto Concilij Tridentini, nō ſufficere impuberes contraxiſſe palàm pręſente parocho, & teſtibus, & quòd adueniēte pubertate,per copulam,vel amplexus, & oſcula declaretur perſeuerantia voluntatis iuris pręſumptione:quod hodie non ſufficit, niſi expreſsè conſenſus declaretur poſt pubertatem coram parocho & teſtibus, quod ſequentibus rationibus comprobatur.

Primò, quoniā etſi inter impuberes, vel puberem & impuberē, per verba de præſenti publicè cōtrahatur, verba illa de pręſenti,reſoluūtur in ſpōſalia de futuro, iuris intellectu, vt in dict.§. idem quoque.& in dict.l.3.tit.1.part.4.ſi ſunt ſponſalia:ergo vtriuſque conſenſus coniugalis expreſſus non eſt: exprimi ergo is oportebit coram parocho & teſtibus, iuxta formam Concilij Tridētini, quia impuberes conſenſum coniugalem non habent,nec præſtare poſſunt ante pubertatem, vt in dict. §. idem quoque. & in cap.à nobis.vbi id notat Præpoſit.nu.2. in fin.de deſponſ. impub. & in cap.tuæ. de ſponſ.

Secundò, quia iuxta Concil.Trid.in dict.decreto.1.de reforma.matrim. ſeſs. 24. cōſenſus cōiugalis mutuus ab vtroque coniuge eſt præſtandus,nō per verba de futuro, ſed de præſenti,corā parocho,vel alio ſacerdote de ipſius parochi ſeu Ordinarij licētia, & coram duobus, vel tribus teſtibus:aliâs inhabiles ipſo iure redduntur ad ſic contrahendum,contractuſq; ſub alia forma celebratus eſt nullus,ita vt liceat cum alia vel alio contrahere, non obſtante huiuſmodi clandeſtino contractu,vtpotè nullo.

4 Quinetiam copula poſt ſponſalia de futuro ſequuta,hodie non ſufficiet ad præſumēdum coniugalem conſenſum, nec aliquod aliud ſignum, niſi expreſſus ſimultaneus cōſenſus vtriuſque coram parocho & teſtibus,per verba de pręſenti, vel ſigna ſufficientia exprimatur, vt latè reſoluimus in dicto cap.51. num.12. & ſeq. & poſt me Matienç. in rubri. titul.1.lib.5.nouæ collect.reg. gloſſ.1.numero 53.& ſeq.& ita declarauerunt Reuerendiſsimi Cardinales à ſede Apoſtolica deputati ad declarationem dubiorum ſacri Concilij Trident. his verbis:Decretum Concilij Tridentini, ſeſſione 24.cap.1.de reformat.matrim.annullat tantummodo contractus matrimonij per verba de præſenti clādeſtinè factos, ſponſalia tamen per verba de futuro, relinquit in terminis iuris communis,præterquam quoad copulā, quia per eam non tranſeunt in matrimonium,vt ex quodam ſumpto declarationum eorumdem Cardinalium decerpſi,declaratione 45. Ergo cum cōſenſus per verba de præſenti præſtitus ab impuberibus, vel à pubere, & impubere, non ſit validus ad efficiendum matrimoniū de pręſenti, ætate prohibente, ſed iuris interpretatione ſint ſponſalia de futuro, conſequitur neceſſarium eſſe poſt pubertatem expreſſum conſenſum coniugalem præſtare coram parocho & teſtibus, ad efficiendum verum matrimonium:nam antea præſtitus non fuit coniugalis, nec efficax matrimonij.

5 Tertiò, ex eo apertiſsimè conuincitur iſthæc ſententia,quoniam ſi aliud diceremus,ſequeretur inde, quòd contractis ſponſalibus de futuro à puberibus coram parocho & teſtibus, poſſet poſteà contrahi matrimonium de præſenti inter eoſdem abſque parocho & teſtibus, à ſacro Concilio in matrimonijs celebrandis requiſitis, eſſetque validū huiuſmodi matrimonium clandeſtinum, ex ſola præſentia eorumdem tempore ſponſaliorum de futuro, ſi repetita cenſenda eſſet, atque ſufficiens pro tempore matrimonij. Conſequens eſt falſum, quia contra verba expreſſa,mentem, ac formam ſacri Concilij Tridentini, vt patet:ergo & antecedens.

Quartò roboratur eadem ſententia, quia licèt principio forma Concilij ſeruata fuerit, nihilominùs tamen conſen-



Ayuntamiento de Madrid

ſus tunc præſtitus illegitimus fuit ad matrimonium (ætate prohibente) contrahendum, ſicque non potuit ab eo actus incipere, ac proinde retrotractio locum non habet, cùm extrema ſint inhabilia, iuxta l. ſi is qui pro emptore, cum materia. ff. de vſucapionibus.

6 Præterea & quintò, quia actus à principio nullus, poſteà accedente conſenſu incipit valere, prout ex tūc, iuxta gloſſ. receptam in regul. non firmatur, de regu. iur. in 6. in verb. ſed nouo, ibi, Valeāt ergo. At verò hoc matrimonium nō poteſt valere prout ex nunc, deficiente forma Concilij, nec valet prout ex nunc propter impedimentum iuris ex defectu legitimæ ætatis: igitur noua forma Concilij repeti debet: quibus fundamentis, poſt primam editionem dicti mei, tractatus de iuramento confirmato. re maturiùs conſiderata, hanc partem tenui, id addens ad finem dicti libri, in ſecunda editione, quæ profectò verior & indubia mihi videtur, & ideò iuxta eam dictā cauſam definiui, declarando præfatū prætenſum matrimonium ab impuberibus contractum eſſe nullum, atq; eoſdem contrahentes liberos ad contrahendum cum alijs, non obſtante præd. cohabitatione poſt pubertatem ſimul habita, quia ipſa non eſt ſufficiens ad ratificandum & validandum dictum matrimonium hodie attento Concilio Trident. per ſupradicta: & eo maximè quòd nō in eum finē habita fuit, vt ex ea præſumi poſſet conſenſus coniugalis, ſed vt cum parentibus ſimul commorarentur: vnde ſtante præd. reclamatione viri, nullo modo induci potuit nouus cōſenſus coniugalis, ſed vt cum parentibus ſimul commorarentur, quia in claris nō eſt locus coniecturis, vt in l. continuus. §. cū ita. cum ſimil. ff. de verb. oblig. & ita iuxta ſupradicta iudicaui, quamuis à ſententia fuerit appellatum ad ſuperiorē, apud quem nunc lis pēdet indeciſa. Tandem poſt prædicta inueni in proprijs terminis hanc meam ſententiam, quam in iudicando ſequutus fui, expreſsè poſt longam diſputationem ſequutum fuiſſe Matienç. in rubr. titul. de matrimon. libr. 5. nouæ collect. reg. gloſſ. 1. numero. 57. & ſequentibus. * & quòd text. in dicto §. 1. c. 1. de deſponſ. impub. lib. 6. ſit hodie correctus per Concil. Trident. tenuit etiam Didac. Perez in. l. 1. tit. 1. lib. 5. ordin. verſic. ſexto. pag. 41. *

7 Et ſupradicta conueniunt etiam, & vera ſunt in matrimonijs nullis à principio ex alia cauſa, quā defectus ætatis legitimæ, vt putà propter metum, vt in caſu cap. ad id, quod. de ſponſal. qui tex. hodie non procedit ex ſupradictis, vel propter aliud legitimum impedimentū, vt conſanguinitatis, vel affinitatis, vel in caſu doctrinę Caietan. vbi ſuprà, quę hodie nō procedit, attento decreto Concilij Tridentini, vt reſolui in dicto cap. 51. de iurament. confirm. num. 22. in verſicul. & tenendo. † & vltrà ibi adducta,

8 addo nunc, quòd præd. ſententia Caietani ante Concilium Triden. grauiſsimorum authorum, tam Theologorum, quā Iuriſtarum communis erat, vt alios allegans docet Alfonſus à Veracruce in appendic. ad Specul. coniug. in 10. dubio per totum. Attamen poſt Concilium ſecurius eſt contrarium ſecundùm ipſum, niſi in caſu quo ſcandalum graue oriretur, & infamia aliquorū vitari non poſſet, niſi per ſecretam expreſsionem conſenſus, epicheia vtendo. Nam ſi leges diuinæ hac æquitate non carent, vt interdum interpretandæ ſint, vt quæ pro charitate ſunt, contra charitatem non militent; à fortiori leges humanæ, & Concilij determinationes, & Pontificum decreta pati poſſunt epicheiam ſecundùm ipſum, cuius in hoc doctrinam, ac diſtinctionem præfatam ſequitur & probat Anton. à Cordub. in ſua Summa, *de caſos de conciencia*, quæſtione 51. per totā, præcipuè in reſolutione quæſtionis. Nihilominùs hęc limitatio ex capite videtur eſſe potiùs, quàm ex mente Concilij: cū enim in eo certa forma generaliter & indiſtinctè contrahendi deinceps matrimonia præfigatur cū decreto irritanti, nēpè, Qui aliter quàm pręſente parocho, & duobus, vel tribus teſtibus, &c. conſe-

Ayuntamiento de Madrid

conſequitur nulla ex cauſa à Concilio non expreſſa licere aliter contrahere: hæc autem nõ eſt huiuſmodi, ergo, &c. neque enim interpretatio etiam æquitatis aduerſus formam præciſam & inuiolabilem Concilij aliquem mouere debet, vt exiſtimet matrimonium aliter, quàm à ſacro Concilio præcipitur contractum validum eſſe, quandoquidem Eccleſia, hoc eſt, ſancta Synodus in Spiritu ſancto legitimè congregata, iuſtiſſimis ex cauſis id decreuit: neque quòd infamia detegatur, vel ſcandalum ſequatur ex noua publicatione facienda iuxta formam Concilij, in cauſa ſunt, vt matrimonium contrahi poſsit abſque parocho & teſtibus, quandoquidem nec hunc caſum excepit Concilium, ſed generaliter loquitur, ſicque omnes caſus comprehendit, iuxta iura vulgaria: aliàs enim quilibet pro ſuo libito ſub colore æquitatis, forſan fictæ, decreta Concilij facilè poſſet effugere, & ex proprio capite legem particularem conſtituere aduerſus Concilij prohibitionem: quod minimè eſt dicendum, nec permittendum. Quòd ſi contingat caſus præfatus, de quo per Veracruc. vbi ſuprà, de nouo contrahentes impetrent facultatem ſecretam à Pœnitẽtiario perpetuò ſummi Pontificis, qua confeſſario committat in foro conſcientiæ diſpenſationem, & nouam celebrationem matrimonij abſque teſtibus, vt communiter fieri ſolet, iuxta declarationem Pij Quinti: quo iure ſolent vti Pœnitentiarij perpetui ſedis Apoſtolicæ, vt ipſe teſtis ſum, & deduxi vbi ſuprà in dicto capit. 51. de iuramen. confirmat. 1. partis. numer. 22. Nec obſtat, quòd inconuenientia, de quibus in Concilio, videantur ceſſare hoc caſu, quoniam diſpoſitio Conciliaris cùm generalis ſit, ad ea quæ frequentiùs accidunt, adaptatur; iuxta l. nam ad ea. ff. de legib. comprehenditque caſus, in quibus non eadem ratio militare videatur, præcipuè cum hic poſsint etiam concurrere prædicta inconuenientia, vel alia, quæ de nouo poſt primum matrimoniũ emergerent: ideò reſoluo, requiri de nouo poſt primum matrimonium nullum, ſeruandam eſſe in hoc ſecundo matrimonio, vt validum ſit, formam præfati Concilij Tridentini. Præterea, licèt opinio Caietani & ſequacium adhuc vera eſſet, dato ſcandalo & infamia ex noua publicatione, vt inquiunt Veracruz, & Cordub. vbi ſuprà, nihilominùs in noſtro caſu, de quo præſens eſt quæſtio, locum habere minimè poſſet, quoniam impuberes contrahendo matrimonium de præſenti, bene ſciunt, aut ſcire debent eſſe nullum, ætate prohibente, idque omnes etiam norunt: vnde cum impedimentum publicum, non verò occultum ſit, ceſſant rationes prædict. tenentium, ob impedimentũ occultum, ex cuius reuelatione ſcandalũ & infamia oriretur, ob contrahentiumque bonam fidem à principio, licere ſecretò de nouo contrahere, vt ipſi præfantur, atque præſupponunt. Quare cùm in noſtra ſpecie bona fides contrahentium minimè adſit, nec impedimentum occultum, ſed publicum, vtpotè ætatis deficientis, conſequens eſt, vt nullo modo matrimonium ab impuberibus contractum, poſsit ætate legitima ſuperueniente ratificari, abſque nouo expreſſo conſenſu, coram parocho & teſtibus præſtando, licèt principio, tempore quo matrimonium ab impuberibus celebratum fuit, eadem forma interueniſſet.

Modò non obſtat primum fundamẽtum partis contrariæ ſuprà adductum, quoniam procedit & loquitur attento iure communi, ante conſtitutionem & publicationem ſancti Concilij Tridentini: at verò poſteà ſeruanda eſt forma eiuſdem. Non etiam obeſt & ſecundum, quoniã potiùs ex ipſo decreto Concilij requiritur præd. forma in matrimonijs contrahendis, & quòd principio fuerit ſeruata, nõ prodeſt, nec ſufficit, cum matrimonium tunc fuerit nullum, nec hic caſus rectè dici poteſt omiſſus, ſed potiùs in generali deciſione eiuſdem Cõcilij comprehenſus, quandoquidem, vt eſt prædictum, matrimonium hoc non, vt

N. 3 ex

Ayuntamiento de Madrid

ex tunc, ſed vt ex nunc valere incipit: tempore igitur, quo matrimoniũ valere incipit, hoc eſt, dum validũ celebratur, debent eſſe præſentes parochus & teſtes, nec ſufficit quòd antea adfuerint in ſponſalibus de futuro, vt ex eodem Concilio manifeſtè deducitur.

Tertium etiam, hoc eſt, doctrina Caietani, non obeſt, quoniam eidem ſuprà ſatisfecimus: ſolùm vnus ſcrupulus nobis ſe obtulit, vt præd. virum liberum omninò non iudicaremus à prǽd. matrimonio: quoniam etſi id nullum fuerit, iuris tamen interpretatione reſolutum fuit in ſponſalia de futuro, vt in dict. c. 1. §. idem quoque. & in dict. l. 3. tit. 1. part. 4. ergo licèt tanquam matrimoniũ non

9 valuerit,† nec ſeruandum ſit, quare ſi cũ alia factus pubes contraxerit in facie Eccleſiæ, validum erit & ſeruandum hoc ſecundum matrimonium, vt latè reſoluit D. Couar. in 4. prima parte, cap. 5. §. vltimo. circa finem. num. 7. & prætereà plures allegans Mattienç. vbi ſuprà num. 61. & probatur in l. 8. circa finem. in verſic. *fueras ende*. tit. 1. part. 4. attamẽ cum hic pubes cum alia nõ contraxerit, compellẽdus tamẽ videbatur, vt præd. ſponſalia de futuro adimpleret cum priori, atque ad effectum per verba de præſenti perduceret, iuxta latè à nobis tradita dicto cap. 51. nu. 1. & ſequen. vbi reſoluimus cum cõmuni & vera, atque in praxi obſeruata opinione, ſponſalia de futuro, non eſſe ſublata à Concilio Trident. ipſaque obligare in vtroque foro, & ad ea verificanda & adimplenda compellendos eſſe ſponſos.

10 Hæc tamen obiectio facili negotio diſſoluitur, reſpondendo, illud verum eſſe, atque rectè procedere inter puberes promittentes de futuro ſe contracturos, hi namque compellẽdi ſunt fidẽ ſibi inuicem datam adimplere, vt ibidẽ deduximus: at verò in impuberibus ſecus eſt, quia in illis ſola cauſa, quòd ſpõſalia fuerunt cõtracta inter impuberes, ſufficiens eſt, vt poſteà tempore pubertatis diſſolui poſsint, quia conſenſerunt in fragili ætate, vt in cap. de illis. el 1. de deſponſat. impub. & ibi Doctores, præcipuè Præpoſit. numer. 1. per totum. vbi quòd etſi huiuſmodi ſponſalia ſint valida, intelligitur reuocabiliter, quia ſi peruenerit impubes ad pubertatem, poterit contradicere: pro quo etiam eſt bona lex reg. ſupradicta. 8. titul. 1. part. 4. in verſic. *la nouena*. idem probat text. in cap. final. de deſponſat. impub. & dicto cap. 1. §. idem quoque. & Couarru. vbi ſuprà num. 5. * Supradicta tamẽ noſtra ſententia principalis, de qua ſuprà nu. 3. verſic his tamen omnibus, limitatur, vt non procedat, quoties tempore matrimonij de præſenti ab impubere contracti in facie Eccleſiæ, ſeruata forma ſacri Concilij Tridentini, ipſe erat potens ad copulã, & ſic ad generandũ, ſi erat maſculus, ſi verò fœmina, ad concipiẽdum, quia tunc pubes eſt ex habitu corporis, licèt plenitudo ætatis deficiat, ac proinde eſt verũ matrimoniũ, & ſeparari non debent, quia in eo ſuppleuiſſe ætatem malitia videtur: text. expreſſus in c. puberes. & in capit. de illis. el primero, de deſponſat. impub. & ibi cõmuniter Doctores. text. in cap. fin. de eo, qui cogn. cõſang. vxor. ſuæ, & omnes Doctores in locis ordinarijs, & hoc non ſuſtulit ſanctum Cõcil. Trid. nec de eo loquitur.*

Vltimò, non poſſum non mirari, quòd nouiſsimè Doctor Ioan. Segura Vbetenſ. in ſuo directorio iudicum Eccleſiaſticorum, in 2. parte, cap. 15. nu. 6. & 7. & ſequent. inermis rationis, ac roboris praxis vniuerſalis tribunalium Eccleſiaſticorum, nos in dicto cap. 51. nu. 1. & ſeq. dum reſoluimus ſponſos de futuro, compellendos eſſe adimplere fidem ſibi inuicem promiſſam, improbet, exiſtimans falſò, firmiter eſſe tenendum, ac aſſerendum poſt Concilium Tridentinum, iudicem minimè compellere debere ſic de futuro matrimoniũ contrahere promittentes ad implementum promiſsionis, quinimò ſtatim ſine lite, & eius ſtrepitu eſſe faciendam monitionẽ à iudice, de qua in cap. requiſiuit. de ſpõſal. quòd ſi ei non obtẽperetur, compulſio ceſſabit, diſcretique iudicis erit poſt

Concilium

Ayuntamiento de Madrid

Concilium Trident. deſiſtere prorſus à coactione, quia voluntas ſponſi nolentis contrahere, eſt potiſsima pars ſecundùm ipſum inducendi cauſam rationabilem, vt à compulſione omninò abſtineatur: nam ſicut nos ibidem fatemur cum Ioan. Andrea & Præpoſit. ſi poſt longam & importunam litem, immenſaſque litigantiũ expenſas à præd. coactione deſiſtendum eſt, & excommunicatus, etiam non id petens abſoluendus, quidni à principio, & in limine iudicij id fiet?

Hæc tamen ipſius opinio omninò à veritate eſt aliena, longeque ab ea diſtat, & ideò à ſimili doctrina cauendum, ſiquidem, vt vbi ſuprà latè probauimus, & in dicta declaratione Cardinaliũ expreſsè cauetur, Concilium non ſuſtulit ſpõſalia de futuro, ſed ea reliquit in terminis iuris communis, quo ſufficienter eſt probatum valida eſſe, ac ad ea implenda compellendos eſſe ſponſos iuris Canonici cenſuris, quamuis non exactiſſima coactione, vt ibidem reſoluimus: Nec obſtat dict. cap. requiſiuit, quia habet ſuum communem intellectum, quẽ ibi retulimus num. 4. ne ſit contrarius noſtræ ſententiæ, nempè vt procedat, ſi nolens contrahere, iuſtam rationem adducat, putà inimicitiæ, odij, vel fornicationis ſuperuenientis, vel ſimiles arbitrio iudicis: nam ſi ſponſus proſequatur ſponſam odio capitali, vel è conuerſo, ita quòd timeatur ex inuitis nuptijs futurum homicidium, vel adulterium, vel guerram inter parentes vtriuſque, his & ſimilibus caſibus debet Eccleſia deſiſtere à compulſione, vt tenet Abb. ibidem num. 4. & communis: quòd ſi iuſta, vel rationabilis cauſa non adſit, præter noluntatem ſponſi, cogetur ipſe contrahere matrimonium, iuxta communem illius tex. interpretationem ſupradictam. Præterea praxis vniuerſalis orbis iam probauit noſtram ſententiam, & meritò, aliàs enim eſſet euacuare omnem neruum matrimoniorũ, ſi diceremus, quòd conſenſus nõ aſtringeret inuitos: quod igitur aduerſus nos præfatur præcitatus modernus, eſt ſe opponere torrenti vniuerſorum tribunalium Eccleſiaſticorum, eorumque iudicum, iure communi prædicto fundato, quod nemo ſanæ mentis tentare deberet, cùm ſciat nullius fructus id eſſe, præmaximè in noſtro caſu, quo praxis communis iure & ratione nititur, vt probauimus loco ſuprà citato.

---

*SVMMARIVM.*

1 *Matrimonij contrahendi ſolennitas requiſita per ſanctum Concilium Tridentinũ.*

2 *Denuntiationes, quæ præcedere debent matrimonium contrahendum, quis remittere cum cauſa probabili poßit? an parochus, vel ordinarius? reſoluitur quòd ordinarius.*

3 *Parochus remittens prædictas denuntiationes abſque licentia ordinarij, puniri poteſt.*

4 *Ordinarius an remittere poßit præd. denuntiationes abſque aliqua cauſa? & numeris ſequentibus.*

5 *Diſpenſandi facultas in lege ſuperioris inferioribus nunquam conceditur, niſi cauſa cognita, & ſumma maturitate.*

6 *Cauſa aliqua rationabilis requiritur, vt ordinarius prædictas denuntiationes remittere poßit.*

7 *Prudentia atque iudicium alicuius, cui aliquid committitur, arbitrium boni viri ſignificat.*

8 *Cauſæ cognitio requiritur, vbi quis ſuo arbitrio cauſam finire poteſt.*

9 *Et iure, ratione, & æquitate definire eam debet.*

10 *Iudex in arbitrijs requiri non debet vt rationem reddat cur ita egerit.*

11 *Declaratio Reuerendißim. Cardinalium, vt Epiſcopus poßit poſt contractum matrimonium, ante illius conſummationẽ, ſi ita expedire iudicauerit ex aliqua cauſa, remittere denuntiationes, etſi non ſit ſuſpicio, quod matrimonium malitioſè impediretur.*

12 *Non tamen id poteſt facere ſine aliqua cauſa.*

13 *Ordinarius in propoſito, vt denuntiationes remittere poßit, intelligitur Epiſcopus, ſiue eius Vicarius generalis, & numeris ſequentibus.*



Ayuntamiento de Madrid

16 *Poteſtas diſpenſandi non continetur, nec tranſit in generali commiſſione.*

16 *Vicarij inferiores & foranei non poſſunt, nec ſolent concedere licentiam contrahendi matrimonium ſine denuntiationibus.*

## CAPVT XIX.

### Ordinarius Eccleſiaſticus, an tuta conſcientia poſsit abſque vlla cauſa remittere denuntiationes in matrimonijs contrahendis requiſitas.

1 AD matrimoniũ ritè contrahendum præcedere debent tres denuntiationes tribus continuis diebus à parocho in Eccleſia, inter Miſſarum ſolennia publicè faciendæ, inter quos ſit matrimonium contrahendum: quibus denuntiationibus factis, ſi nullũ legitimum impedimentum imponatur, ad celebrationem matrimonij in facie Eccleſiæ procedendum eſt: quòd ſi aliquando probabilis fuerit ſuſpicio, matrimonium malitioſe impediri poſſe, ſi tot præceſſerint denuntiationes, tunc vel vna tantùm denuntiatio fiat, vel ſaltem parocho, & duobus, vel tribus teſtibus præſentibus matrimonium celebretur: deinde ante illius conſummationẽ denuntiationes in Eccleſia fiant, vt ſi aliqua ſubſint impedimenta, faciliùs detegantur: niſi ordinarius ipſe expedire iudicauerit, vt præd. denuntiationes remittantur: quod illius prudentiæ & iudicio ſancta ſynodus relinquit: ita ſtatuit ſanctum Concilium Tridentinum ſeſs. 24. c. 1. de reformat. matrim.

2 Sed quoniam Concilium in hac parte non aperit, quis debeat remittere denuntiationes ante contractum matrimonium, quando probabilis fuerit ſuſpicio, matrimonium malitioſe impediri poſſe, ſi tot præceſſerint denuntiationes, an parochus ipſe, vel ſolùm ordinarius, anſam præbuit aliquibus id in dubium refricandi: videtur enim quòd parochus ſubſiſtente dicta cauſa, poſsit vtens iure ſuo eas remittere ante coniũctionem matrimonij, dummodo ante ante conſummationem eas faciat. Concilium namque in verbis præcedentibus ſolennia ad matrimonium contrahendum, quæ præcedere debent enumerans, præcepit (vt vidimus) parocho, vt prædictas tres denũtiationes in Eccleſia publicè faciat inter Miſſarum ſolennia, tribus diebus feſtiuis cõtinuis, &c. Quibus factis, ſi nullum legitimum opponatur impedimentum, ad celebrationẽ matrimonij in facie Eccleſiæ procedatur, vbi parochus viro & muliere interrogatis, & eorum mutuo conſenſu intellecto, dicat, Ego vos in matrimoniũ coniũgo, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, vel alijs vtatur verbis, iuxta receptum vniuſcuiuſque prouintiæ ritum: & ſtatim ſubijcit, Quòd ſi aliquando probabilis ſuſpicio, &c. ibi, Tunc vel vna tantùm denuntiatio fiat, vel ſaltem parocho, & duobus vel tribus teſtibus præſentibus matrimonium celebretur: itaque vſque ad hæc verba Concilium de munere, iure atque facultate parochi loqui videtur circa ea, quæ ad eius ſpectant officium, & quæ ipſe abſque ordinario facere poteſt. Poſtmodum verò præcipit Concilium, vt in præd. caſu, quo probabilis ſuſpicio fuerit, matrimonium malitioſè impediri poſſe, denuntiationes remiſſæ ante celebrationẽ matrimonij, ante conſummationem ipſius fiant, niſi ordinarius ipſe expedire iudicauerit, vt præd. denuntiationes remittantur: quod illius prudentiæ & iudicio ſancta Synodus relinquit. Ordinarius itaque eſt, qui poteſt iudicare, vt prædictæ denuntiationes poſt matrimonium contractum ante ipſius conſummationem omninò remittantur: quòd verò in principio ante coniunctionem omittantur, dummodo ante conſummationem fiant, videtur parocho incũbere, idque poſſe eum iure ſuo facere præd. ex cauſa, quãdoquidem Concilium ordinario id minimè reſeruauerit, ſed tãtùm an omninò ante conſummationem remittendæ ſint: & in terminis ita tenet, atq; inter-

terpretatur præfata verba Concilij Alfonſus à Veracruce in ſuo appendice ad Specul.coniug.in 1.dubio,in 3. propoſitione, dicens, quòd huiuſmodi denunciationes, quas parochus tenetur inter Miſſarum ſolénia facere, licèt aliqua ex cauſa poſsit ipſe parochus vtés iure ſuo remittere ante coniunctionem & celebrationem matrimonij, tenetur tamen eas facere ante conſummationem ipſius per tres dies feſtos, & expreſsius idem probat in quarta propoſitione, dicens, quòd ibi (nempè in dicto Concilio) datur parocho, vt ante trinam admonitionem publicam poſsit matrimonium celebrare cum vna vel altera publicatione ſolùm, quando ſuſpicio eſt de matrimonio malitioſè impediendo: quare infert, & tenet ibi, quòd parochus ex libito ſuo, ſi ſuſpicio præfata non adſit, non poterit licité omittere huiuſmodi trinam publicationem ante coniunctioné matrimonij, quamuis ſi id faciat, nó peccet mortaliter, de ſe ſcandalo ſecluſo, vt ibidem probat in ſupradicta propoſitione. Eamdem principalem ſentétiam, quòd parochus quando adſit probabilis ſuſpicio, quòd matrimonium malitioſè impediri poſsit, ſi tot præceſſerint denuntiationes, vt putà, quia pater impedire poſsit, & teneatur remittere eas ſub pœna peccati mortalis, anathematis, & reſtitutionis, probat enixe Albornoz lib. 4. *del arte de los contratos*, cap. 1. *del ſanto Concilio Trid.* in verſic. el octauo cap. fol. 153. & ſeq.

His tamen non obſtantibus, contrariam partem, imò quòd parochus non poſsit remittere vllam trium denuntiationum, de quibus in præd. decreto Concilij, nec ante celebrationem matrimonij, nec ante conſummationem ipſius ex prædict. cauſa, nec alia exiſtente, ſed quod hoc totum ad ordinarium Eccleſiaſticũ ſpectet, praxis communis, ſaltem huius Epiſcopatus Ciuitatenſ. (nec alterius contrarium ſcio) recepit, quæ ſic interpretata eſt mentem, ac verba præfata Concilij: & meritò, quia ad ordinarium pertinet cauſæ cognitionem adhibere, an præd. ſuſpicio probabilis ſit, quòd matrimonium malitioſè impediretur, ſi tot præceſſerint denuntiationes, atque ſuo iudicio hoc diſcernere. Parochus autem in hoc facilè deciperetur, atque ſuorum contemplatione parochianorũ, ac precibus eorum allectus propè ſemper id iudicaret expedire, & abſque denũtiationibus præcedentibus omnia matrimonia celebraret: hoc autem manifeſtè eſt contra mentem Concilij, quæ facili negotio defraudaretur, ſi contrariam ſententiam admitteremus: & cũ cauſa hæc ſit magni ponderis non cuilibet parocho (quorum maior pars ignorat diſcernere, quando omitti huiuſmodi denuntiationes debeant) remittitur, ſed tota graui, & prudenti ordinariorum eſt iudicio cómiſſa. Præterea nullibi expreſsè decretum videmus, vt parochus cauſæ cognitionem, atque deciſioné iudicialem hac in re ſibi vendicare poſsit aduerſus authoritatem & iuriſdictionem ordinarij, cui iniuria profectò fieri videretur, atque in contemptum ſui quodammodo verteretur, ſi parochus ſolus id facere poſſet, haberetque eamdem iuriſdictionem exteriorem, huius ſaltem reſpectu, quam ordinarius ipſe: hoc auté abſurdum videretur, nulloque modo tolerandum. Inſuper eadem ratio quæ militat, vt ordinarius poſsit expedire iudicare, vt omninò præfatæ denuntiationes remittantur ante conſummationem matrimonij, quod expreſsit Cócilium, ipſamet vertitur, vt etiam ante celebrationem id iudicare debeat, exiſtéte probabili ſuſpicione de matrimonio malitioſè impediẽdo, ſi tot præceſsiſſent monitiones: nec differentiæ ratio probabilis inter vnum & alterum caſum reddi poteſt: quia, etſi ſit minus differre denuntiationes, quàm illas in totum auferre, quare videbatur prius licere parocho, ſecundum verò minimè, atque proinde hanc rationem diuerſitatis poſſe rectè conſtitui inter vtrumque caſum: attamen cum in priori requiratur cauſæ cognitio, eaque expreſsè à Concilio parocho conceſſa non fuerit, ſed hoc ipſum

N 5 reli-

Ayuntamiento de Madrid

reliquerit in iuris cõmunis diſpoſitione, relicta cenſetur in dubio ordinario, qui ſuam intentionem circa hoc, cæteraque ſuæ poteſtatis, iure cõmuni fundatam habet: & prętereà, quia idem Cõciliũ paulò poſt inferiùs in verſic. deinde, totam hanc facultatem omittẽdi omninò denũtiationes, reliquit arbitrio ordinarij: quod ideò expreſsit Concilium, quia ad hoc nullã requirit cauſæ cognitionem, ſed tãtùm ſi ipſe expedire iudicauerit: poterit igitur quacũque ex cauſa id ſibi iuſtum videbitur, ipſum facere, quod illius prudentiæ & iudicio ſancta Synodus reliquit, hoc eſt, ſuo arbitrio, abſque aliqua exteriori probatione.

Poſtremò hæc pars aperta effici videtur, ſi obſeruemus, atque animaduertamus, particulam illam, ſiue exceptionẽ, Niſi ordinarius ipſe, &c. vtrumque caſum comprehendere, quia reſpicit omnia ſupradicta à verſic. quòd ſi aliquando, &c. atque ita ad omnia illa referri debet. l. talis ſcriptura. & ibi latè Iaſ. nu. 36. ff. de legat. 1. & ita meritò idem Alfonſ. à Veracruce vbi ſuprà in 6. propoſit. in verſ. ex quo apparet, hãc ſecundã ſententiã ſibimet cõtrarius probauit, dicens, quòd ex verbis expreſsis in Concilio apparet, quòd Epiſcopus in admonitionibus ante coniunctionem matrimonij diſpenſare poſsit: quod tamen parocho interdictum eſt: & hanc partem optimè probat, & ſequitur Menochius conſil. 59. num. 61. & eam forenſis praxis recepit ſecundùm D. Segur. in ſuo di rect. iudic. Eccleſiaſt. 2. part. cap. 16. nu.
3 5. † Quare ſi parochus propria authoritate abſque licẽtia ordinarij id faceret, puniri poſſet, vt docemus in tracta. de iuramento confirmator. 1. part. capitul. 51. num. 25.

4 Nunc autem videndum eſt, an Ordinarius poſsit prædictas denuntiationes remittere ante coniunctionem & celebrationem matrimonij abſque aliqua cauſa, vel ſuſpicione? Et videtur dicendum, cum minimè hoc facere poſſe abſque cauſa, ex verbis ſuprà relatis ſacri Concilij, hoc ita demum permittẽntis, ſi probabilis ſuſpicio impediendi matrimonium fuerit, ſi tot præceſſerunt monitiones, & ſic cõditionaliter: ergo deficiente præd. ſuſpicione, vel alia cauſa rationabili, hoc minimè facere poterit: aliàs peccabit mortaliter, ſine iuſta & rationabili cauſa, & non habita priùs diligenti inquiſitione, & cognitione cauſæ diſpenſans, quamuis matrimonium teneat, vt in verſic. qui aliter, &c. eiuſdem decreti.

5 Secundò, quia nũquam tribuitur inferioribus facultas diſpenſandi in lege ſuperioris, niſi cauſa cognita, & ſumma maturitate, iuxta idem Concilium Tridentinum, ſeſs. 14. cap. 7. de reformat. & ſeſs. 25. cap. 18. facit idem Cõcil. ſeſs. 22. cap. 5. docet Innocent. receptus in cap. veniens. de filijs presbyt. num. 2. gloſſ. in cap. requiritur. §. niſi rigor. 1. quæſt. 7. Panormit. c. 2. de ſchiſmatic. & in cap. at ſi clerici. §. de adulterijs. num. 6. de iudic. Nauar. in. c. fin. de ſimo. nu. 4. tradit latè alios allegãs Menoch. cõſ. 15. nu. 15. vbĩ quòd aliàs non diſpenſatio, ſed diſsipatio appellari poterit, vt tenent omnes in cap. 1. & in capit. non eſt. de voto. Abb. in capit. ſignificaſti. de elect. copioſè Rebuff. in titulo de diſpenſat. ad plura beneſ. num. 52.

Tertiò, quia ſi aliud diceremus, inanis eſſet conditio à Concilio requiſita ad hoc vt diſpenſari poſsit in prædictis denuntiationibus, nempè ſi probabilis ſuſpicio fuerit matrimonium malitioſè impediri poſſe, ſi tot præceſſerint denũtiationes: hoc autem minimè eſt dicendum, quia eſſet verbis, non rebus legem imponere, contra. l. 2. cum ſimilibus. C. communia. de legat. quæ opinio conformis videtur, atque nimium adhærens literæ Concilij, & in terminis eam tenet & probat Iacobus Menochius dict. con
* ſil. 69. nu. 61. & ſeq. * & conſil. 446. nu. 1. cum ſeq. volum. 5. *

Nihilominùs tamen Alfonſus à Veracruce in appẽdice ad ſpecul. coniug. in 1. dubio in 6. propoſitione, exiſtimat ac probat contrarium, dicens ad arbitrium Ordinarij poſſe publicationes inter

Ayuntamiento de Madrid

inter Miſſarum ſolennia requiſitas relinqui,ſiue ſit aliqua ſuſpicio,vel nõ,vt patet in decreto Concilij : nam poſtquam dixerat huiuſmodi denuntiationes per parochum faciendas ante conſummationem matrimonij,additur, niſi Ordinarius ipſe expedire iudicauerit,vt prędi.denuntiationes remittantur,quod illius prudentiæ & iudicio ſancta Synodus relinquit : hæc namque exceptio vtrumque caſum comprehẽdit, vt prædiximus nu.2.circa finem.verſic.poſtremò.Quid tenendum?

6 In hoc vera reſolutio eſt requiri aliquam cauſam rationabilem arbitrio Ordinarij, ad hoc vt ipſe has denuntiationes remittere poſsit, ſiue ante coniunctionem,ſiue ante conſummationẽ matrimonij,nec ſolùm illa,quæ à Concilio exprimitur, nempè probabilis ſuſpicio, quòd ſi tot denuntiationes præceſsiſſent,matrimonium malitioſè impediretur,neceſſaria eſt, & requiritur ad hoc, vt Ordinarius eas remittere poſsit, ſed ſufficit, vt alia quæuis cauſa probabilis arbitrio Ordinarij intercedat, vt probatur in ipſo Concilio in verbis ſuprà relatis: nã etſi prius in dict. verſic. quòd ſi probabilis, eam ſolùm cauſam expreſſerit pro ſufficienti, nempè probabilis ſuſpicionis, quòd ſi tot denuntiationes præcederent, matrimonium malitioſè impediretur,poſteà tamen generaliùs loquitur,dicens: Niſi Ordinarius ipſe expedire iudicauerit, vt prædict. denũtiationes remittantur, quod illius prudentiæ & iudicio ſancta Synodus relinquit: nam,vt ſuprà probauimus, clauſula hæc ad vtrumque caſum refertur: quia ſi Ordinarij prudentię & iudicio remittitur,quod plus eſt, nẽpè remittere in totum præd.denuntiationes,à fortiori videtur eidem cõceſſum quod minus eſt, nempè differre præd. monitiones ad tẽpus celebrati iam matrimonij, ante ipſius tamen conſummationem.

7 Præterea, quamuis Concilium hoc relinquat prudentiæ & iudicio Ordinarij,nihilominùs hæc prudentia atque iudicium arbitrium boni viri ſignificat, vt latè probat Menochius de arbitrar. iudic.lib.1.quæſt.8.num.14. & ſequent. vbi de iudicio, & num.26.& ſeq. vbi de

8 verbo prudentiæ : & cauſæ † cognitio requiritur,vbi quis ſuo arbitrio cauſam finire poteſt, ſecundùm Bart. in l. cum hi.§. vult igitur.num.1.& ibi Angel. ff. de tranſact. & plures referens idem Menoch.vbi ſuprà,quæſt.19. in princip. &

9 iure, † ratione, & æquitate diffinire debet, vt latè reſoluit idem author dict.libro 1.quæſt.13.nu.15.& quæſt. 14.

10 Cauſa igitur aliqua iuſta & probabilis mouere debet Ordinarium, vt has denuntiationes remittere poſsit, quamuis non ea pręciſa,quæ à Concilio exprimitur: etſi in arbitrarijs requiri iudex non poſsit vt rationem reddat, cur ita egerit, iuxta ea quæ tradit idem Menochius dicto lib. 1. de arbitr.iudic. quæſt. 40.Et præd.reſolutio approbata eſt hodie declaratione Reuerendiſsimorum Cardinalium, ad interpretationem dubiorum ſacroſancti Concilij Tridentini deputatorũ : illi enim in noſtris proprijs terminis declarauerunt præfati Conci-

11 lij decretum in hunc modum : † Epiſcopus poteſt, etiam poſt contractum matrimonium,ante illius conſummationẽ, ſi ita expedire iudicauerit,ſecũdùm eius prudentiam & iudicium,ex aliqua cauſa arbitrio ſuo remittere denuntiationes, etſi non ſit ſuſpicio quòd matrimoniũ malitioſè impediatur;vt deduxi ex quodam ſumpto prędictarum declarationũ, quarum hęc erat decimaquarta in ordine, & eam refert in terminis D. Segurà vbi ſuprà,dict.nu.5.

12 Poterit igitur Epiſcopus ex aliqua ratione iuſta, ſibi tantũ cognita,prædictas denũtiationes remittere, & ita fit ſæpiſſimè.Caueat tamen omninò, ne ſine aliqua iuſta cauſa id faciat,etiam ſi ſuo arbitrio id ſit cõmiſſum,quãdoquidẽ,vt pręidcebamus,de arbitrio boni viri intelligitur, atque ideò iure, ratione, & æquitate hac in re vti debeat:& pręterea hoc ſignificant verba illa : Niſi Ordinarius ipſe expedire iudicauerit, &c. Aliàs enim ſi ad libitum abſolutè,& ſine cauſa id

Ayuntamiento de Madrid

id facere poſſet, non eſſet arbitrium, nec iudicium iuris ratione regulatũ, ſed potiùs libera voluntas, & fruſtrà diceret Cõcilium, Niſi Ordinarius ipſe expedire iudicauerit. Prætereà non eſſet bona prudentia, nec iudicium ratione regulatum remittere abſque vlla cauſa prædictas monitiones: cùm tamen Concilium prudentiæ & iudicio Ordinarij hoc relinquat, ſignificant profectò verba hęc, atque apertè inſinuant ratione vti debere in hoc ordinarium, aliàs non eſſet opus eius prudentia, ſed tantùm liberæ volũtati relinquere ſufficeret: cauſa igitur rationabilis mouere debet Ordinarium, vt hoc faciat, aliàs peccabit, quãuis matrimonium teneat. Sæpè enim remiſsio harum denuntiationum à contrahere volentibus petitur, vt impedimentum forſan aliquod exiſtens nõ detegatur impediens matrimonium contrahendum, non tamen dirimens iam contractum, nempè aliorum ſponſaliorum de futuro, voti ſimplicis caſtitatis, & ſimilium, hoc namque ipſi occultãt Ordinario, commentitiam aliquam cauſam eidem præoculis adducentes, vt eũ ad remiſsionem præfatam inuitent, atque inducant (ô bone Deus, quibus hodie fraudibus & cautelis vtuntur, tu ſolus es, qui noſcis, atque ſcrutaris corda hominum: illumina quæſo ea, vt à recto non deuient, ſed te ſolùm Deum ſemper ſectentur, ac tuis mandatis obtemperẽt, vt ad cœleſtem patriã peruenire mereãtur.) Ordinarius igitur præcauere debet, an aliqua rationabilis cauſa exiſtat remittẽdi prædict. denũtiationes: quòd ſi ea, ſuo iudicio, ac prudenti conſideratione adſit, ſecurè id facere poterit, quãuis, eo tamen ignorante, aliquod impedimentum ex ſupradictis modò enumeratis, & à partibus fraudulenter occultatis adeſſet, in hac enim ſpecie cum Ordinariꝰ ipſe fecerit quod in ſe eſt, & quod ipſo Concilio permittente potuit, minimè ſibi imputandum eſt, ſi quid præter intentionem contigerit, ſed tantùm partibus in re hac malè ſe habẽtibus: & ita ipſe tanquã Ordinarius Ciuitatenſ. nunquam remiſi præd. denuntiationes ſine cauſa, ſed cum aliqua rationabili allegata, & teſtibus probata, nempè ea, quæ exprimitur à Concilio, vel alia iuſta, & rationabili in ſcriptis, & aliquando ver-
13 bo. Ordinarius autem † in propoſito intelligitur Epiſcopus, ſiue eius officialis, vel Vicarius generalis, quem Prouiſorem appellamus, quia vnum & idem tribunal & auditorium cenſetur Epiſcopi, & Vicarij generalis ipſius: & quod facit Vicarius, dicitur Epiſcopus facere, ex text. in cap. 2. de conſuet. lib. 6. capit. Romana. in princip. de appellat. eodem lib. 6. & in terminis ita tenet Alfonſus à Veracruce in appendic. ad Specul. coniug. in 1. dubio. propoſitio 6. ad fin. &
14 D. Segura vbi ſuprà. † Hoc tamen intelligendum videtur, quando hæc poteſtas diſpenſandi in ſpecie fuerit Vicario ab Epiſcopo conceſſa, & non aliâs: in gene-
15 rali enim commiſsione nõ † tranſit, nec continetur poteſtas diſpenſandi, iuxta text. in cap. quòd tranſlationem, de offic. legat. eſt gloſſ. celebris in capit. quæ de cauſa. 2. quęſt. 4. Calderin. conſil. 3. de officio Vicar. Dominic. conſil. 38. col. 3. Probus in cap. ſtatutum. num. 29. de reſcript. in 6. Rebuffus in praxi benefic. titul. de forma Vicar. num. 44. & nu. 179. Nauar. in manual. cap. 27. num. 255. argument. text. in cap. 2. & fina. de offic. Vicar. lib. 6. & eorum, quæ docet Didacus Couar. lib. 2. variar. reſolut. cap. 5. nu. 9. & lib. 3. capit. vltim. nu. 4. & iuxta gloſſam receptam in capit. ſi vnum. de offic. delegat. lib. 6. & in terminis Cõcilij Tridentini, de quibus agimus, ita tenet & probat Menochius conſil. 69. num. 55. & ſequen. vbi ampliùs vult, nempè nõ poſſe munus hoc tam graue mandari Vicario, cùm ſit perſonale, ab ipſo ſacroſancto Concilio Tridentino Epiſcopo iniunctum, intelligẽs Ordinarium, de quo loquitur Concilium Tridentinum, eſſe tantùm Epiſcopum in propoſito, nõ verò ipſius Vicarium.

Nihilominùs etiam in noſtra ſpecie de qua agimus, verior videtur opinio Alfonſi à Veracruce indiſtinctè, prout ipſe

Ayuntamiento de Madrid

ipſe etiam ſenſit, nempè quòd Prouiſor, ſeu Vicarius generalis Epiſcopi, ſiue ſpeciale mandatum ad id habeat ab Epiſcopo, ſiue tantùm generale, poſsit pro ſuo arbitrio, atque iudicio, & prudentia remittere prædictas denuntiationes. Primò, quoniam dictus textus Concilij in verbis ſæpè relatis, ordinario nuncupatim concedit hanc facultatem, nec nominatim loquitur tantùm in Epiſcopo, ſed in Ordinario, quod nomen generalius eſt, comprehenditque tã ipſum Epiſcopum, quàm Prouiſorem, ſeu Vicariũ generalem, quia hic Ordinarius eſt, ordinariamque habet iuriſdictionem, vt in titul. de offic. ordinar. eſtque de ſe notiſſimum: & prętereà probatur in quã pluribus eiuſdem Concilij decretis loquentibus de ordinarijs locorum, & præcipuè ſeſſ. 6. in cap. de reformat. & alibi ſæpiſsimè, quibus plura facienda committuntur, ac mandantur: & tamen certiſsimum eſt, id non tantùm ad Epiſcopos, ſed & ad eorum Prouiſores, ſeu officiales generales ſpectare: nam ſi aliud diceremus, eſſet ineptiſsimum. * Et probat nouiſsimè Flaminius Pariſ. de reſignat. benef. libr. 3. quæſtione 11. num. 20. cum ſequentibus. *

Cùm igitur Ordinarius hoc poſsit, conſequitur manifeſtè, vt Prouiſor, ſeu Vicarius generalis Epiſcopi, poſsit remittere præd. denuntiationes arbitrio ſuo. Secundò, quia ſi Concilium aliud voluiſſet, expreſsiſſet: argumẽt. l. vnicæ. §. vbi autem. in fin. ibi: Nam ſi contrarium volebat, nulla erat difficultas coniunctim ea diſponere. C. de caduc. tollend. idem probatur in cap. inter corporalia. ibi: Vnde ſi citra de translat. Epiſcopi. congerit plurima Tiraquel. in l. ſi vnquam. verb. libertis. numer. 3. C. de reuocand. donation. Roland. à Valle conſilio 68. numero 35. libro 4. ſicut idem Concilium id expreſsit in caſu cap. 6. in fine. de reformatio. ſeſsione 24. Cùm ergo in noſtra ſpecie hoc non expreſſerit, quinimò generaliter loquens, id reliquerit Ordinario, tã Epiſcopus, quàm eius Vicarius generalis id facere poterit: lex enim generaliter loquẽs, generaliter eſt intelligenda. l. de pretio. ff. de Public. in rem actione. cum ſimilibus.

Tertiò, quia Concilium in hac parte non vtitur verbo diſpenſandi, ſed verbo remittantur, deferendo Ordinario, vt ſi ipſe expedire iudicauerit, poſsit remittere prædict. denuntiationes, ſicque ceſſant ſuprà in contrarium adducta circa materiam diſpenſationis, in qua poſſent iure procedere: non verò conuenire videntur in propoſito, cùm diuerſa inter ſe videantur diſpẽſare & remittere. Prætereà, etſi Concilium loqueretur per verbum diſpẽſandi, cùm tamen facultatem tribuat Ordinario id faciẽdi, non verò ſolis Epiſcopis, eorum Vicarij generales idem facere poſſent ratione ſuæ iuriſdictionis ordinariæ, cui hoc tribuitur, niſi Epiſcopus hoc ſibi ſoli ſpecialiter reſeruauerit, tunc enim ipſius Prouiſor, ſeu Vicarius generalis, id facere minimè poterit.

16 Vicarij autem inferiores & foranei, de quibus agit Clement. 2. de reſcriptis. cum gloſſ. in verb. foraneo, recepta ab Alexand. in rubric. ff. de officio eius cui mand. eſt iuriſdict. num. 17. & Couarru. lib. Practic. Quæſt. cap. 4. num. 8. & lib. 3. variar. reſolut. cap. final. non poſſunt, nec ſolent hanc licentiam concedere, vt aduertit etiam Veracruz vbi ſuprà, folio 5. in principio.

## *SVMMARIVM.*

1 *Filius matrimonium contrahere poteſt ſine patris conſenſu. Idem in filia de iure canonico. nu. 2.*

3 *Filius nihilominus cum conſilio patris vxorem ducere debet: quod à ſacro Concilio Tridentino non reijcitur. numero 4. Ratio huius numer. 7.*

5 *Dictio Præſertim, idem eſt quod maximè.*

6 *Natura dictionis Maximè eſt, vt explicet caſum minus dubitabilem, & implicet magis dubitabilem.*

8 *Filius etſi ſine patris conſenſu poſſit matrimonium contrahere, non tamen ſine peccato*

*poteſt*

Ayuntamiento de Madrid

*poteſt patris conſilium ſpernere.*

9 *Pater iuſtè poteſt perſuaſionibus & cohortationibus impedire filiũ, ne aliquam in vxorem ignominioſè perperam, & ſine conſilio ducat, dummodo non vi, aut violentia quadam id fiat, & nu. 27.*

10 *Ordinarius non debet tunc temporis denuntiationes remittere nec licentiam præſtare filio ad contrahendum abſque eis, & latiùs. nu 23. & ſeq.*

11 *Plus eſt inducere ad contrahendum, quam ad non contrahendum matrimonium cum vna.*

12 *Malitioſè fieri dicitur, quod iniuria fit, dolo adhibito, cum malitia ſit calumnia.*

13 *Filium famil. ducere vxorem indignam patre inuito, vel inſcio, eſt lædere ius patriæ poteſtatis, ac proinde ei iniuriam facere.*

14 *Is malitioſè aliquid facere dicitur, qui ſalua conſcientia facere non poteſt.*

15 *Abraham iam prouectæ ætatis factus ſeniorem, ſeruum ſuum adiurauit, ne de filiabus Chananæorum filio ſuo Iſaac vxorem accipiat, ſed ex terra, & cognatione ſua: & idem propè præcepit Iſaac filio ſuo Iacob.*

16 *Conditio illa, Si patri placuerit, in contrahendis matrimonijs, honeſta ac valida eſt, non verò turpis.*

17 *Cauſa vitandæ diſcordiæ & diſſidij, iuſta & rationabilis eſt, vt monitiones remittãtur, & vt ab ſponſalibus recedatur. nu. 20.*

18 *Verè diſſidium inter eos, qui ſe amore obcæcati ducunt, facilè exoritur, matrimoniaque ex eo infelicem exitum habent, ſicut illa, quæ coactione fiunt.*

19 *Amon Dauidis filius cum Thamar deperiiſſet, cubauit cum ea, & deinde exoſam eam habuit odio magno nimis, ita vt maius eſſet odium, quo oderat eam, quàm amor, quo antea dilexerat.*

21 *Deus odio non habet illum, qui vxorem ducit, cum tamen illum odio habeat, qui inter fratres diſcordiam ſeminat.*

22 *Pater poteſt ad tempus matrimonium filij impedire.*

24 *Arbitrio Ordinarij relinquitur iure communi, an denuntiationes remittendæ ſint.*

25 *Parentes ſolent maximè indignari, quòd filij cum inæqualibus contrahant matrimonium, eoſque exhæredes facere.*

26 *Epiſcopus ex rationabili cauſa poteſt diſpenſare, ne præd. denuntiationes fiant, vt in exemplis hic poſitis.*

28 *Ordinarius quando pater iuſtè impedire poteſt matrimonium filij, nõ debet remittere præd. denuntiationes: ſi verò timeatur maius, aut peius damnum ex ipſis denuntiationibus, ſi præceſſerint, ſatius erit eas remittere.*

29 *Pater, ſi filius coæquali contrahat, vel meliori ſine eius conſilio, etſi conqueri poſſit, non tamen iuſtè matrimonium impedire valet*

30 *Denuntiationes remitti poſſunt, quãdo filij ſub poteſtate nouercali eſſent poſiti, vt hic: cauſæ tamen cognitionem tunc interuenire oportet. num. 31.*

31 *Cap. 9. ad finem, de reformatione matrimonij, ſeſsione 24. ſacri Concilij Tridentini declaratur.*

## CAPVT XX.

### Pater an iuſtè abſque peccato poſsit impedire matrimonium filij, abſque eius voluntate, contrahendum cum diſparis ſtatus, & conditionis fœmina.

1 Filius, etſi matrimoniũ validè contrahere poſsit ſine patris conſenſu, vt extat recepta magis Doctorum opinio in l. nuptias. ff. de regul. iur. & ſcribunt copioſè Laurent. Calcaneus conſil. 13. num. 8. & Paulus Pariſ. conſil. 29. num. 2. lib. 3. Iacob. Menoch. conſil. 69. num. 19. & ſeq. cuius ratio ea dicitur, eſſe, quòd matrimonium liberæ voluntatis eſt, cùm perpetuæ ſeruituti homo ligetur, & ideò licèt filius debeat ſubeſſe patri, non tamen ita vt ſeruus, & mancipium, quemadmodum diceretur ſubeſſe, ſi cogeretur ad patris voluntatẽ vxorem ducere, vt perpendit doctiſsimus D. à Soto in 4. ſentent. diſtinctione 28. quæſtione 1. articulo 1. in fin. & Petrus Soto in comment. de inſtitut. ſacert. titul. de Sacrament. matrimo. lect. 4. poſt Diuum Thom. in 4. ſentent. diſtin. 19. ſequitur

Ayuntamiento de Madrid

ſequitur etiam Menochius. vbi ſuprà.

2 Et quòd filia iure Canonico attento, poſsit liberè abſque patris conſenſu, vel licentia nubere probat Didacus Couarruuias in 4. decret. 2. part. cap. 3. § 8. nu. 1. eamque teſtatur veriorẽ & magis receptam ſententiam iure Pontificio veteri & nouo, idem Menoch. de arbit. iudic. Centu. 5. caſu. 452. num. 8. vbi plures authores refert huius opin. & latè probat Didacus Perez in. l. 1. tit. 1. libro 5. ordinam. fol. 25. Celſus conſil. 38. num. 1. latè quoque nos deduximus libro 2. practicarum quæſtionum, numer. 2. & 3. id quod hodie expreſsè approbauit ſacroſanct. Concil. Trident. ſeſsione 24. cap. 1. in princip. de reformat. matrimon. vbi ſancta Synodus anathemate dãnat, qui falſo affirmãt matrimonia, à filijs famil. ſine conſenſu parentum cõtracta irrita eſſe, & parentes ea rata, vel irrita facere poſſe.

3 Hæc tamen licèt ita ſe habeant, filius nihilominus cum conſilio patris vxorẽ ducere debet, non verò ſine eius conſilio, vt apertè Theologi omnes affirmãt ſecundùm Dominicum à Soto, vbi ſuprà. vnde aliter faciens abſque rationabili cauſa peccabit mortaliter, iuxta textum in cap. honorantur 32. quæſt. 2. in illis verbis, iudicium ſpectat parentum, & ibi, ita vt electionem mariti parentibus deferat: & docet Nauar. in Manuali, capit. 14. numer. 15. Dominicus à Soto vbi ſuprà. & Petrus Soto vbi ſuprà. lect. 3. Decanus Louanienſ. de impedimentis matrimon. fol. 351. Alfonſus à Veracruce in Specul. Coniug. 3. parte. artic. 20. concluſione 3. fol. 649. Menoch. dicto conſil. 69. num. 19. & 23. Burg. de Paz. conſil. 20. nu. 7.

4 Hoc autem Concilium non reijcitur à Sacroſancto Concil. Trident. loco ſuprà citato, nam etſi vnam tãtùm rationem, qua clandeſtina matrimonia exterminauit, conſiderauit ſacrum Conciliũ, nempè, quòd aliqui æternæ ſalutis immemores clam ductam vxorem ſpernebant, & cum alia palàm contrahebant, atque ita perpetuò viuebant in adulterio: alijs tamen rationibus ad ita ſtatuendum, verè adductum fuiſſe ſignificat illa dictio, præſertim. Nam cum in ſuperioribus dixerit, verùm cum ſancta Synodus animaduertad prohibitiones illas propter hominum inobedientiam iam non prodeſſe, & grauia peccata perpendat, quæ ex eiſdem clandeſtinis coniugijs ortũ habent, addit pręſertim eorũ, qui in ſtatu damnationis permanẽt, &c.

5 ] Illa namque dictio, præſertim, quæ idẽ eſt, quòd maximè, vt copioſè ſcribit Albertus in ſuo dictionar. in verb. præſertim, hoc ſignificat: quia natura dictionis maximè eſt, vt explicet caſus minùs

6 dubitabilem, † & implicet magis dubitabilem, ita Decius in. l. qui ſe patris. numero 10. C. vnde libr. idem de dictione præcipuè reſpondet Socin. Iunior. con-

7 ſilio 86. num. 9. lib. 2. Ex multis † ergo rationibus illa vna fuit, quæ rei noſtræ cõuenit, quòd iuræ naturæ, quo parentes in liberos funguntur, ſub quorum ſunt poteſtate, conuenit ne citra patris conſilium aliquid de re tam graui, vt eſt matrimonij vinculum, à quo totum vitæ inſtitutũ pendet, filius deliberet, & ipſa perpetuitatis ratio & amoris nexus, quo debẽt coniuges conglutinari, per quam maturum conſilium in paſcendis, conciliãdiſque nuptijs expoſsit, ne facti, quod leuiter contractum eſt, diu contrahentes pœniteat: hanc rationem fuiſſe perpenſam ab optimis illis patribus, qui ſacro Concilio interfuere, teſtis eſt Dominicus à Soto vbi ſuprà. colum. 3. in princip. & ibi, in fine illius articuli cõcludit,

8 † quòd etſi filius ſine patris conſenſu poſsit matrimonium contrahere, nõ tamen ſine peccato poteſt patris conſiliũ ſpernere, quod etiam affirmauit Petrus Soto vbi ſuprà. & Menochius de arbitrar. iudic. Centur. 5. caſu 452. cum ſequentib. idem ſequitur ipſe Menochius dicto conſil. 62. num. 25. & ſequent. & vtrobique prædicto modò Concilium intelligit, nempè, vt non excludat patris conſilium, quamuis matrimonium filij ſine conſenſu patris contractum validũ eſſe ſtatuat.

Ex

Ayuntamiento de Madrid

9 Ex ſupradictis ſatis deducitur, quòd pater iuſtè poſsit ſuaſionibus & cohortationibus impedire filium, ne aliquam in vxorem ignominioſè perperam, & ſine conſilio ducat, quandoquidem filius tenetur eius conſilium, quamuis nō con ſenſum ad id requirere. Concilium enim Tridentini, ſeſsione 24. cap. 1. de reformat. matrimon. in verſi. quòd ſi aliquādo, id demum matrimonij impedimentum tollere intendit, quod malitioſè opponi probabiliter præſumitur, ob eamque cauſam permittit, vt vna tantū denuntiatio fiat, vel ſaltem contracto matrimonio corā parocho & teſtibus, ante illius conſummationem denuntiationes in Eccleſia fiant, niſi Ordinarius ipſe expedire iudicauerit, vt prædictæ denuntiationes remittantur, quòd illius prudentiæ & iudicio ſancta Synodus relinquit, hoc autem patris impedimentum, quando iuſta cauſa impediendi adeſt, propter magnam inæqualitatem & diſparitatem contrahentium non eſt malitioſum, ſed iuſtum, dummodo nō vi, aut violentia quadam id fiat, ſed ratione, vt eſt prædictum: erit igitur licitum in cōſcientia patri huiuſmodi matrimonium
10 impedire. † Quo fit, vt Ordinarius tūc temporis non debeat remittere denuntiationes, ac proinde licentiam filio contrahendi concedere coram parocho & teſtibus abſque eo, quòd denuntiationes præcedant, etiam ſi poſteà ſequi deberent, timens, ne pater ipſius filij hoc ſciens, valeat huiuſmodi matrimonium impedire, cum reuera in hac ſpecie ſine cauſa diſpenſet, & non malitioſè, ſed iuſtè pater poſsit impedire: fieri enim non poteſt, vt pater filio in matrimonio conſilium præbeat, ſi eo inſcio filius contrahat, quod ex ſequentibus etiam comprobatur, atque verum effici videtur.

11 Primò, quia plus eſt inducere ad contrahendum, quàm ad non contrahendū matrimonium cum vna, cum in contrahendo videatur homo perpetuæ ſeruituti alligari, vt cum ſancto Thoma probat D. Soto in 4. ſenten. diſtinct. 29. quæſtione 1. artic. 4. & tamen non contrahēdo cum vna remaneat libet, vt cū alia poſsit contrahere: poterit ergo etiā ſuaſionibus efficere, ne aliquam ducat, quando iuſta cauſa impediendi adeſt.

12 Secundò, quia malitioſè fieri dicitur, quod iniuria fit dolo adhibito, cum malitia ſit calumnia, vt in ſpecie exponit gloſ. final. in cap. vltimo, de clandeſt. deſponſat. recepta ad ſcribentibus ibidem, & à Menoch. lib. 2. de arbitr. iudic. caſu 321. Hippolyt. conſil. 72. num. 73. & conſil. 68. in prima parte, & à Socin. Iun. in l. filiusfamiliâs. §. Diui. numer. 6. ff. de legat. 1. Sed dolus & malitia hæc non conuenit in hac ſpecie in patre, quia iure ſuo vtitur, atque ita conſequenter nemini iniuriam facit, dum conſilio filio prębet, ne contrahat cū minùs digna, quinimò filius peccat, dum hoc caſu conſiliū patris reijcit, atque ſpernit, vt eſt prædictum, quam indignationem latè conſiderat Pariſius conſil. 29. nu. 17. cum multis ſequentibus lib. 3.

13 Tertiò, ſuperiora comprobātur, quia licitum eſt etiam iure naturæ vnicuique propulſare iniuriam. vt in l. vt vim. cum materia. ff. de iuſtit. & iur. Sed filiumfamil. ducere vxorem indignam patre inuito, vel inſcio, eſt lædere ius paternæ poteſtatis, ac proinde ipſi patri iniuriam facere. l. vnica. C. de rapt. virgin. ex qua ita cenſet poſt Hoſtienſ. in Summa de clandeſt. matrim. num. 5. Palud. in 4. ſentent. quæſt. 28. quæſt. 2. artic. 1. ergo iuſtè pater poterit defendere ius ſuum patriæ poteſtatis, matrimonium huiuſmodi impediēdo. Nam is malitioſè aliquid
14 facere † dicitur, quod ſalua conſcientia facere non poteſt, cùm malitia ſit peccatū, teſte Apoſtolo ad Epheſios cap. 4. Et ad Corint. 1. cap. 5. at pater ſalua conſcientia impedire poteſt, ne filius cum indigna contrahat, ergo malitioſè impedire non dicitur: minor probatur lege diuina. Geneſis cap. 24. vbi Abraham iā
15 prouectæ ætatis factus, † ſeniorem ſeruum ſuum adiurat, ne de filiabus Chananeorum filio ſuo Iſaac vxorem accipiat, ſed ex terra & cognatione ſua. Et Geneſis 28. ſcriptum eſt Iſaac itaque præcepiſſe

Ayuntamiento de Madrid

piſſe filio ſuo Iacob, Noli accipere coniugem de genere Chananæorum, ſed vade,& proficiſcere in Meſſopotamiã Syriæ, ad domum Bathuel patrem matris tuæ,accipe tibi in vxorem de filiabus Laban auunculi tui: quod latius proſequitur Menoch. dict.conſil.69.num.34.& ſeq.Conſequentia patet:igitur,&c.

16 Quartò, quia côditio illa, Si patri placuerit, in contrahendis matrimonijs honeſta,ac valida eſt,non verò turpis,vt in cap.ſuper eo.& in cap. per tuas. de condit. appoſit. & ibi communiter Doctores.l.3.titul.1. & l.3.titul.4.part.4.& ibi Gregorius Lopez, Angel. de Clauaſ. in ſua Summa, verb.marrimonium. impedimento 3.num.3.Sylueſter verb. matrimonium.3. num.3. ergo voluntas patris repugnantis matrimonio contrahendo, non dicitur afferre iniuſtum impedimentum, quia ſi verum id eſſet, opus eſſet dicere matrimonium contractum, ſi patri placuerit, eſſe contractum ſub turpi conditione,cum turpe ſit,quod ex malitia ſit,vt eſt prædictum: antecedens eſt falſum, vt videmus: ergo & conſequens.

17 Quintò,quia ex huiuſmodi matrimonio filij cum indigna contrahẽtis, ſumma diſcordia inter patrem & filium, & inter conſoceros induci poſſet,vt experientia docet: ſed cauſa vitandæ diſcordiæ & diſsidij, iuſta & rationabilis eſt, vt in hac ſpecie exiſtimauit Abb.in cap. requiſiuit.num.4.de ſponſal. vbi exemplificat, & in his terminis Felin. conſil. 26. num. 21. ergo iuſtè licet patri impe-

18 dire hoc matrimonium. † Præmaximè, quia verè diſsidiũ inter eos, qui ſe amore obcæcati ducunt,facilè exoritur,matrimoniaque infelicem ex eo exitum habent,ſicut & quæ coactione fiunt:argumento dicti capit.requiſiuit:amor enim exceſsiuus cogit amantes coniungi abſque prouida in futurum cogitatione, cuius rei exempla ſunt manifeſta in

19 diuinis literis. † Amon enim Dauidis filius, cùm Thamar deperiſſet, cubauit cum ea, & deinde exoſam eam habuit odio magno nimis, ita vt maius eſſet odium, quo oderat eam, quàm amor, quo anteà dilexerat, vt legitur 2. Regum, capitulo 13. probat latius Menochius dicto conſilio 69. numero 44. & ſequent. ergo cum forſan, imò veriſimiliter à cõmuniter accidentibus odiũ cauſabitur inter ipſum virum & vxorem, quia adoleſcens imprudentis facti pœnitens, tum præſertim quòd bonis paternis (excepta legitima) priuari poſſet à patre ſuo, imò etiam odio ipſius fratrem, vel ſororem meliorabit in his regnis in 3. & 5. vt ſibi legibus Regijs permiſſum eſt, vxorem etiam odio proſequi incipiet,atque ita inter eos perpe-

20 tua erit diſcordia, † quæ ſanè cauſa rationabilis eſt, vt recedatur ab ſponſalibus, atque ita matrimonium impediatur, vt ſcribit Abb. vbi ſuprà. Quot autem &,quanta mala ex diſcordia proueniant, copioſè, ac ſanctè ſcribit beatus Antoninus Archiepiſcopus Florentin. in 2. parte ſuæ Summæ, titul.4. capit.8.

21 Accedit, † ꝙ Deus odio nõ habet illum, qui vxorem non ducit, cùm tamen illum odio habeat,qui inter fratres diſcordiam ſeminat, vt legitur Prouerbiorum cap.6. poteſt ergo meliùs omitti matrimonium, quàm diſcordiam inter patrẽ & filium excitare: præſertim cum adoleſcens, qui impeditur à patre ducere aliquam vxorem,non impediatur in bono matrimonij, quia alteram cum patris conſilio, ſuæ conditioni parem ducere poterit, & illa quoque alteri æquali nubere: & hoc dicitur impedimentum nõ

22 perpetuum, † ſed ad tempus; quod iure patri permittitur, vt in ſpecie poſt alios notat Decius in l.nuptias.num.10 ff.de regulis iur. & Menochius dicto conſil. 69.nu.52.& 53.

23 Prętereà & reſpectu Ordinarij,quòd ſcrupulo careat, ſi hoc caſu deneget licentiam contrahendi matrimoniũ abſque denuntiationibus præcedentibus, quinimò, vt intelligat meliùs facere, ſi eam deneget, quàm ſi concedat, facit: nam etſi matrimoniũ magnũ ſit Sacramentum,teſtãte Apoſtolo ad Epheſ.c.5. probat Couar.in 4. part. 2.c.1.§. vnico,



Ayuntamiento de Madrid

nu.2. attamen meliùs eſt Sacramentum hoc omittere, quàm diſcordiam inter patrem & filium excitare: nam ſcriptum eſt Matthæi cap.5. Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduerſum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade priùs reconciliare fratri tuo, & tunc veniens offer munus tuum: ergo ſicut munus, quod diuino numini offertur, non ſe compatitur cum odio & diſcordia proximi, ita etiam nec matrimonium, ex quo maxima inter patrē & filium ſperatur iure diſcordia, contrahi debet quouſque reconcilientur, non igitur Ordinarius ægrè ferre debet, quòd matrimonium huiuſmodi inter valdè diſpares, impediri facilè poſsit, ſi tot denuntiationes præceſſerint, & quòd mulier ipſa abſque remedio manebit: quandoquidem iure optimo, & tuta conſciētia abſque malitia aliqua id impedire poſsit pater, vt ſuprà probauimus, & huic ſe ſponte exponit periculo fœmina, quæ altiori nubere vult inſcio patre viri, aliud ergo quærat connubium ſuo ſtatui condecens, quòd ſi honorem, & pudicitiam ſuam indiſcretè profuderit, ſibi imputet, cum præfatus pater iure ſuo contradicere valeat. Prætereà Ordinarius diſpenſare in hoc non tenetur, niſi quando probabilis ſuſpicio eſſet, quòd matrimonium malitioſè impediri poſſet, ſi tot præceſſerint denuntiationes, vt in Concilio, deficiente ergo prædicto malitioſo impedimento, & ſtante iuſto, atque rationi, iurique conſono, vt monitiones non remittantur, poteſt, & debet formam & ſolennia Concilij in matrimonijs contrahendis integrè, & ſuo ordine ſeruare: ſi ergo hoc poteſt & tenetur, igitur ſi obſeruet, nihil timeat: quinimò in hac ſpecie ſi aliud faceret, dum matrimonio inter valdè impares fauere vellet, ſibi forſan, ſuæque conſcientiæ damnum atque detrimentum inferret, tanquam cooperator, atque executor peccati filij, nolentis deferre honori patris, atque obligationi, qua tenetur conſilium eius exquirere in matrimonio contrahendo. Præſertim quòd ipſe filius, ſi conſilio habito cum patre, adhuc non obſtante ipſius contradictione, eandem ducere velit vxorem, pater hoc impedire de facto, vel iure non poterit, tuncque Ordinarius præcedentibus denuntiationibus, ſi aliud Canonicum non obſiſtat, poterit, & debet licentiam præſtare matrimonium contrahendi, ſicque faciēti, quod in ſe eſt Deus, non denegabit ſuum auxilium: & in terminis ſuperiora omnia, tum ex ſupradictis, tum etiam ex alijs fundamentis latiſsimè probat, & tenet Iacobus Menochius dictò conſilio 69. numero 15. & ſequent. vſque in finem. & in parentibus idē probat in terminis F. Antonius à Cordub. in ſuo tractatu *de caſos de conciencia*, in ſecunda editione. quæſtione 171. fol. 465. columna 7. adde nouiſsimè Didac. Perez in l.1. titul. 15. libro 8. ordinament. fol. 284. colum. 2. de hoc agentem: & ita eſt tenendum, quamuis Albornoz libro 4. *del arte de los contratos.* tit.1. del ſancto Concilio Tridentino, in verſic. el octauo capitulo. folio 153. latè probet contrarium, nempè parochum, vel Ordinarium, hoc caſu non remittentem denuntiationes peccare mortaliter, & tanquam impedientem matrimonium incurrere anathema, de qua in capitulo 9. de reformatione matrimonij, dicta ſeſsione 24. & ad reſtitutionem parti læſæ teneri: ſed in primis quantum ad parochum cum ad ipſum hoc non ſpectet, vt latè ſuprà reſoluimus capitulo proximo, falſum dicit. Quoad ordinarium data maxima inæqualitate contrahētium ibidem per ſupradicta, reſpectu autem anathematis fallitur manifeſtè, vt ex infrà dicendis in fine huius capituli apparebit, & ita meritò nouiſsimè eum reprehendit Menochium, ſequutus Ioannes Segura in ſuo directorio iudiciorum Eccleſiaſt. 2. part. c.16. nu.8. & ſequen. dicēs, quòd Albornoz in hoc ventos de Theſauris ſuis produxit, & veniens in altitudinem maris tempeſtas, demerſit eū: & ita nos cum ſæpè, ac ſæpiùs fuerimus requiſiti,

vt

Ayuntamiento de Madrid

vt præfatas denuntiationes ante matrimonij celebrationem remitteremus ob timorem prædictũ,quòd ſi præceſsiſsẽt, matrimoniũ probabiliter malitioſè impediri poſſet, & ſi hoc probato eas remiſſerimus, ſemper tamen obſeruare re ſolitus ſum, an ſit æqualitas inter contrahentes, vel parua diſtãtia, tunc enim faciliter annuo,ſi verò eſſet magna inęqualitas (quod coram me nunquam cõtigit) non concederem.

Hæc tamen quamuis ita ſe rectè habere videantur,non tamen carent difficultate,& primò,quia,vt in cap. præcedenti diximus,arbitrio Ordinarij relinquitur,quæ,& quando hæ denuntiationes fieri debeant, & an omninò remittendæ ſint, vel non, vt conſtat ex dicto decreto Concilij Trident. ſeſsione 24. cap.1. de reformatione matrim. in verſ. niſi Ordinarius ipſe expedire iudicauerit,&c. & ibi, quod illius prudẽtiæ & iudicio ſancta Synodus relinquit ius commune, etiam idem facit, quemadmodũ
24 † ſcribunt Hoſtienſ. in Summa de clandeſt.de ſponſat.nu.2.& col.4. & Petrus de Palude in 4.ſentent.diſtinct.28.quæſtione 2.artic.2. ergo rectè poterit Ordinarius in prædicta ſpecie iudicare, quòd malitioſè & de facto impediri poſſet hoc matrimonium à patre, idque eſt maximè veriſimile ob magnam inæqualitatem contrahentium, ob quam parentes maximè ſolẽt indignari, & filios ex-
25 hæredes † facere,vel illis omnia bona auferre, excepta legitima, vt paſsim legimus apud Doctores in l. nuptias. ff. de regul.iur.& Felin.in conſilio 26.numero 29.Calcaneus conſil.13.numer.8. Pariſius conſil.29. num.3. & 46.libro 3. & alibi ſæpiſsimè. Hæc tamen prima difficultas diluitur ex ſupradictis, cum patri liceat hoc caſu ius ſuum defendere, ac iure poſsit ſuaſsionibus & cohortationibus filium ab huiuſmodi propoſito dimouere, ac proinde non dicitur malitioſè id facere, & quamuis arbitrio Ordinarij ſit remiſſum, quando debeat denuntiationes remittere,vel non,hoc tamen debet eſſe cũ cauſa, vt in cap. præcedenti latè oſtendimus, præcipuè illa, quæ à Concilio exprimitur,in verſicul. quod ſi probabilis ſuſpicio,&c. Hic autem nulla eſt in rei veritate, quinimò aduerſus mentem Concilio fieret, ſi remitterentur, cum vt eſt prædictũ Concilium ob hanc rationem, vt patri innoteſceret, voluit denuntiationes fieri debẽre,ergo Ordinarius concedendo prędictam licentiam abſque admonitionibus,fortè excederet fines ſuæ poteſtatis, ita reſpondet Menoch. dict. conſil. 69. nu.62.& ſequent.

26 Secunda difficultas proponitur ex doctrina Paludani in 4. ſentent. diſtin. 28. quæſtione 2. artic. 3. dicentis Epiſcopũ ex rationabili cauſa poſſe diſpenſare,ne hæ denuntiationes fiant, nempè quando eſt timor,ne oppoſitum, vel peius eis ſequatur propter inæqualitatem eorũ, qui volunt ſe habere,aliter fornicabuntur,& parentes ſi ſcirent,vel inferiorem interficerent, vel potiùs falſos teſtes ſupponerent, & ſic malè impedirent: ſi autem ſcirent ex toto celebratum, ex tunc quia non eſt remedium, parentes ſuſtinebunt:quæ ſanè doctrina maximè obeſſe videtur ſupradictis. Nihilominùs tamen reſponderi poteſt, eam procedere, ac loqui, vt patet quando eſt timor,ac probabilis ſuſpicio,quòd matrimonium, ſi tot præcederent denuntiationes malitioſè à parentibus impediretur de facto, ne oppoſitum, vel peius ex eis ſequatur(vt inquit Paludanus)nempè quòd ſi parentes id ſcirẽt, inferiorem interficerent, vel falſos teſtes producerent, & ſic malè impedirent de facto, quo caſu malitioſum impedimentum cum ſit & cum peccato,atque mors, aut aliud grauiſsimum ſcãdalum ſequi probabiliter timeatur, ob euitandum hoc maius malum,minus eſt permittendum, nempè vt iſti contrahant ſine denuntiationibus præcedentibus, quia parentes id ſcientes poſt contractum matrimonium, cum iam non ſit remedium ſuſtinebunt, & quamuis inde diſcordia, & cætera, quæ ſuprà conſiderauimus, oriri poſsint, non tamẽ eſt omninò cer-

O 2 tum

Ayuntamiento de Madrid

tum ea oritura, aut ſaltem tantùm nocitura, quantum damnum ſequi poſſet ob prædictas denuntiationes, ſi parentes rē ſcirent: & ideò meritò, vt hoc caſu Ordinarius diſpenſet, atque licentiam præſtet contrahendi matrimonium abſque denuntiationibus præcedentibus, ad cui tandum maius malum, & hoc eſt, quod vult, & tenet Paluda. vbi ſuprà. Hoc autem deficiente, ſed ſtando in terminis priùs poſitis, licitum erit patri vti ſuo iu
27 re, dum tamen iuſtam metam non † excedat, atque minis, dolo, vi, falſitate, vel calumnijs non vtatur, aliàs ſecus quare prudenter ſe habere debet hac in re pater, ne dum honori conſulere vult, animæ ſuæ detrimentum patiatur: Ordinarius igitur quando pater iuſtè impedire
28 poteſt, non debet † remittere prædictas denūtiationes. Si verò timeatur maius, aut peius damnum ex ipſis denuntiationibus, ſi præceſſerint, tunc iuxta doctrinam Palud. ſatius erit eas remittere, & ita intelligenda eſt hæc materia.

29 Quod ſi non eſſet inæqualitas inter contrahētes, vel ſi qua adeſſet, eſſet quidem parua omnibus penſatis, vel à fortiori, quando filius, vel filia meliori nubere vellet, tūc etſi pater conqueri poſſit, quòd filius ſine conſenſu eius id faciat, attamen impedire matrimonium iuſtè non poterit. Ordinariuſque ſi timeatur probabiliter huiuſmodi impedimentum, remittere iuſtè poterit prædictas denuntiationes: ſed & alij caſus malitioſi impedimenti videre poterunt in propoſito per Ioan. Segur. vbi ſuprà, dicta 2. part. cap. 16. numer. 10. & ſequent. quarum præcipua eſt, quādo filij ſub po
30 teſtate nouercali poſiti ſunt, † quia inde malitia præſumi poteſt maximè, ſi ex hæreditate materna facti ſunt diuites, quia te ob matrimonium contrahendum, parentes bonorum fructus amittant, quælibet obijcient malitioſa impedimenta: tandem reſoluit num. 17. cauſæ cogni
31 tionem † ſaltem ſummariam fieri oportere, vt in his diſpenſetur, nec ex aliqua latenti cauſa, iudici tantùm cognita id licere, de quo ſuprà eſt dictum.

32 Tertia & vltima difficultas aduerſus ſupradicta eſt, ex decreto de reformat. matrim. c. 9. ad fin. eiuſdem ſeſsion 24. ſacri Concilij Tridentini. in verſic. illo, qui eſt huiuſmodi. Quare cum maximè nefarium ſit matrimonij libertatem violare, & ab eis iniurias naſci, à quibus iura expectantur, præcipit ſancta Synodus omnibus cuiuſcūque gradus, dignitatis, & conditionis exiſtant ſub anathematis pœna, quam ipſo facto incurrant, ne quouis modo directè, vel indirectè ſubditos ſuos, vel quoſcunque alios cogant, quominùs liberè matrimonīū contrahant: ex his namque verbis videtur parentibus interdictum, ſub præd. pœna (quæ propter inobedientiā apertè præſupponit peccatū mortale) ne filijs matrimonij contrahendi, cum quibus voluerint fœminis libertatem quoquo modo impediant: quem text. ſacri Concilij multis verbis contendit, & affirmat eſſe extendendum ad parentes, & alios impedientes matrimonium, Albornoz lib. 4. *del arte de los contratos*. tit. 1. del ſancto Cōcilio Trident. fol. 157. in verſic. el capitulo 8. nihilominùs tamen. ſua hac de re opinio falſa eſt, & abſque ſolido fundamento & ratione, quinimò contra verba expreſſa principij, & præfationis. d. cap. 9. quia loquitur in dominis temporalibus & magiſtratibus, qui viros & mulieres ſub eorum iuriſdictione degentes maximè diuites, vel ſpem magnæ hæreditatis habentes minis & pœnis adigunt, cum his matrimonium inuitos contrahere, quos ipſi domini, vel magiſtratus, illis præſcripſerint, vnde deciſio illius capitul. intelligi debet iuxta ſui præfationem & principium, atque ad id referenda iuxta l. final. cum ſimil. ff. de hæredibus inſtit. idque conſtat expreſsè ex verſiculo ſequenti prius relato ex dictione illa, quare, &c. quæ cauſalis eſt præcedentium, vnde pœna præfata, ſiue prohibitio extendi non debet ad alias perſonas, quàm ibi enumeratas iuxta l. interpretatione. ff. de pœnis. &. c. pœnæ. de pœnitentia. diſt. 2. & l. quod vero. ff. de legib. capit. ſtatutum. de

Ayuntamiento de Madrid

de elect. libro 6. & ita remanet ſublata præcedens tertia difficultas, atque materia hæc ſatis explicata.

## SVMMARIVM.

1 *Verba hæc, non ducam vxorem niſi te, & ſimilia quid operentur? & num. ſeq.*

2 *Dictio, niſi, præcedentem negationem ſequuta affirmat, quod ponit, ſequuta verò affirmatiuam negat.*

3 *In matrimonijs contrahẽdis in dubio, quem valorem habere debeant verba prolata communis ſenſus attendendus eſt.*

4 *Communis ſenſus verborum præualet propriæ dictionis ſignificationi.*

5 *Sermones prolati, vulgari lingua iuxta communem vſum loquendi interpretandi ſunt, ſed prolati in literali ſermone ſecundùm artem literarum, vel groſſum modum loquendi.*

6 *Loquentium qualitas & conditio in propoſito, etiam attendenda eſt.*

7 *Communis ſenſus verborum, de quibus in nu. 1. videtur eſſe, vt inducant matrimonium de præſenti, alij exiſtimant, vt ſponſalia de futuro inducant, alij diſtinguunt, vt in nu. 12. tertia opinio tenenda numer. 13. ponitur, & num. 18.*

8 *Verba conſenſum de præſenti exprimentia eſſe debent ad inducendum matrimoniũ de præſenti, nec verba ad hoc ſunt neceſſaria, ſed ſatis eſt conſenſum de præſenti induci per ſigna, non ſolùm in muto, ſed etiã in valentibus loqui, vt in nu. 9.*

10 *Quando oratio præcedens inducit ſolam potentiam dictio, niſi, ſubſequuta ſolùm negat potentiam, ſi verò oratio præcedens actum induxerat, dictio, niſi, actum quoque negat.*

11 *Matrimonium de præſenti hodie attento ſacro Concilio Tridentino nullum contrahi poteſt, niſi coram parocho, vel alio ſacerdote de ipſius, vel Ordinarij licentia, & duobus, vel tribus teſtibus.*

14 *Promittens non alij, quam Titio fundum ſe venditurum, non tenetur abſolutè illi eum vendere, ſed tunc demum cũ alij venditurus ſit.*

15 *Idem eſt dicere non vendam domum hanc, niſi tibi, vel alij quàm tibi.*

16 *Oratio negatiua iuxta Dialecticas traditiones, nihil aſſerit, neque ponit ex ſe ipſa, niſi aliud extrinſecus affirmatiuè addatur exempla hic, & nu. 17.*

19 *Matrimonium iure communi contrahitur his verbis, contraho matrimonium, & nõ cum alia, niſi tecum.*

20 *Sponſalia de futuro ſunt, ſi promittens dixerit, ducam vxorem & non aliam niſi te, vel promitto contrahere matrimonium, & non cum alia niſi tecum.*

21 *Verba hæc promitto, quòd non habebo aliã mulierem in vxorem niſi te, non inducunt matrimonium de præſenti.*

22 *Si puella iuueni ſe interpellanti reſpondeat, nolo vt me cognoſcas niſi honeſtè atque ita ſe facturum iuuenis receperat, vitiaueratque, matrimonium contractum non videtur.*

23 *Verbum, volo, adiunctum infinitiuo deſignanti initium actus, eiuſque ſuſpenſionem in his, quæ à ſola voluntate diſponentis pendent, erit contractus ſponſaliorum, nempè, volo contrahere tecum matrimonium: erit tamen matrimonium, ſi dicta verba deliberatè ad interrogationem alterius prolata fuiſſent, vel quando præceſſiſſet tractatus de matrimonio contrahendo, vt in numero 24.*

25 *Verba hæc, ego tè volo accipere in meam, indicantur ſponſalia de futuro, ſi autem conſtat de intentione: ei eſt ſtandum in foro conſcientiæ.*

26 *Verbum, volo, adiunctum verbo denotanti executionem actus perfecti, & ſic matrimonij exercitiũ, vt volo te habere in vxorem, vel tenere in vxorem, inducit matrimonium de præſenti, niſi præcederent ſponſalia de futuro, vt hic.*

27 *Verba hæc, volo te in vxorem, ſi mulier ſimiliter concedat, inducunt matrimonium de præſenti.*

28 *Verba hæc, volo te eſſe vxorem meam, quando inducant matrimonium de præſenti, & quando non.*

29 *Verba hæc, iuro, vel promitto, quòd te habebo in vxorem an inducant matrimonium, vel ſponſalia de futuro?*

30 *Verba quæ propriè competunt contrahendo matrimonio, ſi tempore futuro pronuntientur, inducunt tantùm ſponſalia de futuro.*



Ayuntamiento de Madrid

31 *Text. in cap. ex parte, de ſponſalib. iuncta ſua gloſ. communiter approbata intellectus.*

32 *Text. in cap. ſi quis diuinis. in princip. 30. quæſt. 5. intellectus & numeris ſequent.*

33 *Leges Cæſarum in Decretorum libro relatæ, tunc cenſentur canonizatæ, cum in ipſomet canone ab aliquo Pontifice edito incorporatæ, aut inſertæ fuerint.*

34 *Ex traductione, an præſumatur matrimoniũ?*

35 *Verba hæc iuro, vel promitto, quod te habebo in vxorem, inducunt matrimonium de præſenti, ſubſequuta traductione ad domum, ac ſimul tractatu præſenti matrimoniali, vel quoties communis vſus loquendi, & intellectus prædictorum verborum is eſſet, vt ex eiſdem matrimonium de præſenti celebratũ intelligeretur.*

36 *Verba hæc promitto, quòd ducam te in vxorẽ, & tenebo te pro legitima coniuge, non inducunt matrimonium de præſenti, ſed ſponſalia de futuro.*

## CAPVT XXI.

### Verba illa, non habebo aliam vxorem, vel non ducam aliam, vel aliquam in vxorem niſi te, vel non erit mihi alia vxor niſi tu, quid inducant? & quid de alijs, de quibus in hoc capite.

1 FRequens in iudicijs, & vſu foreñſi, ſolet eſſe illa cõtrouerſia, an promiſsio hæc aliquando cum iuramento facta: non habebo aliam vxoré, vel non ducam aliam in vxorem niſi te, vel non erit alia vxor mea in vita mea, niſi tu, inducant matrimonium de præſenti? an verò ſponſalia de futuro pura, vel conditionalia?

2 Et primò videtur per præd. verba matrimonium de præſenti contrahi: nam dictio, niſi, præcedentem negationem ſequuta, affirmat, quod ponit, ſequuta verò affirmatiuam, negat. l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cautio. l. actione. C. de tranſactione. vbi Bartolus, & omnes notant. l. feriatis. C. de ferijs. & optimè Henricus in cap. de quarta. de præſcriptio, ſed in præſenti ſpecie, dictio, niſi, ſequitur negationem præcedentem, ergo affirmat, ac per conſequens matrimonium de præſenti, prædictis verbis contractum eſſe videtur.

3 Secundò, quia in matrimonijs contrahendis in dubio, quem valorem habere debeant verba prolata, communis ſenſus attendendus, atque obſeruandus eſt, vt in cap. ex literis. el 1. de ſponſal. & ibi communiter Doctores. & comprobatur ex l. Labeo. ff. de ſupellect. legat. gloſ. notanda in l. librorum. §. quod tamen. Caſsius. ff. de legat. 3. quæ aſſerit cõmunem ſenſum verborũ præualere propriæ † dictionis ſignificationi. Barto. in l. talis. in princip. ff. de legat. 1. Roland. Valle alios allegans conſil. 42. nu. 28. lib. 4. & plurimos referens Pelaez de maiorat. 1. part. quæſt. 65. num. 10. & in initio 2. partis, nu. 27. & ſeq. Bernard. Diaz de Lugo in regula 796. & ibi additio. Mexia in l. Regia Toleti in 2. fundamento 1. partis. nu. 6. & ſeq. fol. 36. & inquit ſingulariter Bald. in l. lege duodecim. nu. 3. C. de legit. hæred. quòd ſermones prolatos vulgari lingua iuxta communem vſum loquendi, debemus interpretari, ſed prolatos † in literali ſermone debemus interpretari ſecundùm artem literarum, vel ſecundùm groſſum modum loquendi literaliter, vt in dicto. §. quòd tamen Caſsius notat Anton. de Burgos in Rubri. de empt. & vendi. col. fina. Iaſ. in l. ſi Auiæ. col. final. C. de ſucceſſ. edict. & hoc ipſum in coniugali † contractu notat Ioannes in Summa confeſſorum, libr. 4. titul. 2. quæſt. 4. in quo etiam attendenda eſt loquentiũ qualitas & conditio. c. ſolitæ. de maiorit. & obed. Abb. conſil. 78. vol. 2. col. 2. Couar. in 4. part. 2. cap. 4. §. 1. nu. 2.

4

5

6

7 Sed prædictorum verborum hic videtur eſſe communis ſenſus, vt matrimonium de præſenti inducant ſecundũ Abb. in cap. ex parte. de ſponſa. nu. 8. & Præpoſit. numer. 7. & alios, præcipuè inter ruſticos prolatorũ: ergo, &c. Prætereà

tereà in dubio fieri debet interpretatio pro matrimonio,vt in capit.finali. de re iudic.cap.videtur.& ibi notatur qui ma trimon. accuſ. poſſ. & in terminis hanc partem probarunt Ioannes Andr. Cardin.Abb.Præpoſit.num.7. dicens communem in dicto cap.ex parte.de ſponſa. & ibi additio Abb.num.8.litera B. dicit communem;ſequitur Alexand.conſilio 152. num. 4. volum.5.Barbat. conſil. 6. colum.4. volum.1..Iacobus Leoniſa inter conſilia matrimonialia.conſil.52.numero 3. & ſequen.volum.1. vbi num.9. per conſequens reſoluit non tenere matrimonium poſteà contractum, etiam ſi carnali copula fuerit conſummatum: eandem ſequitur Sylueſt. verbo , matrimonium.2.quæſt.10. Iaſ.nu.4. & Curt. Iun.nu.5.in l.actione.C.de tranſact. vbi Dec.nu.6. Purpurat. 49. hanc teſtantur eſſe communem , communem etiam affirmat Præpoſit.in dict.cap.ex parte.numer.7.ex quibus idem profitetur Couarruuias vbi ſuprà.& D.Anton. Padilla in dict.l.actione. num.12. & Villalobos in ſuis communibus opinion.litera M. nu. 56.vbi addit.l.15.tit.1.part.4.

Hæc tamen communis ſententia in primis iure communi nõ ſubſiſtit, quoniam ad inducendum matrimonium de
8 præſenti(cum ſit grauiſsimũ onus)† verba conſenſum de præſenti, exprimentia eſſe debent,vt in cap.penult.de ſponſal. cuius hæc eſt communis interpretatio, nempè cũ dicit vir fœminæ , accipio te in vxorem,fœmina verò è conuerſo reſpondet, & ego te in virum accipio, vel placet , vt docet Magiſter ſentent.in 4. diſtinct.27.cap.2.& ibi Theologi,præcipuè Sot.quæſt.1.art.2. concluſ.3. latè id
9 probans : non † tamen intelligẽdum eſt, verba eſſe præcipuè neceſſaria , quia quamuis vtilia ſint,attamen ipſa nõ ſint præciſè neceſſaria ,ſed ſatis eſt conſenſum exprimi per ſigna, dummodo talia ſigna ſint, vt neceſſariò exprimant conſenſum de præſenti , non ſolùm in muto, ſed etiam in valentibus loqui., ſiquidem ſubſtantia non mutatur ex accidentibus ita tenent gloſ. Hoſtienſ. Anton. Cardin.Abb.atque communiter Doctores in dicto cap.tuæ.de ſponſ. ita intelligentes text.illum, teſtaturque communem Modernorum,ibidem Abb.num.2. & plurimos referens idem ſequutus Couar. in 4.2.part.cap.4.in prin. nu.1. vbi plura ex hoc infert , & tenent communiter Theologi in 4. diſtin.27. vt teſtatur Angel.verb. matrimonium.2.nu.4. vbi quòd præd. ſigna exteriora neceſſario requiruntur, aliàs ſine ipſis non contrahi matrimonium.

Hìc autem,nec verba,nec ſigna conſenſum de præſenti exprimentia interceſſerunt ; ſed potiùs futuri temporis, Non habebo,&c.Igitur nullo modo poteſt dici contractum eſſe matrimonium de præſenti,& in terminis ita tenet Speculat.in tit.de ſponſa.in prin.num.3.loquens in illa promiſsione,iuro, vel promitto,quòd nunquam habebo aliã vxorem niſi te.

Secundò , quia non obeſt primũ fundamentum communis ſuprà adductum de dictione , niſi , nempè quòd ſequuta negationem præcedentem affirmet : nã etſi id fateamur , adhuc nõ probatur intentum communis,quoniam etſi huiuſmodi promittentes , ſe clarius promittant habere , vel accepturos in cõiuges, non ex hoc cenſebitur contractum matrimonium de præſenti , vt infrà dice-
10 mus. † Prætereà quia quãdo oratio præcedens inducit ſolùm potentiam dictio, niſi,ſubſequuta ſolùm negat potentiam, ſi verò oratio præcedens actum induxerat dictio,hæc niſi actum quoque negat,vt docet Bartolus in dict.l. actione. ſic interpretatus in l.Titia.§.finali.ff. de manumiſ. teſtam. nempè , quòd vbi ſublata ſit tantùm hæredi facultas dandi libertatem illi ſeruo,& ſic potentia,nempè , Oneſiphorus ille liber eſſe non poſſit,niſi rationes diligenter excuſſerit: & ideò his verbis potiùs adempta libertas videtur quàm data:quàm Bartolus & cæteri idem probaſſe videntur,& eſſe communem teſtatur Decius ibidem num. 5. optimè declarans idem Bart. in d.§. fin. & in dict.l. ſi cum. §. qui iniuriarum.



Ayuntamiento de Madrid

num.8. vbi cum recentiores ſequuntur, & communem teſtatur Ioan. Oroſci. ibidem num. 7. & Couarruuias vbi ſuprà num. 6. & 9. & præterea D. Padilla in dicta l.actione.numer.10. cum igitur aliquis promittit alteri ſe non habiturum aliam vxorem, vel non ducturum aliam in vxoré, vel quòd non erit altera vxor ſua, niſi illa, verbis potiùs adimi, quàm pręſtari conſenſus de præſenti videtur.

Secundum etiam fundamentum communis ſententiæ non obeſt, nam etſi fateamur communem ſenſum verborum in matrimonijs contrahendis aduertendum fore, negamus tamen in præſenti ſpecie eum eſſe actum coniugalem de pręſenti, nec ita, etiam inter ruſticos interpretatum eſſe, ſed tantùm quòd ipſa verba ſonant, cuius interpretatio cum capi non poſsit à communi vſu loquendi, à proprietate & ſenſu verborum iure accipienda eſt, qualis eſt, quæ paulò poſt in tertia opinione exponetur.

11 Attento præterea ſacroſancto Concilio Tridentino, ſeſsione 24. cap.1. de reformat.matrimon.certiſsimum eſt, nullum poſſe contrahi matrimonium de præſenti, niſi pręſente parocho, vel alio ſacerdote de ipſius parochi, ſeu Ordinarij licentia, & duobus, vel tribus teſtibus, quo fit, vt ſi præd. verba, vel alia etiá de præſenti ſine parocho, vel etiam coram ipſo, ſine teſtibus proferantur, non fiat matrimonium, quòd ſi coram parocho & teſtibus affirmentur, adhuc communis opinio præfata tenenda non erit, cum vera nó ſit, ſed, quòd ſtatim in tertia opinione dicemus.

12 Rurſus alij exiſtimant ex pręd. verbis ad minùs ſponſalia de futuro induci, vt refert Didacus Couarruuias vbi ſuprà dicto num 6. ſed expreſsius Iacobus Leoniſa dicto conſil.52. num. 2. dicens, hoc eſſe exploratiſsimi iuris, & quòd nec dubium minimum quid eſt, quia verba illa: Nullam accipiá in vxorem, niſi te exponuntur, ergo accipiam te in vxorem, &c. Eſtque communis opinio Doctorum ſecundùm Adrian. in 4. quæſt.12. de matrimonio. quá ipſe probauit, quando verba ita conciperentur, nó contrahá cum aliqua muliere, quàm, vel niſi tecum, vel non contraham cum aliqua muliere, ſed tecum, ſecus ſi ita dictum fuerit, non contraham cum aliqua muliere à te, vel quàm, vel niſi tecum, quia tunc nec ſponſalia contracta cenſebuntur, vt ibi per eum: ſed hanc differentiam irridet Soto in 4. ſentent. diſtinct. 29. quæſt.2.artic.3. circa finem. & nihil ad noſtram rem conducere affirmat Couarruuias vbi ſuprà. ſi communis verborum ſenſus accipiendus eſt, vt dixit: Quare Palud. in 4. diſtinct.27. quæſt.1. articul. 1. column. 3. in verſic. ſed ſi dixiſſet, tenet, quòd ſi quis dixerit, promitto tibi, quòd non ducam aliquam niſi te, non tenetur in foro conſcientiæ, ſi dicat, quòd non intendebat ſe præciſè obligari, quia creditur ei, niſi ſit ſibi conſcius, quòd voluerit ſe obligare, ſi autem non recolit quid intendebat diſtinguendum eſt, ſicut in fori exteriori, quia aut dixit, non ducam niſi te, & tunc veritas locutionis de virtute ſermonis, vel ſaltem de vſu loquentium habet, ergo ducam te, ex quo agebatur de ſponſalibus puris contrahendis, ſi auté dicat, nó ducá aliá à te: nó ſequitur, ergo ducá te: idem videtur tenere D. à Soto vbi ſuprà exiſtimans appoſita dictione, niſi, conſulendam eſſe in foro conſcientiæ intentionem contrahentis qualem habuerit, in foro tamen contétioſo aliundè eſſe explorandam, nempè, vt ſi tunc communis intelligentia verborum non liqueat iuxta dict. cap. ex literis. el 1. de ſponſa. ex cauſis & appendicibus veritas indaganda ſit, vt ait Hilarius in cap. intelligétia. de regul.iur. quod & ſequitur Padilla vbi ſuprà, in finalib. verb. ſed hoc quoad forum conſcientiæ dictum mihi placet: quoad forum tamen exterius veritate indagata, ac ſenſu verború iuridice accepto ſtatuenda eſt ſequens concluſio.

13 Nihilominùs in propoſito tertia opinio, atque concluſio huiuſmodi vera, ac tenenda eſt, vt qui promiſsit cum iuramento,

mento, vel abſque eo non ſe ducturum aliam in vxorem, vel quòd non habebit aliam vxorem, vel quod nō erit ſibi alia vxor, niſi Maria, vel alia fœmina nō cenſeatur ex hoc matrimonium contraxiſſe cum ipſa, nec ſponſalia, de futuro abſolutè, ſed ſub conditione, ſi coniugalem vitam promittens elegerit, vt tunc cum illa, cui facta fuit huiuſcemodi promiſſio cōtrahere debeat, poterit tamē ſi maluerit continere, atque in celibatu viuere, nec reus erit factæ promiſsionis, quādoquidem virtute ipſius illi præcisè matrimonialiter coniungere non tenetur. Hanc tertiam ſententiam ad literā probauit Antonius de Butr. in dict. cap. ex parte. el 1. titu. 10. de ſponſa. & ibi Doct. voluit & Alciat. in dict. l. actione. num. 16. & quòd non cenſeatur contractum matrimonium per præd. verba magis communiter tenetur ſecundùm Gom. in princip. Inſtit. de actio. num. 10. verſic. non obſtat. & hanc tertiam opinionem in terminis in vtroque ſequitur, & probat D. Couarruuias vbi ſuprà, num. 8. eſtque communis prout ex Gom. vbi ſuprà. refert Padilla dict. num. 12. in dict. l. actione. Gom. tamen vbi ſuprà. loquitur tantùm, vt prædiximus reſpectu matrimonij, vt illud non cenſeatur contractum per præd. verba, vt magis communiter tenetur, non tamen loquitur in ſponſalibus, & ipſam ſequitur contra Syluest. Pedraza in ſua Summa in 6. præcepto diuino. nu. 19. verſic. *pero vna duda ay*. fol. 67. col. 2. Specul. coniug. 1. part. artic. 17. q. vlt. fol. 118.

14 Cuius quidem ſententiæ optimū fundamentum eſt, ex l. ſi ſterilis. §. penul. verſic. ſed & ſi tibi. ff. de actio. empt. & in. l. qui fundū. la 2. ff. de contrahenda empt. vbi probatur, quòd ſi quis promiſſerit fundum ſe non venditurum alij, quàm ſibi non ex eo eſſe obligatum eum abſolutè fundum illi vendere, ſed tunc demū ſi illum alij vendiderit, hoc eſt, vt ſi illū vendere libuerit, illi vendere teneatur, quòd ſi alij de facto vendiderit, atque tradiderit, tenebitur priori reſtituere quanti eius interfuerit fundum ſibi venditum fuiſſe, & ita ex illo text. videtur colligere glo. ordinaria in illo. §. qui iniuriarum. in verſ. idem Pomponius quā ibi ita declarat Bart. num. 5. & 10. & cæteri ſequuntur, eſtque communis traditio, vt plurimis in id citatis affirmat Padilla vbi ſuprà. num. 11. ergo ita etiam in propoſito dicēdum eſt: nec refert quòd Iuriſconſultus in dict. §. penul. loquitur in dictione quam, nos verò de dictione niſi, quia, idem eſt dicere, non vendam
15 domum hanc, niſi tibi, † vel alij quàm tibi, vt adnotauit Lauren. Vala lib. elegant. 3. cap. 54. & probatur in l. conſulta diuinalia. C. de teſtamē. tradit Couarru. vbi ſuprà dict. num. 8. probatur vlterius eadem ſententia, quia iuxta Dialecticas
16 traditiones, oratio negatiua † nihil affert, nec ponit ex ſe ipſa, niſi aliquid extrinſecus affirmatiuè addatur, veluti ſi quis promittat nō alienare domum extra famil. cum nihil ponat hęc oratio ex ſe ipſa, non videtur promittere ſe omninò alienaturū intra familiam: vel ſi Rex promittat non gerere bellum hoc anno, niſi contra Turcam, quia tunc dictio, niſi, reſoluitur in conditionem, hoc pacto, ſi bellum geſturus eſt, hoc anno Rex illud promittit gerere contra Turcam, non verò promittit purè & abſolutè illud gerere: & hac ratione conſtat deciſio text. in dict. l. ſi ſterilis. §. penult. in verſic. ſupracitato. Si verò extrinſecè aliquid affirmatiuè adijciatur, vel ex-
17 preſsim, † vel ex materia ſubiecta & natura rei, poteſt oratio negatiua aliquid aſſerere & ponere, veluti: homicidium hodie commiſſum eſt, & nullus niſi Petrus illud commiſsit, igitur Petrus illud commiſsit: vel promitto vendere domū hanc, non alij quàm tibi, ergo promitto vendere domum tibi, & ſic de ſimilibus. In propoſito igitur ita dicendum eſt, vt promittens non habiturum, vel non accepturum aliam in vxorē, vel quòd alia non erit vxor eius, niſi Maria, cum hæc oratio omninò negatiua ſit, nihilq; extrinſecus affirmatiuè addatur expreſſim, nec ex natura rei ſuperintelligatur; non ex eo promiſiſſe videtur Mariam

O 5 ducere

Ayuntamiento de Madrid

ducere in vxorem,quia tunc dictio,niſi, reſoluitur in conditionem hoc modo, vt ſi promittens coniugalem vitam elegerit cum Maria contrahet matrimonium,ſeu illam habebit in vxorem, non tamen promittit ſe abſolutè côiugalem ſtatum electurum: erit itaque promiſsio ſponſaliorum conditionalis, vt prædiximus, ex quibus ſatis noſtra hæc tertia
18 ſententia probata manet: † limitari tamen poterit ſecundùm Specul. vbi ſuprà,niſi ante huiuſmodi verborũ prolationem inter eos de contrahendo matrimonio agebatur, & poſteà ea protulerunt intendentes matrimonium contrahere,de quo conſtat,ignorantes fortè aptiora verba proferre, ſequitur Gregorius Lopez in l.2.tit.1.part.4.in gloſ. magna,ad fin.

19 Ex ſuperioribus infertur matrimonium (cæteris ſolennijs concurrẽtibus) contrahi iure communi,his verbis: Contraho matrimonium, & non cum alia, niſi tecum. Secundò eſſe ſponſalia de futuro,ſi promittens dixerit, ducam vxorem, & non aliam niſi te, vel promitto
20 contrahere † matrimonium, & nõ cum alia niſi tecum,vt fatentur Adrianus, & Couarruuias vbi ſuprà,his enim duobus caſibus aliquid extrinſecus affirmatiuè adijcitur, atq; præponitur orationi negatiuæ,& ideò inducitur diſpoſitio iuxta tempus verbi: ſecundo ex ſupradictis fit, vt dubitari poſsit ex opinione Abb. in dicto cap. ex parte.num.8. de ſponſa. dicentis, quòd ſi quis dixerit, mulieri promitto, quòd non habeo aliam mulierem in vxorem niſi te, per hoc videtur matrimonium de præſenti eſſe contractum,quia & ſi præcedat extrinſecus aliquid affirmatiuè, hoc eſt, promitto: adiungitur tamen poſteà verbo futuri temporis habebo, & ideò contra Abb. vbi ſuprà.tenent recentiores,& cum eis Alciat.in dicta l.actione.num.16.& Angel. in Summa. verb. matrimonium.2. num. 12. vbi opinionem illam Abbatis credit verã,ſi verba ſint prolata de præſenti,nempè,nolo habere aliam vxorem niſi te, quod etiam conſtat ex Abb. vbi ſuprà.ſed verius hoc caſu, etiam contra Abb.tenet Alciat.vbi ſuprà.quia adhuc ſunt verba futuri temporis.

22 Vltimò, ex ſuperioribus falſitatis vitio conuincitur opinio Barbatij conſil. 6.volum.1.tenentis,quòd ſi puella inueni ſe interpellanti reſpondeat, nolo vt me cognoſcas niſi honeſtè, atque ita ſe facturum iuuenis receperat, vitiaueratque matrimonium contractum videri, cum honeſtè eo modo attingi mulier citra matrimonium nequeat: nam, vt eſt ſuprà probatum abſque conſenſu de præſenti expreſſo verbis, vel ſignis æquipollentibus matrimonium contrahi non poteſt,nec veriſimile eſt,his verbis,tam conſenſiſſe, quàm puellæ ſimplicitati illuſiſſe, & ita meritò contra Barbat.in hoc tenuerunt Calderin. & Præpoſit.in dictò cap.ex parte. Picus in l.2. C.de ſecund.nupt. & cum eis Alciat. in dicta l. actione. nu. 16.C. de tranſactionibus.quod hodie indubium eſt,attento ſacroſancto Côcil. Trident.iuxta quod matrimoniũ de præſenti aliter contrahi non poteſt, quàm coram parocho & teſtibus,&c.vt in eo cauetur.

23 Dubium autẽ inſurgit, an verba hæc volo contrahere tecum matrimonium, ſignificent præſentem coniugalem conſenſum? in quo, vt breuiter agamus, reſoluo. Primò, quòd cum hoc caſu verbum, volo, adiungatur infinitiuo deſignanti initium actus eiuſque ſuſpenſionem,in his,quæ à ſola voluntate loquẽtis pendent, erit côtractus ſponſaliorũ. Ita Ioannes Andr. & Abb. in dicto cap. ex literis. de ſponſa. quorum opinio eſt communis ſecundùm Boer. deciſ. 6. numer.3.loquentem in illis verbis: Volo te in vxorem accipere,eſtque magis cõmunis in dicto cap.ex literis. vt teſtatur Couarruuias vbi ſuprà.nume.4. alios in idem citans aduerſus Summas Ioannis & Aſtenſ.aſſerentiũ iſto caſu,nec ſponſalia eſſe contracta,& contra Cardin. in dicto cap. ex literis.aſſerentem per prædicta verba,contractum eſſe verum ma-
24 trimonium, † cuius opinio intelligi, ac ſaluari poſſet, ſi dicta verba deliberatè,

& ad

Ayuntamiento de Madrid

& ad interrogationem alterius prolata fuiſſent, vel quando præceſsiſſet tractatus de matrimonio contrahendo ſecundùm eundem Cardin. in Clem. 1. quæſt. 2. de conſang. & affinit. vel ſi communis vſus loquendi hanc ſignificationem matrimonij receperit, iuxta eundē Cardin. in dict. cap. ex literis. quem ſequutus ita interpretatur, ac docet Couarru. vbi ſuprà. dict. num. 4. & Ignatius Salzedo in additio. ad Bernad. Diaz de Lugo, in reg. 775. qui ſupradictam magis communem opinionem refert, ac probat cum prædict. declarationibus: intellige tamē hoc verum, ſeruatis ſolennijs neceſſarijs Concilij Tridentini ſuprà relati: idem propè eſſe in promiſsione iſta, ego te volo accipere in meam, vt
25 primum ſi conſtat de intentione † ipſi ſtandum ſit in foro conſcientiæ, ſi verò de ipſa non conſtet, iudicentur ſponſalia de futuro, non verò matrimonium tenet Palud. in 4. diſtinct. 27. quæſt. 2. artic. 4. concluſ. 5. niſi præceſſerint verba matrimonij de præſenti, quia tunc per dicta verba videtur, vel ſaltem pręſumitur, ea proferens executionem manifeſtare ſecundùm Adrian. vt refert & ſequitur Specul. coniug. 1. part. artic. 17. 1. 2. & 3. concluſionibus, adde tu, quòd debent ſeruari, tunc ſolennia Concilij Trident. vt ſuperiori caſu prædiximus.

26 Si verò verbum, volo, adiungeretur verbo denotanti executionē actus perfecti, & ſic matrimonij exercitium, vt volo te habere in vxorem, vel tenere in vxorem, cum iſti actus præmittant contractū matrimonij, cenſebitur per pręd. verba matrimonium de præſenti contractum, vt videntur conuenire in hoc Doctores, in dicto cap. ex literis. præcipuè Hoſtienſ. Anton. & Abb. qui hoc expreſsè tenent Henricus & Abb. in dicto cap. ex parte. Iaſ. in l. ſerui electione. in princip. num. 50. ff. de lega. 1. ſequitur Syluеſt. in Summa. verb. matrimonium. 2. quæſt. 9. nume. 9. vbi in fine hoc limitat, niſi pręcederent ſponſalia de futuro, nempè dicendo, promitto quòd ducam te in vxorem, & tenebo te pro legitima coniuge, quia per verba præcedētia, ſequentia reſtringuntur in tempus matrimonij contracti, id eſt, quando matrimonium erit contractum, non igitur ex præd. verbis cenſebitur, tunc matrimonium de præſenti contractum, ſed tantū ſponſalia de futuro.

Supradicta tamen recepta Doctorū ſententia in dicto cap. ex literis, quā modo retulimus, nempè matrimonium de præſenti, cenſeri contractū per illa verba, volo te habere in vxorem, vel tenere in vxorem, mihi vera non videtur, tū ex his, quę in quęſtione ſequenti dicentur, tum etiam, quia & ſi prædicti actus præmittant contractum matrimonij, id tamen ſignificant non quidem in præſenti, ſed in futurum, quare ſaltē ex verbis contractum de præſenti nō videtur, niſi communis vſus loquendi id manifeſtè haberet, vel verba de matrimonio de præſenti habendo præceſſerint, pręmaximè ſi ſequeretur ſtatim traductio ad domum, quo magis præſens voluntas contrahentium manifeſtaretur, adhibitis prætereà ſolennijs Concilij Tridentini, illud tamen eſt apud omnes in con-
27 feſſo, † matrimonium contractum cenſeri de præſenti per hæc verba, volo te in vxorem, ſi mulier ſimiliter concedat, quia tunc verbum, volo, adiungitur rei, non verò tempori futuro infinitiui, vt tradit Didacus Couarruuias dicto nu. 4. in fin. idem per hæc verba, volo te eſſe vxorem meam, quando illo † verbo ex-
28 plicatur velle eligentis, ſeu velle efficax, quod eſt, actu velle, vt cum Adrian. probat Specul. coniug. vbi ſuprà, in verſic. ſed eſt dubium. Secus ſi præd. verbo explicetur appetitus, ſeu deſiderium quodam, quod eſt velle inefficax, quia tunc non contrahitur matrimoniū, nec ſponſalia ſecundùm eoſdem, & in verſic. ſequenti agit, quid dicendum ſit quando hoc caſu non conſtat de intētione proferentis præd. verba, quamuis Antonius Galeatus conſil. 83. inter conſilia matrimonialia. nume. 25. volum. 1. concludat ſimpliciter his verbis induci matrimonium, niſi præceſſerint verba ſponſaliorum

rum

Ayuntamiento de Madrid

rum de futuro, ſed præcedens diſtinctio eſt verior & tenenda obſeruanda ſolennia Concilij Trident. quãdo matrimonium de præſenti inducitur, atque celebratur.

29 Supereſt modo pro cõplemento huius capit. illa tantum examinanda quæſtio an matrimonium ſit contractum illis verbis, Iuro vel promitto, quòd te habebo in vxorem? & eſſe matrimonium probare. Primò, videtur text. in. cap. ex parte. de ſponſ. vbi probatur, quòd ſi vir & mulier ſibi inuicem promittant ſe ab eo tempore pro coniugibus tenere ac fidem ſibi inuicem ſeruare eſt verum matrimonium contractum de præſenti, & ibi cõmuniter Doct. & Specul. coniug. vbi ſupra. in verſi. adhuc eſt dubium in 1. concluſ. & gloſ. 1. in. d. c. ex parte. cõmuniter ibi approbata per omnes ſecũdum Abb. nu. 6. & cæteros tenet, quod per hæc verba, Iuro, quòd cætero habebo te pro legitima coniuge & è conuerſo efficitur, atque celebratur matrimonium, quia per verba futuri temporis cõtrahitur quandoq; matrimonium de præſenti quãdo verba denotant executionem matrimonij non autem principium actus, vt in verbis noſtræ quæſtionis contingit, nam qui vult conſequens tacitè videtur velle & antecedẽs, vt in cap. pręterea. & in cap. prudẽtiam. de offic. deleg. ita notant ex dict. cap. ex parte. Abb. ibi, num. 3. quem refert & ſequitur Iaſ. in. l. ſerui electione. in princ. verſic. ſecundo principaliter confirmo. nu. 23. ff. de legat. 1. Secundò, eadem ſententia manifeſtè probari videtur in cap. ſi quis diuinis. in princip. 30. quęſt. 5. vbi inquit text. ſi quis diuinis tactis ſcripturis iurauerit mulieri, legitimam ſe eam vxorem habiturum: vel ſi in oratorio tale ſacramentum dederit, ſit illa legitima vxor: quanuis nulla dos, nulla ſcriptura alia interpoſita ſit: & ibi gl. in verb. habiturum. per illum tex. inquit, quòd per verba hæc futuri tẽporis, iuro, quòd habebo te pro legitima vxore contrahitur matrimonium, quia hoc verbum habebo reſpectũ habet ad præſens tempus, nam verba illa habiturum interpretantur, id eſt, habitam me retenturum, & ita profecto hanc ſententiã expreſsè probare videtur, text. ille, eamque nuncupatim tenet glo. præfata ibidem Abb. & Deci. in cap. iurauit. col. 1. de probat. idem Abb. in dict. cap. ex parte. nume. 7. hoc probans etiã ſi non apponatur verbum ab hoc tempore vel de cætero, & Præpoſit. in dict. cap. ex parte. nu. 6. teſtatur eam eſſe communem & magis ſuſtentabilem, communem quoque profitetur. Adria. in. 4. ſenten. quæſtio. 13. de matrim. ſequitur. Sylueſt. in ſumma verbo, matrimonium. 2. quæſt. 10. num. 10. Angel. verb. matrimonium. 2. nu. 12. & eſt frequentiſsima noſtratum ſententia ſecundum Couar. vbi ſupra. nu. 5. vltra quem eandẽ opin. ſequitur Areti. conſi. 142. & Alex. conſ. 152. numer. 4. lib. 5. & ſumma Tabiena verbo, matrimonium. el. 2. quæſt. 9. & Grego. Lop. dicens eam eſſe communem in. l. 2. tit. 1. par. 4. gloſ. magna. & Villalobos in ſuis commun. opin. litera. M. nu. 58. Nihilominus hæc ſententia communis vera non videtur, tum primo quoniã in matrimonijs contrahendis verba conſenſum de præſenti exprimentia aut ſaltem ſigna, ex quibus is appareat, requiruntur, vt probatum eſt ſupra: is autem in hac ſpecie minimè interuenit nec ſequitur neceſſario, ſed tantum de futuro, nempe habebo te in vxorẽ, &c. ergo non eſt matrimonium de pręſẽti: cõprobatur, tum & ſecundo quia licet, qui habet aliquam fœminam in vxorem actu, promittit ſe, cum illa matrimonium contraxiſſe, non ſic ille, qui præſenti tempore eam actu non habet, ſed habere promittit in futurum, & quanuis ſic promittens ſtatim teneatur eam habere in vxorem, interim tamen, quòd eam cõſenſu de præſenti expreſſo, verbis aut ſignis æquipollentibus non ducit, atque habet matrimoniũ de præſenti non eſt celebratum.

30 Tertiò, quia verba, quæ competunt contrahere matrimonio, ſi tempore futuro pronuntientur inducunt tantum ſponſalia ſecundum Palud. in. 4. diſt. 27. quæſt.

quæſt.2.art.4. concluſione. 4. ſequitur Adria.vbi ſupra.verſi.1.quia fol.412.

31 Quartò, quia verbum, habeo, iuxta propriam ipſius temporis ſignificationem futurũ domonſtrat non vero tempus præſens, exponere autem habiturũ, id eſt, habitam me retenturum alienum prorſus videtur à vero ſenſu verborum: ſi enim liceret promiſsioni addere, vel minuere verba aliqua, vel eam in alterũ ſenſum quàm verba ſonant exponere, vnuſquiſq; faciliter poſſet promittentem in ſuam voluntatem capere quamuis contra ſuam intentionem, & ideo contra cõmunem, vt in prædict. ſpecie non ſit matrimonium de præſenti ſolet adduci, Magiſter ſenten. in.4. diſtin. 28. cap.2. vbi tamen de hoc non agit, ſed de publicis proclamationibus, quæ ad matrimonium contrahendum præcedere debent, de quibus in cap.cum inhibitio. de clandeſt. deſponſa. idem tamen Magiſter diſt.27. c. 2. agens de mutuo conſenſu de præſenti requiſito in matrimonijs affirmat, ſolum cõtrahentium mutuum conſenſum de præſenti connecti verbis aut nutibus expreſsis, alioqui nequit eſſe mutuus, & cap.5. inquit, matrimoniũ non contrahi per ſponſaliorum conſenſum, quæ mutuam in futurum ſponſionem deſsignant, etiã ſi fides iure iurando fuerit ſtabilita: rectè igitur in ſupradictis ſenſit Magiſter huiuſmodi promiſsionem, de qua eſt noſtra præſens quæſtio matrimonium de præſenti minimè efficere, & eam tenet expreſsè Palud. vbi ſupra in d. 4. concluſione. Sed expreſsius contra præfatam cõmunem ſententiam Magiſtrum ſequutus in. 4. diſt.27.cap. 4. tenet Adria.in.4. quæſt. 13. de matrimo. vbi latè eam probat dicens eſſe probabiliorem, & veriorem quinimo eam tenuerunt antiqui Canoniſtæ, Hugut.& Laur. quos refert Henric. in dict.cap.ex parte. atque idem inſinuat Angel. in authen.quib. mod. naturales effic.legit.§.fin.collat.6. & bene ex profeſſo, probat Couar. vbi ſupra.d. num.5. & eſt communis Theologorum ſecundum Alphonſ. à Veracruce in Specul.coniug.vbi ſupra.i[illegible]2. concluſ. vbi eam latè probat & ſequitur.

Et tenendo hanc ſecundam ſententiam veriorem aduerſus communẽ Canoniſtarum, non obſtat primum fundamentum prioris partis, nempe text. in d.cap. ex parte. cum ſua gloſſ. communiter approbata, nam in text. illo verbũ ab eo tempore adijcitur promiſsioni, nempe, quòd Andreas promiſit cum iuramento Catherinæ, quòd eam ab eo tẽpore pro coniuge teneret, & ei ſicut vxori ſuæ fidem ſeruaret, ex quo cõſenſus futurus ad præſens tempus deducitur, vnde text. ille ad hanc quæſtionem minimè allegari poteſt, quinimo per ſola verba prædicta, niſi præcedant alia, nempe, *Yo conſiento en ti como en mi muger, &c.* non contrahi matrimonium videtur probare Regia.l. 2. in verſ. la ſegũda. titul. 1. par. 4. Iuxta exemplum ab ea poſitum. Nihilominus tamen in materia ſeruanda potius eſt deciſio text. in dict. cap.ex parte.de ſponſal. quàm d.l. Regia præmaximè cum ea non id requirat, ſed exẽplum fingat ex eo igitur induci non debet correctio. d. capit. ex parte. gloſ. etiam eiuſdem cap. communiter approbata eadem ratione, qua text. ille huic noſtræ ſententiæ nõ obeſt. quia in quæſ. gloſſ. contrahentes adiecerunt verbum, de cætero, quod idẽ ſignificat, quòd ab hoc tẽpore: nec etiam obeſt ratio, quod qui vult conſequens videtur etiam velle & antecedens, nam reſpondeo, quòd qui vult quod ſequitur, cenſetur etiam omnino velle id, quod præmittitur neceſſario illo tempore, quo conſequens executioni tradendum eſt: vnde quanuis ſic promittẽs ſtatim illam habere teneatur in vxorem, interim tamen, quod cum ea de præſenti non contrahat, & ſic eam non habet matrimoniũ non eſt, vt pulchra ratione comprobat Adria. vbi ſupra. Præterea licet verba de futuro denotent executionem matrimonij, non autem principium actus: nihilominus tamen matrimonium contractũ reuera non eſt, ſed executio tantum ipſius promittitur: quouſque ergo ipſum nõ exe-

quitur

Ayuntamiento de Madrid

quitur per verba præſentis tẽporis cum aliter ipſum non contrahatur, aut æquipollentibus ſignis, vt ſæpè diximus non erit matrimonium.

32 Ad ſecundum hoc eſt ad text. in d. c. ſi quis diuinis. in prin. qui magis vrget in propoſito, nam expreſsè ibidem communis Canoniſtarum probata videtur, reſpondeo illum eſſe ex nouellis conſtitutionibus Iuſtiniani Imperato. népè in authẽ. quib. mod. nat. effic. legit. §. quoniam autẽ. collat. 6. vt conſtat ex ipſius. c. ſuper inſcriptione. & ibi gloſ. quem Gratia. incorporauit in decreto, vt inquit Abb. in. d. c. ex parte. n. 6. Quare cũ hæc non ſit Põtificia neque conciliaris deciſio, nec dictum alicuius ſancti, nec conſtet de authoritate legitima, qua fretus Gratia. illum text. decreto inſeruerit, ſed ſolum illa conſtitutio fuit à Gratia. ad ſuæ aſſertionis confirmationem relata, atque inter Canones inſerta non tamen ab aliquo Pontifice canonizata, videtur de illius viribus dubitari meritò poſſe, vt ſcribit ex aliorũ ſententia Ripa in c. 2. nu. 80. de reſcript. dicens, tunc leges Cæſarum in decretorum libro relatas cenſeri canonizatus cum in † ipſomet Canone ab aliquo Pontifice edito incorporatæ, aut inſertæ fuerit, idem nouiſsimè poſt multos alios ſcribit Sebaſtianus Medices in cõment. de legib. & ſtatut. 1. part. quæſt. 3. num. 19. & Menoch. de adipiſcend. poſſ. remed. 4. num. 842. & ſeq. idem affirmans generaliter. Præterea, etiam ſi ſtandum eſſet illius. l. deciſioni ibi, vltra prædicta verba traductio ad domum præceſsit & tractatus vxoris ſub ſequutus fuit, vt patet ex originali, quod eſt huiuſmodi: quoniam autẽ interpellationibus, quæ nobis fiũt ſemper omnium aſsiduè mulieres audiuimus ingemiſcentes & dicentes, quia quidam earum concupiſcentia detenti ducãt eas in domibus ſuis ſacra tangentes eloquia, aut in orationis domibus iurantes, habituros ſe eas legitimas vxores taliter eas habentes tempore multo, & fortę ſuſcipientis filios: deinde dum ſe ſatiauerint earum deſiderio, aut extra filios, aut cum filijs eas proijciẽtes de ſuis domibus: iudicamus etiam hoc oportere ſancire, vt ſi mulier oſtendere potuerit modis legitimis, quia ſecundum hanc figuram vir eam acceperit domi, vt eam vxorem legitimam haberet & filiorum legitimorum matrem, nequaquam penitus licentiam eſſe ei hanc de domo præter ordinem legis repellere: ſed habere eam legitimam & filios ſuos eſſe ei, &c. Conſtat igitur manifeſtiſsimè ex hac. l. ex præcedentibus & ſubſequentibus promiſsionem ipſam iuratam de voluntate & conſenſu contrahentium re, & verbis expreſſæ matrimoniũ de præſenti celebrare intendentium: præceſsit ſiquidem, vt dicebã traductio ad domum eo animo atque intentione communi amborum facta, vt eſſet vxor legitima & præter ea in domo viri interceſsit promiſsio iurata viri, quod eam haberet legitimam vxorem ac re ipſa ſubſequutus fuit huiuſmodi habitus contractus promiſcuus, ſicq; deductus fuit in executionem, vt conſtat ex princip. text. & iterum ex illis verbis, quia ſecundũ hanc figuram vir eam acceperit domi, vt eam vxorem legitimam haberet, & filiorum legitimorum matrem: ex quibus omnibus ſimul iunctis & ne viri alias fœminas illuderent rectè ibi conſtitutum fuit matrimonium induci: at vero in noſtra ſpecie tantũ fuit promiſsio iurata, quod illam habebit in vxorem, in quibus terminis meritò, vt iure matrimoniũ non inducatur per ſupradicta, quinimo per locum ab ſpeciali probatur præfata noſtra ſententia in dicta nouella conſtitutione, nam ſi ideo ibi illud quia præd. omnia ſimul cõcurrerunt, ipſis ergo deficientibus ex vi ſola verborum matrimonium minimè videbitur celebratum de præſenti, ſed tantum ſponſalia de futuro: ex † traductione enim præſumitur 34
matrimonium, vt ex Angel. de Vbaldis refert Veracruce vbi ſupra in fin. præd. ſecundæ cõcluſionis. & ante eos Adrianus vbi ſupra, in verſic. ex quibus. folio 423. colum. 2. quanuis in contrarium ſit communis opinio ſecundum D. Couar.

in

Ayuntamiento de Madrid

in.4.1.parte.c.4.§.2.num.1. niſi in duo-
bus caſibus,de quibus per eum ibi,poſſet
tamen receptiſsima opinio ſupradicta
prior ſaluari, atque rectè procedere vbi
vltra prædi. verba traductio ad domum
35 intercesſiſſet † pro qua matrimonium
ipſum indicaretur ac ſimul tractatus
præſens matrimonialis, vt ex prædictis
conſtat, vel quoties communis vſus lo-
quendi & intellectus prædictorum ver-
borum, is eſſet, vt ex eiſdem matrimo-
nium de præſenti celebratum intellige-
retur ex dict.c.ex literis.el. 1. de ſponſa.
iunctis his quæ ſupra in principio huius
cap.in propoſito adduximus,dummodo
in ſupradictis caſibus ſolennia neceſſa-
ria Sacri concilij Tridentini obſeruen-
tur.

36 Vltimò,etſi præd.communis ſenten-
tia vera foret locum, non haberet vbi
ſponſalia de futuro præceſsiſſent dicta
verba denotãtia executioné, hoc modo
concepto contractu, promitto, quòd
ducam te in vxorem & tenebo te pro
legitima coniuge, tunc enim propter
prædi. verba præcedentia, quæ ſunt fu-
turi temporis reſtringuntur ſequentia
in tempus matrimonij contracti, id eſt,
cum matrimonium erit contractum,
ſicque hæc ſponſalia de futuro iudicãda
ſunt,argumento text.in.l.fin.§. cui dul-
cia.ff.de vino tritico, oleoque legat. &
in capit.ſedes. de reſcript.& in Clemen.
non poteſt.de procurato. vbi probatur,
quòd verba ſubiecta ex præcedentibus
intelligũtur,ita in ſpecie tenẽt Hoſtien.
& Abb.in d.c.ex parte.nu.7.& ibi Præ-
poſit.nu.6.Roma. ſingul. 338. Alexand.
conſil.152.vol.5. nu.4.

---

*SVMMARIVM.*

1 *Matrimoniũ, vel ſponſalia inter cõſanguineos, vel affines ſub conditione ſi Papa diſpenſauerit, an ſint valida, ita vt Papa diſpenſante locus nõ ſit poenitẽtiæ necne? & numeris ſequent. præcipuè n.15. vbi referũtur authores affirmatiuæ ſententiæ & nu. 16. negatiuæ & nu. 17. ſententia authoris ponitur.*

2 *Matrimoniũ per verba de præſenti cõtractum ſub aliqua cõditione licita & honeſta adueniẽte cõditione ſtatim perficitur, & eſt verum matrimonium, abſque nouo conſenſu ſecundum communem opinionem Canoniſtarum, ſed ſecundum veriorem & communem etiam Theologorum ſecus eſt, vt in nu. 21. & ſequentibus.*

3 *Impedimentum publicæ honeſtatis iuſtitiæ, nullum oritur ex ſponſalibus conditionalibus ante conditionis euentum.*

4 *Contrahentes matrimonium per verba de præſenti, ſub aliqua conditione licita & honeſta, non poſſunt pendente conditione dictum conſenſum reuocare, ſed tenentur conditionem expectare, ſi tamen interim aliud matrimonium contrahant tenebit.*

5 *Matrimonium contractum inter conſanguineos, vel affines abſque conditione ſi Papa diſpenſauerit, eſt illicitus & contrahentes incidunt in poenam excommunicationis.*

6 *Inſtitutio filij ſpurij ſimpliciter facta pro non ſcripta habetur, niſi fiat ſub conditione ſi Princeps eum legitimauerit.*

7 *Venditio rei feudalis, vel emphyteoticæ ſimpliciter facta nulla eſt, ſecus ſi ſub conditione, ſi dominus conſenſerit, vel Rex licẽtiam præſtiterit, fiat.*

8 *Diſpoſitio ſeu vocatio teſtatoris ad maioratum, vel aliud legatum Seij ſi Titiam conſanguineam ſuam vxorẽ ducat non valet, niſi adijciatur ex diſpenſatione Summi Põtificis contrarium. nu. 23. & 24.*

9 *Id quod à voluntate Principis pendet reputatur quaſi impoſsibile, hoc tamen fallit in eo, quod Princeps ſolet faciliter concedere, vt in numero 10.*

11 *Conditio contrahendi matrimonij inter conſanguineos, vel affines in ſecundo gradu conſtitutos quamuis iudicanda ſit impoſsibilis nedum de iure, ſed etiam de facto attamen ſubſiſtente iuſta cauſa valida erit, & ideò non eſt reijcienda ex inſtitutione, vt in numero 12.*

13 *Quoties conditio eſt præambula & neceſſaria ac validitatem actus nunquam reijcitur, etſi ſummè difficilis ſit ſed eius euentus expectatur.*

14 *Conditio ſi Papa diſpenſauerit etſi impoſsibilis quodãmodo dici poſsit eo quòd dependeat à*

*Principis*

Ayuntamiento de Madrid

*Principis voluntate, non tamen propriè & stricta interpretatione, ſed largè & impropriè, vt hic.*

18 *Contractus ſponſaliorum inter conſanguineos, vel affines ſub cõditione Si Papa diſpẽſauerit, etſi ſit validus, poterit tamen ante, vel poſt diſpenſationem impetratam quilibet ex contrahentibus poenitere: tenebitur tamen huiuſmodi poenitens alteri conuentioni ſtare volenti refundere expenſas ad diſpenſationem impetrandum factas, vt in nu. 19.*

20 *Difficultas diluitur quare ſi valida ſunt præd. ſponſalia conditionalia, licita eſt poenitentia.*

22 *Capit. ſuper eo. de condi. appoſit. inducitur, vt probet communem ſententiam Theologorum aduerſus Canoniſtas, de qua ſupra num. 2. & 21.*

23 *Argumentum à contrario ſenſu in iure nõ procedit, quoties ſenſus contrarius eſſet contra legem, vel Canonem, nec etiam quando ex eo ſequeretur correctio iuris.*

25 *In matrimonio de præſenti de facto purè contracto inter cõſanguineos, vel affines infra quartum gradum abſque conditione illa Si Papa diſpenſauerit, nõ poteſt intelligi tacitè ea conditio, ac proinde ſi ſimpliciter & purè contrahãt, incurrunt in poenam excommunicationis: ſecus in ſponſalibus de futuro inter eoſdem purè contractis, quia fortè poteſt tacitè intelligi præfata conditio.*

26 *Contrahentes de futuro ſponſalia cõſanguinei, non incidunt in poenam excommunicationis.*

## CAP. XXII.

## De matrimonio, vel ſpõſalibus contractis inter conſanguineos, vel affines ſub conditione Si Papa diſpenſauerit.

1 Controuerſa ſatis non modò, verùm etiã frequens in vſu forenſi quęſtio eſt illa, an matrimonium, vel ſponſalia contracta inter cõſanguineos, vel affines, alioſve canonice contrahere impeditos, ſub cõditione Si Papa diſpenſauerit, demum Papa diſpenſante ſint matrimonium, vel ſponſalia de futuro abſque alio nouo cõſenſu, ita quòd virtute prioris contractus ſpõſaliorum alter alterum, etiam inuitum cõpellere poſsit, vt matrimonium inter eos celebretur per verba de præſenti in facie Eccleſiæ, necne?

2 Et in hac celeberrima quæſtione pars affirmatiua veriſsima videtur ex ſequẽtibus. Primò, quoniam matrimonium per verba de præſenti contractum ſub aliqua alia conditione licita & honeſta, adueniente ipſa conditione ſtatim perficitur abſque aliquo alio nouo conſenſu, ad exemplum cuiuſuis alterius conuentionis conditionalis: ita tenet Abb. in c. de illis. poſt Innoc. & alios ibidem, & in cap. ſuper eo. & Henric. in cap. fi. de cõdit. appoſit. Palud. in. 4. ſentent. diſt. 29. in fi. ibi, Et quod dicit Thom. argu. d. ca. de illis. ſequitur dicens eam videri probabiliorẽ data perſeuerantia in conſenſu conditionaliter præſtito, qui, ſi de alio nõ appareat, præſumitur perdurare. Greg. Lopez in. l. 3. gloſ. 1. in prin. tit. 4. par. 4. Eſtque hæc cõmunis & frequentiſsima opinio Canoniſtarum, vt fatentur omnes de re hac agentes, præcipuè Couar. & alij infra ſtatim citãdi, & probari videtur in d. c. ſuper eo. in fi. ibi, Nõ
habito, ergo adimpleta conditione, &
3 ſic iam habito alieno arbitrio erit † matrimonium, & prætereain. c. 1. §. fina. de ſponſ. lib. 6. ibi, Cùm ex ſponſalibus conditionalibus ante conditionem extantem, ſicut iconſenſum non habentibus, & incertis nulla publicæ honeſtatis iuſtitia oriatur: ergo à contrario ſenſu, impleta conditione, ſtatim oritur impedimentum honeſtatis fundatum in ſolo conſenſu, ac per conſequens ſponſalia
4 prædicta præcedentia purificantur.

Hæc tamen cõmunis opinio Canoniſtarum limitatur, ſi ante conditionis euentũ alter ex contrahentibus conſenſum reuocaret, tunc etenim cõditionis euentus non efficeret coniugium, ac per conſequens ſi cum alia cõtrahat, tenebit matrimonium, quanuis nõ poſsit licitè

dictum

Ayuntamiento de Madrid

dictum conſenſum reuocare, ſed teneatur conditionem expectare, iuxta glo. & Doct. in d. c. ſuper eo. præcipuè Abb. & Præpoſit. ibid. & D. Couar. in. 4. p. 2. c. 3. in princ. n. 6. vbi quòd non refert ad reuocationis effectū, an altero ignorante, vel ſciente fiat, per text. in capit. fin. de procurat. in 6. quanuis glo. d. cap. ſuper eo. videatur ſcientiam alterius exigere: dicit etiam communem cum Couar. & Panor. Villalobos in ſuis communibus opin. litera. M nu. 66.

5 Secundò eadem pars affirmatiua probatur, quoniam etſi huiuſmodi contractus ſi purè celebraretur abſque præfata conditione Si Papa diſpenſauerit, foret illicitus, ac proinde contrahentes excōmunicationē incurrerent ipſo facto, vt in Clement. 1. de conſang. & affinit. tamen ſi fiat ſub conditione, quæ contractum ad licitum tempus referat, licitus erit atque permiſſus, argum. l. in tempus ff. de hæred. inſtitut. quare ita contrahentes non peccant, licèt aliàs contrahendo ſine præfata conditione peccarent, vt rectè docet Adria. in. 4. tractat. de matrimonio, quæſt. 10. in verſi. ad rationes ante. ibi, Ad ſecūdum principale,
6 fol. 413. col. 2. † Sic etiam videmus, quod inſtitutio filij ſpurij ſimpliciter facta pro non ſcripta habetur: ſi verò fiat ſub ea conditione, ſi princeps eum legitimauerit, valida eſt, vt in d. l. in tempus. vbi gloſ. verb. cum capere, & ibi communiter ſcribentes hanc differentiam conſtituunt, iunctis his, quæ D. Molina libr. 2. cap. 7. nu. 4. cum ſeq. de primoge. Hiſpa. latiùs adduxit.

7 Similiter etiam venditio rei feudalis, ſeu emphyteoticę, vel maioratus ſimpliciter facta, nulla eſt: ſi verò ea lege fiat, ſi dominus feudi ſeu emphyteoſis conſenſerit, vel Princeps ad rem maioratus alienandam facultatē pręſtiterit, valida erit, nec poterunt ſic contrahentes recedere, niſi prius conſenſus requiſitus fuerit, vt oſtendit idem Molina vbi ſupra libro. 4. cap. 3. nu. 48.

8 Ex quibus probari videtur differentia, quam aſsignauit ſubtiliſsimus Emanuel Coſta lib. 1. Select. capit. 8. numer. 14. in quæſtione illa, an valida ſit diſpoſitio teſtatoris, vel maioratus fundatoris ad eum vocantem Seium, ſi Titiam conſanguineam ſuam vxorem duceret, nam ipſe diſtinguit, ac eam differentiam conſtituit, vt ſi quidem prædictus teſtator adiecerit, Ex diſpenſatione Romani Pontificis, valeat, ſin minus, ſed ſimpliciter conditionem contrahendi matrimonium cum cōſanguinea appoſuerit, minimè: hæc namque differentia ex ſupradictis colligi ac probari videtur, ac in propoſito prodeſſe pro hac parte affirmatiua.

9 Tertiò, quia etſi id, quod à principis voluntate pendet, reputatur quaſi impoſsibile, vt in l. continuus. §. cum quis. ff. de verb. obligat. & ibi notat gloſ. in verb. relictæ ſint. & communiter Doct. præcipuè Barto. nume. 2. Paul. Caſtr. 3. Iaſ. 8. &. 9. in idem eſt optimus text. in l. Africanus. alias incipit, apud Iulianum, 40. in ordine. §. conſtat. ff. de legat. 1. & in. l. inter ſtipulantem. §. ſacram. cum ſimil. ff. de verb. oblig. hoc tamen fallit in
10 eo, quod Princeps † ſolet faciliter concedere, hoc nāque impoſsibile minimè reputatur: quod patet ex d. §. cōſtat dum dicit, Cum diſtrahi nō ſoleant: vbi hoc notare videntur Cuma. Paul. & Alexan. & Iaſ. num. 13. & ſequen. vbi dicit communem: ad idem eſt optimus text. in. l. intercidit. ff. de condi. & demonſtra. & l. quidam relegati. & ibi Socin. nu. 11. ff. de reb. dub. Aretin. in. l. 1. verſi. permittitur. ff. de aqua quotid. & æſtiua. ſequitur plures referens Couar. vbi ſupra in 4. part. 2. cap. 3. in princip. num. 8. & cōmuniter ſcribentes id notant, vt plures referens teſtatur Molina de Hiſpan. primogen. libr. 2. capit. 13. num. 8. ſequitur Anto. Gom. in. l. 9. Tauri. nu. 18. in fine. vbi aliam limitationem ad prædict. regulam refert, & Iaſon alios referens in l. Gallus. §. nunc de lege Velleia. numero 25. ff. de liber. & poſthum. At verò præfata conditio Si Papa diſpenſauerit in tertio vel quarto gradu conſanguinitatis, vel affinitatis, impoſsibilis à iure



Ayuntamiento de Madrid

non eſt, nec etiam de facto, cum in prædictis gradibus cum cauſa iuſta poſsit & ſoleat diſpenſari, vt communiter videmus quotidie diſpenſari, & præterea cauetur in decreto concilij Trident. infra ſtatim citando: quod ſimiliter eſt dicendum in alijs impedimentis Canonicis ad contrahẽdum matrimonium, in quibus Summus Pontifex & poſsit & ſoleat diſpenſare, vt in ſimplici voto caſtitatis, vel continentiæ & alijs. At verò in ſe-
11 cundo † conſanguinitatis, vel affinitas gradu, quanuis difficillima videatur, atque idcirco impoſsibilis, præcipuè attento ſacroſancto Concil. Triden. Seſſ. 24. de reformat. matrim. cap. 5. ibi, In ſecundo gradu nunquam diſpenſetur niſi inter magnos Principes, atque ob publicam cauſam, quare nedum de iure, ſed etiam de facto impoſsibilem hanc conditionem iudicandam eſſe cenſuit D. Molina vbi ſupra numer. 12. attamen cum ex eodem decreto ſacri Cõcilij inter magnos Principes & ob publicam cauſam permiſſa ſit diſpenſatio in prædict. ſecundo gradu, idque etiam inter alios eiſdem inferiores, etſi nõn facilè, facere ſoleant ex iuſtiſsimis cauſis Romani Pontifices moti, dicendum erit, huiuſmodi conditionem inter hos conſanguineos, vel affines in ſecundo gradu conſtitutos, ſubſiſtente iuſta cauſa validam eſſe, cum hæc difficultas potius ad impoſsibilitatem facti quam iuris referenda ſit, quia non valet hoc caſu de poteſtate Romani Pontificis diſputari, vel dubitari.

12 Quo fit, vt ſimiliter præfata cõditio contrahendi matrimonium cum conſanguinea, vel affini in ſecundo gradu cum diſpenſatione Romani Pontificis, minimè ex inſtitutione reijcienda ſit, cum ipſa conditio ad actum validũ efficiendum neceſſaria ſit, atq; præambula, iuxta doctrinã Bald. in l. 1. C. de inſtitu. & ſubſtit. ſub cõd. fact. vbi ſcribit, quòd quoties conditio eſt præambula & neceſſaria ad validitatem actus, nunquàm
13 reijcitur, † etſi ſummè difficilis ſit, ſed eius euentus expectatur: quem ſequitur Socin. in d. l. quidam relegatus. ff. de rebus dub. vbi Sadolet. col. 2. hanc regulã exiſtimat eſſe veriſsimam, atq; hoc verum eſſe profitetur Alexan. nu. 5. Iaſ. n. 16. in dict. §. conſtat. idque probant ex dict. l. in tempus. vbi communiter ſcribentes id agunt, & in terminis inſtitutionis probauit Coſta in dicto capit. 8. num. 14. ſequitur, & latè non ſolum iure communi probat, ſed etiã attento prędi. Concil. Trid. decreto mutata ſententia Molina in adnotationib. ad finẽ ſui operis poſitis, nu. 12. vbi idem etiam probat in maioratibus, vbi prædi. conditio appoſita fuerit, vt minimè ſit reijciẽda, ſed potius expectãda. Ergo ita in propoſito noſtro erit dicẽndum, vt prædi. conditio Si Papa diſpenſauerit, ſi in contractu matrimonij, vel ſponſaliorum à conſanguineis vel affinibus, etiam in ſecundo gradu adiecta valida ſit & expectanda, ipſaque adimpleta contractus verificetur.

14 Quartò & vltimò eadem ſententia affirmatiua cõprobari poteſt, quia huiuſmodi conditio, etſi quòd à principis pẽdeat voluntate, impoſsibilis quodam modo dici poſsit, non tamen propriè & ex ſtricta interpretatione, etiam ſi non ſoleat concedere, ſed largè & impropriè, quia ſi poteſt à principe concedi, poſsibile eſt quod fiat: dicitur ergo impoſsibile facti, vel verius difficile, non verò iuris, & non eo modo, quo impoſsibile dicitur in cap. fin. de cond. appoſit. nam ibi impoſsibilis conditio intelligi debet, quæ iure vel natura eſt impoſsibilis: cum ergo, de qua agimus, ſit iure poſsibilis, etſi facti difficilis, reijcienda minimè erit à contractu, ſed expectandus ipſius euentus, vt optimè explicat Couar. vbi ſupra num. 8. quem ſequitur Molin. d. lib. 2. de Hiſpan. primogen. c. 13. n. 11. Præterea conditio impoſsibilis de iure (qualis hæc aliquibus videri poterit) ſi ad futurũ referatur, non reijcitur à matrimonio ſecundùm Adria. in. 4. q. 11. de matrimonio, in verſi. ſecũdo præmitto. ibi, Secus ſi referẽt. fol. 416. col. 2. quem refert & ſequitur Couar. vbi ſupra.

Et ita

Ayuntamiento de Madrid

15 Et ita in terminis hanc partem affirmatiuam, quòd in præfata ſpecie, eueniente conditione, hoc eſt, Papa diſpenſante, non ſit neceſſarius nouus conſenſus, ſed quòd ſtatim eueniente conditione prædicta efficiatur matrimonium, quando verba de præſenti præceſſerũt, nempè Cõtraho tecum ſi Papa diſpenſauerit, tenent Anton. de Butri. Gaſp. Calderin. & Præpoſit. in dict. cap. ſuper eo. numer. 5. dicens, quod videtur poſſe ſuſtineri, quanuis in finalibus verbis relinquat cogitandum: ſed eam ſequitur idem Calderinus conſi. 1. titu. de ſponſ. Dec. ſimpliciter in. l. ea quæ raro, nume. 14. ff. de regul. iur. In idem etiam inclinare videtur Iaſ. in d. §. conſtat. numero 11. & ſeq. & hæc opinio de conſuetudine ſeruatur, ſecundùm Nicolaũ Boer. deciſi. 264. nume. 27. & eam ſequitur & probat data perſeuerantia voluntatis Gregor. Lup. in d. l. 3. gloſ. 1. titul. 4. part. 4. & latè ſumma Angel. verb. matrimonium. 3. nume. 4. vbi dicit hanc partem tenẽdam, antequam alter ex huiuſmodi contrahẽtibus tranſeat ad ſecunda vota (& vt ex ipſo conijcio, ante implementum conditionis, nam poſtea iam remanet purificatũ primum matrimonium, & ideò ſecundũ non tenebit). Hãc eandem partem in ſponſalibus ſub prædi. cõditione contractis, quod ſint valida, & ſic promittens in euentum conditionis teneatur ad minus promiſsionem adimplere, latè probat Adria. vbi ſupra d. q. 10. de matrimo. in verſic. ſed quantumlibet colorata. fol. 411. col. 2. & ſeq.

16 Rurſus contraria pars omnino, id eſt, negatiua, imò quòd ex huiuſmodi contractu de præſenti, vel de futuro conditionali, ſi Papa diſpenſauerit, nulla prorſus obligatio oriatur, nec ipſe cõtractus teneat, ſed ſit neceſſarius nouus conſenſus ad contrahendum præter Papæ diſpenſationem, primò aſtruitur, quoniam contractus hic à principio fuit illicitus, ergo ex eo non potuit oriri aliqua obligatio, vt in. l. cum lex. ff. de fideiuſſo. l. nõ dubium. C. de legibus. Quod ſit illicitus, patet, quia inter cõſanguineos, vel affines infra quartum gradum nõ poteſt contrahi matrimonium, vt in cap. non debet. de conſang. & affinita. quinimo ſi de facto ipſi inter ſe contrahant, ſunt excommunicati, vt in Clem. 1. de conſang. & affinit. Conſequentia iam patet & eſt probata: igitur, &c. Preterea & ſecundò, hæc conditio, Si Papa diſpẽſauerit, cenſetur, atque reputatur à iure impoſsibilis, cum dependeat à voluntate principis, vt in dicto. §. conſtat. & ſupra eſt probatum: ergo à matrimonio reijcitur, ac remanet purus contractus ipſe, vt in capit. fina. de condit. appoſit. ſed talis contractus purus minimè valet, vt eſt prædictum: ergo etiam ſi Papa diſpenſauerit, non erit matrimonium, nec ſponſalia de futuro, argum. l. oratio. ff. de ſponſ. Vlterius & tertiò quoniam etſi purè contraheretur inter huiuſmodi impeditos, implicitè tamen intelligeretur ac ineſt conditio ipſa Si Papa diſpẽſauerit: taciti autẽ & expreſsi idem eſt iudicium, vt in. l. cum quid. cum materia. ff. ſi cert. per. ergo ſi contractus huiuſmodi adiecta pręd. conditione expreſsè valeret, ea etiã nõ adiecta valeret: hic non valet, id eſt, purus: ergo nec ille.

Quartò, quia communiter diſpenſationes ad matrimonia non dantur, nec fiunt in radicem matrimonij, hoc eſt, vt ipſo facto ſit diſpenſatũ, tũc enim cenſetur ſublatũ impedimentũ tanquam ſi nõ eſſet lex, quæ hoc prohiberet, ſed fit cõmiſsio ad partes ordinarijs locorũ, vt ſi per diligẽtẽ informationẽ, &c. diſpenſent, tũc enim matrimonium non habet effectũ tanquam à principio, ſed tanquã ex nouo cõſenſu, poſt diſpenſationẽ interponẽdo: ergo partes ſi tunc nollẽt de nouo cõtrahere, vel cõſentire, erunt liberi, & ita hanc partẽ prorſus negatiuã tuentur ac latè probant Innocent. Cardin. & Abb. nu. 8. in d. cap. ſuper eo. Sylueſt. in ſumma, verb. matrimonium. 3. quæſt. 9. Henric. in c. fi. de condit. appoſit. col. 2. Areti. conſilio. 142. col. 1. idem Aret. dicens hanc opin. cõẽm in dict. §. conſtat. nu. 11. in verſi. & ad materiam noſtræ. l. quam. l. interpretatur ſimul



Ayuntamiento de Madrid

cum. l. cum ſeruus. eiuſdem tituli: & cum referens communem teſtatur Villalob. in ſuis commun. opinio. litera. M. nu. 67. & additio. Dec. in. l. ea quæ raro. nu. 4. ff. de reg. iur. & eſt cõmunis opinio Doctorũ in d. c. ſuper eo. ſecũdũ Adria. vbi ſupra in. 4. q. 10. de matrimo. verſi. ad oppoſitum. fol. 411. col. 1. Cõmunem etiam teſtatur plures in idẽ citans Loazes in tit. de matrim. in. 12. dub. in princ. Eandem ſententiãm cõem eſſe teſtatur (etſi fateatur rẽ eſſe ancipitẽ & vtrinq; ambiguam) licetq; nõ neceſſariã, multo tamẽ probabiliorem exiſtimat eam latè probans Domi. à Soto in. 4. ſent. diſt. 29. q. 2. arti. 1. in verſic. quod autem maiorẽ offert ambiguitatem, reſoluens, vt non modò ante diſpenſationem obtentã (de quo nulla eſt ambiguitas) verùm & poſt, vterq; poſsit à pacto illo recedere: nec verò id tantũ de conſenſu alterius, quia & id certiſsimum eſt, ſed altero etiam inuito & reclamante: imò quanuis contractus ille iuratus ſit, ſi hæc noſtra cõmunis ſententia vera eſt, vt inquit ille, iuramentum non ligat, neque diſpenſatione indiget, quia ſuper illicitam materiam latum eſt. Hanc etiam partẽ intrepidè tuetur ac defendit Victor. in ſua ſumma de ſponſ. quæſt. 260. vbi idem exiſtimat, etiamſi iuratus eſſet contractus, quia iurando peccatur, quia eſt cõtra bonos mores. Eandem ſententiã optimè plures allegans & cõmun. profitẽs probat ſine dubio Tellus Fernandez in l. 22. Tauri. nu. 18. Mihi autem minimo ex ſupracitatis ſcriptoribus † neutra
17 pars ex ſuperioribus indiſtinctè placet, ſed potius quædã media inter eas, nẽpè, vt præd. contractus, etiam per verba de præſenti celebratus, ſub conditione tamen ſi Papa diſpenſauerit (quanuis iam poſt ſacrũ Concil. Triden. minimè hoc modo contrahatur, dico de præſenti) etiam Papa diſpenſante, eademque perſeuerante communi voluntate, minimè quidem matrimonium de præſenti efficiatur ex fundamentis ſupra pro ſecũda opinione adductis, quæ in hunc ſenſum rectè concludunt atq; aſtringunt: quod indubiũ hodie exiſtimo ſtante decreto de reform. matrim. ſacri concil. Trid. Seſsio. 24. c. 1. vbi cauetur præciſe, corã parocho, vel alio ſacerdote de ipſius ordinarij, vel parochi licentia, & duobus, vel tribus teſtibus matrimoniũ eſſe cõtrahendum: aliter autem contrahentes inhabiles ad ſic cõtrahendũ reddit ſãcta Synodus, & huiuſmodi cõtractus irritos & nullos eſſe decernit, &c. Quòd ſi corã parocho & teſtibus huiuſmodi matrimoniũ deprçſenti cõtraheretur inter cõ ſanguineos, vel affines infra quartũ gradum ſine diſpenſatione Summi Pontificis, ſub conditione tamen ſi ipſe diſpenſauerit, adhuc nullus erit contractus, vt puta, quia inter impeditos canonice celebretur: quinimò & contrahentes propter contẽptum credo hoc caſu incurſuros excommunicationis ſententiam, de qua in d. Clem. 1. de cõſang. & affinit. ſecus ac ſi per verba de futuro cõtraxiſſent, quo caſu ipſam non incurrerent, vt Adrian. in. 4. q. 10. rectè exiſtimauit, vbi quod non peccant ſic contrahẽdo: ergo ſi non peccant nullam incurrunt ex cõmunicationem, & parochus & teſtes ſeueriter puniendi eſſent, eo quòd matrimonio prohibito interfuerunt: valebit tamẽ nihilominus cõtractus huiuſmodi, & licitus erit (præcipuè ſi in futurum tempus conferatur) vt ſponſalia de futuro, non obſtante, quòd ſi purè fieret ſine conditione ſi Papa diſpenſauerit, eſſet nullus, ex eoque nulla obligatio oriretur: nam ex quo adijcitur præfata cõditio, atque contractus ad licitum tempus confertur, verius exiſtimo, valere, ex eoque obligationem oriri ad promiſsionem implendam, iuramento etiam non interueniente, ſed præcipuè ipſo addito, ex fundamentis ſupra pro priori parte adductis, quæ quidem in hunc ſenſum ſumpta ſatis concludunt atque vrgent pro hac parte potius, quàm quæ pro ſecunda contraria adducta fuere, quibus ex prioribus ſatisfit.

Et ita meritò hanc partem & mediam ſententiam latè tuetur, vt prædiximus Adria. in. 4. quæſt. 10. de matrim. & doctiſsimus

Ayuntamiento de Madrid

ctiſsi. Couarr. vbi ſupra in.4.2. part.c.3. in princ. in finalib. verb. quem refert & probat Molina vbi ſupra d.lib. 2.de primoge. Hiſpan. cap.13.n.20.& hanc partem ſequitur Alfonſ. à Veracruce in appendice ad ſpecul. coniug. ad illa, quæ dicta ſunt de illo, qui ſub conditione contrahit in.2.&. 4. concluſ. pag. 114. 116. &. 118. & Ioan. Matienço allegans in rubri. titu.1.lib. 5. nouæ collect. reg. nu.65. Quinimo Domini. à Soto vbi ſupra. in verſ. hoc tamen. idem concedit, vt ex quadã honeſtate oriatur inde obligatio ſponſaliorũ, quando matrimonium illud inter cognatos ob aliquem bonum finem expediens eſſet, & dum expenſæ in expeditione diſpenſationis amplæ factæ fuiſſent, præſertim ſi ſpõſa ſe permiſerit ſpe illa deflorari, tametſi non ſolùm talis concubitus peccatum ſit graue, verùm & oſcula & tactus, qui aliàs inter ſponſos de præſenti licerent, quia omnia feruntur ſuper indebitam materiam: id quod in ſpecie probauit Veracruz vbi ſupra. concluſ. 2. &. 4. pag. 118. etiamſi bonum illud ob quod fieret prædictus contractus, non eſſet vniuerſale, ſed particulare alicuius familiæ.

18 . Obſeruandum tamen eſt, quòd hac opinione etiam retẽta, etſi licitus ac validus ſit huiuſmodi contractus ſponſaliorum, nihilominus tamen ante & poſt diſpẽſationem impetratam quilibet ex contrahentibus poterit ad libitum pœnitere, cum nouus conſenſus ad contrahendum ſit neceſſarius poſt omnimodam expeditionem diſpenſationis, quo fit, vt ſi tunc nollet de nouo conſentire, eſſent liberi (quãuis contrarium in hoc nominatim probent Anto. de Butr. Calderin. Præpoſit. & Adria. vbi ſupra, cæteriq; primæ partis ſupra citatæ authores) quoniam prior ille conſenſus reuocabilis fuerit, quia præſtitus fuit ab illegitimis, hoc eſt impeditis contrahere, & quanuis validus, vt pote relatus ad tempus habile, nihilominus reuocari poteſt, vt expreſſe habet communis opinio ſupra ſecundo loco relata nu.16. quam in hoc probamus, quanuis dum habet validum non eſſe huiuſmodi contractum, ac proinde nullam ex eo oriri etiam in futurum obligationẽ, ſupra iure improbauerimus, idque manifeſtè conſtat ex Soto & Tello Fernand. vbi ſupra, idem expreſsè cum cõmuni fatẽtibus, nempè licitam eſſe hoc caſu pœnitentiam. tenet præterea Matienç. vbi ſupra, dicens, quòd quilibet poterit pœnitere, etiam poſt obtentam diſpenſationem: & probatur vlterius, quia in cuiuſque voluntate eſt, vti dicta diſpenſatione, vel non, vt vult Anchar. conſil. 239. in fin. & Pariſi. conſil. 52. numer. 41. volumi. 4. quos refert & ſequitur Tellus vbi ſupra: tenebitur tamen pœnitens hac in ſpecie alteri cõuentioni ſtare volenti refundere expẽſas ad diſpenſationem impetrãdam factas: argumen. l. ſi pecuniam. ff. de cõdict. cauſa data, &c.

Quòd ſi replices, Quid proderit, obſecro, eſſe licitum validumque huiuſmodi contractum, ſi tandem euaneſcit pœnitentia vnius ex contrahẽtibus? reſpondebo libenter, quoad effectum nihil intereſſe, an validus, vel nullus ſit, quando quidem poteſt vtraque pars pœnitere. Quòd ſi iterum inſtes, ſi validus eſt cõtractus hic, compelli debet contrahens ad fidem præſtitam implendam diſpenſatione expedita, ac ſi impedimẽto ſublato contraxiſſent, vt habet opinio Ant. de Butr. & ſequaciũ: nam etſi Concil. Tridenti. ſuſtulerit matrimonia clãdeſtina, non tamen prohibuiſſe viſum fuit ſponſalia de futuro, vt latè probauimus in noſtro tract. de iuramento confirmat. 1. part. cap. 51. num. 1. & ſeq. quia hoc in caſu ceſſant rationes, quibus motum fuit Concilium, vt matrimonia clandeſtina prohiberet, vt illic docuimus: ergo ſicut contrahẽs de futuro hodie cõpellitur ad promiſsionem implẽdam, ita etiam in propoſito compellendus videtur conſanguineus vel affinis, qui, ſi Papa diſpenſauerit, promiſit contrahere cum conſanguinea vel affine, diſpenſatione ipſa conceſſa & habita, cum vt defendimus, validus hic ſit cõtractus

& licitus? reſpondeo ſanè, differetiam eſſe inter ſic promittentes habiles non impeditos, quos teneri adimplere promiſſum indubiũ eſt, & inter inhabiles & à iure impeditos ad conſentiendum, qui etſi validè in futurum deficiente impedimento contrahere poſsint, reuocabiliter tamen obligẽtur propter iuris impedimentum, vt habet communis ſententia: idem enim videmus in impuberibus maioribus ſeptennio, qui ſiue per verba de præſenti matrimonium cõtrahant, quo caſu ius interpretatur, inter eos ſponſalia de futuro eſſe contracta, ſiue ipſi de futuro expreſsè contrahant, valent quidem ſponſalia, vt in capit. 1. §. primo. de deſponſ. impub. lib. 6. & nihilominus adueniente ętate poteſt factus pubes liberè à præd. ſponſalibus reſilire, atque promiſſum non adimplere, vt ſupra docuimus cap. 18. nu. 10. ergo ita in propoſito idem dicendũ videtur, vt cõſenſu horum conſanguineorum vel affinium, de quibus agimus, etſi licitus validuſque fuerit contrahendi in futurum ſi Papa diſpenſauerit, attamen Papa diſpenſante, poterit quilibet eorum altero initio pœnitere, vt eſt prædictum, quia cõſenſus ab eiſdem antea præſtitus non fuit ita efficax, atque obligatorius, quia præſtitus fuit tempore quo erant iure impediti, proinde nouus conſenſus ſublato impedimento neceſſarius erit, ſicut ſi præſtitus fuiſſet ab omnino liberis & legitimis perſonis abſque vllo impedimento ad contrahendum: quia licèt de præſenti non contraxerint, ſed de futuro, ac proinde poſtea nouus conſenſus ad matrimonium de præſenti celebrandum requiratur, ille tamen conſenſus prior de futuro conſummatus ac ſufficiens fuit, quia nullo defectu laborabat, ſicut laborat in impeditis iuris diſpoſitione, ſiue prohibitione, qui etſi in futurum conſentire poſsint ſub conditione illa Si Papa diſpenſauerit, adhuc tamen ille conſenſus non eſt integer neque conſummatus, donec Papa diſpenſet, & inſuper de nouo ratificetur, & ideò meritò ipſo Papa diſpenſante ante ratificationem erit reuocabilis ad nutum & libitum eius, qui illum præſtitit. Quòd ſi hoc adhuc tibi non ſatisfecerit, quia ex quo promiſsio præfata ſponſaliorum eſt valida, ergo & irreuocabilis: quia etſi conſenſus præſtitus ab huiuſmodi impeditis canonicè contrahere ſit nullus, ſi purè præſtetur; attamen ſub prędi. conditione, Si Papa diſpenſauerit, legitimus eſt, & validus, vt habet prior communis opinio Canoniſtarum: ergo irreuocabilis. Reſpondeo nihilominus licitam eſſe pœnitentiam, vt prædiximus ſecundùm receptiorem ſentẽtiam, quandoquidem negari non poteſt, quin minus ſoliditatis habeat contractus hic quàm inter habiles ad contrahendum abſq; vlla diſpenſatione celebratus ſub alia conditione licita, illum namque nõ vſque adeò expeditum eſt validum eſſe irreuocabiliter ob inhabilitatem perſonarum, cum ſuper eo articulo ſint opiniones diuerſæ, ac rationes pro & cõtra militantes, & cõmunis ac verior ſit illa, vt pœnitentiæ locus ſit, vt vidimus, & ideò tenenda in iudicãdo & cõſulẽdo: hic autem iure perſpicuo validus & irreuocabilis eſt à principio, quia nullo morbo laborat, ac proinde verificata conditione adimplendus omnino eſt. Supereſt modo, vt reſpondeamus aliquibus rationibus ſupra adductis, tam pro priori, quàm pro ſecunda partibus, quibus non eſt ſatisfactũ, & huic noſtræ & tenendæ ſententiæ aliquid obeſſe videntur.

Et primò non obeſt primum fundamentum prioris partis, quod habet cum communi opinione Canoniſtarum, vt matrimoniũ per verba de præſenti contractum ſub alia conditione licita & honeſta, adueniente conditione, ſtatim efficiatur matrimonium abſque nouo conſenſu. Hæc nanque recepta à iuris
21 Canonici interpretibus † ſentẽtia vera non eſt, ſed prorſus falſa; & contraria Theologorũ veriſsima & tenenda, imò quòd hoc caſu, adueniente conditione, non ſit matrimonium de præſenti, ſed ſponſalia de futuro, & ideò nouus conſenſus

ſenſus de præſenti ad matrimonium requiritur, ex ſequentibus fundamentis.

Primò, quia in hac ſpecie à principio non eſt conſenſus ad matrimonium ſufficiens, quia conditionalis eſt, nec aduẽtus conditionis ſufficit: nam ſi antea diſſentiat contrahens, euẽtus præfatus cõditionis non operatur contractum cõiugalem, abſque nouo conſenſu, vt ipſi Canoniſtæ fatẽtur: at ſi ſufficiens eſſet à principio nihil obeſſet, an medio tẽpore cõſentiens diſſentiret, ſi cõditio poſtmodum euenerit, vt patet in cæteris contractibus conditionaliter celebratis. Cum igitur dictus conſenſus ab initio ſufficiens non ſit, poſtea conditione eueniente nullus conſenſus intercedit, quia aduentus cõditionis nõ efficit nouum conſenſum: ergo ſi de nouo non adhibeatur, non datur ſufficiens ad coniugium.

22 Secundò, contra prædictam communem ſententiam Canoniſtarum, & pro cõmuni Theologorum contraria adeſt text. expreſſus in dict. cap. ſuper eo. de cond. appoſit. vbi probat text. adueniẽte conditione cogendum eſſe matrimonium contrahere illum, qui conditionalem conſenſum præſtitit, nempè ſi pater conſentiret: ergo nondum erat matrimonium contractum, eueniente etiam conditione. Præterea cõſtat ex illo text. conſenſum de præſenti ſub conditione præſtitum habere vim promiſsionis de futuro: non pòteſt ergo tranſire in matrimonium, niſi conſenſus de præſenti de nouo interueniat: quãuis igitur ſponſalia prædicta conditionalia ante conditionis euentum dici poſsint de futuro quoad hunc effectum, vt iure communi attento per copulam, vel quid æquipollens cenſeatur à conditione receſſum (hodie verò neque quoad hoc, attento Concil. Trident. vt deduximus in dict. cap. 51. de iuram. confirmat. 1. par. nu. 12. & ſequent. & ſupra quoque cap. 18. nu. 4. meminimus) non tamen quoad alia: ante ſiquidem conditionis euentum nec oritur publicæ honeſtitatis iuſtitiæ impedimentum, vt in cap. 1. §. fin. de ſponſ. lib. 6. nec eſt cogendus promiſſor contrahere, vt in dict. capit. ſuper eo. quæ locum haberent ſi illa fuiſſent ſponſalia pura de futuro vt conſtat: quibus fit, vt conditio de futuro, verbis etiam de præſenti adiecta, non faciet, dum adimpletur, matrimonium, ſed ſponſalia confirmabit: igitur ſi alter illorũ ad aliud matrimonium trãſierit, illud erit validum: & ita meritò hanc opinionem probauit S. Thom. in. 4. ſenten. diſt. 29. quæſt. 3. verſi. ad. 3. & Ioan. Maior diſt. 27. quæſt. 4. colum. 2. & Adria. in. 4. ſub tit. de matrim. in quæſt. 2. verſ. ad diſcernendum. fol. 397. vbi Paludanum reprehendit, qui tam infirma ratione ſuum magiſtrũ deſeruerit, & Theologis deſertis ad Canoniſtas confugit: ſed Magiſtrum ſequitur, dicens eſſe communem ſententiam Doctorum, Victo. in ſua ſumma de ſponſ. quæſt. 260. in verſ. ſed quid ſi perſonæ, &c. Eandem latiſsimè pluribus cõprobat, atque tanquam indubiã tradit Domini. à Soto in 4. diſtin. 29. quæſt. 2. art. 1. in. 3. concluſi. & Doctiſs. Couarr. vbi ſupra. nu. 5. & cæteri Theologi communiter in. 4. diſt. 29. quæ hodie proculdubiò eſt ſeruanda ſecundùm formam cõcilij Trident. vt teſtatur Didac. Perez in l. 1. tit. 1. lib. 5. ord. fol. 41.

Quæ communis Theologorum ſententia & veriſsima maximè fauet & noſtram in præmiſſa ſpecie, de qua agimus, quanuis ſit differentia inter vtrũque caſum reſpectu pœnitẽtiæ, in priori ſiquidem, nempè cum cõſanguinei, vel affines, aliterve canonice impediti contrahunt matrimonium ſub conditione ſi Papa diſpenſauerit, etiamſi diſpenſet, poſsit quilibet eorum pœnitere, vt ſupra probauimus: in ſecundo verò, nempè quando habiles ad contrahendum purè, ſub conditione alia permiſſa contrahunt, tunc enim licèt adueniente conditione matrimoniũ de præſenti minimè efficiatur ſine nouo conſenſu, vt eſt prædictum iuxta cõmunem & veriorem Theologorum ſententiam, non tamen poterit alter reuocare prædictum conſenſum, cùm ſit legitimus, &

ſtatim obligatorius ſub præd. conditione, ſed aduentum conditionis expectare tenebitur, atq; poſtea promeſſum adimplere, vt ſupra quoque diximus.

Nec pro communi Canoniſtarũ facti dict. c. ſuper eo. in verbis ſupra ponderatis à contrario ſenſu, ibi habito, &c. nec text. in dict. cap. 1. §. fin. de ſponſa. in 6. etiam à contrario ſenſu inductus, quoniam argumentum hoc in iure non procedit quotes ſenſus † contrarius eſſet
23 contra legem, vel canonem ſecundum Ioan. And. in capit. publicato. in. 3. col. de elect. nec etiam quando ex eo ſequeretur correctio iuris, vt latè tradit Euerard. in ſua centur. legal. loco. 4. in 1. & 2. limitatione, ſed in propoſito eſt text. expreſſus probans contrarium in d. cap. ſuper eod. vt eſt prædictum, ergo argumentum à contrario ſenſu ex alijs verbis ipſius, vel etiam ex dict. capit. 1. §. fin. de ſponſ. in 6. vel alijs iuribus non eſt ſumendum in contrarium.

Nec differentia, quam ſupra retulimus ex Emanuele Coſta d. lib. 1. Selecta. cap. 8. nume. 14. quicquam facit in propoſito, quia in vtroque caſu nempè cum teſtator iuſsit, vt ſucceſſor maioratus à ſe fundati, vel hæres à ſe inſtitutus ita demum ſuccedat in maioratu, vel hæreditate ſi matrimonium contraxerit cum conſanguinea propria, vel affini non adiecta conditione, ſi Papa diſpẽſauerit, quo caſu non valere diſpoſitionem affirmat Coſta vbi ſupra, ſiue ea expreſsè adiecta, quo caſu valet ſecũdum ipſum, non agitur de matrimonio de præſenti inducendo nec de promiſsione, vel contractu ipſius, vel ſpõſaliorum de futuro inter contrahere debentes, ſed tantum de legato quodam, vel hæreditate relictis ſub ea conditione, vt matrimonium cum conſanguinea, vel affini contrahatur, quod diuerſum eſt à noſtra quæſtione: præterquam quòd & in illo caſu cõtrarium aduerſus. Coſtã rectius probauerit D. Molina vbi ſupra. d. lib. 2. c. 13.
24 nu. 7. & in adnotatio, nu. 11. †. Imò quòd nulla etiam mentione facta diſpenſationis ipſa conditio tacite inſit, vt petenda ſit prius diſpenſatio atque obtinenda ad hoc, vt diſpoſitio teſtatoris ſuſtineatur hoc caſu, ſicut quando id exprimitur ab eodem.

25 Quo fit, vt quanuis in matrimonio de præſenti de facto purè contracto inter conſanguineos, vel affines infra quartum gradum abſque conditione illa ſi Papa diſpenſauerit nõ poſsit ea intelligi tacitè, cum de facto contrahant abſque ea ac proinde incurrant excommunicationem, de qua in dict. Clem. 1. de conſang. & affinit. attamen in ſponſalibus de futuro inter eoſd. contractis abſque prædicta conditione, ſi Papa diſpenſauerit forte in eſſe poterit atque appoſita cenſeri debebit prędi. conditio, vt actus potius valeat quàm pereat cum abſque ea ſit nullus: hinc eſt, vt ex ſponſalibus
26 de futuro illa † excommunicatio minimè incurratur, cum ſit pœna appoſita conſanguineis, vel affinibus de præſenti cõtrahentibus, ergo extẽdi nõ debet ad alios caſus, & in terminis ita tenet gloſ. in d. Clem. 1. verbo, contrahere, quam ibi ſequuntur Doct. & eſt communiter approbata ſecundum Ripam in titul. de peſte in rubri. de remedijs ad conſeruand. vbert. nu. 65. & Nauar. in Manual. latino c. 22. nu. 43.

Vltimò, nõ obſtat tertium argum. adductum ſupra pro cõmuni, nempè, quod ſi purè contraheretur inter huiuſmodi impeditos, implicitè tamen intelligeretur ac in eſſet conditio ipſa ſi Papa diſpenſauerit, & nihilominus ipſa non adiecta contractus matrimonij non valet, &c. Nam reſpondeo in matrimonio de preſenti purè cõtracto inter impeditos nullo modo poſſe eum conditionem intelligi cum de facto abſque diſpẽſatione celebretur, ac proinde non valebit, at in ſponſalibus de futuro inter eoſdem contractis forſan intelligi deberet, vt actus meliori modo, quo poſſet ſuſtineretur, in hunc ſenſum vt impetrata diſpenſatione ſit validus reuocabiliter ac ſi expreſsè adijceretur pręfata conditio, non vero ex hoc in aliquo læditur, noſtra media ſententia, quam tuemur.

Cætera

Ayuntamiento de Madrid

Cętera fundamenta vtriuſque partis, nempè affirmatiuæ & negatiuæ, noſtræ nihil obſunt, imò proſunt, vt ex eiſdem liquet, quapropter ipſa eſt tenenda, ac ſecundùm eam vidi iudicari, nempè, vt impetrata diſpenſatione pœnitentiæ locus eſſet, quod communis ſupradicta affirmat.

---

*SVMMARIVM.*

1 *IMpedimentum, quod propter affinitatem ex illicita copula contrahitur hodie per ſanctũ Concilium Tridentinum, ad primum & ſecundum gradum reſtrictum eſt, in vlterioribus verò gradibus, nec impedit, nec dirimit, vt Pius V. ſuo motu proprio declarauit, vt in nu. 2.*

3 *Inceſtus punibilis propter affinitatem, an hodie committatur ex illicita copula, in tertio & quarto gradibus?*

4 *Impedimentum contractum ex illicita copula in tertio & quarto gradu affinitatis, ante confirmationem Concilij Tridentini eſt hodie diſpenſatum, Motu proprio Pij Quinti.*

5 *Coniux committens ſcienter inceſtum, cum conſanguinea vxoris ſuæ intra quartum gradum, ſecundùm ius antiquum duplici pœna punitur, primò, quia non poteſt petere debitum ab vxore ſua: ſecundò, quòd ipſa mortua, non poteſt cum alia quacunque contrahere, ſine diſpenſatione.*

6 *Ob inceſtum cum affine commiſſum licitè denegatur coniugale debitum, ſi fortè petatur.*

7 *Committens inceſtum, ſi ſit iuuenis, non ex hoc ei licebit debitum coniugale exigere, vel vxore mortua, cum alia de nouo contrahere abſque diſpenſatione, quamuis iuuentus iuſta cauſa ſit eam impetrandi.*

8 *Impedimentum, ſi inceſtus occultus ſit, an aliquod ſit cum alia legitima contrahendi.*

9 *Coniux & ſi propter inceſtũ à ſe commiſſum cum conſanguinea vxoris ſuæ, non poßit ab ea debitum exigere, poterit tamen eidem nonnunquam inſinuare, ſe eſſe paratum ad illum vſum.*

10 *Epiſcopus poteſt diſpenſare cum inceſtuoſo, vt contrahat cum illa muliere, quæ ſibi ratione inceſtus affinis facta non eſt; & ita ſe habet conſuetudo, vt in nu. 12.*

11 *Epiſcopus poteſt contra Canonem Papæ, aut Concilij, purè pœnalem diſpenſare, quando ei ſpecialiter hoc non prohibetur.*

13 *Iuuenis inceſtuoſus, qui eſt in ea ætate, quæ de iure de eius continentia timeatur, poterit abſque diſpenſatione, cum legitima alia vxore contrahere, & ab ea debitum petere, quæ ſibi per inceſtum affinis effecta non eſt, & iuuenis in propoſito dicitur, qui ſexageſimũ ætatis ſuæ annum non attigerit.*

14 *Quilibet inceſtuoſus idem facere poterit, vbi non eſt conſuetum petere diſpenſationem, vt hic, quamuis ſecurius ſit eam poſtulare ab Epiſcopo ſecretè per tertiam perſonam.*

15 *Epiſcopus an poßit diſpenſare cum inceſtuoſo ad exigendum debitum ab vxore ſua, & num. 20. & quid ſi inceſtus ſit ſceleratißimus, vt putà commiſſus cũ ſorore vxoris, aut cum ſocru? nu. 16.*

17 *Epiſcopus an poßit diſpenſare cum contrahente matrimonium contra votum ſimplex, ad exigendum debitum?*

18 *Epiſcopus licèt regulariter non poßit concedere ſtatuta, aut diſpenſare contra Canones, fallit tamen ex cauſa euidenti & neceſſaria.*

19 *Multa ex cauſa neceßitatis fieri poſſunt, quæ aliàs non licerent.*

21 *Diſpenſatio non eſt vlla hodie neceſſaria inceſtuoſo, cum conſanguinea vxoris ſuæ, vltra primum & ſecundum gradum, ad petẽdum debitum ab vxore ſua.*

## CAPVT XXIII.

### De impedimento affinitatis ex illicita copula proueniente, & quis diſpenſet ad petendum debitum.

1 SAncta Synodus Tridentina, iuſtis & grauiſsimis cauſis adducta, impedimentum quod propter affinitatem ex fornicatione contractum inducitur, & matrimonium poſteà factũ dirimit: ad eos tantùm, qui in primo & ſecundo gradu coniunguntur, reſtrinxit: in vlterioribus verò gradibus ſta-



Ayuntamiento de Madrid

tuit, huiuſmodi affinitatem matrimonium poſteà contractum non dirimere, vt cauetur ſeſsione 24. cap. 4. de reformatione matrimonij. Sed quia à pluribus Chriſti fidelibus fuit dubitatum, an licèt in vlterioribus gradibus huiuſmodi matrimonium contractum non dirimatur, adhuc tamen iuxta antiquos Canones contrahi prohiberetur, felicis re-
2 cordationis † Pius Quintus Pótifex Maximus, ſub bulla Romæ lata anno 1566. IIII. Calendas Decembris, omnem ambiguitatem tollere, & animarum tranquillitati, ac matrimonij libertati, quantum cũ Deo poſſet, cóſulere volens, declarauit, & Apoſtolica authoritate decreuit, nullũ hodie impedimentũ remanere, quo minùs in vlterioribus gradibus huiuſmodi liberè & licitè matrimonium contrahi poſsit, & ita ab omnibus iudicari debere mandauit, atque ſtatuit, vt ad literam in præfata bulla cauetur, quamuis non viſo præd. motu proprio contrarium exiſtimauerit Nauar. in manuali Latino, cap. 22. nu. 42. nempè peccare contrahentes ſine diſpenſatione in tertio & quarto gradu affinitatis, ex illicita copula cõtractæ, quia Concilium vbi ſuprà non ait non impediri, ſed non dirimi: & à veteri lege non diſcedimus, niſi quatenus per nouam exprimitur. l. præcipimus. C. de appellat. hoc tamẽ hodie non procedit, ſtãte dict. bulla Pij V. vt poſteà aduertit idem Nauar. in additione marginaria ibidem poſita.

3 Dubitari tamen vidi circa dict. Conciliarem conſtitutionem, atque bullam ſummi Pontificis, an in vlterioribus gradibus, præter primum & ſecundum, ex copula illicita inceſtus punibilis committeretur? Concilium enim ſolùm agit de tollẽdo impedimẽto affinitatis, quod anteà erat ſecundùm Canones ex copula illicita, in prædictis tertio & quarto gradibus, ad hoc vt huiuſmodi affinitas in illis matrimonium poſteà contractũ non dirimeret, quinimò nec impedit contrahendum, vt in prædicta bulla Pij V. Non verò loquitur quoad reliqua, nempè reſpectu inceſtus, pœnarũq; ipſius: quare cum hoc non mutetur, incorrectum manere videtur, argument. l. ſancimus C. de teſtament. & l. præcipimus. cum ſimil. C. de appellat. Nihilominùs contrariũ verius exiſtimamus, quoniã ſi affinitas in vlterioribus gradibus prædictis expreſsè ſublata eſt à Cócilio & ſummo Pontifice, vt ipſa non obſtante matrimonium poſsit contrahi liberè, virtualiter etiam tollitur inceſtus, cum hic ſtare, aut committi minimè poſsit abſque illa: quod & ſecundò ad oculum oſtendo Iure antiquo etiam vltrà quartum gradum conſanguinitatis & affinitatis, vſque ad ſextum erant prohibitæ nuptiæ, hodie verò prohibitio, iuſtis de cauſis qartum gradum non excedit, vt in capitul. non debet, ibi, Prohibemus quoque copulæ coniugalis quartũ conſanguinitatis & affinitatis gradum de cætero non excedat, de conſang. & affinit. l. 4. titul. 1. part. 4. verſic. la ſegunda. & l. 12. titul. 2. part. 4. nullus tamen audebit dicere, cum conſanguineo, vel affine in quinto, aut vlteriori gradu committi per copulam illicitam inceſtum punibilem, quamuis peccatum mortale incurratur, quia cum ſublata ſit conſanguinitas & affinitas per dict. cap. nó debet. vltra quartum gradũ quoad matrimonia, conſequitur manifeſtiſsimè, deficiente iam conſanguinitate, vel affinitate in vlterioribus gradibus, nullo modo inceſtum committi poſſe in illis: itaque conſanguinitas & affinitas, quę impedit matrimonia contrahi, eſt quæ etiã per copulam illicitam inducit inceſtũ: cum verò in tertio & quarto gradibus, iam affinitas proueniens ex copula illicita ſit ſublata, vt videmus, non poteſt dici cómitti inceſtum in prędictis vlterioribus gradibus: quod inſinuauit ſtrenuiſsimè F. Barthol. à Medina in ſua inſtruct. *de confeſſores, en la declaracion del ſexto mandamiento*. §. 18. in verſic. la ſegunda. vt inquit Alfonſus à Veracruce in appendi. ad impedimenta affinit. circa fin. prædictos gradus ablatos à Concilio, ſic ſe motos eſſe, vt perinde ſit, ac ſi nó fuiſ-
* ſent olim. * Et poſt hæc ſcripta præd. meam

Ayuntamiento de Madrid

opinionem longè probabiliorem eſſe, teſtatur Petrus de Ledeſma num. 19. pagina 420. verſ. circa eandem, in addit. ad tertiam partem quæſt. 55. artic. 3. *.

4 Præterea, impedimentum contractū ex illicita cópula in prædictis vlterioribus gradibus, ante confirmationem Cócilij Tridentini, eſt hodie diſpenſatum per eundem Pium V. vt patet ex eius declaratione inter ipſius motus proprios poſita, anno eodem 1566. facta.

5 Sed quid erit dicendū, ſi coniux ſcienter committat inceſtum cum conſanguinea vxoris ſuæ intra quartum gradum ſecundùm ius antiquum? Et profectò duplici pœna punitur quoad futurum. Primò, quia non poteſt petere debitū ab vxore ſua, quam iam habet ſub mortali peccato, quia per inceſtum viri ſibi affinis facta eſt, quamuis illi innocéti exigenti reddere teneatur, vtpotè eidem nocere, aut ius ſuum auferre nó debeat crimen alterius. Secundò, quia ipſa vxore mortua, nó poteſt cum alia quacumque contrahere abſque diſpéſatione, de qua infrà: quòd ſi contrahat, tenet matrimonium, quamuis mortaliter peccat, vt in cap. 1. & in cap. veniens. & in cap transmiſſæ, & in cap. diſcretionem. in capit. tuæ fraternitatis. & alibi, de eo qui cognouit conſang. vxo. ſuæ. & in cap. qui dormierit. & in cap. concubuiſti. in cap. ſi quis viduā. & in cap. ſi quis nouercam. 32. quęſt. 7. eſtque verisſimū, atque ſine dubio, & apud omnes conſtitutiſsimum, idem tenentes è conuerſo reſpectu alterius coniugis.

6 Quare ob inceſtum cum affini commiſſum licitè denegatur coniugale debitum, ſi fortè petatur, vt in dicto cap. 1. & in dict. cap. tranſmiſſæ. Quod procedit, etiam ſi is qui denegat ſciens inceſtū ab altero commiſſum, iam ſemel eidem debitum coniugale reddiderit, ſecūdùm Antonium de Butr. Cardin. & Abb. in dict. capit. tranſmiſſæ. poſt antiquiores ibidem. Quinimò etiam ſi committens

7 inceſtum, ſit iuuenis, non ex hoc ei licebit debitum coniugale exigere, vel vxore mortua, cum alia de nouo contrahere abſque diſpenſatione, quāuis iuuentus iuſta cauſa ſit eam impetrandi: gloſſ. communiter recepta in cap. 2 verbo, ex diſpéſatione. de eo qui cognouit conſang. vxo. ſuæ. Syluest verb. matrimonium 7. in vltimo impedimento. nū. 6. & verb. luxuria. verſic. quintum. Regia l. 13. tit. 2. part. 4. tradit Didacus Couar. in 4. de ſponſal. 2. part. cap. 7. §. 2. nu. 5. aduerſus gloſſam in cap. in adoleſcentia. 33. quæſt. 2. & ita eſt tenendum, quāuis Alfonſus a Veracruce in ſuo Specul. cóiug. 3. part. artic. 17. circa fin. exiſtimet, quòd ſi huiuſmodi inceſtuoſus petat debitum ſecluſo contemptu abſque diſpenſatione, non videtur peccatū mortale: ſed vltra ſupradictos contrarium cum communi probauit Abulenſ. ſuper Matth. 5. quæſt. 200. & Alfonſus à Caſtro de poteſta. leg. pœnal. libro 2. cap. 5. in verſic. verum. Ioan. And. ibi, in cap. tranſmiſſæ, &c. & Viguerius relati à Veracruce vbi ſuprà.

8 Si autem inceſtus occultus ſit, & de ipſo non conſtet, nullum erit impedimentum cum alia legitimè contrahendi. Solet in hoc citari Abb. in capit. literis. de præſumptionibus. eamque ſententiam cum ipſo probauit Dominicus à Soto in 4. ſentent. diſtinct. 37. quæſt. vnica. artic. 1. in verſic. circa hos autem omnes. & Antonius à Cordub. libro 1. quæſtionar. quæſt. 12. in verſic. ſed vtrū. Ego verò in primis aduerto, hoc impoſitum eſſe Abbati, non enim video, etſi totum eum ibi perlegerim, quòd hoc dixerit ſaltim præcipuè & apertè, ſed verbis ſubobſcuris: nam in num. 21. id ſolū, quo ad rem attinere videatur, præfatur, nempè, Ex hoc tex. nota, quòd inceſtuoſa priuatur ſpe contrahendi matrimonium, etiam ſi actum fuerit ciuiliter: & nota hoc vltimum, videtur enim, quòd ipſa ſit ipſo iure pœna delicti, qualitercumque de eo conſtat: argum. hic, & in capit. ſi quis ſponſam. 26. quæſt. 2. quaſi velit dicere, eſſe neceſſarium qualitercumque de crimine conſtare, vt inceſtuoſus in præfatam incidat pœnā. Hoc tamen non aperit, & ideò immeritò ad præfa-

præfatam allegatur ſentẽtiam: tum præterea, etiam ſi id diceret, expreſsè falſum meo iudicio eſſet. Primò, quia nos agimus in foro conſcientię, & reſpectu peccati, in quo veritati eſt ſtandum. Secundò, quoniam iuxta illud deciſio dict. capit. tranſmiſſæ. cum ſimil. nunquam, aut rariſsimè ſuum ſortiretur effectum, quia peccatum illud talis eſt cõditionis, vt rarò contingat eſſe notorium, vel ſaltim crebriùs occultè cõmittitur, & ita meritò prędictam ſentẽtiam improbat Alfonſus à Caſtro vbi ſuprà.

9 Obſeruandum tamen eſt in propoſito, quòd ſi vir hoc crimen commiſerit, & fœmina ſit innocens, quia mulieres rarò præ verecundia exigere conſueſcunt, grauamen eſſet vxori, virum nunquam exigere, ideò licebit virò nonnunquam inſinuare ſe vxori, & offerre ſe ad illum vſum: nam genus illud petendi, quodammodo eſt reddere, vt aduertit Soto in 4. diſtinct. 37. quæſt. vnica. art. 2. in verſic. debet autem. & ibidem etiam limitat ſuperiora, quando inceſtus per ignorãtiam inuincibilem facti, hoc eſt, conſanguinitatis, eſt cõmiſſus, vel quando fœmina inuita, & per vim fuit ab alio cognita, quia his duobus caſibus inceſtuoſus, quamquam affinitatẽ contrahat cum ſuo coniuge, non tamẽ cenſetur iure petendi priuari: ſupereſt nunc ſcire, vtrùm Epiſcopus poſsit diſpenſare cum quocumque inceſtuoſo, vt con-

10 trahat † cum alia legitima vxore, & vt debitum petere poſsit? Et ſanè ſi quærimus reſpectu illius vxoris, quæ ratione inceſtus ipſi affinis effecta non eſt, proculdubio res eſt, id poſſe Epiſcopũ. Primò, per text. in cap. ab iſto dic. 35. quæſt. 6. Secundò, quia Epiſcopus poteſt contra canonẽ Papæ, aut Concilij purèpœnalem diſpenſare, quando ei ſpecialiter hoc non prohibetur ſecundùm communem doctrinã, quam refert Sylueſt. verbo, diſpenſatio. quæſt. 9. & Summa Angel. eodem tit. §. 5. Cordub. vbi ſuprà in verſ. quorum primum eſt. Tertiò, quia ſic eſt conſuetudo legitimè præſcripta,

12 vt refert † & tenet Sylueſt. vbi ſuprà, & Caietanus in ſua Summa, verb. matrimonium impedientia. cap. 2. & Soto in dicta diſtinctione 37. quæſtione vnica, artic. 1. & 2. & Nauar. in manuali Latino, cap. 22. num. 74. 75. & 86. & Veracruce in ſpecul. coniug. 1. part. artic. 23. Couarruuias vbi ſuprà. cap. 7. num. 6. & in hoc omnes ferè Doctores concordant ſecũdùm Cordubam vbi ſuprà: quod in terminis probauit ante ipſum Florentin. 3. part. ſuæ Summæ, titul. 1. cap. 16. §. 4. & Palud. in 4. diſtinctione 34. quæſt. 1. art. 2. fol. 170. columna 2. dicens, poſſe in hoc diſpenſare Epiſcopum. Quinimò iu-

13 uenis inceſtuoſus † huiuſcemodi, qui eſt in ea ætate, quòd iure de eius incontinentia timeatur, poterit abſque diſpenſatione cum legitima alia vxore contrahere, & ab ea debitum petere, quæ ſibi per ſuum inceſtum affinis effecta nõ eſt, vt ex pluribus reſoluit Cordub. vbi ſuprà, in verſicul. ſecundum dictum. & tenet Palud. vbi ſuprà, & inquit Corduba ita eſſe conſuetudine legitima præſcriptum, quo res efficitur ſine dubio, atque controuerſia, & ſecundùm ipſum iuuenis in profito dicitur, qui ſexageſimum ætatis ſuæ annum non attigerit, vt inquit tenere Doctores communiter in cap. 1. de conuerſ. coniugat. & in verſic. ſed vtrùm, credit eſſe cõſuetudinem, vt quilibet inceſtuoſus non petat Epiſcopi diſpenſationem ad contrahendum: præ-

14 maximè quando inceſtus eſt † occultus, & non deductus ad forum iudicialem: idemque erit vbi non eſt conſuetum petere diſpenſationem, & vbi non eſt in hominum memoria, vt Epiſcopi diſpenſent circa hæc, ſed potiùs hoc ſcientes, longo tempore diſsimulaſſent, quia videntur tacitè conſentire, ac ſi diſpenſarent, ſecundùm Palud. vbi ſuprà, & Sylueſt. cum alijs, quos refert ver b. matrimonium 7. num. 6. & Caietanus vbi ſuprà, in verſic. & ſcito, ibi, cum reliquis autem octo, quem refert & ſequitur Soto vbi ſuprà, dicto artic. 1. verſic. circa hoc autem, &c. Eſtque communis hæc ſententia, vt alios allegans teſtatur Cordub. vbi ſuprà, verſicu. tertium dictum.

quamuis

Ayuntamiento de Madrid

quamuis tutius eſt iuxtà pleroſq; ex ſupradictis ſecretè petere diſpenſationem per tertiam perſonam ab Epiſcopo.

Si verò quærimus,quis poſsit diſpenſare, vt inceſtuoſus cum conſanguinea vxoris ſuæ, poſsit ab eà vxore ſua iam eidem effecta affini per prædictum inceſtum petere debitum? de Papa,quòd poſſit in hoc diſpenſare, non eſt dubium ſecũdùm omnes: de Epiſcopo res quidem maiorem difficultatem habet. Nihilominùs tamen Abb. in dicto cap.1.de eo, qui cognouit conſang. vxoris ſuæ. nu.
15 4.tenet, † quòd ſi crimen inceſtus commiſſum, eſt verum crimen inceſtus ( vt putà, quia commiſſum fuit cum conſanguinea vxoris )Epiſcopus nõ poteſt diſpenſare niſi ratione iuuẽtutis, quo caſu poteſt diſpenſare,vt in cap.ſi duo in fin. 35.quæſt.6.ſi verò non eſt propriè crimẽ inceſtus, vt putà, quia commiſſum fuit cũ conſanguinea ſponſæ(intellige nondum cognitæ) Epiſcopus poteſt diſpenſare etiam citra iuuentutem, vt in cap. veniens.in princip. eodem titul. vbi idẽ Abb.num.4. rationem differentiæ aſsignat:& quòd Epiſcopus poſsit in propoſito diſpenſare cum cauſa ( intellige in primo membro Abbatis in dicto cap.1. nempè,quando commiſſus fuit inceſtus cum conſanguinea vxoris cognitæ; nã ſi cum cõſanguinea ſponſæ nondum cognitæ, ſine cauſa poterit Epiſcopus diſpenſare ſecũdùm Abbatem, vbi ſuprà) tenet idem Abb. innuens eſſe communem in dict. cap.trãſmiſſæ. num.6.quia ſi Eccleſia diſpenſat, vt poſsit contrahere de nouo huiuſmodi inceſtuoſus, vt in dicto cap.1.à fortiori poteſt diſpenſare, vt poſt contractum poſsit exigere. Eandem ſententiã probauit beatus Antoni. Archiepiſcopus Florentinus in 3. parte ſuæ Summæ,titul.1.cap.11.colum. 2.dicens, inceſtuoſum iuuenẽ, ſponſum tamen de præſenti ante conſummatum cum ſponſa matrimonium ad alterum ex duobus teneri,vt vel impetret diſpenſationem ab Epiſcopo,ſaltim ad exigendum,vel religionem profiteatur, ne cogatur cohabitare cum vxore, imminente periculo animæ propter exactionem debiti coniugalis, nec aliàs erit immunis à peccato mortali: ex quo apparet poſſe Epiſcopum in hoc diſpenſare: quod etiam tenuit idem Florenti. in dicta 3.part.tit.1.capit.16.§.4.& Palud. in 4.ſentent.diſtin.34.quęſt.1.art.2. Eandem diſtinctionem Abb. in dict. cap.1. ſequitur & probat affirmans communẽ ex eodem Abb.in dict.capit.tranſmiſſę. Syluest. in verb.luxuria. num.4. verſic. quintum. & in verb. matrimonium 8. quæſt.& numer.15.in verſic.ſed ille.per quem,&c. idem in verb.debitum coniugale.quæſt.9. num.11.in fin. vbi hoc intelligit,loquens in inceſtuoſo cum conſanguinea vxoris, hoc eſt, iam cognitæ, quando non adeſt poſsibilitas adeundi Romam,quia non debent animæ remanere in laqueis ita faciliter, nec hoc intendit Eccleſia: idem probauit Caietanus vbi ſuprà, & citra dubiũ Soto dict. artic.1.in verſic. circa hos. non ſemel citato, & latiùs in artic.2. verſic. dubium autem. vbi credit certò Epiſcopum poſſe,imò & debere diſpenſare,quamuis crimen ante conſummatum matrimoniũ poſt ratum interceſſerit, ſaltem ſi ad Romam non pateret inceſtuoſo facilis aditus,aut propter eius paupertatẽ,aut infirmitatem, aut propter viæ lõgitudinem, aut ob alia quæcumque impedimenta, in quibus nullum obijceret ſcrupulum, quamuis non eſſent tam manifeſta, quia fortaſsè ſine iſtis impedimẽtis etiã poſſet, cum in huiuſmodi diſpenſationibus poteſtatem habeat Epiſcopus ordinariam,niſi per Papam fuerit cohibitus, & in his non videtur cohibitus:& tandem inquit, opinio eſt communis, vt Palud. in illa diſtinct.& Silueſt.vbi ſuprà. idem ſimpliciter ſequitur Specul. coniug. in 1.part.art.50. in concluſ. 5. & in 3. part. artic. 17.circa fin. Itaque vt ex ſupradictis patet, communis reſolutio Doctorum eſt in hoc art. vt Epiſcopus ex cauſa iuuentutis, vel ſimilibus ſupradictis, poſsit diſpenſare cum inceſtuoſo cum conſanguinea vxoris ſuæ, faciliuſque ſi inceſtus commiſſus fuerit cum conſanguinea



Ayuntamiento de Madrid

guinea ſponſæ nondum cognitæ (quãuis hoc difficilius innuat eſſe Soto vbi ſuprà, ſecundo loco allegatus) vt debitũ poſsit exigere ab vxore, vel ſponſa ſua: attamen quando inceſtus eſt ſceleſtiſsimus, † vt cum ſorore vxoris cõmiſſus, & potiſsimum ſi eſt cum ſocru, cũ multo maiori difficultate, & acerrima iniun ćta pœnitentia diſpenſandum eſt, & ſi poſsibilis eſt acceſſus ad Papã, ad ipſum res ſecretò referenda eſt ſecundùm Sot. dict. articul. 2. in verſic. debet autem. adhuc tamen probabilius eſt, quòd Epiſcopus etiam hoc caſu poſsit diſpẽſare com petenti pœnitentia impoſita.

16

Iſta autem communis ſententia nullibi in iure efficaciter probari videtur, quinimò in puncto iuris vera non videtur: quoniam in hac ſpecie, non tantùm ob inceſtum prohibetur is debitum exigere, ſed etiam ex eo quòd vxor propria eiuſdẽ mariti affinis ſit propter acceſſum, quem ipſe habuit ad vxoris con ſanguineam: hoc verò impedimentum affinitatis à ſolo Romano Pontifice tollitur: igitur & licentia exigendi debitũ ab affine, per eundem tantùm concedi poteſt, non per Epiſcopum: argumento eorum quæ in ſimili tradit Silueſter in verb. matrimoniũ. 7. nu. 5. verſic. vndecimum. poſt D. Thom. quem refert ibi Silueſt. quærens, vtrùm Epiſcopus poſ-

17 ſit diſpenſare cum † contrahente matrimonium poſt ſimplex votum caſtitatis, quantum ad hoc vt poſsit exigere debitum, inquit, quòd communiter tenent Moderniores in cap. rurſus, qui clerici vel vouentes, quòd Epiſcopus poſſit diſpenſare ex cauſa legitima, & cauſa legitima eſt periculũ animæ, aut ex mora, aut ex impoſsibilitate omninò adeundi Romam, aliàs requiritur authoritas Apoſtolica, quia iſta obligatio non exigendi (& nunc ad rẽ) venit ex obligatione voti, vnde ille ſolus poteſt hanc tollere, qui & illam: & ex hoc fundamento contra communem ſuperiorem ſententiam tenet nuncupatim Couar. vbi ſuprà, dict. nu. 6. & Anto. à Cordub. vbi ſuprà, in verſic. quartum dictum, qui alijs etiam rationibus id probare nititur. Nihilominùs tamen communis ſententia præfata tenenda eſt, cui non obeſt argumentum aduerſus eam ſuprà adductum ex Thoma & Silueſtro, circa ſimilẽ diſpenſationem ad exigendum debitũ per eum, qui contra votum caſtitatis à ſe factum matrimonium contraxit: nam ijdem nihilominùs fatentur in præd. caſu Epiſcopum poſſe diſpenſare ex cauſa legitima, ſicut & nos contendimus, & in noſtro de quo agimus, nempè propter periculum animæ, aut ex mora, aut ex impoſsibilitate omninò adeũdi Romã: quod & probauit Dominicus Soto in 4. ſent. diſt. 38. quæſt. 2. artic. 1. verſic. reddere etiam, &c. Hoc namque periculum animæ propè ſemper vertitur, atque concurrit in iuuene inceſtuoſo cohabitante cum ſuæ coniuge, aut ex mora, aut propter impoſsibilitatem, vel ſaltim difficultatem aditus ad Romam, aut propter paupertatem, aut infirmitatem, aut viæ longitudinem, aut alia impedimenta, vt eſt prædictum: diſpenſare nãque hoc caſu, non eſt abſolutè diſpenſare in affinitate, ſed ſecundùm quid, id eſt, non ad contrahendum matrimonium de nouo cum affini, ſed ad vſum tantùm matrimonij iam cõtracti, quod licet Epiſcopis, cum non ſit diſpenſatio abſoluta, ſed ſecundùm quid, ſicut diſpenſare cum eo, qui poſt votum caſtitatis cõtraxit matrimonium, vt poſſit petere debitum ab vxore, non eſt diſpenſare abſolutè in voto caſtitatis, quia mortua vxore, tenetur illud votum ſeruare, & ſi ad aliam accedat, peccabit contra votum: diſpenſare ergo ſimpliciter in affinitate, id eſt, non ſolùm ad vſum matrimonij contracti, ſed etiam ad contrahendum matrimonium cum affini, ſolius eſt Romani Pontificis, ſed diſpenſare in affinitate ſecundùm quid, id eſt, non ad contrahendum matrimonium denuò cum affine, ſed ad vſum matrimonij, non ſolius Romani Pontificis, ſed etiam Epiſcoporum eſt, & idem eſt in voto caſtitatis ſimplici: nã diſpenſare, vt poſt illud, qui vouit, licitè contrahat

trahat matrimoniũ ſolùm eſt Romani Pontificis;ſed diſpenſare, vt vtatur matrimonio iam contracto,non ſolùm Romani Pontificis,ſed etiam Epiſcoporum eſt: vnde illud, quod ex ſancto Thoma, & Silueſtro refert Couarruuias, ſcilicèt, quòd ille ſolus poteſt tollere obligationem non exigendi, quæ ex voto prouenit, qui & illam quæ ex voto procedit, verum dicit, quando aufertur illa obligatio abſolutè,vel ſine aliqua cauſa, etiã quoad petẽdum debitũ tantùm, vt prædicti Doctores volunt: ſecus ſi ſecundũ quid auferatur,hoc eſt, ad petendum, & exigendum debitum ex aliqua cauſa legitima ex ſupradictis,vel ſimilibꝰ, prout ipſi affirmãt, & contingit in propoſito: in quo ſcrupulus inijciendus non eſt, vt inquit Soto vbi ſuprà,ſi impedimẽta,ob quæ Ordinarius diſpenſauerit, vel diſpẽſatio petatur,non ſint adeò manifeſta.

Eodem modo reſpondetur ad cætera fundamẽta Cordubæ. Pro quibus facit, nam licèt regulariter non poſſit Epiſco-
81 pus † concedere ſtatuta, vel diſpenſare contra Canones,fallit tamẽ ex cauſa euidenti & neceſſaria, vt ſingulariter dixit Baldus in l. omnes populi. num. 8. ff. de iuſtitia & iure. quem ſequitur Abbas in cap.at ſi clerici. §. de adulterijs.nu. 9.de iudicijs. & alij plures relati per Bernardum Diaz de Lugo in regula 238. & Petrum Dueñas in regula 248.limitatione 2. vbi idem etiam tenet ex cauſa magnæ vtilitatis, quando ſuperior conſuli non
19 poſſet, aliàs ſecus. † Multa enim ex cauſa neceſsitatis fieri poſſunt, quæ aliàs nõ liceret,vt referunt Abb.vbi ſuprà, & Felinus in cap. 1. num.47.& ſequentib. de conſtitut. & denique Rolandus à Valle conſilio 56.libr. 4.Quod præmaximè in propoſito procedit ob periculum animæ inceſtuoſi ſimul cum vxore cohabitantis vitandum, & propter difficultatem aditus ad Romam,& quia ius hoc caſu diſpenſationem ſummo Pontifici ſpecialiter non reſeruauerit, nec Epiſcopi ab ea ſint cohibiti. Fit igitur ex ſupradictis, vt Epiſcopus rectè in hoc diſpenſare poſſit quoad effectum tantùm exigendi debitum ab vxore, cui per inceſtum effectus eſt affinis, vt habet communis opinio, quam ſequor, ac libenter probo,& iuxta eam iam conſului; quinimò & iudicaui,cùm eſſem Ordinarius huius Epiſcopatus Ciuitatenſ. ſede vacante Epiſcopali: conceſsi enim facultatem cuidam confeſſario diſpenſandi ſuper huiuſmodi caſu:fatetur tamen,latèque probat Cordub. vbi ſuprà in quinto dicto,quòd ſuis fundamentis, quibus
20 contra communẽ † inſurrexit, non obſtantibus, vbi fuerit conſuetudo legitimè introducta,hoc eſt,ſcita,vel tolerata à Papa, vel vbi ipſo ignorante introducta conſuetudo fuerit diſpenſandi cum huiuſmodi inceſtuoſis, per tempus quadraginta annorum,bene poterit talis inceſtuoſus de diœceſani licentia ſeu diſpenſatione debitũ petere ab vxore ſua ſibi facta affini: quinimò in præcedenti quarto dicto, in verſic. vtrùm autem ſit conſuetudo præſcripta,credit, quòd ſit prædict.conſuetudo,vt Epiſcopi diſpenſent ſuper hoc, & quòd ideò notanter dixit, quòd de rigore iuris Epiſcopus diſpenſare non poterat:itaque reincidere videtur cum prædict. communi ſententia,ſaltem attenta conſuetudine: ſed vt prædiximus de iure, etiam ſemota conſuetudine, vera eſt communis ſententia.

21 Vltimò obſeruandum nobis videtur in propoſito vnũ ſingulare, ex quo mille forſan ſcrupuli ſuffirentur,nempè, ꝙ hodie ſi coniux rem habeat cum cõſanguinea, vel conſanguineo alterius coniugis, vltra primum & ſecundum gradum, putà in tertio, vel quarto, ſicut in vlteriori, nõ erit diſpenſatio vlla neceſſaria ad exigendum debitum à proprio coniuge, cuius conſanguineam,vel conſanguineum, poſt ſuum matrimonium conſummatum, vel ratum tantùm, carnaliter cognouerit: nã cum impedimentum ex illicita copula contractũ in tertio, vel quarto gradu, ad matrimonia contrahenda, iam ſit ſublatum à ſacro Concilio Tridentino, ac liberè in illis gradibus matrimonium cõtrahi poſſit,

vt

Ayuntamiento de Madrid

vt prædiximus in principio huius cap. & prætereà etiam inceſtus non committatur, vt nos etiam ſuprà docuimus, conſequitur manifeſtè, quòd ex hac copula illicita vnius coniugis cum conſanguinea, vel conſanguineo alterius coniugis, non orietur impedimẽtum aliquod affinitatis inter prædictos coniuges, ac proinde matrimonio contracto vti poterunt à fortiori, & non erit neceſſaria diſpenſatio: ſupereſt igitur, vt in primo & ſecundo gradibus ea opus ſit. * Et in terminis qnamuis fluctuet, ita dicit videri tenẽdum Alfonſus à Veracruce vbi ſuprà, cap. de impedimẽto affinitatis per totum, & in hanc partem multum inclinat (vt ipſe ait) nouiſsimè Nauar. conſil. 3. num. 3. & 4. de conſanguinitate & affinit. licet non reſoluat: & eam tenent multi Theologi & Iuriſperiti, & eſt longè probabilior, quàm contraria aliquorum Theologorum & Iuriſperitorum, ſecundùm Petrum Ledeſmium in addit. ad 3. partem. quæſt. 55. numer. 3. pag. 418. in verſic. circa iſtam dubitationem: eandem ſententiam tanquam manifeſtam ex decret. Concilij Tridentini præd. ſequitur & probat Candelabrum aureũ ſeptem Sacramentor. dum agit de Sacramento matrimonij, titu. de affinit. num. 209. addens, quòd ita conſulti tenuerũt Magiſtri Salmanticæ, & Compluti, & Guerrero Archiepiſcopus Granatẽſis, & nos hic referens idem ſequitur explicatio bullæ Cruciatæ. Emanu. Roderic. in explicatione bullæ Cruciatæ. §. 13. ſub nu. 8. & Archiepiſcopus Compoſtellæ Blanco in ſua Summa *de aduertẽcias de curas*, in 5. part. fol. 134. pag. 2. *

## *SVMMARIVM.*

1 *Vxor petens ſeparari à viro quoad thorũ, & mutuam cohabitationem, ex cauſa ſæuitiæ, audienda eſt, ſi aliàs ei cautione ſufficienti non poſsit prouideri. & nu. 2.*

3 *Cautio idonea in propoſito intelligitur, fideiuſſores, pignora, vel fortè iuramentum, ſi hoc magis timeat vir.*

4 *Vxor ſi propria authoritate à viro diſcedat ob nimiam ſæuitiam, ſi hoc conſtet in continenti, eidem minimè eſt reſtituenda, ſed alicui prouidæ & honeſtæ mulieri vſque ad cauſæ deciſionem cuſtodienda tradenda eſt, in loco vbi vir. neque parentes eius vllã poſſint mulieri violentiam inferre. & nu. 5.*

6 *Ex quibus proceſsit praxis hodierna in tribunalibus Eccleſiaſticis, muliere petente diuortium ex cauſa ſæuitiæ, idque in continenti probante, vt deponatur, &c.*

7 *Vxori litiganti cum marito ſunt miniſtrandæ expenſæ & alimenta per eum.*

8 *Vxor inſidians vitæ mariti, & tentans eũ perdere veneno, ſi aliter nõ poteſt cohiberi, veriſimiliter poteſt eijci propria authoritate à marito, & petenti reſtitutionem obſtabit exceptio.*

9 *Sæuitia non tantùm præterita conſiderari debet in propoſito, ſed & timor futuræ eſt aduertendus.*

10 *Arbitrio iudicis relinquitur, quando tanta ſit ſæuitia viri, vt vxori prouideri poſsit remedio cautionis, & nu. 11.*

12 *Maritus licitè poteſt ex cauſa mulierem caſtigare, atque iuxta qualitatem culpæ corrigere, ita quòd nõ procedat ad ſæuu, illa enim ſunt iudici reliquenda, etiam in ſeruis proprijs.*

13 *Multum operabitur ad faciendam ſeparationem, ſi illam petens probet nullam cautionẽ ſufficere pro ſecuritate, &c.*

14 *Facto diuortio quoad thorum ob culpam viri, vxori reſtituenda eſt dos, & medietas lucrorum ante quæſitorum. Idem eſt in lucris poſt ſeparationem quæſitis. nu. 15. Nec hoc caſu vxor aliquid viro acquirit, nec communicat. num. 16. Secus ſi culpa vxoris, non verò viri, fiat diuortium, quia tunc quicquid ipſa acquirit, viro communicare tenetur. num. 17. nec in hac ſpecie vxor aliquid habebit ex bonis anteà per maritum quæſitis, vel poſteà quærendis. nu. 18.*

19 *Filij communes, facto diuortio inter coniuges, apud quem eorum morari, ac nutriri debẽt.*

20 *Illud Matthæi, Quod Deus coniũxit, homo non ſeparet, declaratur.*

21 *Cauſam magnæ ſæuitiæ eſſe ſimilẽ cauſæ fornicationis, vt ob eam quoque fieri diuortium debeat.*

CAP.

Ayuntamiento de Madrid

## CAPVT XXIIII.

## De diuortio inter virū & vxorem ex cauſa ſæuitiæ.

1 FRequentiſsimè lites agitari ſolēt in tribunalibus Eccleſiaſticis inter coniuges, petente vxore ſeparari à viro quoad torum, & mutuam cohabitationem ex cauſa ſæuitiæ: hoc autem forſan dubium videri poterit alicui, an iure licitè fieri poſsit? dicit enim Dominus in Euangelio, vt conſtat Matthæi 19. Quod Deus coniunxit, homo non ſeparet. Et rurſus Matthæi 5. interrogatus, an liceret viro quacunque ex cauſa dimittere vxorem ſuam, reſpondit, id non licere, niſi ob cauſam fornicationis, vt habetur in capitul. ex publico, de conuerſione coniugatorum. Scriptura enim diuina teſtatur, quòd propter hoc relinquet homò patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erūt duo in carne vna: vt patet Geneſis. 3. Eſdræ 4. Matthæi 19. Marci 10. refertur in capitul. gaudemus. de diuortijs. Matrimonium enim fuit inſtitutum in ſtatu innocentiæ in paradiſo, ibique recepit indiſſolubilitatem à Domino, cùm dixit: Quod Deus coniunxit, &c. quomodò ergo ab homine ſeparari poteſt vir ab vxore ex cauſa ſæuitiæ, cùm ſolùm illa fornicationis ſit excepta, ob quam vir poſsit dimittere vxorem ſuā? exceptio enim firmat regulam in contrarium in caſibus non exceptis, vt in l. nam quod liquidę. ff. de penu legata, notatur in rubrica de regulis iuris, in 6. Idem præterea comprobatur teſtimonio beati Pauli Apoſtoli 1. ad Corinthios 7. dicentis: Alligatùs es vxori? noli quærere ſolutionem, &c.

2 Nihilominus in contrarium eſt determinatio Eccleſiæ ab Innocent. III. eius nomine facta in c. literas. de reſtit. ſpol. circa finē. vbi ita ſtatuitur: Si verò tanta ſit viri ſæuitia, vt mulieri trepidāti non poſsit ſufficiens ſecuritas prouideri, non ſolùm non debet ei reſtitui, ſed ab eo potiùs amoueri, alioqui ſufficienti (ſi fieri poteſt) ſecuritate prouiſa, profectò videtur coniux ante cauſæ cognitionem reſtituenda viro. Idem probat text. in c. 1. ibi, Verùm quia dicebat mulier, ſe virum habere ſuſpectum, &c. vt lite nō conteſt. iuncta gloſ. verb. ſuſpectūm, dicēte, Hic eſt vnus caſus, vbi ſpoliato viro vxor non reſtituitur, ſcilicèt, cùm timetur de ſæuitia viri: & allegat dictū cap. literas. in fine. quem text. dicit eſſe valdè notabilem & ſingularē Abb. ibidem num. 7. dicēs, Et ſic habes hic caſum, in quo propter adulterium licitum eſt coniugi dimittere coniugem, quod perpetuò nota: & ibi communiter Docto. idem Abb. & Præpoſit. in c. 1. dē diuort. Palat. Rub. in repet. capitu. per veſtras. 3. notab. colu. penult. de donat. inter virum & vxor. Hippolyt. in l. fin. C. ad l. Cornel. de ſicarijs. D. Couarr. in 4. de ſponſ. 2. part. c. 7. §. 5. nu. 1. Sed eſt vltra cū gloſ. ordin. & magiſtra in c. de benedicto. 32. q. 1. verb. ſub cautela, vbi quòd

3 ſi mulier dicat maritū ei eſſe ſuſpectū, oportet vt idonea cautio ei præſtetūr, ſcilicèt, fideiuſſores, vel pignora, vel fortè iuramentum, ſi fortè illud magis timet vir, vt in cap. metuētes. 17. quæſt. 4. Si verò tāta ſit ſæuitia viri, vt nulla cautio videatur ſufficere, tūc nō eſt ei reddenda, ſed alicui honeſtæ matronæ committēda, vt in dict. c. literas. in fi. quia ſatiſdatio maleuolum propoſitum nō mutat, vt in §. vltim. Inſtit. de ſuſpect. tuto. idem probat Anto. Gom. in l. 5. Tauri. nu. 183. colum. penult. illius numeri. idē in 3. tom. variar. capit. 6. de iniur. nu. 16. Iacob. Menoch. de arbit. iud. lib. 2. centur. 2. caſu. 139. nume. 5. & Dionyſius de Franciſ. conſ. 58. num. 10. inter conſilia matrimonialia, lib. 1. quę concluſio cum ſit ab Eccleſia approbata, atque recepta, indubia eſt, & tenenda; prout indifferenter omnes ſcribentes eam probant. Plurima tamen in propoſito ſunt obſeruanda, quæ in forenſibus cōtrouerſijs quotidie verſantur.

4 Et primò, idem eſſe, ſi vxor propria authoritate ob nimiam ſæuitiam à viro diſcedat, quia ſi de hoc conſtet in conti-nenti,

Ayuntamiento de Madrid

nenti eidem minimè eſt reſtituenda, ſed alicui prouidæ & honeſtæ mulieri, vſq; ad cauſæ deciſionem cuſtodienda tradẽda eſt, in loco vbi vir, vel parẽtes eius, nullam poſsint mulieri violentiam inferre. Iſte eſt caſus expreſſus text. in cap. ex tranſmiſſa. & ibi communiter Doctores, de reſtitut. ſpoliat. vbi prius decidit, quòd recepta ſufficienti cautione, quòd illi non debeat aliquod malum inferre, marito reſtituatur: ſi autem capitali odio ita mulierem vir perſequatur, quòd meritò de ipſo diffidat, tunc deponenda eſt apud probã & honeſtam mulierem, vt eſt prædictum ex deciſione dicti text. ex quo hoc deduxit gloſ. in dicto cap. de benedicto. 32. quæſt. 1. idem probat text. quamuis nõ ita expreſsim, in dicto cap. literas. in fin. ibi: Non ſolùm non debet ei reſtitui, &c. & ibi: Reſtituenda marito, & ibi notat Abb. dicto num. 7. & ferè omnes ſuprà allegati idẽ probant.

5 Eſt itaque hic caſus ſpecialis, ad regulam generalem contrariam, in quo ſpoliatus ante omnia non eſt reſtituendus: nam maritus agens ad reſtitutionem ſuę vxoris, eamque recuperandã, repelli poterit oppoſita exceptione ſæuitiæ, ſi in continenti probetur: & meritò, cum ex reſtitutione irreparabile damnum eidẽ vxori ſequi poſſet, vt in dictis iuribus, & in terminis ita tenet Ripa in l. naturaliter. §. nihil commune. num. 48. ff. de acquirenda poſſeſsione. & Anto. Corſet. in tracta. regul. quòd ſpoliatus ante omnia reſtituatur, fallentia 26. Menoch. plures alios allegans, in primo remedio recuperandæ poſſeſsio. num. 308. vbi dicit hanc eſſe communem omnium ſententiam in dict. cap. literas. & in dict. §. nihil commune. & iterum nu. 318. idem in dict. caſu 139. nu. 5.

6 Secundò eſt notandum, ex ſuperioribus exijſſe forſan practicam hodiernã, quæ in tribunalibus Eccleſiaſticis viget, vt ſtatim quòd mulier petit ſeparationẽ quoad torum, & mutuam cohabitationem ex cauſa magnæ ſæuitiæ, ſe offert in continenti id probare, & iudex Ordinarius competens præcipit, vt det informationem teſtium hoc probantium: qua præſtita, ſi ſufficiens iudici videtur, continuò interloquendo pronuntiat, eã deponendam penes mulierem probam & honeſtam, interim dum cauſa deciditur, præcipiendo marito, ſuiſque parentibus, ne illi vllam iniuriam, vel moleſtiam inferant ſub pœna excommunicationis, & alijs pœnis pecuniarijs arbitrio ſuo applicatis, vel applicandis, ſicq; tandem ſeruatur, quod dictus text. in c. ex tranſmiſſa, decidit. Inſuper iubetur, vt maritus præſtet vxori veſtes neceſſa-

7 rias, ſi eas detinet, & alimenta, † litiumq; expenſas, quæ ſtatim idem iudex moderatur: vxori etenim litiganti cum marito, ſunt miniſtrandę expenſæ & alimenta per eum, vt deducit Matth. de Afflict. deciſ. Neapolit. 10. nu. 2. Rebuff. 1. tom. comment. tit. de ſent. prouiſional. art. 3. gloſ. 1. nu. 26. fuitque in terminis doctrina Bald. in l. 1. col. 2. C. communia de legat. in verſic. tertio dubitatur. vbi dicit, quòd poteſt mulier petere ſe ali extra domum, quando fuit iniuſtè verberata: quem refert & ſequitur Couarr. vbi ſuprà nu. 2. & additio Abbatis in d. c. literas. d. nu. 7. litera B. & ita ſæpiſsimè iudicatum vidimus, & iudicauimus.

8 Tertiò, idem obſeruãdum erit in marito reſpectu vxoris: nam ſi ipſa inſidietur vitæ mariti, & tentauerit eum perdere veneno, nec aliter poteſt cohiberi veriſimiliter, tunc poteſt eijci, & petenti reſtitutionem, obſtabit exceptio, argument. d. c. literas. in fin. Nam maritus & vxor ſũt correlatiua, vt patet: ergo diſpoſitũ in vno, habet locũ & in alio: argument. l. vnic. C. de cupreſsis. lib. 11. & tradit latè Euerard. in cent. legal. loco 76. à correlatiuis. & in terminis ex d. c. literas. circa fi. ita tenet Ioã. Andr. in c. 1. de diuortijs. vbi dicit, quòd ſi eſt magnum odium inter coniuges, & timetur mors, & præſertim ſi tentauit aliquid alter contra alterũ in necem ipſius, & timetur ꝙ faceret, iudex poterit ſeparare cõiuges ab inuicem, imò propria authoritate poteſt coniux læſus lædentem

vxoris

Ayuntamiento de Madrid

vxoris amplexu, & mutuo ſeruitio, ac ſimultanea cohabitatione priuare, & vxorem maritus à ſe abijcere, & ſibi petenti obſtabit exceptio ſęuitiæ: & Ioan. Andr. in hoc refert & ſequitur Abb. in dict. c. literas. num. 7. & in cap. quemadmodum. in fin. nu. 15. de iureiur. Hippolyt. in. l. vnica. nu. 259. C. de raptu virgi. probatur in. l. conſenſu. C. de repud. & in authent. ſed nouo iure. C. eodem tit. D. Couarr. vbi ſuprà. Sed optimè id pluribus probauit Dionyſius de Franciſ. di cto conſilio 58. per totum. vbi etiam loquitur, quando mulier ſuppoſuit viro ſuo facturas, & herbarias, ſeu incantationes fecit ad eum necandum, vel ſi venefica eſſet.

9 Quartò, conſiderari non tantùm debet in propoſito ſæuitia præterita malæ tractationis, ſed & timor futuræ eſt aduertendus, vt ſenſit Ioan. Andr. in dicto c. 1. de diuort. & expreſsè probauit Couar. vbi ſuprà d. nu. 1. adducẽs in id optimum exemplum Aymon. Crauet. conſ. 31. quando inter virum & vxorem eſſet grauis lis ſuper maiori parte bonorum, quia coniecturari tunc poteſt futura ſęuitia, ipſa perſonarum qualitate perſpecta: quare cautos oportet eſſe aduocatos, vt ſemper articulos faciant, nõ ſolũ præteritæ ſæuitiæ, ſed & timoris probabilis futuræ, ita vt ſi ſeparatio non fiat, veriſimiliter timeatur maritum vxorem necaturum, vel è contra.

10 Quintò aduertendum erit, quòd iudex arbitrabitur, quando tãta ſubſit ſæuitia, vt non poſsit prouideri remedio cautionis: argument. l. 1. ff. de iure deliberan. & capit. de cauſis. de officio delegat. ita Abb. in. d. cap. literas. in ſæpè citato nu. 7. cui accedit Paulus Pariſ. conſil. 54. num. 36. lib. 4. ſequitur D. Couar. vbi ſuprà num. 2. in fine. Tiraquel. in. l. ſi vnquam. verb. omnia, vel partem. nu. 31. in fin. C. de reuocand. donat. Menoch. de arbitrar. iudi. dict. caſu. 139. num. 8. Si igitur iudex ex actis cauſæ perpenderit,
11 attenta † perſonarum qualitate, modoque ſæuitiæ, mulierem penes virum tutam, nec ſecuram omninò eſſe, tunc arbitrabitur ſeparationẽ fieri debere, aliàs ſecus, ſed potiùs mulierẽ viro reſtituendam eſſe, præſtita prædicta cautione, quòd eam non offendet, nec vllo modo moleſtiam, ſiue iniuriam illi inferet ſub pœnis competentibus, quæ bene viſæ
12 fuerint iudici. † Maritus enim licitè poteſt ex cauſa mulierem caſtigare, atque ſecundùm quantitatem culpæ corrigere, ita quòd non procedat ad ſæua: illa enim ſunt iudici relinquẽda, etiam in ſeruis proprijs, vt in §. ſed hoc tempore. Inſtit. de his. qui ſunt ſui, vel alieni iur. ſecundùm Abb. in capitul. quemadmodum. numero 15. de iureiurand. Multum
13 autem operabitur ad inducendam † ſeparationem, ſi illam petens probet nullam cautionem, ſiue ſatisdationem ſufficientem eſſe pro ſecuritate ipſius præ ſæuitia graui alterius coniugis: in quo etiam oportet cautum eſſe aduocatum mulieris ſeparationem petentis, vt hoc in articulis deducat, ſi verè res ita ſe habeat.

14 Sextò addo, quòd in ſpecie de qua agimus, vel quando propter adulterium ſeparatur matrimonium quoad torum, non ſolùm vxori reſtituenda eſt dos, vt in capit. 1. & ibi notat Abb. de donatio. inter virum & vxorem. Bald. in capit. 1. in 3. notabi. vt lite non conteſt. verùm etiam medietas lucrorum à viro ante ſeparationem quæſitorũ, vt in cap. ſignificauit. iuncta gloſ. 1. de donation. inter virum & vxorem. ex quibus id aſſerit Segura in repetitione. l. vnum ex familia. §. ſi fundum. numero 39. ff. de legat. 2. cui aſſentit Palatius Rubeus in repetitione rubri. de donat. inter virum & vxorem. §. 64. num. 10. Caſtellus in. l. 16. Tauri, gloſ. magna, in fin. & ibi Palatius Rub. numero 35. Anton. Gome. in. l. 53. Taur. nu. 72. Didacus Couarru. in 4. de ſponſal. 2. part. capitul. 7. §. 1. numero 6. Pinel. in. l. 1. in 1. parte. numero 58. C. de bonis maternis. Matienço in. l. 2. titulo 9. libro 5. nouę collectionis Regię, gloſſa 1. diximus in noſtro tracta. de iuramento confirmatorio. 1. part. capitul. 1. numero 61. vbi prædict. allegaui. Atque

Q 2 idem

Ayuntamiento de Madrid

15 idem eſt in lucris † poſt ſeparationem quęſitis, ſecūdùm Palat. Rub. vbi ſuprà. Ferdinādum Gomez in l. 12. Tauri, nu. 15. Couar. vbi ſuprà. Didac. Perez in additio. ad Seguram vbi ſuprà, contra Segur. ibidem, & Caſtellum vbi ſuprà, contrarium tenentes, contra quos eſt communis opinio ſecundùm Matienço vbi ſuprà, nu. 48.

16 Quinimò quando vxor ob culpā viri ab eo ſeparatur, vel eius cohabitationē vitauerit, nihil ei acquirit, nec communicat, authore Baldo in l. ſi vxor. nu. 6. in fin. C. de condit. inſert. voluit idē in l. non ſine. C. de bonis, quæ liber. Decius in l. 1. nu. 10. C. vnde vir & vxor. Pinel. in dict. l. 1. 1. part. num. 58. Matienç. vbi

17 ſuprà. nu. 53. † Secus ſi culpa vxoris, nō verò viri fiat diuortiū, quia tunc quicquid ipſa acquirit, viro communicare tenetur, ſecundùm Seguram vbi ſuprà, nu. 36. Caſtell. in l. 16. Taur. gloſ. magna. col. vlt. Lupium in dict. l. 16. Taur. num. 32. Matienço vbi ſuprà nu. 54. & in hac

18 ſpecie † vxor nihil habebit ex bonis anteà per maritū quæſitis, vel poſteà quærendis, ſecundùm Palat. Rub. in repetitione rubri. de donat. inter vir. & vxor. §. 64. nu. 1. & ſeq. Caſtel. & Matienç. vbi ſuprà nu. 55.

19 Vltimò ſciendum eſt, quòd facto diuortio inter coniuges, licèt iure Codicis in arbitrio iudicis eſſet, an apud patrem, vel matrem liberi morari, ac nutriri deberēt, vt in l. 1. C. diuortio facto, apud quem liber. morar. vel educ. deb. iure tamen nouiſsimo authenticorum deciſum extat, vt ſi pater cauſam diuortij pręſtiterit, apud matrem ad ſecundas nuptias non venientem liberi communes nutriri debent patris expenſis: ſi verò contra, apud patrem, matris locupletis expenſis, niſi pater minus idoneus ſit: tunc enim apud matrem locupletem nutriri debēt, vt in authen. ſi pater. C. eod. tit. & in corpore vnde ſumitur, per quē text. ita tenet Silueſt. in Summa, verb. filij. num. 24. vbi limitat, niſi alter parentum eſſet infidelis, quia tunc apud fidelem ſunt alendi filij, vt per dicta per eū in verb. baptiſmum. 4. §. 6. & 7.

Supereſt modò, vt ſatisfaciamus argumentis ex diuinis literis ſuprà in cōtrarium adductis, & primò illud diui Matthæi, Quod Deus coniunxit, homo nō ſeparet, non obeſt in propoſito, quoniā intelligi debet, vt homo ſua authoritate non ſeparet quos Deus coniunxit, vt in cap. ſi quis cum matre. in fin. 33. quęſtione 2. quamuis Iſidorus aliter intelligat, dicens, eſſe ſubaudiendum ad illa verba, Quos Deus coniunxit, homo non ſeparet, violenter, ſine lege, abſque ratione: non enim homo ſeparat, quos pœna cōdemnat, quos reatus accuſat, quos maleficium coarctat, verùm hoc pro his dictum intelligitur, quos iudices ſeculi pro ſuis ſceleribus legū ſeueritate percellunt, quos vel morte puniunt, vel deportare iubent, vt patet in Canone ſequenti, quos Deus. eadem cauſa, & quęſtione. In noſtra autem ſpecie homo ſua authoritate non ſeparat, ſed Eccleſia ex iuſtiſsima cauſa, vt prouideatur ſecuritati, & vitæ coniugis offenſi, vt in. d. c. ex tranſmiſſa. & in. d. c. literas. circa fin. de reſtitut. ſpoliator. manente tamē ſemper vinculo matrimonij, quia ipſum nō ſoluitur, ſed tantùm fit ſeparatio quoad torum, & mutuam cohabitationem, atque bona.

21 Non obſtat & ſecundum, nempè, exceptionem illam fornicationis à ſacro eloquio factam, ob quam tantùm licèt dimittere vxorē, videri excludere aliàs: nam reſpondeo, hanc etiam cauſam magnæ ſæuitiæ eſſe à iure expreſſam ob ſimilitudinem, & identitatem rationis: nā ſi ob cauſam fornicationis licet dimittere vxorem, & è contra, quare non idē dicendum erit ob cauſam magnæ ſæuitiæ, ita vt aliter quàm per ſeparationem quoad torum, vitæ coniugis prouideri non poſsit, vel ſi mulier inſidietur vitæ mariti? hoc enim deduci poteſt ex prohibitione ab eodem iure diuino facta de altero non occidendo. Si enim ſimul cohabitando iuſtè timetur mors violenta alterius, quare hoc permittendum? maius namque hoc caſu periculum

lum vertitur, quàm inconueniens ſequatur ex ſeparatione: è duobus autem malis minus eſt eligendum, vt ſunt iura vulgaria. Accedit, quòd ſeparatio hæc contingit culpa coniugis nimium ſæuientis, vel vitæ alterius inſidiantis, & nihilominùs non fit quoad vinculũ matrimonij, quod fatemur eſſe indiſſolubile, ſed tantùm quoad tori ſeparationé, & mutuam cohabitationem, atque bona, manente illæſo vinculo matrimonij: ſicque nõ obſtat illud Pauli 1. ad Corinth. 7. Alligatus eſt vxori, &c.

---

*SVMMARIVM.*

1 *MAritus an propter publicum adulterium vxoris, poſsit ipſa viuente clericus in ſacris effici, & numeris ſequent. numer. 12. ponitur affirmatiua, ſed nu. 13. & ſequen. negatiua, quæ eligitur.*

2 *Maritus propter adulterium vxoris poteſt intrare religionem, ibique ſolenniter profiteri, & in ea perſeuerare inuita vxore.*

3 *Vxor propter adulterium amittit ius, quod in viro habebat.*

4 *Marito nõ licet vxore adultera viuente, aliã ducere.*

5 *Quotieſcunque poſt conſummatum matrimonium, licet viro tranſire ad religionem, licet etiam eidem tranſire ad ſacros ordines in ſeculo.*

6 *Maritus etiã matrimonio copula conſummato, poteſt de licentia vxoris conuerti ad religionem, ipſa vxore in ſeculo remanente, ſi non ſit ſuſpecta de incontinentia, ac caſtitatem promittente, aliàs tenetur etiã profiteri.*

7 *Maritus vxore religionem profitente, poteſt ordinari*

8 *Vxoratus de licentia vxoris, atque ipſa religionem profitente, poteſt in Epiſcopum promoueri.*

9 *Beatus Hilarius fuit vxoratus, & Epiſcopus, & habebat filiam, & vxorem, exiſtens Epiſcopus, & quidam Genebaldus etiam fuit vxoratus, & Epiſcopus.*

10 *Apoſtoli fuerunt coniugati ſed verius eſt, excepto Petro Apoſtolo, non probari aliquem ex Apoſtolis fuiſſe coniugatum: & quid de Ioanne Apoſtolo? nu. 11.*

12 *Epiſcopi in locum Apoſtolorum ſucceſſerunt, in eo quod ſunt paſtores, non verò in ordine quo Apoſtoli ſu runt religioſi.*

14 *Vxoratus eo ipſo quòd promouetur ad ſacros ordines, videtur continentiam profiteri.*

15 *Maritus etiam ignorans, cognoſcens carnaliter vxorem ſuam adulteram, bigamiam contrahit.*

16 *Maritus, qui vxorem adulteram poſt poenitentiam ſibi reconciliatam cognouerit, irregularis eſt.*

17 *Nullo iure cauetur, quòd matrimonium ratum & non conſummatum, diſſoluatur per ſacri ordinis ſuſceptionẽ; quinimò vxoratus nullum ſacrum ordinem ſuſcipere præſumere debet durante matrimonio, niſi prout ſacris Canonibus nouerit expedire, aliàs neque matrimonio ſoluto in ſic ſuſcepto ordine miniſtrare, nec ad ſuperiores ordines prouehi, nec ad aliquod beneficium, vel officium Eccleſiaſticum valet promoueri.*

18 *Nullo iure ſpeciali cauetur, vt maritus propter adulterium vxoris poſſit ordinari, quãuis religionem intrare, ac profiteri valeat.*

## CAPVT XXV.

### An maritus propter publicum vxoris adulterij, poſsit ipſa viuente clericus in ſacris effici?

1 PVlchra ſanè quæſtio, tametſi difficilis & cõtrouerſa ſe nobis offert hic examinanda, nempe, an maritus propter fornicationem notoriam vxoris, hoc eſt, adulterium, poſsit iure ſacris ordinibus inſigniri, vſque ad presbyterium incluſiuè?

Et pars affirmatiua in prõptu eſſe videtur, quoniam maritus propter adulterium vxoris, poteſt intrare religionem,
2 ibique ſolenniter † profiteri, atque in ea liberè permanere, à qua ab vxore reuocari nõ poteſt: tex. eſt in. c. cõſtitutus. & in cap. veniens. de conuerſ coniugat. & in cap. Agathoſa. 27. quæſtione 2. l. 11. titul. 7. part. 1. per adulterium namque

Q 3 amiſit

amiſit vxor ius, quod in marito habebat, vt in cap. ſignificaſti. de diuort. & in cap. fin. de adulte. & in. c. 1. & 2. 32. quæſtione 1. & Lucæ 16. vbi quòd non licèt dimittere vxorem, niſi ex cauſa fornicationis. capitul. ex parte. el ſegundo. de
4 ſponſal. quamuis nihilominùs † marito non liceat vxore adultera viuẽte aliam ducere, ſecundùm D. Hieronymum in cap. dixit Dominus. 32. quæſt. 1. idẽ proba. text. in cap. gaudemus. de diuortijs. ex Innocentio III. editus, ſic intelligẽs locum illum Matthæi cap. 19. Quicumque dimiſerit vxorem ſuam ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur: idem innocentius lib. 1. de contemptu mundi, cap. 16. text. etiam in cap. ex parte. de ſponſal. optimus in cap. per venerabilem. qui filij ſint legit. probat latiſſimè ac curioſè nimis authoritate plurimorum Conciliorum, & Sanctorum doctiſs. Couar. in 4. de ſponſ. 2. part. cap. 7. §. 6. nu. 13. aduerſus D. Ambroſ. 1. ad Corinth. c. 7. aliud exiſtimantem: quinimò ita de fide eſt determinatum in Concil. Trident. ſeſs. 24. can. 7. cuius verba ſunt hæc: Si quis dixerit Eccleſiam errare, cũ docuit, & docet iuxta Euangelicam, & Apoſtolicam doctrinam, propter adulterium alicuius coniugũ, matrimonij vinculum non poſſe diſſolui: & vtrumque, vel etiam innocentem, qui cauſam adulterio non dedit, non poſſe altero coniuge viuente, aliud matrimonium contrahere, mœcharique eũ, qui dimiſſa adultera, aliam duxerit, & eam, quæ dimiſſo adultero alij nupſerit, anathema ſit: per quem text. Concilij idem docuit Victoria in Summa de matrimonio. quęſtion. 306. verſic. tertiò dicimus: ergo vir ſine licentia vxoris adulteræ poteſt religionem intrare, ibidemque permanere: ſicut igitur hoc poteſt, poterit etiam facere ſe promoueri ad ſacros ordines: quia quotieſcumque poſt conſummatũ matrimonium licet viro tranſire ad re-
5 ligionem, licet etiam eidem tranſire † ad ſacros ordines in ſeculo: ita nunçupatim docet Palud. in 4. ſentent. diſtinct. 27. quæſt. 3. articul. 2. ſequitur Silueſt. in Summa, verb. diuortium. quæſt. 17 nu. 20. vbi hoc ampliat, etiam vſq; ad Epiſcopatum, & Victor. in Summa de matrimonio. quæſtione 2[?]5. circa fin. dicens, quòd in nullo alio Doctore, præterquã in Paludano hoc inuenit, & credit, quòd dicit verum, quia tunc nullum eſt impedimentum. Eandem doctrinam Paluda. probauit & Domini. à Soto in 4. diſtinctione 27. quæſt. 1. in fin. alijque plures
6 ſtatim citandi. † Secundò, eadem ſententia aſtruitur, quoniã maritus, etiam matrimonio copula conſummato, de licentia vxoris poteſt cõuerti ad religionem ipſa vxore in ſeculo remanente, ſi nõ ſit ſuſpecta de incontinentia, ac caſtitatem
7 promittẽte: † aliàs tenetur etiam profiteri, vt in capit. cum ſit prædítus. & in cap. vxoratus. de conuerſ. coniugat. poteſt etiam vxore profitente religionem coniugatus ordinari, vt in cap. cõiuga-
8 tus. eod. tit. Quinimò & vxorat⁹ de licentia vxoris, atque ipſa religionẽ profitente, poteſt in Epiſcopum promoueri, vt in cap. ſanè el 1. de cõuerſ. coniugat. & in cap. Epiſcopus, qui filios. 12. quæſt. 2. text. in capit. ſicut hi. §. neceſſe. 47. diſtinct. cap. 1. de teſtament. & probatur 1. ad Corinth. 3. ibi, Oportet Epiſcopũ eſſe vnius vxoris virum, quamuis nec etiam matrimonium diſſoluatur, vt in dicto cap. ex parte. Itaque hæc eſt communis reſolutio, vt ſine vlla diſpenſatione poſſit effici Epiſcopus, cõiugatus cum ſola licentia & profeſsione vxoris ſuæ, ſecũ-
9 dùm Abb. in cap. 1. de teſtam. col. 2. † & ita beatus Hilarius fuit vxoratus, & Epiſcopus, & habebat filiam, & vxorem exiſtens Epiſcopus, & quidam Genebaldus, vt inquit Florent. 3. part. ſuæ Summę, tit. 1. cap. 21. §. 1. & Paluda. vbi ſuprà. Quinimò & Apoſtoli fuerunt coniugati, vt inquit B. Ambroſius 2. ad Corin-
10 thios 11. de quo latiſsimè per Ioann. Arbor. in ſua Theoſophia, lib. 1. c. 32. vbi tamẽ ipſe probat, † ꝙ excepto Petro Apoſtolo, nõ probatur aliquem fuiſſe coniugatũ ex Apoſtolis: ſed de beato Ioanne legim⁹, quòd fuit vocatus de nuptijs ad
11 caſtitatis † profeſsionẽ, vt ex Hieronymo

Ayuntamiento de Madrid

mo in proœmio Apocalypſis refert Couar. in 4. de ſponſal. 2. part. c. 7. §. 4. nu. 6. Verùm matrimonium beati Ioãnis, ſi illud contraxit, non fuit conſummatum, ſed ratum tantùm: quinimò nec eſt certum omninò ipſum fuiſſe vxoratum, vt præter Ioan. Arbor. vbi ſuprà, nos probauim⁹ ſupra c. 17. nu. 27. † At Epiſcopi
12 in locum Apoſtolorum ſucceſſerunt, vt eſt decretum in Concilio Tridentino, ſeſsione 23. capit. 4. quod intelligitur in eo quòd ſunt paſtores, non verò in ordine quo Apoſtoli fuerunt religioſi, vt docet Soto vbi ſuprà, in verſicul. & per hæc ſoluitur. Si ergo de licentia vxoris marit⁹ poteſt effici religioſus, quinimò & Epiſcopus eligi, atque creari, poterit etiam, ea inuita, adulterium tamen commiſſa propter quod amiſit ius, quod in in marito habebat, ſacris ordinibus inſigniri, adulteriũ quippè idem debet operari in propoſito, quod licentia vxoris, & ſic habemus intentum.

Prætereà, & tertiò, quia per monachatum non imprimitur character, bene autem per ordines ſacros: ergo, &c. Et in terminis hanc ſententiam affirmatiuam probauit nuncupatim gloſ. 1. verbo, ad gradum ſacerdotij, in dict. c. conſtitutus. de conuerſ. cõiugat. & ibi Abb. nu. 5. per illum tex. & Cardin. eandẽ opinionem ſequuntur, quam etiam voluerunt Palud. & Silueſt. vbi ſuprà, eamque expreſsè probauit, atque defendit beatus Anton. Archiep. Florent. in 3. parte ſuæ Summæ, titul. 1. cap. 21. §. 1. in fin. & Victo. vbi ſuprà, & Dominic. à Soto dicto lib. 4. ſent. diſtinct. 27. quæſt. 1. art. 4. in fin. ea ratione, quia ſolut⁹ ſit vir hoc caſu vinculo reddendi debitum: & limitat, niſi fornicariæ pepercerit: ſequitur ibidem Magiſter Palat. idem Soto iterũ diſtin. 36. quæſt. vnica. artic. 5. circa fin. Celſus in ſuo Reperto. legum huius Regni, in verb. clerigos, in verſ. decimo. idẽ videtur ſentire, allegans l. 11. tit. 7. par. 1. Lex tamen illa, ſecundùm quam intelligi debet Celſus, loquitur in marito intrante religionẽ ſine licẽtia vxoris, quo caſu probat ipſam poſſe eum reuocare, niſi commiſerit adulterium, quo probato, maritus poſſet eam repudiare: itaq; nec lex hæc, nec Celſus in noſtris terminis loquuntur, ſed in caſu prioris fundamenti huius partis, quod eſt ſine dubio, nempè, quòd propter adulterium vxoris, maritus poſsit inuita vxore religionem ingredi, vel ingreſſam retinere: at verò nos hoc nõ quærimus, ſed an poſſit in prædicto caſu ad ſacros ordines promoueri inuita vxore, quod nec lex illa, neque Celſus vbi ſuprà attingunt, neque declarant. Nihilominùs cæteri ſuprà allegati, & prætereà Ant. à Cordub. in ſuo tracta. *de caſos de conciencia.* quæſt.
* 138. & 178. in ſecunda impreſsione, * & Nauar. conſ. 23. de ſponſal. nu. 6. * idẽ, hoc eſt, præfatam opinionem affirmatiuam probant, iuxta quam iam vidi quẽdam vxoratum viuente vxore adultera, pro tali declarata per executoriã Regiam, ordinatum in presbyterum, atque vt talẽ per concurſum, iuxta formã decreti Concilij Tridentini, adeptum fuiſſe beneficium curatum in hoc Epiſcopatu, alijſque presbyteris benemeritis non vxoratis prælatum fuiſſe ab examinatoribus & Epiſcopo, quamuis ſciebãt vxoratum eſſe, ſed quia iam erat ordinatus, & habilis, eidem prædictum beneficium contulerunt, & poſteà fuit promotus ad quendam Canonicatum Doctoralem cuiuſdam Eccleſiæ Cathedralis huius Regni, etiã per concurſum, viuente vxore adultera.

13 Hæc tamen ſentẽtia, quamuis ita recepta ſit à præfatis Doctoribus, mihi tamen nũquam placuit, neque placere potuit: itaque huiuſmodi vxorato adulterium paſſo, nunquam ſacrum ordinem conferrem, nec conferendi licentiam aut facultatem concederem, ſi mei muneris id eſſet, nec etiam iam ab alio ordinato beneficium Eccleſiaſticum cõferrem, aut eidem prouiderẽ, alijs benemeritis ſtantibus, ſequentib. fundamentis.

Primò, propter ſcandalum, aut ſaltem malum exemplum vitandum in noſtra Eccleſia Latina, in qua vxorati viuentibus vxoribus, minimè ſine licentia eorũ



Ayuntamiento de Madrid

poſſunt ordine ſacro clericali inſigniri, quicquid ſit in Eccleſia Græca, abhorrent enim laici ſimiles clericos vxoratos, atque indecens eſſet clericos habentes vxores in ſeculo, quamuis ſeorſum viuentes, ſacris miniſtrare: & quamuis quandoque hoc cõtingat videri admiſſa priori ſententia, id tamẽ rarò accidit, & ideò tanquã inſolitum admirationẽ cauſaret, prout cauſauit in hac ciuitate clericus ille vxoratus, cuius modò meminimꝰ: & quãuis cõiugatus abſolutus, ab vxore continentiam profitente, ad ſacros ordines promoueri poſsit, vt in c. coniugatus. de conuerſ. coniugat. is tamen de quo agimus, non eſt huiuſmodi.

Secũdò, & quod maximè mouere debet, in hanc ſententiam negatiuam facit, quoniam facillimè contingere poterit, imò frequenter contingit, vt eidem adulteræ vxori maritus pepercerit, iniuriamque condonauerit tacitè, vel expreſsè, occultè, hoc ignorante Epiſcopo, ſiue eius Vicario diœceſano, quo caſu Soto fatetur, & meritò, minimè ordinari poſſe: & quamuis hoc fundamentũ nihil concludat in eo, quem non conſtat mulieri adulteræ peperciſſe, timere tamen debet Ordinarius, quamuis aliàs poſſet eidem ſacrum ordinem conferre, ne incidat in abſurdũ, ac proinde in dubio ſecuriorem partem eligendo, eum non ordinare, præcipuè cum ſint alij nõ vxorati, qui poſsint, & velint ordinari, vt diuinis vacent, & operam dent: quid enim Eccleſia Dei opus habet huiuſmodi hominibus vxoratis ad ſacros ordines eis conferendos, cum alij adſint non vxorati, quibus id munus rectius mandari queat?

Tertiò, quoniam etſi maritus cum ordinatur, vxori adulteræ non pepercerit, poterit tamen poſteà ſtimulo carnis faciliter inductus, eidem coniugi carnaliter commiſceri: hoc autem quantum abhorreat à caſtitate & munditia, qua ſacerdotes vti debẽt, ac tenentur, & quã veſtis alba, qua funguntur in diuinis officijs, ſignificat, ac demùm à more Eccleſiæ Romanæ, vnuſquiſque attentè circunſpiciat. Qui enim vxoratus promouetur ad ſacros ordines, eo ipſo intelligitur continentiam vouere, vt in terminis notat gloſ. fin. in cap. coniugatus. de conuerſ. coniugat. ibi, Nã qui: ergo debitum exigere non poteſt, argum. capit. placet. eod. tit. approbatur in l. 40. verſ. *mas ellos*. tit. 6. part. 1.

15 Quinimò bigamiæ vitium contrahitur hoc caſu, etiam ab ignorante adulterium cognoſcente vxorẽ carnaliter. c. ſi cuius vxorem. & cap. ſequenti. 34. diſtinctione. Abb. & Anani. & Doctor. in cap. 3. de adult. quorum opinio communis eſt, & obtinet, etiamſi ex præcepto Eccleſiæ vxorem inuitus quis cognouerit, iuxta magis communem ſentẽtiam, vt aduerſus Innocent. & alios reſoluit D. Couar. in Clem. ſi furioſus. de homicid. 1. part. §. 2. nu. 3. Et præthereà irregu-

16 laris eſt, qui vxorem † adulterã poſt pœnitentiam ſibi reconciliatam cognouerit, ſecundùm Anan. in d. c. 3. Felin. in c. ius generale. col. 6. diſt. 1. & ſentiunt omnes qui proximam opinionẽ probarũt, ſecundùm Couar. vbi ſuprà. Vtrumque probauit Nauar. in man. Latin. c. 16. nu. 27. & prius dictum ſequitur etiam Silua nuptial. in quæſt. 1. quòd non ſit vtile nubere. num. 127. volum. 6. tract. diuerſ. doct. fol. 21. vbi quòd propter bigamiã perdit priuilegiũ clericatus, & alia plura. Quòd ſi hoc etiam fundamẽtum nihil vrgere dicas, quia ſufficit, quòd tempore quo hic coniugatus ordinatur, vxori adulteræ non pepercerit, nec eidem ſe carnaliter immiſcuerit, vt rectè ordinari poſsit, iuxta priorem receptam ſententiam: non enim inſpiciendum eſt, quòd poſt ordinationem poſsit vxorem cognoſcere carnaliter: hæc namq;, nec aliæ irregularitates, quæ poſteà poterunt contingere occidendo hominẽ, vel mutilando membrum, vel alia grauiſsima delicta committendo, non debent eſſe in conſideratione, vt tempore habili impediant ordinum collationem, ſicut nec in alijs ſolutis, qui ordinari volunt, aliàs enim nullus poſſet ordinari, cum poſsibilitas ſit res ampla: tractus

enim

Ayuntamiento de Madrid

enim futuri temporis nõ ſpectat ad iudicé, vt in.l. nõ quemadmodũ. ff. de iudi. cum ſimil. Nihilominus tamen præcipua & ſpeciali ratione hoc caſu conſiderari poterit præfatum inconueniens, cum facilius contingere poſsit, quàm cętera generalia ſupradicta. Sed quo magis hæc ſecunda opinio ſtrictius probetur, accipe quartum fortiſsimum fundamentum.

17 Quartò & vltimò hæc pars negatiua comprobatur, quia quemadmodũ nullo iure diuino nec humano cauetur, quòd matrimonium ratũ & non conſummatum diſſoluatur per ſacri ordinis ſuſceptionem, niſi tantùm per profeſsionem ſolennem alicuius de religionibus approbatis, & ideò nullus durante matrimonio, nondum etiam conſummato, nullũ de ſacris ordinibus ſuſcipere præſumere debet, niſi prout ſacris Canonibus nouerit conuenire, aliàs neque matrimonio ſoluto in ſic ſuſcepto ordine miniſtrare, nec ad ſuperiores ordines prouehi, neque ad aliquod beneficium, vel officiũ Eccleſiaſticum valet promoueri, vt in extrauagãti antiquæ cõcertationi, Ioan. XXII. de voto & voti redẽp. in princip. & in. §. 1. incipit, authoritate Apoſtolica, quam in hoc citat Magiſter ſent. in. 4. diſt. 27. capit. 5. vbi limitat, niſi de conſenſu vxoris, & gloſ. in d. extrauag. verb. ſtatim, ex illa colligit bonũ modum formæ argumentandi

18 & † dicendi non eſt ita, quia iure cautũ non reperitur: gloſ. etiam in c. quemadmodum, verb. tenetur. de iureiur. & in cap. vnico. de voto. libr. 6. Abb. in cap. 1. & capit. ex parte. de conuerſ. coniugat. ita etiam nullo ſpeciali iure cauetur, vt maritus propter adulterium vxoris ordinari poſsit, quamuis religionẽ intrare ac profiteri valeat: quo fit, vt minimè hoc caſu hic ad ſacros ordines promoueri licitè poſsit, remanendo in ſeculo, ſub prędictis pœnis, cùm hoc nõ ſit iure cautum, & ſolum id liceat in caſibus à iure expreſsis, vt ibidem expreſsè probatur: quod magis aſtringo, nam in d. §. authoritate Apoſtolica, illud inhibetur, ne quiſquam durante matrimonio, ſiue copula conſummato, ſiue non, aliquem ordinem ſacrum ſuſcipiat, niſi prout ſacris Canonibus nouerit expedire: ſed iure Canonico vxoratus nõ debet promoueri ad ſacros ordines, niſi abſolutus ab vxore continentiam profitente, vt in d. cap. vxoratus. de conuerſ. coniugat. & licet ob adulterium vxoris liceat marito religionem ingredi ac ibidem profiteri, vt eſt prędictum, non tamen eo caſu expreſſum eſt à iure, vt ad ſacros ordines promoueri poſsit inuita vxore: eſſet namque maximum inconueniens, vt ſupra conſiderabamus, ipſos ambos in ſeculo remanere, marito ſacris inſignito contra voluntatem vxoris, ipſaq; continentiam minimè profitente: quod ſic non cõtingit ipſo religionem ingreſſo, vel vxore continentiam profitẽte: ergo &c. Et quamuis per adulterium vxoris liberetur vir ab obligatione reddendi debitum, vinculum tamen matrimonij adhuc manet: ergo nullo modo dici poteſt, quòd maritus ob adulterium vxoris iure poſsit, ipſa inuita, ad ſacros ordines promoueri, cum caſus exceptus firmet regulam in contrarium, vt in. l. nam quod liquidę. ff. de penu legata. ex quibus fit, vt faciliùs poſsit quis conuerti ad religionem, quàm ad ſacros ordines promoueri: vnde rectiùs procedit argumentum negatiuè quàm affirmatiuè, nempè quando religionem intrare non licet: ergo multo minus ad ſacros ordines promoueri, non verò ſemper quòd licet religionẽ intrare, licet promoueri ad ſacros ordines, vt ex prædictis patet, & cenſuit Syluest. vbi ſupra. Nec obſtat ſi replicet quis, text. in d. §. authoritate Apoſtolica, argumentumq; ab eo modo ſumptum procedere ac loqui in matrimonio abſolutè, hoc eſt, quando coniuges ſimul cohabitant, vel ſaltim diuortio non facto: at verò nos agimus, quãdo propter adulterium eſt factũ diuortium, atque ſeparatio, quod etſi ſecundũ quid dici matrimonium valeat, non tamen abſolutè. Nam reſpõdeo in primis, text. præfatum. §. authoritate Apoſtolica,



Ayuntamiento de Madrid

generaliter & indiſtinctè loqui in quocunque matrimonio: at verò commiſſo adulterio, verum matrimoniũ eſt quoad vinculum, quod minimè ipſo adulterio diſſoluitur, vt ſupra latiùs probatũ eſt: ſeparatio autẽ tunc fit quoad cohabitationem ſimultaneã, & torum, ac bona, non verò ex hoc deſinit eſſe verum matrimoniũ inter eos. Prætereà qui prædi. replica contra nos vti velint, neceſſe habent, vt probẽt hunc eſſe caſum, in quo iure Canonico maritus ob adulteriũ vxoris ordinari valeat abſque licentia vxoris: quod ſi expreſsè probauerint, ſtatim annuam ipſorum opinioni, ſin minus, regulam generalem in contrarium conſtituit d. §. authoritate Apoſtolica. in hũc modum, vt maritus ordinari non valeat ſub pœnis ibi contentis, niſi prout ſacris Canonibus nouerit expedire: ſed hoc caſu non conſtat neque probatur, quòd ſacris Canonibus id expediat: ergo habemus intentum.

Et in expreſſo hanc partem negatiuam probauit Innocent. in d. capit. conſtitutus. de conuerſ. coniugat. vbi reddit rationem diuerſitatis inter ſacros ordines & religionem, ſequitur eandem ſententiam ibidem Anan. Anchar. nume. 3. Anto. de But. quæſt. 2. & Ioan. Andr. ſequitur etiam ſumma Aſteſana. 2. part. lib. 8. titul. 11. artic. 2. quæſt. 9. in eamque inclinat Areti. conſil. 59. & quãuis Abb. in d. c. conſtitutus. nu. 5. conetur elidere rationem differentiæ aſsignatam ab Innocent. vbi ſupra, inter ſacros ordines & religionem, illa tamen coadiuuari poteſt ex deciſione text. in cap. quia ſunt. & in cap. ſequenti. 28. diſt. iuncta glo. fi. ibi circa fin. quam probat Archid. in. c. ſeriatim. in fine. 32. diſt. Quòd ſi adhuc præfatam rationẽ differentiæ Innocentij veram non eſſe contendas, dictum tamen ipſius, & ſic noſtra ſententia negatiua efficaciter probari videtur ex ſupradicto. 3. fundamẽto pro ead. adducto, quam veriorem in puncto iuris, atque ſecuriorem eſſe exiſtimo, ac proinde tenendã, præcipuè cum authoritate etiam grauiſsimorum authorum non careat, quamuis contraria ſit magis recepta, ac proinde non peccaret eam ſeruans.

Ad primum fundamentum prioris partis reſpondeo, quòd etſi liceat marito propter adulterium vxoris religionem intrare, non tamen ideò licebit ſacros ordines ſuſcipere in ſeculo remanendo, quia vt ſupra probauimus, prædicta cõſequentia Doctorum eſt falſa, quia non valet argumentum affirmatiuè in propoſito, nempè vxoratus quando poteſt intrare religionẽ, poteſt etiam ordinari: nam illud inuenitur iure expreſſum, hoc autem minimè, ſed potius contrarium, niſi tantùm in caſibus à ſacris Canonibus permiſsis: hic autem non eſt huiuſmodi: ergo &c. Negatiuè autẽ rectè procedit, qui non poteſt religionem intrare, neque promoueri, vt prædiximus.

Ad ſecundum circa eius primam partem eodem modo reſpondeo, & ad cap. coniugatus. de conuerſ. coniugat. quòd procedit ſeruatis in ipſo requiſitis, hoc eſt, quòd maritus ab vxore continentiam profitente abſolutus ad ſacros ordines promoueatur, qui caſus non eſt noſter, ſed multum diuerſus. Item etiam non obſtat illud, quod prædiximus de epiſcopo, vt in dict. capit. ſanè. quia procedit ipſa vxore religionem profitente, alias ſecus, vt ibidem probatur. Ad tertium reſpondeo nihil cõcludere in propoſito quod nobis obſit.

---

*SVMMARIVM.*

1 *Aetas ſingulis ordinibus iure antiquo requiſita.*

2 *Prima tonſura & omnes minores ordines à ſeptennio etiam ſtatim ſuſcipi poſſunt iure nouiori.*

3 *Subdiaconus effici quis poteſt cum primum decimum octauũ annũ fuerit ingreſſus, Diaconus verò poſtquam inchoauerit viginti, Presbyterũ attigerit vigintiquinque, iuxta Clementinam finalem de ætate & qualit. itaque ſufficit attingere vltimum annum prædictarum ætatum, etiamſi annus ipſe completus non fuerit: & an hoc hodie procedat*

Ayuntamiento de Madrid

cedat ſtante decreto de reformat. ſancti Concil. Trident. Seſſ. 23. c. 2. latè agitur nu. 4. & ſequen vbi reſoluitur affirmatiuè, quamuis ad Subdiaconatum nullus promoueri præcipiatur ibidem ante vigeſimum ſecundum annum, & ad Diaconatum ante vigeſimumtertium.

6 Qui ante Calendas proximas ſtipulatur, ſimilis eſt ei, qui Calendis ſtipulatur.

7 Anniculus non ſtatim, vt natus eſt, ſed trecenteſimo ſexageſimoquinto die dicitur.

9 Qui ſacris initiatur in vigeſimoſecundo anno, non promouetur ante vigeſimum ſecundum.

10 Verba denotantia tempus, ſi ſint ſingularis numeri, verificantur in tēpore incepto, ſi vero ſint pluralis numeri, debet eſſe tēpus completum.

11 Significatio propria dictionis, ante, eſt excludere illud, cui præponitur.

12 Illud dicitur ante, quod omnino ante eſt.

13 Vltima dies termini cedit commodo promiſſoris, ad hoc vt non ſit in mora antequam totum tempus labatur.

14 L. qui ante Calendas. 13. ff. de verb. oblig. intellectus & nu 15 de cōcordia d. l. cum. l. anniculus. la. 1. 132 in ordine. ff. de verb. ſignif. remiſſiuè.

16 L. anniculus. la. 2. 134. in ordine. ff. de verbor. ſignific. intellectus.

17 Conferre aut ſuſcipere ordines citra prædictas ætates, crimen eſt mortale, & ordinator huiuſmodi per annum à collatione clericalis tonſuræ ob huiuſmodi culpam ſuſpenditur.

18 Suſcipiens ordines ſacros ante ætatem legitimam, verum characterem & ſacramētum ſuſcipit etiam Presbyteratus (etiamſi ſit puer) non tamen ordinum executionem, imò ipſo iure eſt ab eiuſmodi executione ſuſpenſus, quouſque legitimam ætatem attigerit, & presbyter hoc caſu celebrans, præter peccatum mortale, irregularis fit, nu. 19. Hodie per extrauag. Pij II. ipſo iure ſunt ſuſpēſi, qui ſine diſpenſatione canonica, aut legitima licentia, ſiue extra tēpora, vel ante ætatē legitimā, vel abſq; dimiſſorijs ordinātur. n. 20

21 Ordinatus extra tempora vel ante ætatem legitimam, vel ſine dimiſſorijs, ſuſpenſus eſt ipſo iure, n. 20. contra nonnullos relatos n 23.

22 Sic ſuſpēſus ſi miniſtrauerit in ordine, irregularitatē incurret, à qua à ſolo Papa abſolui poteſt.

24 Ordinãs alium ſine dimiſſorijs ordinarij ſui, per annum eſt ſuſpenſus ab ordinum collatione, ordinatus verò quandiu proprio ordinario videbitur expedire.

25 Peccat mortaliter qui ſe facit ordine inſigniri contra Canones Concil Trid. hic relatos.

26 Licentia ſeu facultas ordinandi à quocunque Catholico antiſtite in propria diœceſi reſidenti, an ad alium de licentia proprij ibi Pōtificalia exercentē extendatur. & nu. ſeq.

30 Minores ordines & Subdiaconatus an eodem die conferri valeant, & nu 31. & 32.

33 Nullus prima tonſura initiatus, aut etiam in minoribus ordinibus conſtitutus, ante decimumquartum annum beneficium poteſt obtinere.

34 Non omnes habentes ætatem legitimā promouendi ſunt ab Epiſcopis ad ſacros ordines, ſed digni duntaxat, quorum probata vita ſenectus ſit.

15 Caueant Epiſcopi ab ordinando pueros in aſpectu, quamuis vigeſimūquintū annū attigerint, ne forte ſubrepat in opprobrium ordinis clericalis.

36 Et prætereà ne ijs ſacri muneris diſpenſationē committant, qui ob imbecillitatem intellectus, atque debitæ cōſiderationis diuina miniſteria paruipendant.

37 Caueant etiam ne indoctos ordinent, atque eos qui malè egunt, ne ignorantia cauſet contemptum.

38 Regulares quoque, nec in minori ætate, nec ſine diligenti examine ordinētur, priuilegijs quibuſcunque ad hoc penitus excluſis.

39 Ætas triginta annorū requiritur ad Epiſcopatum.

40 Poenitentiarius perpetuus, qui in Eccleſijs Cathedralibus inſtitui debet, quadraginta annorum eſſet debet.

## CAP. XXVI.

### De ætate ſingulis ordinibus Eccleſiaſticis requiſita.

QVanuis iure diuino quoad ſubſtantiam ſacramenti nulla ſit ætas diſtincta, iure tamen Pontificio eiuſmodi ætates decretę ſunt & præfinitæ.

Iure

Ayuntamiento de Madrid

Iure etenim antiquo longiora ætatis tempora exigebantur: nam, vt habetur in cap. in ſingulis. 77. diſtin. ab infantia (hoc eſt à primo ſepténio) poterat quiſq; nomen Eccleſiaſticis miniſterijs dare (hoc eſt) primam tonſuram accipere, ſed tres minores ordines non niſi vſque ad annum duodecimum, neq; acolythatum vſque ad quatuordecimum: Subdiaconus verò nemo qui erat minor viginti annis completis fieri poterat, vt patet ex ſexta Synodo, Canon. Subdiaconus. 77. diſtin. & ibi glo. neq; Diaconus ante vigeſimumquintum annum, vt in decreto Concilij Carthagin. Canon. placuit. neque verò Presbyteratũ obtinere minor triginti ann. vt tota diſtin. 78. decernitur: ita Dominic. à Soto. in 4. ſent. diſt. 25. quæſt. 1. art. 2. pag. 51. colum. 2. in verſi. quo autẽ. tametſi Iacob. Menoch. de arbit. iudi. caſu 427. nume. 14. cent. 5. dicat per illum text. in d. cap. in ſingulis. quòd minores ordines conferuntur habẽti duodecim vel ſeptemdecim annos, & Rebuffus in praxi benefic. in titul. de cleri. ad ſacros ordin. malè promot. gloſ. 2. nu. 1. pag. 436. habenti duodecim vel 13. ann. & numer. ſeq. de ordinibus ſacris quod prædictum eſt probat: ſed re vera
2 meo † iudicio text. ille rectiùs probat quod ex eo collegit Soto vbi ſupra. Videnda eſt in hoc. l. 27. titul. 6. part. 1. Iure tamẽ nouiori, non modò prima tõſura, verùm & omnes minores ordines à ſeptennio ſtatim ſuſcipi poſſunt, iuxta glo. fin. in Cleme. fina. de æta. & qualita. per iura quæ allegat, quam probauit Soto vbi ſupra, de prima tonſura, quòd ſeptennio conferri poſsit. Albertus Trocius de verò & perfecto cleric. capit. 17. nu. 1. volu. 2. tract. diuerſ. docto. fol. 243. & Rebuff. vbi ſupra.

3 Ad Subdiaconatus verò ordinem ex d. Clem. fin. promoueri quis poteſt cum primùm decimumoctauum annum fuerit ingreſſus, & ad Diaconatũ, poſtquam inchoauerit vigeſimum, & ad Presbyteratum, dum attigerit vigeſimumquintum, vt ibidem expreſsè cauetur. Nam cum text. ille non requirat, quòd prædicti ordinandi ſint decẽ & octo, viginti & vigintiquinq; annorũ reſpectiuè, ſed tãtum quòd poſsit quis liberè in decimooctauo ad Subdiaconatus, in vigeſimo ad Diaconatus, & in vigeſimoquinto ætatis ſuæ anno ad Presbyteratus ordines promoueri; conſequitur maniſeſtiſsimè, ſufficere attingere vltimum annum prædictarum ętatum reſpectiuè, etſi annus ipſe completus non fuerit: quod etiam apertè probatur in cap. cum in cunctis. §. inferiora. de elect. vbi ſufficit quem attigiſſe vigeſimumquintum ſuæ ætatis annum ad beneficiũ curatum obtinendum, & ſi non eſt in ordine requiſito conſtitutus, debet ſe facere promoueri, præfixo à Canonibus tempore ſub pœnis de quibus ibi: qui text. hodie ad literam innouatur in ſacro Concilio Triden. Seſſ. 24. c. 12.

Neque obſtat, quòd ſecundùm Hoſtien. diſpenſatur in ætate in dict. §. inferiora. propter curam animarum, & ſecũdùm Innoce. quia ſuberat neceſsitas, ex quo vocatus fuerat ad beneficiũ quod requirebat ordinem, ideò obſeruandi ſunt antiqui Canones in hoc ſupra relati: abſurdum nanque eſſet, quòd minor vigintiquatuor ann. poſsit habere curam & ſacerdotium, non verò ſacerdotium ſolùm: quare ex illo text. rectè probari videtur ſufficere attigiſſe vigeſimũ quintum annum, ad hoc vt quis in presbyterum ordinari queat, quod vt prædixi, iure nouiori eſt expeditum in dict. Clemen. fin. ex verbis ſupra relatis, & in terminis, quòd ſufficiat attigiſſe. 18. ann. ad Subdiaconatum, & 20. ad Diaconatum, & 25. ad presbyteratum, tenet gloſ. in d. Clem. fi. in verbo, in decimooctauo. ſic intelligens tex. illum, quam ſequitur alios allegans Cardin. ibidem n. 8. & optimè probat Albert. Troc. vbi ſupra nu. 2. & Ioan. de Imol. in d. Clem. fina. ſuper illa glo. & ibi Bonifacius de Vitalin. nu. 19. Felin in. c. cum vigeſimum. nu. 7. de offic. deleg. Dominic. à Soto vbi ſupra & illam gl. ſequitur Rebuff. in prax. benefic. in titul. de cleric. ad ſacros ordin. malè promot. glo. 2. nu. 2.

Poterit

Ayuntamiento de Madrid

Poterit tamẽ quis forſan dubitare,an
præcedens communis ſententia , quæ
profectò veriſsima & receptiſsima eſt,
hodie procedat ſtante decreto de refor-
mat.ſacroſancti Concil. Triden. ſeſsio.
23.c.12.vbi alia ætas ad prædictos ſacros
5 ordines præſcribitur,† ſaltem ad Subdia
conatum & Diaconatum,nempè ad illũ
22.ann.ad hũc verò 23.his verbis, Nul-
lus in poſterum ad Subdiaconatus ordi-
nem ante vigeſimum ſecundum,ad Dia-
conatus ante vigeſimũ tertium, ad Preſ-
byteratus ante vigeſimum quintũ ætatis
ſuæ annum promoueatur : an verò hoc
decreto ſtante,corrigatur præfata com-
munis opinio?

6 Et primò videtur ex illo text. non ſuf-
ficere vltimum annum ſingulis ordini-
bus præſcriptum eſſe inceptum, ſed re-
quiri eſſe completum,ex text. in.l. qui
ante.13.in ord.ff.de verb.obligat.vbi in-
quit text. Qui ante Calendas proximas
ſtipulatur,ſimilis eſt ei, qui Calendis ſti-
puletur. Cum ergo Cõciliũ vtatur præ-
dicta præpoſitione, ante, cum prohibi-
tione præcedenti,videtur requiri,vt an-
nus compleatur,arg.d.l.qui ante.

7 Secundò ex text.in.l.anniculus. la. 2.
134.in ordi.ff.de verb.ſignifi.vbi inquit
tex. Anniculus non ſtatim vt natus eſt,
ſed trecenteſimo ſexageſimoquinto die
dicitur,incipiente planè,nõ exacto:ergo
annus vigeſimus ſecũdus, vel vigeſimus
tertius , vel vigeſimus quintus ætatis
vniuſcuiuſque non dicitur ſtatim quòd
quis eum ingreditur, ſed vltimum eius
diem,quamuis nõ completum: & in no-
ſtris terminis ita tenet Menoch. de ar-
bit.iudi.cent.5.caſu 427.nu.25.

8 His tamen non obſtantibus, cõtraria
ſententia tenenda eſt tanquam verior in
iudicando & cõſulendo, imò quòd præ-
fata communis & recepta ſententia ho-
die non corrigatur per prædictum De-
cretũ concil.Tridenti.& ſic quod etiam
hodie ſufficiat ordinando in Subdiaco-
num attigiſſe ætatem 22.annorum,& in
Diaconum 23.& in Presbyterũ 25.quam
uis annus nõ ſit completus.Primò, quia
hoc expreſsè à Concil.Trid. non muta-
tur:ergo quare ſtare prohibetur, argum.
l.præcipimus.C.de appel.&. l. ſancimus
C.de teſtam. Secundò,quia ſolum tẽpus
ad Subdiaconatum & Diaconatum au-
getur à Concilio , non verò aliquid in-
nouatur circa noſtram quæſtionem.

9 Prætereà,qui ſacris initiatur in vige-
ſimoſecundo anno,nõ promouetur ante
vigeſimum ſecundũ,iuxta text. in.l. qui
filium. §. Sabinus. ff. ad Trebel. ex quo
text.conſtituit differentiam Corne. cõ-
10 ſil.213.volum.1.nu.7.† vtrùm verba de-
notantia tempus,ſint ſingularis numeri,
quo caſu poſſunt verificari in tempore
incepto:nam in anno vigeſimo cenſetur
eſſe,qui annum vigeſimum ingreſſus eſt:
& ſimiliter verificãtur verba ad annum
vigeſimum : an verò pluralis numeri , &
tunc debet eſſe tẽpus completũ , nempè
ſi vixerit annis viginti , vel ſi erit vi-
ginti annorum,vel aſcenderit ad viginti
annos,ſecund.opin.Bald. & Imol.quos
refert: ergo cum Conciliũ in propoſito
loquatur per verba ſingularis numeri,
nempè ante vigeſimum ſecundum,vige-
ſimum tertium ,& vigeſimum quintum
ætatis ſuæ annum reſpectiuè, vt patet,
conſequitur poſſe verificari in tempore
incepto.

11 Tertiò,propria ſignificatio huius di-
ctionis,ante,eſt excludere illud cui præ-
ponitur,vt docet Aulus Gell.lib.12. no-
ctium Atticarum,cap.13. quem refert &
ſequitur Alcia.d.l.anniculus.num.3.vbi
id in proprijs terminis d.Clem.fin.tenet
nempè ſi ſcriptũ ſit,vt in vigeſimo anno
poſsit quis ad ſacros ordines promoueri,
ſufficiat 20.ann.eſſe cœptum,idem ſi in-
tra vigeſimum dicatur,vel ante vigeſi-
mum,quia hæc verba magis initium re-
ſpiciunt quàm finem.

Denique ſi annus adimpletus requi-
reretur, non poſſet quis promoueri ad
Subdiaconatus ordinẽ niſi in vigeſimo-
tertio anno, & ad Diaconatum in vige-
ſimoquarto, & ad presbyteratum in vi-
geſimoſexto:quod manifeſtè aduerſatur
Concil.Tridenti. & hoc non eſſet ante,
ſed poſt, iuxta ea quæ docent Bald. A-
lex.& Roma. in d. l. qui ante.ff. de verb.
obligat.

Ayuntamiento de Madrid

obligat. Cuma. & Imol. in. l. ſi cui. ff. de legat. 1. Bald. in d. l. ex verbis, nume. 2. C. quando dies leg. ced. vbi affirmat illud dici ante, quòd omnino ante eſt. Vltimò
12 huic opinioni fauet,† quod Cócilú non dicit nec exprimit completum, prout ſi vellet, expreſsiſſet, ſed abſolutè ante 22. 23. & 25. annũ reſpectiuè: innuiſſe ergo videtur ſufficere eſſe ordinandũ in prædictis annis inceptis reſpectiuè: qui enim iam exiſtens in prędictis annis, etiã nondum completis ordinatur, non dicitur ordinari ante eos, ſed in eis, & ſic ſatisfacit præcepto Cócilij. Præmaximè, quia ad minus negari non poteſt, quin hoc ſit omiſſum à Cócilio, ſicq; remanet ſub diſpoſitione iuris cómunis, arg. l. commodiſsimè. cum ſimilib. ff. de lib. & poſth. Iure autem cómuni nouiſsimo hoc expeditum eſt in d. Clemen. fina. de æta. & quali. iuncta glo. fin. & cómuni, vt ſufficiat quòd ordinãdus ſit in prædictis annis inceptis, licèt non completis, vt eſt prædictum: ergo idem etiam locum habet hodie ſtante dicto decreto Concilij: quod profectò indubium meo iudicio atque proinde tenẽdum eſt, & ita in terminis tenet & probat Nauar. in Manuali Latin. cap. 25. num. 116. pag. 653. & nouiſsimè D. Spino in ſuo ſpeculo teſtamentorum, glo. 3. titu. de capellanijs, nu. 47. quæ ſententia receptiſsima eſt in vſu & praxi, prout vidi eã ſemper obſeruari, atque iuxta eam conſului & pronũtiaui ſæpiſsimè.

13 Non obſtant modò fundaméta ſupra in contrarium adducta, & primò text. in d. l. qui ante Calendas. ff. de verb. oblig. quoniam quoties quis ſtipulatur aliquid dari vel fieri, ad hoc vt promiſſor ſit in mora, atq; conueniri poſsit, requiritur, vt totus terminus prius labatur, vltima enim dies termini cedit commodo promiſſoris, nec enim prius dicitur eſſe in mora, quia licet teneatur id ſoluere in prædicto termino, & ſic etſi ante Calẽdas dies cedat, non tantùm venit quò peti poſsit, quouſq; debitor ſit in mora, vt in. l. cedere diem. ff. de verb. ſigni. &
14 ita debet intelligi d. l. qui † ante Calẽdas, nam qui ante Calendas proximas ſtipulatur, ſimilis eſt ei, qui Calendis ſtipulatur, quoad effectum exactionis, in hunc ſanè ſenſum, vt qui ſtipulatus eſt ante Calendas, tanquam à moroſo debitore petere non poſsit ante Calendas, & ideò non dicit quod eſt idé, ſed ſimilis: omne autem ſimile non eſt idem, vt. l. quod Nerua. ff. depoſiti. at verò in terminis noſtræ quæſtionis, de qua agimus, qui exiſtens in ætate 22. 23. vel 25. annorum ordinatur, nõ dicitur ordinari ante prædictos annos, ſed in ipſiſmet annis ætatis requiſitæ à Concilio: vnde cum ipſum Concilium non expreſſerit completum, non excludit inceptum, imò ipſum includere videtur. Præterea contra deciſioné d. l. qui ante Calédas. eſt. l. annicu-
15 lus. la. 1. 132. in ordine. dicens, † ante dié decimum Calendarum, poſt diem decimum Calendarũ, neutro enim ſermone decimus dies ſignificatur: pro quarum legum cócordia, & vero intellectu, quia inter ſe diſtare videntur, quamuis quoad noſtrum propoſitum nihil obſtent, vt vidimus, videndus eſt Lauren. Valla lib. 4. elegan. c. 80. & Alcia. in d. l. anniculus.
16 la. 1. Ad ſecundum, hoc eſt. l. anniculus † la. 2. 134. ff. de verb. ſign. reſpondeo, verbum ſeu nomen, anniculus, perfectionem ſignificare vnius anni, quare ſtatim vt natus eſt, non dicitur anniculus, ſed cum dies vltima anni incepit, licèt non ſit completa: quinimo tex. ille atque ipſius ratio rectè inſpecta pro nobis facit, quia ſi in anniculo, qui eſt principium numeri annorum, non verò numerus, quia eſt vnus tantum annus, vltimus dies anni inceptus habetur pro cópleto: ergo in ætate plurium annorũ vltimus annus cœptus habetur pro completo. Præterea dict. l. anniculus, argumétum, quamuis alicuius mométi aliàs eſſet, generale quidem eſt in propoſito, & ideò nihil obeſt, cum in ſpecie habeamus deciſum contrarium in d. Clem. fin. iuncta ſua gloſ. communiter approbata, quia generi per ſpeciem derogatur, vt in regula iuris: at opinio Menochij quæ ſpecialis eſt in noſtra quæſtione tenentis, diem

Ayuntamiento de Madrid

diem vltimam anni cœptam in propoſito, de quo agimus, haberi pro completa ad ordines, non excludit, vt annus etiam cœptus non habeatur pro cópleto: quòd ſi aliud ſenſit, errat, vt pote contra dict. Clem. fin. cum communi, de æta. & qualitate.

17 Conferre autem ordines citra prædictas ętates, aut ſuſcipere, crimé eſt mortale, quippe quia in re graui tranſgreſsio ſit Eccleſiaſticæ præceptionis, vnde huiuſmodi ordinator per annum à collatione clericalis tonſuræ ob huiuſmodi culpam ſuſpenditur, vt in cap. nullus. de
18 æta. & qual. lib. 6. Qui † verò ante eaſdé ætates ordinis ſacramétum ſuſcipit, verum characterem & ſacramétum ſuſcipit, etiam presbyteratus (etiam ſi puer ad ſacerdotiũ ordinaretur, ſecũd. Cardin. in d. Clem. fi. per gloſ. in cap. pueri. 1. quæſt. 1. Rebuff. vbi ſupra n. 8. Quinimò puer in cunis poteſt effici ſacerdos & Epiſcopus, omneſque ordines ſuſcipere, vt ex Hugone refert Hoſtien. in ſumma de temporib. ordinatio. §. ſed & præter. in verſi. plus notat Hugo) non tamen ordinum executionem, imò ipſo iure eſt ab eiuſmodi executione ſuſpéſus, quouſque legitimam ætatem attigerit, vt in c. vel non eſt compos. de tépor. ordinatio. & in capit. dilectus. de æta. & qualit. & presbyter hoc caſu celebrans antequam legitimam ætatem attingat, præter pec-
19 catum mortale, irregularis fit, † vt notatur in cap. ſanè. & in c. cum quidam & c. cõſultationi. de tempor. ordin. Et quamuis illic métio non fiat niſi de ijs qui ordinantur extra quatuor tempora ab Eccleſia ſtatuta, iam idem per extrauagantem Cum ex ſacrorum, Pij ſecundi, & per regulas Cancellariæ ſtatutum eſt, nempè vt eiuſmodi presbyter fiat irregularis, ſi celebret, antequã attingat. 25. ætatis ſuæ annum, vt ait Soto vbi ſupra in 4. diſtin. 25. quæſt. 1. art. 2. in fi. & Rebuff. vbi ſupra in glo. 4. refert literam d.
20 extrauag. Pij Secundi. † vbi re vera plus expreſsè deciditur quàm Dominic. à Soto refert, fortè eam non viderat. Cauetur enim ibi, quòd omnes & ſinguli qui abſque diſpenſatione Canonica, aut legitima licentia, ſiue extra tempora à iure ſtatuta, ſiue ante ætatem legitimam, vel abſque dimiſſorijs literis, etiam Ultramontani à Citramontanis (præterquam ſi in hoc vltimo caſu per Camerã Apoſtolicam iuxta illius ſtylũ ordinati fuerint) ad aliquem ex ſacris ordinibus ſe fecerint promoueri, à ſuorũ ordinum executione ipſo iure ſuſpenſi ſint, & ſi huiuſmodi ſuſpenſione durante in eiſdé ordinibus miniſtrare præſumpſerint, eo ipſo irregularitatem incurrant, & vltrà alias pœnas generaliter à iure inflictas, beneficijs eccleſiaſticis poſſunt iure priuari: quam extrauagante obſeruari iuſsit Pius V. in ſuis ſanctio. Apoſtolic. & reg. Cancell. in regũ. 22. de malè promotis. Ex qua litera ita generali duo deducuntur expreſsim. Primò, quòd qui extra tépora, vel ante ætatem legitimam, vel ſine dimiſſorijs promotus fuerit ad ſacros ordines, ſuſpéſus eſt ipſo iure, donec abſolutionis beneficium à Papa fuerit cõſecutus, non tantùm vſque ad ætatem legitimã, prout de iure exiſtimabat Soto vbi ſup. & probatur in c. cum quidam. & cap. literas. de tépor. ordin. ſed etiam hodie perpetuò, donec abſoluatur, vt in d. extrauag. Pij. II.

22 Secundò, quod ſi durante ſuſpéſione prędictus Sacerdos celebrauerit, vel Diaconus tanquam Diaconus in Eccleſia miniſtrauerit, aut tãquam Subdiaconus, irregularitatem incurrent, à qua abſolui non poterunt ab alio quàm à Papa: quãuis Doct. in cap. conſultationi. de tempor. ordin. contrarium dicant: ita Sylueſt. in Sũma, verbo irregularitas. §. 10. num. 12. quem refert & ſequitur Rebuf. vbi ſupra in gloſ. 1. numero 16. & iterum gloſ. 2. nume. 13. & gloſ. 4. nume. 3. & 4. Nauar. in Manua. Lat. c. 25. num. 7. & cap. 27. num. 155. & num. 242. Ex quo decepti ſunt omnes, qui prædictam extrauagãté non nouerant, putantes, non ſuſpendi quem ipſo iure propterea quòd
23 ante legitimam ętatem ordinem ſacrum, etiam † presbyteratus, ſuſcipiat, prout ſunt S. Anton. in 3. par. ſuæ Summæ, tit.

14.

Ayuntamiento de Madrid

14. c. 16. & Maior in 4. ſent. diſt. 24. q. 5. & Soto vbi ſup. malè aduertit Nauar. vbi ſupra dict. num. 70. dicens, quòd non videtur ei ſi deſit in hoc fratribus Obſeruantiæ ſuum priuilegium.

24 In ordinato ſine dimiſſorijs ſui ordinarij, hodie ſacrum Concil. Trid. ſeſſ. 23. in decre. de reforma. c. 8. decreuit, vt ordinans à collatione ordinum per annū, & ordinatus à ſuſceptorum ordinū exequutione, quādiu proprio ordinario videbitur expedire, ſit ſuſpenſus: quod ad literam, Concilio tamen non relato, ſed per Canonem, Lugdunenſis. 9. q. 2. probauit Soto in 4. d. 25. q. 1. artic. 3. pag. 56. col. 1. Itaque quantum ad ordinatū ſine literis dimiſſorijs ſui ordinarij, rigor illę extrauagantis Pij II. vt remaneret ipſo iure perpetuo ſuſpenſus, temperatur hodie per præfatum decretū Concil. Trident. vt quandiu proprio ordinario videbitur expedire, ſuſpenſus ſit. Poterit igitur Epiſcopus, quando ſibi viſum fuerit, tollere hanc ſuſpenſionem: interim verò quòd non tollitur, ſi ſic ſuſpenſus Sacerdos celebret, Diaconus vel Subdiaconus, tanquam talis in Eccleſia ſolenniter miniſtrauerit, ſit irregularis per ſupradicta, peccat & mortaliter, qui ſe facit ordine inſigniri cōtra canones Concil. Trid. ſeſſ. 23. c. 4. & ſeq. & ſeſſ. 7. c. 10. & 11. vt docet Nauar. in Manua. cap. 25. nu. 68.

Dubitatum tamen fuit circa deciſionem d. cap. 11. aſſerentis quòd facultates de promouendo à quocunque non ſuffragentur, niſi habētibus legitimā cauſam, ob quam à proprijs Epiſcopis ordinari non poſsint exprimendam, & tunc non ordinentur niſi ab Epiſcopo in ſua diœceſi reſidente, aut pro eo Pontificalia exercēte, & diligēti præuio examine, quid ſi in literis dimiſſorijs tantùm cōcedatur licentia & facultas promouēdi à quocunq; Catholico Antiſtite in propria diœceſi reſidenti, non tamen additum ſit, vel ab alio pro eo ibi pontificalia exercente, an tunc rigore huius facultatis poſsit promoueri ab Epiſcopo in alterius diœceſi de licentia Epiſcopi illius diœceſis Pontificalia exercente? Et videtur poſſe, ex d. c. 11. ſeſſ. 7. ſacri Concil. Trid. in verbis ſupra relatis, ibi, Aut pro eo Pontificalia exercente. Præterea, quia nihil intereſſe videtur inter hæc duo, nempe quòd quis virtute dimiſſoriarum ſui ordinarij ordinetur ab alio in ſua diœceſi reſidente, vel pro eo pontificalia exercente. Denique quia hæc videtur eſſe intentio ordinarij, vel Nūtij legati concedentis prædictas dimiſſorias, quamuis literæ ſint aliquantulum defectuoſæ. Nihilominus tamen contrariū verius reputamus; imò quod prædicta in ſpecie ordinari hic non debeat niſi iuxta tenorē dimiſſoriarū, nempè à Catholico Antiſtite in propria diœceſi Pontificalia exercente, nō verò ab alio, quāuis de licentia proprij Epiſcopi ibidem ordines celebrante; aliàs ſuſpenſus ſit, donec Epiſcopo proprio ordinati iuſtum videbitur, iuxta d. c. 8. ſeſſ. 23. Concil. Trid. in decret. de reforma. Primò, quia nemo poteſt ordinari niſi à proprio Epiſcopo, vel alio cui ipſe licētiam impartitus fuerit, vt in d. cap. 8. & in d. cap. 11. ſeſſ. 7. Sed in hoc caſu Epiſcopus concedit facultatem ſubdito ordinando à quocunq; Catholico Antiſtite in propria diœceſi: ergo alius, etiam de licentia eiuſdē ordinare eum non debet. Secūdò, quia d. c. 11. ſeſſ. 7. loquitur in facultate generali de promouendo à quocunque, &c. cuius virtus extenditur ad Epiſcopum in aliena diœceſi de licētia proprij ibidem pōtificalia exercentē, imò verba & mens dimittentis hoc caſu vtrūque Epiſcopum, Catholicum tamē, comprehendit, & ita meritò vt à quolibet ordinari poſsit, non verò inde ſequitur idem eſſe, quoties facultas promouendi ab Epiſcopo in ſua diœceſi eſt reſtricta, prout in noſtra ſpecie, tūc enim mens proprij Epiſcopi ea eſt tantùm alteri proprio Epiſcopo in ſua diœceſi impartiendi facultatem ordinandi ſubditum, non verò alij. Tertiò, hoc videtur expreſsius probari in quadam declaratione illuſtriſsimorum Cardinalium ad interpretationem dubiorum circa decreta Concilij

Trid.

Trid.deputatorũ ordine.2. vbi ita caue-
tur: Epiſcopus in alterius diœceſi de licẽ-
tia ordinarij loci nõ poteſt ordinare per
ſonas quę nõſunt ſubiectę illi ordinario,
niſi habeat dimiſſorias generales à ſuis
ordinarijs,&c. vt vidi in quodã ſumptò
è Roma delato. Ecce igitur quomodò re
quirũtur dimiſſoriæ generales ad hoc vt
Epiſcopus in aliena diœceſi exercẽs põ-
tificalia, etiã de licẽtia proprij poſsit nõ
ſubditũ illi ordinare. Quartò, hoc idem
optimè probatur in decret. de reform. c.
2. ſeſſ. 14. d. Cõcil. Trid. vbi præcipitur,
vt nemo Epiſcoporũ, qui titulares vocã-
tur, cum licẽtia loci ordinarij, pontifica-
lia ibidẽ exercẽs poſsit alterius ſubditũ
promouere ad ſacros ordines, aut mino-
29 res ordines, † vel primã tonſurã, abſq; ſui
proprij prælati expreſſo cõſenſu, aut li-
teris dimiſſorijs ad prędictos ordines ſuſ
cipiẽdos: ergo, &c. Ex quibus pro cõtra-
ria parte adducta iam ſunt ſublata: intẽ-
tio verò cõcedentis prædictas dimiſſo-
rias reſtrictas ad Epiſcopũ propriæ diœ-
ceſis, vbi ordines cõferuntur, ſi ea fuerit
certa, vt etiã ab alio de licẽtia proprij poſ
ſit ordinari, proderit quo ad forũ cõſciẽ-
30 tiæ, nõ verò quoad contẽtioſum. ¶ Ob-
tulit ſe in praxi dubitatio, an minores
ordines & Subdiaconatus eodẽ die cõ-
ferri valeãt. Et videtur id licere, argum.
ab ſpeciali per tex. c. 2. de eo qui ordines
furt. ſuſcep. vbi eſt ꝓhibitũ illi qui qua-
tuor minores ordines recepit; temerario
auſu Subdiaconatũ etiam recipere: &
temerario auſu facere cenſetur, qñ ſine
examine & ſciẽtia Epi ab Subdiaconatũ
ſe intruſit, vt Doct. ibi dicunt: ergo ſi de-
ficiat auſus temerarius, & accedat vo-
lũtas & ſciẽtia expreſſa Epiſcopi, licitũ
31 id erit: † nihilominus contrariũ tenent
DD. vt refert Syluest. in ſum. verb. ordo.
2. n. 7. & Do. à Soto vbi ſup. pag. 56. col.
2. vbi quòd ex eo incurritur ſuſpẽſio, in
qua poterit Abbas diſpẽſare, ſi huiuſmo-
di ordinati aliquã religionẽ ingrediãtur,
& Epiſcopus, ſi eam non ingrediantur, ſi
ipſi, antequã ordinarẽtur, nõ fuerãt præ-
moniti ſub excõmunicationis ſentẽtia,
ne vllos ſimul ordines ſuſciperent, aliàs
ſolus Papa poterit diſpẽſare in hoc. Hęc
tñ præcedens ſententia cõmunis limita-
tur, niſi cõſuetudo permiſsiua eſſet in cõ
trariũ: nempè vt prædicti minores ordi-
nes & Subdiaconatus eodẽ die cõferrẽ-
tur, quæ valida erit ſecundũ B. Ant. Ar-
chiep. Flor. in ſua ſum. 3. par. tit. 14. c. 16.
§. 16. Nauar. in d. Manu. c. 25. n. 71. & Re-
buf. vbi ſup. gl. 2. n. 17. vbi affirmat cum
Cardin. ita ſeruari de cõſuetudine, nẽpè
vt prædicti quatuor minores ordines &
Subdiaconatus eodẽ die cõferri valeant,
eſſeq; validã conſuetudinẽ huiuſmodi,
32 cum nõ prohibeãtur niſi duo † aut plu-
res ſacri ordines eodẽ die conferri ſub
pœna ſuſpẽſionis, vt in c. literas. & in c.
dilectus. de temp. ordi. ergo quatuor mi-
nores & Subdiaconatus eodẽ die cõferri
& accipi poſſunt ex cõſuetudine, quam,
vbi adſit, cõciliũ nõ tollit, nec improbat,
quinimo validã eſſe innuit, quãdo quidẽ
tantũ prohibet duos ſacros ordines eodẽ
die etiã regularibus conferri, priuilegijs
ac indultis quibuſuis cõceſsis nõ obſtã-
tibus quibuſcũq;, quaſi velit ac intẽdat,
ius cõmune & cõſuetudinẽ in hoc caſu
in ſuo vigore permanere, & omittere re-
ſpectu quatuor minorũ ordinũ & Subdia
conatus: & quod prę d. 4. ordines mino-
res & Subdiaconatus, nec etiã. 4. mino-
res ordines tantũ, debeãt vno die cõferri
niſi de conſuetudine eſſet in aliqua Ec-
cleſia, probat. l. 27. prope fin. tit. 6. part. 1.
33 Ad ſuperiora redeundo, quamuis pri-
ma tonſura ſeptennio conferri valeat,
nihilominus nullus prima tõſura initia-
tus, aut etiã in minoribus ordinibus cõ-
ſtitutus, ante decimũquartum annũ be-
neficium poteſt obtinere, vt cauetur in
34 c. 5. decreti † de reformat. ſeſſ. 23. d. Con-
cil. Trid. Nec oẽs qui ſunt conſtituti in
prædicta ætate requiſita ad ſacros ordi-
nes, ad eos aſſumere debent Epiſcopi, ſed
35 dignos dũtaxat, † & quorũ probata vita
ſenectus ſit, vt in d. c. 12. ſeſſ. 23. d. Cõcil.
Caueant igitur ab ordinando pueros in
aſpectu, quamuis vigeſimumquintum
annum attigerint vel expleuerint, ne
fortè id ſubrepat in opprobrium ordinis
36 clericalis. † Et pręterea ne ijs ſacri mune-



Ayuntamiento de Madrid

ris diſpenſationem committant, qui ob imbecillitatem intellectus,atque debitę
37 cõſiderationis † diuina miniſteria parui pendãt. Caueant etiam ne indoctos ordinẽt,atq; eos,qui malè legunt,ne igno-
38 rãtia cauſet cõtẽptũ. † Regulares quoq; nec in minori ætate, nec ſine diligẽti Epiſcopi examine ordinentur,priuilegijs quibuſcunq; ad hoc penitus excluſis, vt in d.c.12.in fine.ſeſsio.23.d.Concilij.

Ad epiſcopatum autem inter alia re-
39 quiritur ętas triginta annorum iam impletorũ,vt in c.Epiſcopus. 77. diſt.& in c.cum in cunctis. de electio. & in d Cõcil.Trid. in decret. de reforma.c.2. ſeſſ. 22. vbi innouantur à ſacris Canonibus ſtabilita quo ad ætatem & cætera requiſita in Epiſcopo aſſumendo.

40 Pœnitentiarius autẽ,qui cum vnione præbendæ proximè vacaturæ, in omnibus etiam Cathedralibus Eccleſijs, vbi id cõmodè fieri poteſt,ab Epiſcopo per ſanctum Concil.Trid.inſtituendus pręcipitur Magiſter vel Doctor, aut Licentiatus in Theologia vel iure Canonico, annorũ quadraginta eſſe debet,ſeu aliàs qui aptior pro loci qualitate reperiatur, vt in cap.8.decret. de reformat.ſeſſ.24. eiuſdem Concilij cauetur.

---

*S V M M A R I V M.*

1 *An virtute Bullæ Cruciatæ eligi poßit in cõfeſſarium in hoc epiſcopatu, approbatus in alio,non tamen in hoc,& num.ſeq.affirmatiua probatur vſque ad nume.6.ſed eo num. & ſeq.contraria.*

5 *C.15 de reform.ſeßio. 23. Concil.Trid. declaratur.& nu.3.& 28.*

6 *Quilibet Sacerdos licet per ſacerdotalem characterem accipiat poteſtatem & iuriſdictionem habitualem ad abſoluendum à peccatis actualem tamen,quæ ad id eſt neceſſaria, non recipit,niſi eam habeat ordinariam vel delegatam,vt hic & nu.5.*

7 *Approbatio confeſſarij, vt idoneus iudicetur, ab ordinario loci vbi confeßiones auditurus eſt,fieri debet.*

8 *Dominus noſter Ieſus Chriſtus miſit diſcipulos ſuos in vniuerſam teerram ad prædicandum ſuum Euangelium.*

9 *Et ad Apoſtolos dixit, Accipite Spiritum ſanctum,quorum remiſeritis peccata,remiſſa erunt,& quorum retinueritis,retẽta erunt: quilibet enim habuit principatum ſibi à Deo decretum, magnæ prouinciæ vel regni.*

10 *Apoſtoli(vt ex traditione Eccleſiæ habemus) poſt paßionem Domini diuiſerunt ſibi prouincias, & vnuſquiſque ibat ad prædicandum Euangelium Chriſti in prouinciã, quæ ſibi ſorte obtigerat.*

11 *Non legimus quòd nemo Apoſtolorum in alterius prouinciam ſe intromitteret, præter Paulum,quamuis poſſent ac valerent.*

12 *Omnes Apoſtoli erant ac fuerunt vniuerſales Pontifices totius orbis, eandemque poteſtatem habebant(ſub Petro tamen) in vniuerſum mundum quamuis non haberent ſucceſſores in eundem,præter Petrum,vt hic.*

13 *Eccleſia Catholica diuiſit totũ orbem per prouincias in Epiſcopatus & Archiepiſcopatus,&c. vnicuique præficiens ſuum Epiſcopum & paſtorem atque gubernatorem: qui Epiſcopi in locum Apoſtolorum ſucceſſerunt,vt in nu.14.*

15 *Approbatio confeſſarij ea tantùm mẽte fit, vt in proprio epiſcopatu approbatis proſit, non verò in alio.*

16 *Extra territorium ius dicenti impunè non paretur: quod in propoſito approbationis confeſſarij adducitur.*

17 *Pater familias ſuis infirmis Medicum meliorem ſuo arbitrio eligit,nõ verò extraneus: idem in propoſito.*

18 *Non quicunque eſt idoneus ad audiendas confeßiones certæ perſonæ,vel in aliquo loco,eſt idoneus,ad alios,vel quæcunque loca.*

19 *Qui audit confeßiones in aliquo vico aut pago ruſticorum,non tanta indiget ſcientia,quàm ille qui audit in ciuitate, &c.*

20 *Iniuria fieret ordinario loci,ſi aliquis abſq; ſua approbatione, & licentia in ſuo epiſcopatu audiret confeßiones, etiam virtute Bullæ.*

21 *Habens beneficium curatum non poteſt audire alienas oues ſine licentia expreſſa, vel interpretatiua proprij parochi.*

22 *Eligi poteſt in confeſſarium virtute Bullæ approbatus,tantùm à ſuo ordinario ad audiendas cõfeßiones,licet facultas,vel iuriſdictio abſoluendi ſibi data non ſit ab eodem.*

*Differen-*

Ayuntamiento de Madrid

23 *Differentia aßignatur inter licentiã ad cõfitẽdum & approbationem tãtùm, idem n.27.*

24 *Proprius Sacerdos pœnitẽtis dicitur parochus parochialis, Epiſcopus & legatus in prouincia, & ipſius pœnitentiarius, & Vicarius generalis Epiſcopi, & Archipresbyter cathedralis, & ad quemlibet iſtorum, non petita alterius licentia, poteſt quis recurrere pro pœnitentia.*

25 *Omnes animæ diœceſis ſunt commiſſæ ſub poteſtate Epiſcopi.*

26 *Quilibet de diœceſi dicitur eſſe parochianus Epiſcopi*

29 *Quid operatur Bulla Cruciatæ in hac parte vltra ius commune.*

## CAP. XXVII.

### Approbatus in vno Epiſcopatu ad audiendas confeſsiones, an poſsit virtute Bullę Cruciatæ in alio Epiſcopatu eligi in confeſſariũ, abſque noua approbatione huius epiſcopatus.

1 FRequenter dubitari contingit, an virtute Bullæ Cruciatæ, qua pœnitenti conceditur facultas eligendi confeſſorẽ quem velit ex approbatis ab ordinario, poſsit eligi confeſſor approbatus à quocunque ordinario, licèt ab illo in cuius diœceſi eligitur ad audiendas ibi confeſsiones, non ſit approbatus? Verbi gratia, an pœnitens Ciuitatẽſis, qui hîc confiteri vult, poſsit virtute dictæ Bullæ eligere in confeſſarium, approbatum per ordinarium Salmantinum hîc exiſtentem, non tamen per Ciuitatenſem approbatum nec reprobatum?

Quæſtio hæc quamuis prima facie facilis videatur, ſatis tamen controuerſa eſt apud viros grauiſsimos, in qua itum eſt per eos in diuerſas ſententias. Eminentiſsimi enim Theologi infra referendi in ea ſunt ſententia, vt hoc fieri poſsit, nẽpè, vt confeſſor approbatus ab vno ordinario, poſsit eligi virtute dict. Bullæ in confeſſariũ in alio epiſcopatu, licèt ab ordinario huius epiſcopatus nõ ſit approbatus, itaque approbatio vnius ordinarij ſufficiat, vt eligi quis poſsit in confeſſarium virtute Bullæ, in quibuſcunque alijs epiſcopatibus abſque alia approbatione.

Et hoc primò, quia Bulla non dicit, quòd pœnitens eligere poſsit confeſſarium approbatum à ſuo ordinario, ſed approbatum ab ordinario: ergo ſufficit approbatio cuiuſcunque ordinarij, quia lex generaliter loquens generaliter debet intelligi. l. non diſtinguemus. ff. de arbit. l. de pretio. cum ſimilibus. ff. de Publi. in rem actio. Præcipuè quia cùm fauores debeant ampliari, vt in regul. odia. cum ſimilibus. de reg. iur. in. 6. non eſt cur reſtringamus gratiam in Bullis conceſſam ad approbationem ordinarij pœnitentis, cùm ipſa generaliùs loquatur in approbato ab ordinario: ſed hic eſt approbatus ab ordinario Salmantino: ergo poterit eligi in confeſſarium virtute Bullæ Cruciatæ vbicunq;, etiam extra Epiſcopatum Salmantinum, nam vbicunque conueniunt verba legis, eius diſpoſitio locum habet, vt in. l. 4. §. toties. ff. de dam. infect. hic conueniunt,
2 igitur, &c. ¶Secundò, quia intentio Concil. Tridenti. in hac parte fuiſſe videtur, quòd iudicium eligendi confeſſarium idoneum, non relinqueretur iudicio pœnitentium, quorum maior pars illiterati, imperiti, atq; idiotæ ſunt, ideò ſtatuit, vt iudiciũ hoc diſcernẽdi quis ſit idoneus ad audiendas confeſsiones, relinqueretur epiſcopis, hoc eſt ordinarijs locorum, vt in c. 15. decreti de reformatione. ſeſſ. 23. vbi ſic dicitur, Quamuis presbyteri in ſua ordinatione à peccatis abſoluendi poteſtatẽ accipiant, decernit tamen ſancta Synodus, nullum, etiã regularem, poſſe confeſsiones ſecularium etiam Sacerdotũ audire, neq; ad id idoneum reputari: niſi aut parochiale beneficiũ, aut ab Epiſcopis, per examẽ, ſi illis videbitur eſſe neceſſarium, aut aliàs idoneus iudicetur, & approbationem, quæ gratis detur, obtineat: priuilegijs, & cõſuetudine quacunq; etiam immemorabili

non obſtantibus. Colligi igitur videtur, quòd ad hoc vt quis poſsit virtute Bullæ eligi in confeſſariũ, ſufficiat eſſe approbatum à quocunque Epiſcopo, quãuis proprius non ſit diœceſis pœnitentis, quandoquidem idoneus declaratus eſt ad audiendas confeſsiones ab Epiſcopo, ſicque ſatisfit Concilio & Bullæ: Concilium enim prædictis verbis reprobauit opinionẽ antiquam receptiorem dicentium, iudicium eligendi confeſſo-
3 rem idoneum, eſſe relinquendum † pœnitenti, prout ante Concilium vidi in praxim deduci, & approbauit contrariam text. in c. omnis vtriuſque ſexus. de pœniten. & remiſſ. vt probat Victoria in ſumma titu. de confeſsione q. 150.

Tertiò, quoniam ſi aliud diceremus, Bulla præfata in hac parte nullum priuilegium concederet pœnitenti, ſicq; inanis eſſet: quod minimè eſt dicẽdum. Patet, quia etiam abſque Bulla pœnitens idem haberet, quandoquidem quilibet non priuilegiatus poſsit ſibi eligere cõfeſſorem approbatum ab ordinario, vt patet in d. Concilio: quia licet quilibet Sacerdos per ſacerdotalem characterem accipiat poteſtatem, & iuriſdictionem habitualem ad abſoluendum à peccatis,
4 actualem † tamen, quæ ad id eſt neceſſaria, non recipit, vnde requiritur, quòd eam habeat ordinariam vel delegatam à Summo Pontifice, vel ab Epiſcopo, ſeu eius Vicario, vel à Parocho in ſuis diœceſibus, vel ſaltẽ approbationem, vt ratione bullarum vel propter alias conceſsiones poſsit à pœnitente eligi tanquam proprius Sacerdos, vt in c. 6. de caſuum reſeruat. ſeſſ. 14. d. Cõcilij, vbi decernitur, nullius momenti eſſe abſolutionem
5 quam Sacerdos † in eũ profert, in quem ordinariam, aut ſubdelegatam non habet iuriſdictionem, & in d. c. 15. ſeſsio. 23. eiuſdem Cõcil. & in Concil. Florenti. ſub Eugen. Pap. celebrato. §. 4. vbi habetur, Miniſter huius ſacramenti eſt Sacerdos habens authoritatem abſoluendi ordinariã, vel ex commiſsione ſuperioris: id quod latiſsimè pluribus corroborat Nauar. in cap. placuit. nu. 5. & ſeq. de pœniten. diſtin. 6. idem in Manuali cap. 4. num. 1. & 2. Vt igitur priuilegium aliquid contra ius commune operetur, vt decet, quia inde dicitur priuilegiũ, quaſi priuans legem, fruſtra enim quis precibus nititur impetrare, quod ſibi iure communi conceditur, vt. l. vnica C. de theſ. libr. 10. fatendum eſt virtute Bullæ Cruciatæ eligi non ſolum poſſe confeſſarium approbatum ab ordinario illius diœceſis vbi quis confiteri vult, ſed etiam ab alio quocunque, cum Summus Pontifex ſit omnium paſtor atque prælatus, qui poteſt hanc facultatem concedere, ipſiuſque beneficium latiſsimè eſt interpretandum, vt in. l. beneficium. ff. de conſtitut. princip. cum ſimilib. alioquin non diceretur electio, quia ea cadit inter plures, vt in. l. vnum ex familia. ff. de lega. 2. Hæc ſunt quæ pro hac parte adduci poſſunt, quã ex duobus prioribus fundamentis, abſq; illo tertio, quod adiecimus, tenuerunt, atq; proprijs nominibus ſubſcripſerũt, in primis doctiſsimus ille ſacræ Theologiæ profeſſor Primarius Salmãtinus Frater Bartholomæus à Medina ordinis Prædicatorũ: nec nõ & ſplendidiſsimum lumen eiuſdem facultatis, Cathedram Veſpertinã Salmanticæ regens, iam iubilatione gaudens, Frater Ioan. de Gueuara, ordinis diui Auguſtini nunc meritiſsimus miniſter Prouincialis, quorum iudicium huiuſmodi penes me habeo ſuis ſubſcriptionibus roboratum, affirmãtium in calce ipſius, ſufficere, quòd ita ſentiunt homines doctiores huius regni. Deinde idem ſubſcripſit peritiſsimus ac admodũ Reuerend. Pater F. Gaſpar de Vzeda ordinis S. Franc. inſignis vir, qui omni procul dubio hanc partem probarunt: ſed alij plures eiuſdem poterunt eſſe ſententiæ, prout re vera ſunt, vt credo, quæ magis conuinci videtur prædicto tertio fun-
* damento quàm præcedentibus.* Et nouiſsimè eam alios allegans ſequitur futili tamen fundamẽto, Henrich. in ſua ſumma Theolog. Moral. libr. 7. de indulg. c. 12. nu. 4. pag. 510. qui in margine parum ſubſiſtit, vt infra dicemus.*

Nihilo-

Ayuntamiento de Madrid

6 Nihilominus ſalua pace tantorũ virorum, ac ſub cenſura & correctione ſacroſanctæ Matris Eccleſiæ Romanæ, eiuſque Summi præſidis, ſemper dubitaui de præfata ſententia, ac eam à veritate alienã exiſtimaui, & tenui, & teneo, confeſſarium approbatum ab vno ordinario, nõ poſſe eligi à pœnitẽte, etiã virtute bullę, in alio epiſcopatu in cõfeſſarium, vbi nõ ſit approbatus ab illius ordinario, quia facultas conceſſa à Bulla eligendi confeſſariũ quemcunque presbyterum ſecularem vel regularem, ex approbatis per ordinarium, intelligi debet per ordinarium illius loci vbi pœnitens confeſſarium eligere vult, vt illic confiteatur, vt reddantur ſingula ſingulis. Et hoc primò, nam in quàm plurimis iuris Canonici partibus, & capitibus ſacri Concilij Tridentini, fit mentio ſimpliciter ordinarij, & nihilominus certiſsimum eſt intelligendum fore de ordinario loci, nec vllus vnquam dubitauit, nec dubitare poteſt de hoc, quia in dubio ordinarius loci eſt, qui aliquid facere debet, non verò ordinarius alterius loci.

7 Præterea approbatio confeſſarij, vt idoneus iudicetur ab ordinario loci vbi confeſsiones auditurus eſt, fieri debet, ad illum nanque ſpectat curare animas ſui epiſcopatus, ibidemque conmorãtium, non verò ad ordinariũ alterius diœceſis, qui alias oues habet ſub ſua cura, vnicuique enim commiſſa eſt cura ſui gregis, hoc eſt exiſtentium in ſua prouincia: & ita Dominus noſter Ieſus Chriſtus miſit diſcipulos ſuos in vniuerſam ter-
8 ram † ad prædicandum ſuum Euangelium, iuxta illud Marci 16. Eũtes in vniuerſum mundũ, prædicate Euangelium vniuerſæ creaturæ: & Lucæ 10. Miſit diſcipulos ſuos binos ante faciem ſuam, in omnem ciuitatem, & locum quo erat
9 ipſe venturus, † & Ioan. 20. ad Apoſtolos dixit, Accipite Spiritum ſanctum, quorũ remiſeritis peccata, remiſſa erũt, & quorum retinueritis, retenta erũt: quilibet enim habuit principatum ſibi à Deo decretum magnæ prouinciæ vel regni, vt latè refert Chaſſanæus in catalogo gloriæ mundi. 3. parte, conſideratione 29. vbi principatũ & prouinciam vniuſcuiuſque commemorat. Sic etiam ex traditione Eccleſiæ habemus, † quòd
10 Apoſtoli poſt paſsionem Domini, diuiſerunt ſibi per ſortes omnes prouincias, & vnuſquiſque ibat ad prædicandum Euangelium Chriſti in prouinciam quę ſibi ſorte obtigerat, vt author eſt Nicephorus in hiſtor. Eccleſiaſt. lib. 3. capit. 1. in prin. & Euſebius Cęſarienſ. Epiſcopus lib. 3. hiſt. Eccleſiaſt. capit. 1. & Socrates
11 lib. 1. hiſt. Eccleſ. capit. 15. † & tamen non legimus, quòd vnus in prouincia alterius prædicaret, nec ſe intromitteret, præter Paulum, quamuis poſſent ac va-
12 lerent, omnes enim Apoſtoli erant, † ac fuerunt vniuerſales Pontifices totius orbis, eandemque poteſtatem habebant (ſub Petro tamen) in vniuerſum mundum, quamuis non habuerint ſucceſſores in eandem, pręter diuum Petrũ, cui, ſuiſque ſucceſſoribus tantùm nomine Eccleſiæ data eſt eadem poteſtas, iuxta illud Matth. 16. Tu es Petrus, & ſuper hanc petrã ædificabo Eccleſiam meam, &c. Et, Tu es paſtor ouiũ, princeps Apoſtolorũ, tibi tradidit Deus omnia regna mundi, & ideò traditæ ſunt tibi claues regni cœlorum, &c. quamuis enim Dominus noſter Ieſus Chriſtus omnibus Apoſtolis in communi claues dederit, vt habetur Ioan. 20. & Matth. 18. Similiter omnibus diſcipulis præcepit prædicare Marci vltim. & Matth. vltim. ſoli tamẽ Petro fuit dictũ, Paſce oues meas, quòd ipſe fuit prælatus Apoſtolorum, vt latè probat Chaſſanæ. vbi ſupra. conſideratione. 30. Petro enim primò Pontificatus in Eccleſia Chriſti datus eſt, vt conſtat ex verbis Domini prædictis. Tu es Petrus, &c. hic ergo ligãdi ſoluendiq; poteſtatẽ primus accepit à Domino, primuſque ad fidem populũ ſuæ prædicationis virtute adduxit, verboque inſtituit: cæteri verò Apoſtoli cũ eodẽ pari conſortio honorem & poteſtatẽ acceperũt, ipſumq; principem eorum eſſe voluerunt, qui etiam iubente Domino in toto



Ayuntamiento de Madrid

orbe terrarũ diſperſi Euangelium prædicauerunt,† vt in c.in nouo. 21. diſtin. 13 ſic etiam Eccleſia Catholica diuiſit totum orbem per prouincias, in Epiſcopatus, Archiepiſcopatus, &c. vnicuique præficiens ſuum Epiſcopum, paſtorem & gubernatoré: †qui Epiſcopi in locum 14 Apoſtolorum ſucceſſerunt, vt in d.cap. in nouo. 21. diſt. & docet Concil. Trid. ſeſſ. 23. capit. 4. de ſacram.ordi.in hunc modum. Proinde ſacroſancta Synodus declarat, præter cæteros euãgelicos gradus, Epiſcopos qui in Apoſtolorum locum ſucceſſerũt, ad hunc hierarchicum ordinem præcipuè pertinere, & poſitos, ſicut idé Apoſtolus ait, à Spiritu ſancto regere Eccleſiã Dei, eoſque presbyteris ſuperiores eſſe. Ergo ad vnumquemque Epiſcoporum ſpectat cura, gubernatio, & regimen totius ſui epiſcopatus, nec vnus ſiue alter eorum in alterius Eccle-
15 ſiam ſiue Epiſcopatũ ad eam † regendã
* ſe intromittere debet, nec poteſt.*Vnde iure optimo diſtinctæ fuerunt diœceſes & parochiæ, ac vnicuique gregi proprij attributi paſtores, & inferiorum Eccleſiarũ rectores, qui ſuarum quiq; ouium curam habeant, vt ordo Eccleſiaſticus nó cófundatur, vt habetur in ſacro Cócilio Trid. ſeſſ. 14. in decreto de reformatione, c. 9. in princ. * Accedit, quòd nec approbatio confeſſarij ea mente fit ab Epiſcopo, vel eius Prouiſore ſeu Vicario generali, vt in alio epiſcopatu, ſed imò expreſsè tantùm in illo proprio approbantis proſit, non verò in alio, etiam virtute Bullæ Cruciatæ, nec alterius priuilegij. Vlteriùs hæc ſecunda, & verior
16 ſententia † cóprobatur, quia extra territorium ius diceti impunè non paretur, vt in l.fin. cum materia. ff. de iuriſdict. omn.iudic. Approbatio igitur atque facultas audiendi confeſsiones facta alicui ab ordinario Salmantino, non proderit in epiſcopatu Ciuitatenſi, vbi Salmantinus nó habet iuriſdictioné, ad hoc vt virtute Bullæ Cruciatæ, vel alterius priuilegij eligi poſsit in confeſſariũ, & è conuerſo, & ſic de ſingulis ſimilibus caſibus. Nec obſtat, quòd per Bullam ſuperioris pœnitenti hoc priuilegium concedatur, quia negamus id in ipſa contineri.

17 Quartò, quia qué approbauit Salmãtinus, fortè non placebit Ciuitatéſi, qui maturiùs in ſimilibus examinibus fortè procedet, vel è cõtra, quare non vult cófidere in alieno iudicio circa ſuas oues, ſed in proprio, cùm de eis teneatur Deo rationé reddere. Nam quemadmodũ paterfamiliàs ſuis infirmis Medicũ ſuo arbitrio melioré eligit, non verò eos curat ille qué mittit extraneus, abſq; licentia & voluntate domini, ita & eodé modo eſt dicendum in curandis peccatoribus, ſanãdiſq; eorũ lãguoribus (quorũ curatio & ſalus ſpiritualis ad propriũ Epiſcopum cui ſubſunt pertinet, non verò ad alienum) vt ipſis confeſſarium idoneum præbere atque approbare debeat proprius Epiſcopus, non verò alienus.

18 Quintò, corroboratur hæc noſtra ſententia, quia nó quicũque eſt idoneus ad audiendas confeſsiones alicuius certæ perſonę, vel in aliquo loco certo, eſt idoneus ad audiendas cófeſsiones quorundã aliorum, & in quocũque loco: quare in oppidis muro accinctis habiliores rectores poni debent, vt in Pragmatic. ſanctio. Gallic. in titul. de collatio §. in Eccleſijs, iuncta gl. in verb. muratis, tradit Nauar. in Manual. c. 4. nu. 4. vbi etiã, quòd qui audit confeſsiones in aliquo
19 vico, † aut pago ruſticorum hominum, & ſimplicium, non tanta indiget ſcientia, quanta ille qui audit in ciuitate: nec qui audit in ciuitate mediterranea, tãta, quãta, qui in ciuitate maritima, nec qui in maritima, tanta, quanta, qui in vniuerſo quodam Regno vel India, nec qui audit vbi ſunt multi viri literati quos poſſet conſulere, vt vbi nullus eſt talis: itaque qui eſt idoneus in vno loco vel Epiſcopatu, nó omnibus erit talis: quare igitur in propoſito noſtro, de quo agimus, ex eo ſolùm quod quis approbatus ſit in vno epiſcopatu, in omnibus totius orbis céſeri debet approbatus, ad hoc vt virtute Bullę eligi poſsit in confeſſariũ, niſi in quolibet ab ordinario proprio approbetur. Dum igitur Bulla concedit facul-

Ayuntamiento de Madrid

facultatẽ eligendi confeſſarium quemcunque presbyterum ſecularem, vel regularẽ ex approbatis ab ordinario, intelligendũ eſt ab ordinario pœnitẽtis, hoc eſt illius loci vbi exerceri debet adminiſtratio Sacramenti pœnitentiæ, vt vnuſquiſque prælatus medeatur ſuis ouibus, aliàs enim iniuria affici videretur ordi-
20 narius loci, ſi in ſuo epiſcopatu,† abſque ſua licẽtia & approbatione alius hoc Sacramentum adminiſtraret, etiã virtute Bullæ. Intentio nanque Summi Pontificis in prædictis verbis minimè cenſenda erit præiudicare volentis proprijs Epiſcopis, nec ſuam obligationem atq; proprium munus minuendi, cum id nõ exprimat: argum. l. 2. §. ſi quis à principe. ff. ne quid in loc. pub. & pręterea totus Eccleſiaſticus ordo, atque orthodoxa politia peruerteretur, maximaque cõfuſio oriretur, ſi aliud diceremus, atque forſan anſa præberetur occultè ſeminandi aliquos errores in animos pœnitentiũ ab ignotis & exteris cõfeſſarijs, ſi ipſi tantùm à ſuo ordinario approbati, in alijs prouincijs confeſsiones audire poſſent, electi virtute Bullæ vel alterius Iubilei ab ipſis pœnitentibus, atque quandoque falſis literis approbationis vti poſſent, nonnũquam etiam, qui Sacerdos re vera non eſſent, idem facerent, vel etiam excõmunicati, ſuſpenſi, vel irregulares, & à ſua diœceſi fugitiui propter crimina, id munus exercerẽt: ad obuiandũ igitur mille huiuſcemodi fraudibus, ſanctiſsimè ſtatutum eſt, vt nullus audiat confeſſiones, niſi qui beneficium curatum habeat, vel iuriſdictionem delegatam, hoc eſt licentiam & approbationem ab ordinario, intelligendo de ordinario loci, non verò cuiuſlibet alieni ordinarij, ne aliàs locus fiat dictis fraudibus, quibus non eſt credendum Summũ Põtificem vllo modo locum dari voluiſſe.

21 Præterea, à Concil. Trident. in propoſito æquiparantur habẽs beneficium curatum, vel approbationem ab ordinario, ad audiendas confeſsiones: ſed habens beneficium curatum, non poteſt audire alienas oues ſine licẽtia expreſſa, vel ſaltim interpretatiua proprij parochi, vt eſt notum & probatur in c. omnis vtriuſque ſexus. de pœnit. & remiſſ. ergo nec habens approbationem ab vno ordinario, poterit audire oues alterius epiſcopatus: fit igitur, vt nec vnus nec alter extra epiſcopatum vbi curatũ vel approbationem obtinet, eligi poſsit in confeſſarium virtute Bullæ Cruciatæ.

Vltimò, hæc ſententia cõprobatur per locum ab ſpeciali: nã religioſi Societatis Ieſu habent priuilegium Apoſtolicum, vt cum iter fecerint, poſsint audire confeſsiones pœnitentium vbique exiſtentiũ, dummodò, ſi ibi ordinarius loci adſit, ab eo licentiã ad id obtineant, aliàs ſecus: ergo in cõtrariũ eſt ius cõmune, nam fruſtra quis precibus impetrare conatur, quod ſibi iure communi conceditur, vt in dict. l. vnica. C. de theſ. lib. 10.

Quibus fit, vt alij etiam grauiſsimi Theologi, cum quibus ſuperiora contuli, hanc meam ſententiam libẽter probauerint, nec contrariam opinionem quamuis inſigniũ virorum, vt vidimus, iudicio munitã conſulere vel in praxim deducere vel obſeruare auderem: vnde noſtra recenta, ad primum cõtrariæ fundamentum reſpondeo, quòd quãuis in Bulla non exprimatur, ex approbatis à ſuis ordinarijs, nihilominus ita intelligendũ eſt, iuxta alia iura, quãdo quidem contrariũ in ea nõ caueatur, quia, vt prędiximus, Concil. Triden. cui conſonare videtur Bulla in hac parte, hoc intendit, nẽpè improbare, ſeu potius exterminare communẽ, quãuis pernicioſam æſtimationem exiſtentem eligendi confeſſorem idoneum arbitrio pœnitentium, qui tamen, vt ſuis votis obtemperent, vt plurimum minus idoneos & idiotas eligebant, & approbare ſatiorem opinionem exiſtimantium id relinquendum arbitrio ordinarij loci: approbatio igitur ordinarij, de qua in Bulla, proprij intelligenda eſt, non verò alieni, nec generalitas, ex approbatis ab ordinario, quidquam nocet in propoſito, quandoquidem iuxta Canonicas traditiones, ac



Ayuntamiento de Madrid

rectum & genuinũ ſenſum intelligẽda, atque reſtringenda eſt, ne aliàs abſurdũ, vel fraudes, quas prædiximus, ſequãtur. Ad ſecundũm reſpondetur fatendo intentionẽ Concilij, vt modò dicebamus, negando tamen ſequelam, nam verius conſequitur approbationem requiri, & debere eſſe à proprio ordinario loci quàm ab alieno. Tertiũ, quod magis vrgere videbatur pro priori opinione, nõ etiam obeſt, nempè quòd ſecundũ hanc noſtram ſententiam, Bulla præfata nullum in hoc priuilegium contineret, &c. Nam reſpondeo primò, quòd etiamſi id fateamur, nihil contra nos, nam illa verba, Ex approbatis ab ordinario, potius reſtringere videntur præcedentem facultatem, quam ius commune corrigere vel augere. Secundò poteſt & rectiùs reſponderi, quod iure communi, vt prædiximus, nullus poteſt audire confeſsio-
22 nes, niſi qui ordinariam aut † delegatam iuriſdictionem habeat: operabitur igitur hæc conceſsio vltra vel contra ius commune, vt quamuis ſacerdos nullam iuriſdictionem habeat aliàs, dum tamen ſit expoſitus, vel approbatus à ſuo ordinario ad hoc vt poſsit eligi virtute Bullæ vel alterius Iubilei in confeſſorẽ, ſiue is ſecularis, vel regularis ſit, poſsit audire confeſsiones eligentium eum, & in hoc conſiſtit priuilegiũ, nam abſq; prædicta approbatione non poterat eligi in confeſſarium, vt pote carens alterutra iuriſdictione in actu, virtute tamen Bullæ vel Iubilei poteſt in cõfeſſarium aſſumi, quia eo ipſo quòd approbatus ſit ab ordinario, iuriſdictio quam in habitu habebat, per electionem virtute Bullę vel Iubilei, quo à Summo Pontifice conceditur facultas abſoluendi ab omnibus peccatis & cenſuris, deducitur ad actum & executionem. Pro cuius clariori intelligentia diſtinguendum eſt inter licẽ-
23 tiã † confitenti conceſſam ab Epiſcopo, & approbationẽ ſimplicem idoneitatis: qui enim licentiam ſufficientem habet audiendi confeſsiones ab ordinario, is abſque dubio id munus explere poterit, quia iam habet iuriſdictionẽ delegatam, ac ſi eam haberet à proprio Parocho, argum. tex. in cap. omnis vtriuſque ſexus. de pœnit. & remiſſ. iũcta doctrina Abb.
24 recepti ibidem n. 12. † vbi habetur, quòd proprius ſacerdos pœnitentis, dicitur & appellatur Presbyter parochialis: item Epiſcopus & Legatus in prouincia, & ipſius pœnitentiarius, item & Vicarius generalis Epiſcopi, & Archipresbyter Cathedralis, qui in hoc cenſetur Vicarius Epiſcopi, vnde ad quemlibet iſtorũ non petita alterius licentia poteſt quis recurrere pro pœnitentia: quod expreſſim tenuit prius glo. & Doct. in capit. 2. verb. ſubdito ſuo, de pœni. & remiſſ. in 6. quæ credit ſufficere alterius licentiã, ſcilicet, vel Epiſcopi, vel parochialis ſacerdotis, de quo per Philip. Franc. ibi nu. 7. & cæteros Doct. & per nos infra
25 in cap. 30. nu. 12. Omnes † enim animæ diœceſis, ſunt commiſſæ ſub poteſtate Epiſcopi, vt probat text. in c. quæcunq; 10. quæſt. 1. & in c. præcepimus. 12. quæſ.
26 1. & quilibet de diœceſi dicitur † eſſe parochianus Epiſcopi, vt in cap. licèt. de ferijs. & in cap. 1. de rapto. & in ca. ad aures. de pœnis. facit bonus text. in Clem. dudum. §. in Eccleſijs. de ſepultur. qui verò approbationem ſimplicem tantùm
27 habuerit abſq; licentia † & facultate abſoluendi, hoc eſt iuriſdictione, is tantùm poterit virtute Bullæ, vel priuilegij in confeſſariũ eligi, vel ex licentia Parochi proprij audire confeſsiones, aliàs ſecus, cùm iuriſdictionem in actu non habeat, quãuis rarò aut nunquã approbatio prędicta abſq; iuriſdictione concedi ſoleat, ſufficit tamẽ, quòd vnũ poſsit eſſe ſine alio: & de hac approbatione ſimplici loquuntur Bullæ Cruciatæ, cæteraq; priuilegia, quæ ſic intellectę gratiam vltra
28 ius cõmune continent atq; † priuilegiũ. Prædictis nõ obſtat d. c. 15. ſeſſ. 23. Concil. Trid. vbi videtur probari, ſolam approbationem ordinarij ſufficere ad audiendas confeſsiones: nam intelligi debet per aliud. c. 7. ſeſſ. 4. eiuſdẽ Concilij, vbi dicitur, nullius momenti abſolutionem eam eſſe debere, quam Sacerdos in eum profert, in quem ordinariam, aut ſubde-

ſubdelegatam nõ habet iuriſdictionem: ergo approbatio, de qua in dicto cap. 15. intelligi debet cum iuriſdictionis conceſsione, vt vnum cum alio concordet, & euitetur correctio eiuſdem Concilij, atque iuris communis.

29 Tertiò reſpondéri poteſt, hoc operari poſſe bullam in hac parte, vltra ius cõmune, etiam ſi id non operaretur, quod contraria ſententia vult, vt quamuis iure communi alienus ſacerdos non poſſit audire confeſsiones ſibi non ſubditorum, nec abſolutio eiſdem ab eo præſtita valida ſit, niſi de licentia proprij parochi id fiat, vt in dict. c. omnis vtriuſque ſexus. virtute tamen bullæ, vel alterius iubilei, poterit eligere pœnitens quemcumque velit presbyterum, ſecularem, vel religioſum, ex approbatis ab Ordinario, ſine licentia parochi: & quãuis Ordinarius ſit etiã parochus in hoc, à communiter tamen accidentibus, Ordinarius ſolet prædictas approbationes & licentias concedere cum conſenſu, vel ſine præiudicio parochorum. Hoc igitur in caſu ſola approbatio prædicta, vel licentia Ordinarij, tametſi cũ præd. additaméto, ſufficiet ad hoc, vt virtute bullæ, vel iubilei, huiuſmodi confeſſarius poſsit eligi abſque alia licentia, vel conſenſu parochi, cum habeat plenariã facultatem eum eligendi à ſummo parocho, qui eſt Pontifex Maximus, cum ſola approbatione Ordinarij, quam habet.

* *Poſt huius operis primam editionem, hanc noſtram principalem ſententiam ſequutus eſt, & latiſsimè probauit, nos citans, contra Theologos & Canoniſtas Salmantinos, perquã doctus pater Emanuel Roder. in explicatione bullæ Cruciatæ. §. 9. num. 5. dicens: *Que aunque en algun tiempo tuuo la primera, aora mirando mas en ella, le parece que en ninguna manera ſe deue aconſejar, ni ſeguir*, & quòd Compluti noſtra prædicta ſententia communiter tenetur, eo quòd eam probauit congregatio Cardin. Concilij Tridentini, in Archiepiſcopatu Valent. quam ibi ad literã refert. Quinimò Henricus vbi ſuprà, qui tenuit contrarium, fatetur, nos etiã referens, Epiſcopũ Guienen. Delgado, & Archiepiſcopum Valent. Ioannem Ribera nobiſcum ſentire: & tandẽ reſoluit, quòd vbi Epiſcopi ægrè ferrent, aut multi ex ſapientibus communi ſcãdalo contradicunt, tẽperatè agendum eſt. At quis non videt, cum noſtra ſententia ſit iam communis (laus Deo Optimo Maximo) ſapientium Complutenſ. vt affirmauit Emanuel vbi ſuprà, quem vidit, & citauit Henricus qui ſuprà, quinimò & aliorum quamplurimorum doctiſsimorum virorum vbique, quòd communi ſcandalo contradicitur priori cõtrariæ affirmatiuæ, præterquã quòd non eſt vera, nec ſecura; præmaximè attenta prædicta declaratione Cardinalium: vnde iam clarè patet, non eſſe vllo modo tenendam, ſed noſtram negatiuam: quod licèt inuitus, fateri iam videtur idem Henricus in prædicta ſua reſolutione marginaria, quandoquidem ei conſtitit de prædicta declaratione Cardinalium, & communi aſſenſu Doctorum Complutẽſ. huic noſtrę ſentẽtiæ.*

---

### *SVMMARIVM.*

1 *Concilium Lateranenſe ſpatium ſex menſium præfiniuit ad prouidendas præbẽdas, cæteraq; beneficia Eccleſiaſtica, quo tranſacto, Capitulum prouidere iuſsit, & è contra, data negligentia Capituli, vt Epiſcopus prouideat.*

2 *Tempus, quo electores ſunt excommunicati excommunicatione maiori, vel alio iuſto impedimento detenti, non computatur in præd. ſemeſtri.*

3 *Excommunicati non poſſunt, etiam ſi velint, eligere, durante tempore excommunicationis.*

4 *Tempus excommunicationis, vel ſuſpenſionis, non computatur in præd. ſemeſtri.*

5 *Si pendente termino ſuperueniat impedimentum, tota dilatio debet reintegrari, quia Concilium Lateranen. procedit, quando quis diſtulit per negligentiam: ſecus ſi per impotentiam iuris, vel facti, etiam ex culpa ſua prouenientem.*

*6 Præſcriptio non currit impedito illius temporis quo fuit impeditus, quamuis impedimentum culpa conferre debentis præceſſerit, dummodo non fuerit ordinata ad caſum. numero 8.*

*7 Excommunicato non currit præſcriptio, non ſolum quãdo eſt excõmunicatus pro iuribus ſuæ Eccleſiæ, ſed etiam pro rebus proprijs.*

*9 Reſtitutio non eſt neceſſaria ad ſubducendum illud tempus impedimenti excommunicationis de medio.*

*10 Quando quis directè impeditur, ſeu inhabilitatur à iure ad agendum ipſo facto, impeditur præſcriptio durante impedimento: ſecus quando extrinſecus venit impedimentũ, quia tunc licèt currat præſcriptio, datur reſtitutio.*

*11 Terminus datus ad eligendum, non currit quibuſcumque alijs iuſtè impeditis.*

*12 Tempora quæ prouidentiam Eccleſiarum reſpiciunt, quoad quid ſunt vtilia, quia impeditis non currunt.*

*13 Electio fieri non poteſt durante lite ſuper iure eligendi, alijſque rebus ad id pertinentibus, & nu. 14. & quid in iure præſentandi?*

## CAPVT XXVIII.

## Beneficia vacantia, intra quod tempus prouideri debeant?

1 Concilium Lateranenſe ſtatuit, vt præbẽdæ Eccleſiaſticæ, ſeu quælibet officia vacantia, nõ diu maneant in ſuſpenſo, ſed intra ſex menſes perſonis, quę dignè adminiſtrare valeãt, conferantur; ſin autem Epiſcopus, vbi ad eũ ſpectat, conferre diſtulerit, per Capitulum ordinetur: quòd ſi ad Capitulũ pertinuerit, & intra prǽſcriptum terminum hoc non fecerit, Epiſcopus ſecundùm Deum, hoc cum religioſorum virorum conſilio exequatur, vel ſi omnes fortè neglexerint, Metropolitanus de ipſis ſecũdùm Deum abſque illorũ contradictione diſponat.

2 Sed pro intellectu & praxi huius Cõcilij obſeruandum erit, quòd tempus, quo electores ſunt excommunicati excommunicatione maiori, vel alio iuſto & legitimo detenti impedimento, non computatur in prædicto termino ſex menſium, ſed ab illo ſubducitur, vt ex ſequentibus facilè apparebit.

3 Primò, quia excommunicati huiuſmodi, non poſſunt (etiam ſi velint) eligere durante tempore excommunicationis, vt probat text. in cap. cum inter. de electio. & in cap. cum dilectus. & ibi Doctores, de conſuetudin. docet Petrus Abiaxio in ſuo director. elect. c. 9. 1. partis. incip. ſeptimo requiritur. vol. 14. tractat. diuerſ. Doctor. fol. 64. D. Couarr. in cap. alma mater. 1. parte relect. §. 7. nu. 9. de ſentent. excommu. lib. 6. Cæſar Lambert. de iure patro. in 2. art. 2. quæſt. principalis. 1. partis. 2. lib. nu. 6. vbi nu. 11. affirmat eſſe magis communem opinionem, quòd excommunicati etiam cum alijs eligere non poſſunt.

4 Tempus excõmunicationis, vel ſuſpenſionis, non computatur in prædicto ſemeſtri, cum illa Lateranenſis conſtitutio contra negligentes tantùm fuerit promulgata, vt probat expreſsè text. in proprijs terminis, in cap. quia diuerſitatem. & ibi notant Doctor. de conceſſ. præb. præcipuè Anto. de Butr. numer. 7. vbi expreſsè dicit, quòd detrahitur de ſemeſtri ſuſpẽſionis tempus: quod idem tenet Imol. ibi nu. 4. & Petr. Anchar. numero 8. verſ. ſi tamen.

5 Et ex illo text. notat idem Anchar. in cap. 2. nu. 13. de cõceſ. præben. quòd diſpoſitio d. capit. 2. procedit, quando quis diſtulit per negligentiam, ſecus ſi per impotentiam iuris, vel facti, etiam ex culpa ſua prouenientem, quia ſi pendente termino ſuperueniat impedimentum, tota dilatio debet reintegrari. l. ita ſtipulatus. ff. de verb. obligat. notatur in Clem. 1. de reſtitut. in integ. & in l. ab hoſtibus. §. ſed quod ſimpliciter. ff. ex quibus cauſis maio. Matth. de Afflict. deciſ. Neapolit. 50. num. 6. & deciſio tex. in dict. cap. quia diuerſitatem, ad literam approbatur in l. 8. titulo 16. part. 1. cuius verba ſunt hæc: *E ſi acaecieſſe que algun Prelado fueſſe vedado, o deſcomulgado, o quier*

*por*

Ayuntamiento de Madrid

*por ſu culpa, o no, le deuen cōtar en los ſeys meſes el tiempo que fue en la ſentencia.* Et tex. in dicto cap. quia diuerſitatem, eſt multum ſingularis & peregrinus ad hoc, quòd
6 quamuis impedimentum † culpa conferre debentis præceſſerit, non tamen currit præſcriptio illius temporis, quo fuit impeditus, ſecundùm Ioan. de Anani. & eum referentem Iaſ. in §. rurſus. numero 26. & ibi Gome. num. 15. inſtit. de actio. & idem Gome. in regula de annali poſſeſ. quæſt. 14. verſic. tertio, quia licet. Rochus de Curt. de iure patron. verbo, competens. num. 23. & 24. fol. 38. Bald. de præſcript. 1. parte. 6. partis. caſu. 22. num. 21. Alexander conſil. 58. nume. 10. volum. 5. Igneus in l. 2. §. ſi conditioni. num. 85. ff. ad Sillan. Decius in l. 1. 1. lectura. num. 27. C. qui admit. & in 2. lectura. num. 68. extollit Pariſ. conſil. 104. numero 146. lib. 1. Pinel. in authent. niſi tricennale. num. 46. C. de bonis maternis. vbi ſecus ſi culpa fuiſſet ordinata ad caſum impedimēti: & optimè Menochius de arbitra. iudic. lib. 2. cent. 2. caſu. 182. num. 59. & ſequent. nec etiam patrono excommunicato currit tempus ad præſentandum, vt cum Rota probauit Rochus vbi ſuprà, num. 24. & verb. honorificum. num. 58. Paul. de Citadin. in eodem tractatu de iure patro. articulo. 3. 6. partis. num. 42. volum. 15. tracta. diuerſ. doct. fol. 391.

7 Deinde, & in terminis, quia excommunicato non currit præſcriptio, nō ſolùm quando excommunicatus eſt pro iuribus ſuæ Eccleſiæ, ſed etiam pro iuribus, præeminētijs, & rebus proprijs ipſius excommunicati, ex text. in dicto capit. quia diuerſitatem. tenet Abb. in cap. 1. num. 8. de præſcript. & ibi Felin. num. 7. idem Abb. in cap. cum inter priorem. num. 19. de exceptio. vbi Decius allegās alios, num. 23. idem probat, idem intelligens procedere, etiamſi iuſtè ſit excommunicatus per dict. cap. quia diuerſitatem. Franc. Balb. de præſcript. 1. parte. 6. partis. princip. caſu 22. num. 24. vol. 8. tract. fol. 64. vbi cum Felin. tenet etiam idem in iuſtè excommunicato, quia impedito agere non currit præſcriptio, vt in l. 1. §. ne autem. cum ſimilib. C. de annal. except.

8 Præmaximèque ſuperiora procedūt, ſi iniuſtè quis, & abſque culpa fuerit excommunicatus, quandoquidem etiamſi culpa ſua id contingat, adhuc locum habeant, dum tamen culpa non fuiſſet ordinata ad caſum, vt dicto cap. quia diuerſitatem. quia, vt ibi inquit Abb. ea quæ proueniunt, nō immediatè ex culpa, ſed ex ſententia, ſeu pœna, culpæ non imputantur, vt ibi: non enim debet quis duplici pœna conteri, vt in cap. at ſi clerici. de iudic. & ſententia ſuſpenſionis in dicto capit. quia diuerſitatem, fuit cauſa immediata impedimenti, non autem culpa præcedens: & regulariter inſpici debet cauſa immediata impedimēti, & nō mediata, vt in iuribus ab eo allegatis: cū igitur nulla culpa quæ dederit cauſam excommunicationi, præceſſerit, à fortiori non erit computandū tempus excommunicationis in prædicto ſemeſtri, dummodò imputari non poſsit excommunicatis culpa aliqua, vel negligentia in non petendo abſolutionē, iuxta gloſ. in dict. c. quia diuerſitatem. verb. ſuſpenſionis, quam ibi ſequuntur Doctores.

9 Et ſupradicta adeò procedunt, vt non ſit neceſſaria reſtitutio ad ſubducendum illud tempus impedimēti excommunicationis de medio, cum prædictum tempus non computetur in ſemeſtri, & ſic non concurrerit in eo pręſcriptio, vt in dicto cap. quia diuerſitatem. & prętereà tenet Panormitanus in cap. ex trāſmiſſa. nume. 13. de præſcriptio. in ſua magiſtrali doctrina, quam ibi conſtituit, dicens, quòd quando quis † directè impe- 10
ditur, ſeu inhabilitatur à iure ad agendum, ipſo facto impeditur præſcriptio durante impedimento, ſiue id accederit à principio, ſiue poſt inchoatam præſcriptionem, vt in filio durāte patria poteſtate, vt in l. 1. C. de annali except. & in muliere durante matrimonio in rebus dotalibus, & in præfato excommunicato, vel ſuſpenſo: aliàs verò quando extrinſecus venit impedimentum, licèt

currat

Ayuntamiento de Madrid

currat præſcriptio, datur reſtitutio aduerſus eam, niſi contrarũ, ſcilicèt, quòd non currat, reperiatur à iure expreſſum. idem Abb. in cap. ne pro defectu. nume. 2. de electio. at in noſtra ſpecie ſumus in ſecundo membro Abbatis, quia expreſſè reperitur cautum in iure in noſtro caſu, quòd non currat ſemeſtre excommunicatis ad eligẽdum, vt in dicto cap. quia diuerſitatem. & per Doctores ſuprà allegatos: quam Abbatis Doctrinã ſequitur ibi Felin. nu. . Gome. in dicto §. rurſus. nume. 14. Inſtit. de actio. Balb. vbi ſuprà, nume. 17. & eſt communis ſecundùm Cæſar. Lamberti. vbi infrà ſtatim allegabitur.

11 Tertiò & præcipuè, quia terminus datus ad eligendum, non currit iuſtè impeditis, non ſolùm in ſpecie propoſita impedimenti excõmunicationis, & ſuſpenſionis, ſed etiam generaliter in quocumque alio impedimẽto iuſto, cum ſit eadẽ ratio, vt probãt Doctores in dicto cap. quiã diuerſitatem, præcipuè Ioan. de Imol. ibi num. 4. & 5. & Antonius de Butr. in cap 2. numer. 13. eodem titu. & prætereà probatur in terminis in dicto cap. ne pro defectu. de electio. ibi, Iuſto impedimento ceſſante, & ibi expreſsè notat gloſ. verb. impedimento aſſerens, & ita non currit præſcriptio contra Canonicos, ſi iuſta cauſa interueniente nõ eligant, per text. in dicto cap. quia diuerſitatem. & alia iura quæ ibi allegat gloſ. & notant Doctores in dicto cap. ne pro defectu. tenet etiam gloſ. 1. in cap. bonę. 61. diſtinct. dicens, quòd licet aliqui intra tempus ſtatutum, iuſto impedimento detenti non eligant, non priuantur electione, per text. in dicto cap. ne pro defectu. idem probat Archid. in dict. capit. bonæ. & Cæſar Lambert. de iure patro. in 8. artic. 1. quæſt. princip. 2. partis. libro 2. per totum articulum. fol. 117. & probatur expreſsè in dicta l. 8. titul. 16. part. 1. ibi: *Eſſo miſmo ſeria ſi ouieſſe otro algun embargo derecho, porque no pudieſſe dar el beneficio que vacaſſe.*

12 † Et inquit eleganter Bald. conſil. 469. incip. Sanctiſsimè. in fin. volum. 4. quod tempora quę prouidentiam Eccleſiarũ reſpiciunt, quoad quid vtilia ſunt, quia impeditis non currunt: refert & ſequitur Anchar. in dicto cap. 2. nu. 17. de conceſ. præbend. Roch. de Curt. vbi ſuprà. verb. honorificum. nu. 58. & Lambertinus vbi ſuprà.

13 Quo fit, vt cum durante lite ſuper iure eligendi, aliiſque rebus ad id pertinentibus electio celebrari non poſsit, tùm quia lite pendente nihil eſt innouandũ, tùm etiã, quia ſi aliud fieret, eſſet in contemptum iudicis de prædicta cauſa cognoſcentis, ac proinde electio ſi fieret, veniret caſſanda, ſi fortè ſententia ferretur in fauorem collitigantis, quo ſpreto fuit facta electio, iuxta tradita per Petrum Abiaxio in ſuo direct. election. cap. 7. 3. partis. volum. 14. tract. diuerſor. Doct. fol. 74. hoc caſu non curret tempus electoribus, ſic iuſtè impeditis ad eligendum ſibi à iure conceſſum per ſupradicta.

14 Et in terminis quòd quãdo cõtenditur inter electores de poteſtate eligẽdi, & non deciditur quæſtio intra tempus datum ad eligendum, poteſtas ordinandi Eccleſiam non deuoluatur ad ſuperiorem, per text. in capit. 2. de integr. reſtit. & alia fundamenta (quicquid aliàs ſit in iure præſtandi) tenent Hoſtien. & Ioan. Andr. in cap. 3. de iure patro. cum quibus trãſit Anto. de Butr. & Anchar. ibi nu. 12. quorũ opinionem expreſsè ſequitur & probat Abb. ibidẽ nu. 6. & inquit Ioan. Andr. vbi ſuprà, ſe vidiſſe de facto obſeruari hoc caſu, vt non prouideatur Eccleſiis per ſuperiorem, etiam ſi quęſtio mota ſuper iure eligẽdi per triẽnium protrahatur: & cõſuetudo hoc caſu etiã in iure præſentãdi ſufficit, vt nõ deuoluatur ad ſuperiorẽ ordinatio Eccleſiæ patronatæ, vt ſupponit Lapus allegatione 78. nu. 11 quẽ ſequitur Lambert. vbi ſuprà, art. 9. 1. quæſt. princip. 2. partis libri ſecundi. nu. 26. fol. 121.

---

## SVMMARIVM.

1 *Decretum de obſeruandis & euitandis in celebratione Miſſæ, ſacri Concilii Tridentini,*

tini, ſeſſione 22. latè declaratur per totum capitulum.

2 Pro ſpirituali Sacramentorum gratia pecuniam, vel quicquid pro ea æſtimatur, accipere, crimen eſt, ſacrilegium, ſimoniæ, atque ideò naturali, diuinoque iuri contrarium, vt nulla poßit conſuetudine excuſari.

3 Accipere, vel dare aliquid pro ſuſtentatione ſpiritualia miniſtrantium licitum eſt ſecundum ordinationem Eccleſiæ, & conſuetudinem approbatam, ac Epiſcoporum conſtitutiones, qui taxare poſſunt quanto ſtipendio ille dignus ſit, qui tali ſeruitio Eccleſiæ mancipatur, dum tamē abſit emptionis, vel venditionis cogitatio.

4 Licitum eſt dare librum, vel aliam ſupellectilem ſacerdoti pro pictantijs & eleemoſynis quarundam Miſſarum, vſque ad valorem ſupellectilis, ſiue ipſi offeratur, ſiue ipſe ad id ſe exponat.

5 Suſtentationis nomine non tantùm venit cibus & potus, ſed quicquid eſt neceſſarium ad victum & veſtitum ſui, & eorum, quorum cura ſibi incumbit, ſecundùm Caiet. nos verò contrarium probamus. nu. 6.

7 Stipendium pro neceſſaria miniſtri ſuſtentatione, an poßit licitè ab initio in pactum deduci, & numeris ſequentibus.

8 Stipendium neceſſarium pro miniſtri ſuſtentatione, quando authoritate ſuperioris, vel conſuetudinis conſtitutum ac taxatum non eſt, licitum eſt in pactum deduci, dummodo moderatè exigatur, aliàs ſecus.

9 Stipendium hoc, ſi neceſſarium non ſit pro ſuſtentatione miniſtri, quia ipſe aliundè eam congruam habebat, diueſque ſit, in pactum deduci non poteſt, atque ab inuitis exigi per ſpiritualium ſubtractionem ob auaritiam, quæ tunc in foro ſeculari præſumeretur: ſecus in conſcientia, dummodo immoderatum non exigatur, &c.

10 Stipendium neceſſarium pro ſuſtentatione miniſtri, ſi certum ſtatutum ac taxatum ſit, poteſt in pactum deduci à ſacerdote paupere, vel diuite.

11 Parochus non poteſt à ſuis ſubditis hoc exigere, ſibi tamen oblatum bene poteſt recipere.

12 Operæ pro re ſpirituali, an mercede aliqua locari poßint? doctrina bimembris.

13 Simonia non eſt, dare, vel accipere temporale alia ratione quàm pro pretio quærendi ſpirituale, putà pro ſuſtentatione miniſtri, vel pro liberalitate, vel eleemoſyna, vel pro ſolutione obligationis, vel aliàs, vt hic.

14 Epiſcopi, clerici, monachi, & monachæ, licitè accipere poſſunt portiones, eleemoſynas, & ſtipendia quæ pia conſuetudine, aut lege naturali diuina, aut humana iuſta aliquod tale opus ſpirituale facientibus debentur ſecus ſi aliàs ad id tenerentur, vt nu. 15. gratis tamen oblatum accipere poſſent, vt ibi.

16 Parochus licèt pro benedictione nuptiarum nō poßit aliquid accipere, ſponte tamen oblatū recipere poteſt.

17 Parochus ſi nolit dare licentiam alteri ſacerdoti, quòd benedicat nuptias, niſi pro pecunia, an ſimoniam committat?

18 Etſi pro Baptiſmo adulti pecunia exigi, nec dari poßit, quia per contritionem poteſt ſaluari, ſecus tamen eſt pro puero baptizando, quando alius non eſt, qui poßit cum baptizare, vt in nu. 19.

20 Pecunia dari poteſt ſanctis viris ad impetrandum orationis ſuffragia.

21 Prædicatoribus etiam ſpiritualia ſeminantibus temporalia debentur ad ſuſtentationem, nō autem ad emendum prædicationis verbum.

22 Celebrantibus diuinas laudes in Eccleſiaſtico officio, & proceßiones facientibus aliquid dari poteſt, & quādoque annui redditus ad hoc aßignantur, non quaſi pretiū, ſed quaſi ſuſtentationis ſtipendium: ſi autem hæc pacto interueniente fierent, aut cum intentionē emptionis, aut venditionis, ſimoniaca eſſent, vt in nu. 23.

24 Illicita eſſet ordinatio Eccleſiæ, qua ſtatueretur quòd non fieret proceßio in funere alicuius, niſi ſolueret certam pecuniæ quantitatē, licita autem magis eſt, ſi ſtatueretur quod omnibus certam eleemoſynam dantibus talis honor exhiberetur.

25 Locatio operarū locum habet in illis exercitijs ſpiritualibus, quæ principaliter ſunt corporalia, vt [illegible] Epiſcopi, vel parochi, vel capellani, vel concionatoris, & ſimil.

26 Simoniacum eſſet ſoluere aliquid conbeneficiarijs in electione, præſentatione, vel admiſſione ad poſſeßionem.

27 Cap. 14 in decreto de reformat. ſeßione 24. ſacri

*cri Concilij Tridentini refertur.*

28 *Non poteſt capi pro rebus pijs, quod conſueuit capi pro commodo proprio.*

29 *Noui reſidētes æquo iure ac antiqui fructus beneficiorum ſuorum lucrari debēt motu proprio Pij Quinti.*

30 *In alma Eccleſia Ciuitaten. aliud obſeruatur ex declaratione illuſtrißimorum Cardinalium, & ſtatutis dictæ Eccleſiæ.*

31 *Nouiter recepti in prædicta Eccleſia, ex conſuetudine immemoriali ſoluunt fabricæ eiuſdem duodecim aureos pro ſingulis præbendis.*

32 *Sacerdos an poßit ſibi retinere quod ſupereſt ex pietātijs ſibi datis pro Mißis dicendis, ſi minoribus eas celebrari faciat.*

## CAPVT XXIX.

### An aliquid recipi poſsit pro adminiſtratione ſpiritualium.

1 EXtat ſanctiſsimum decretum de obſeruandis, & euitandis in celebratione Miſſę, ſacri Cōcilij Tridentini, ſeſsione 22. quo decreuit ſancta Synodus, vt Ordinarij locorum Epiſcopi ea omnia prohibere, atque è medio tollere, ſedulò curent, ac teneātur, quæ vel auaritia, idolorum ſeruitus, vel irreuerentia, quæ ab impietate vix ſeiuncta eſſe poteſt, vel ſuperſtitio, veræ pietatis falſa imitatrix induxit, atque vt multa paucis comprehendātur, in primis quod ad auaritiam pertinet, cuiuſuis mercedis cōditiones, pacta, & quicquid pro Miſſis nouis celebrandis datur, &c. Cuius decreti meminit Nauar. in manuali Latino, cap. 21. nume. 10. dicens ibi iuberi, vt inhibeant Epiſcopi, ne fiat vlla conuentio ſuper dicendarum Miſſarū mercede, neque in Miſsis nouis offeratur quicquam magis coactè, quàm ſponte. idem Nauar. in cap. 25. num. 58. vbique Epiſcopi omninò prohibeant, ne quid pro Miſsis nouis celebrandis detur.

Sed pro intellectu huius decreti oportet inquirere, quidnam hoc caſu anteà iure ſtatutum, vel à Doctoribus traditū ſit, & an eidem in totum, vel quoad aliquid cenſeatur derogatum à prædicto Concilio, vt his abſolutis, lucidus ſenſus decreti Conciliaris appareat. Pro cuius rei expeditione obſeruandum eſt, tripliciter modo rem hanc diſtingui poſſe, ac debere pro clariori intelligentia, dum quæritur, Vtrùm liceat pro adminiſtratione ſpiritualium aliquid tēporale dare, ſeu accipere, nempè reſpectu pretij ſpiritualium, reſpectu ſtipendij ad ſuſtentationem, & reſpectu mercedis pro operis locatis & labore?

2 Quoad primum eſt firmiſsima regula, atque concluſio, pro ſpirituali Sacramentorum gratia pecuniam, vel quicquid ea æſtimatur, accipere, crimen eſſe ſacrilegum ſimoniæ, vſque adeò naturali, diuinoque iuri contrariū, vt nulla poſsit cōſuetudine excuſari. Hæc propoſitio notiſsima eſt, atque veriſsima, eamque latiſsimè probant authores infrà citandi, idem intelligentes in ſpiritualibus annexis, & in hac prima ſpecie præfatum decretum Concilij Tridentini, ſi hoc caſu loqui intelligatur, idem ſtatuit.

3 Quoad ſecundum reſpectu ſtipendij ad ſuſtentationem ſit cōcluſio: Accipere, vel dare aliquid pro ſuſtentatione ſpiritualia miniſtrantium licitum eſt, ſecūdū ordinationē Eccleſiæ, & cōſuetudinem approbatam, ac Epiſcoporum conſtitutiones, qui taxare poſſunt quanto ſtipēdio ille dignus ſit, qui tali ſeruitio Eccleſię mancipatur, dū tamen abſit emptionis, vel venditionis cogitatio: eaq; probatur Matthæi 10. Dignus eſt mercenarius mercede ſua. & ſecūdùm illud 1. ad Corinthios 9. Quis militat ſuis ſtipendijs vnquam? quis paſcit gregem, & de lacte gregis nō manducat? Et ibi, Qui altario ſeruit, de altario participat: quibus & illud accedit 1. ad Timoth. 5. Qui bene præſunt presbyteri, duplici honore digni ſunt: vbi Diuus Auguſt. Accipiant, inquit, ſuſtentationis neceſsitatē à populo, mercedem diſpēſationis à Domino; permagno ergo ſacerdotes iure pollent, non vt qualitercumque, ſed pro

ſua

Ayuntamiento de Madrid

ſua dignitate decenter ſuſtētari: & præ-
tereà ea ratione, quia hoc non eſt ven-
dere ſpiritualia, nec locare operas pro
mercede, ſed eſt velle habere neceſſaria
ad vitam corporalem, ſine qua non poſ-
ſumꝰ ſpiritualia exercere. Probatur etiā
ex text. in cap. iudices. ibi, Quia hæc ma
gis in ſumptum, & ibi gloſ. verb. in ſum-
ptum. 1. quęſt. 1. Hanc concluſionē pro-
bant ac profitentur S. Thomas in 2. 2.
quæſtio. 100. articul. 3. & ibi Caietanus
latè idem Caietanus in ſua Summa. ver-
bo, ſimonia. in 4. regula, pag. 608. in par
uis. Dominicꝰ à Soto lib. 9. de iuſtitia &
iure. quæſt. 6. artic. 1. in poſteriori con-
cluſione. Ioan. Selua in tract. de benefic.
1. part. quæſt. 7. nume. 49. volum. 15. tra-
cta. diuerſorum Doctorum, fol. 27. Na-
uar. latè in dict. manuali Latino, cap. 23.
nu. 100. verſic. 4. vbi dicit communē, &
numeris ſequent. & F. Anto. à Cordub.
in ſuo tracta. *de caſos de conciencia*. quæſt.
4 27. vbi ex hoc infert, licitum eſſe † dare
librum, vel aliam ſupellectilem ſacerdo-
ti pro pictantijs & eleemoſynis quarun
dam Miſſarum, vſque ad valorem ſupel-
lectilis, ſiue ipſi offeratur, ſiue ipſe ſe ad
id exponat.

5 Et ſuſtentationis nomine ſecundùm
Caietanum vbi ſuprà, dicto art. 3. in ver
ſic. ad euidentiam, ibi, aduerte, &c. nō tā-
tùm venit cibus & potus, ſed quicquid
eſt neceſſarium ad victum & veſtitum
ſui, & eorum, quorum cura ſibi incum-
bit, non enim debet mendicare ſacerdos
pro ſuſtentatione ſuorum, aut parētum
antiquorum, aut paruulorum nepotum
ſuæ curæ, ſecūdùm naturæ iura relicto-
rum, & huiuſmodi. Hęc autem Caietani
adnotatio vera non eſt: nam ſi lege, vel
conſuetudine certum ſtipendium Miſ-
ſæ taxatum ſit, ſacerdos vltra id exigere
non poteſt: ſi verò illud taxatum nō ſit,
non poteſt ſacerdos plura ſtipendia ac-
cipere pro vna Miſſa, etiam ſi pauper ſit,
& mercenarius, etiam pro ſua decente
ſuſtentatione, & multo minùs pro ſuo-
rum, vt cum Medina & Nauar. in ma-
nua. cap. 25. num. 92. aduerſus Sotum li-
bro 9. de iuſtitia & iure, quæſt. 3. artic. 1.
& alios, bene probat Antonius à Cordu
ba libro 1. quæſtionum, quæſt. 4. in 2. du
bio. & in hac ſpecie nihil innouat ſacrū
Concilium Tridentinum in verbis ſu-
prà relatis, cum loquatur in conditioni-
bus & pactis mercedum ſapientibus aua
ritiam: hic autem nulla datur auaritia,
cùm aliquid datur ratione ſtipendij ad
ſuſtentationem, ergo non eſt prohibitū.
Et ſuprà dict. 2. conclu. vſque adeò pro-
7 cedere videtur, vt hoc ſtipendium † pro
neceſſaria miniſtri ſuſtentatione poſsit
licitè ab initio in pactum deduci, quia
pactū hoc non mutat naturā actus: velle
namque ſtipendium ſuſtentationis, non
eſt velle tēporale pro ſpirituali: ergo ex
pacto velle tale ſtipendium, non eſt ven-
dere ſpiritualia: ita Caietanus diſtinct. 3.
artic. in princip. ſequitur Soto vbi ſu-
prà, dict. quęſt. 6. artic. 1. poſteriori con-
cluſione, dicens, quòd poteſt ſacerdos
victus indigens, cùm ad ſeruitium Ca-
pellaniæ, aut Vicariatus conducitur pa-
ciſci de ſtipendio ſuſtentationis ſecun-
dùm loci, temporiſque diſpenſationem:
nam ſi ex rei natura ad diſpenſationem
miniſtri tali functioni mancipati, mo-
deratio huiuſmodi ſuſtētationis neceſſa
ria eſt, tunc ex natura rei nulla emergit
ſimonia: contrarium tamen ſentire vi-
detur ſanctus Thomas in loco ſuprà ci-
tato, dicens, ita demum procedere præ-
fatam concluſionem ſecundam, de qua
agimus, vt ab inuitis non exigatur præ-
dictum ſtipendium pro ſuſtētatione mi-
niſtrātium per ſpiritualium ſubtractio-
nem, quæ ſunt exhibenda: hoc enim ha-
beret quandam venditionis ſpeciē, gra-
tis tamen ſpiritualibus priùs exhibitis,
licitè poſſunt ſtatutæ & conſuetę obla-
tiones, & quicumque alij prouētus exi-
gi à nolentibus, atque valentibus ſolue-
re, authoritate ſuperioris interueniente:
idem propè probare videtur Caietanus
in Summa, verbo, ſimonia. in 4. regula,
dicens, quòd licèt hoc licitum ſit, quia
tamen habet ſpeciem mali, & prohibi-
tum eſt regulariter ex iure poſitiuo pa-
ciſci in huiuſcemodi, ideò non eſt fa-
ciendum. Et Silueſter, verbo, ſimonia.
nume-

Ayuntamiento de Madrid

numero 9. verſiculo, tertium.

Hoc autem diſcrimen fœdere diſtinctionis componit idem Caietanus ſuper D. Thom. vbi ſuprà, in 2. dubio. in verſic. ad euidentiam, hoc modo, nempè, quod ſuſtentationis ſtipendium, quod ſuperioris authoritate decretum eſt, poteſt ſacerdos, ſiue pauper, ſiue diues, percipere: quando verò eiuſmodi ſtipendiũ non eſt lege conſtitutum, ſed priuata conuentione conſtituendum, tunc pauper paciſci de illo poteſt, diues verò minimè: quoniam cùm aliunde ſibi ſuſtentatio ſuppetit, indicium eſt conuentionem facere, nõ pro ſuſtentatione, ſed pro operarum mercede, atque proinde conuincitur quòd mendax eſt Eandem diſtinctionem probare videtur Nauar. vbi ſuprà, num. 101. in princip. dicens, non eſſe ſimoniã, dare, vel accipere quid pro ſuſtentatione miniſtri, & quod hoc procul dubiò procedit in ſuſtentatione neceſſaria quoad vtrumque forum, & etiam in non neceſſaria quoad forũ conſcientiæ, quia licèt diuites accipiẽtes pro illa, præſumi poſſit eã admittere, ſcilicet, ſimoniã, verè tamen nõ admittunt, ſi nõ accipiunt pro pretio, vel cauſa principali, & immediata ſuæ actionis ſpiritualis, per prædicta. Eandẽ diſtinctionẽ Caietani expreſsè probauit Cordub. in dicta quæſtione 27. ſuæ Summæ, in verſic. lo tercero. quamuis idem Cordub. in dicto lib. 1. ſui quæſtionarij, quæſt. 4. pag. 69. verſic. in omnibus, aliter referat Caietanũ vbi ſuprà: ſed re vera Caietanus tenet quod prædixi. Nihilominùs tamen Soto vbi ſuprà, vt vidimus, præcedentẽ ampliationem, de qua ſuprà num. 7. indiſtinctè probat aduerſus Caiet. nẽpe, vt ſacerdos, ſiue pauper, ſiue diues, poſsit paciſci de illo ſtipendio ſibi præſtando. Nam ſi ex rei natura ad ſuſtentationem miniſtri talis ſuſtentationis moderatio neceſſaria eſt, tunc, vt eſt prædictum, ex natura rei nulla emergit ſimonia, atque ideò, nec ex qualitate ſacerdotis creatur: intentionis namque Deus ſolus ſcrutator eſt. Hęc ſunt quæ in præſenti articulo Doct. præfantur: quid tenendum?

8 Ego, ſalua cenſura ſacroſanctæ matris Eccleſiæ, meliuſque ſentientium, exiſtimarem, hoc ſtipẽdium, quod pro ſuſtentatione miniſtri neceſſariũ eſt, quando authoritate ſuperioris, vel conſuetudinis conſtitutum, ac taxatum nõ eſt, licitum eſſe in pactum deduci, dummodo moderatè exigatur: nam ſi immoderatè ab inuitis exigeretur, iã exactio huiuſmodi ſaperet auaritiam: quia licèt cauſa, ob quã exigitur, licita ſit, vt in 1. concluſione, exceſſus à debito, boni viri arbitrio iudicãdo eſſet iniuſtus: & hoc caſu verificari, & habere locum poterunt verba Concilij ſuprà relata, ibi, In primis, quod ad auaritiã pertinet, cuiuſuis generis mercedũ cõditiones, pacta, &c. Nam verba illa, Cuiuſuis generis mercedum conditiones, pacta, &c. etſi generalia ſint, videanturq; omnes pactiones cuiuſuis generis mercedum comprehendere, vt Epiſcopi eas prohibere, ac è medio tollere tenẽatur, moderari, ac interpretari iure debent ex verbis præcedentibus, nempè quando in prædictis conuentionibus auaritia intercedit, ſicut in preſenti ſpecie, de qua agimus, adeſſe videtur, nempè cùm plus debito in pactũ deducitur: quare id minimè licebit: quoniam prædicta, & ſimilia, à ſimoniaca labe, vel certè turpi quæſtu non longè abſunt, vt inquit Concilium. Non obſtat doctrina S. Tho. ſuprà in contrariũ relata, quia loquitur, quando authoritate Eccleſiæ, vel conſuetudinis, certum ſtipendium pro ſuſtentatione miniſtrorũ ſtatutum eſt: nos verò agimus, quando nullum. Præterea, etiam in caſu S. Tho. ſi deſit intentio emẽdi, vel vendendi ſpiritualia, ſi in pactum ſtipendium debitũ deducatur, nõ erit ſimonia, ſed licitum, vt ex infrà dicendis apparebit.

9 Si verò in hac ſpecie ſtipendiũ nõ ſit neceſſarium pro ſuſtentatione miniſtri, quia ipſe aliundè congruam habeat ſuſtentationẽ, diueſq; ſit, verius eſſe dijuco, non poſſe in pactũ deduci, atq; ab inuitis exigi per ſpiritualium ſubtractionem, ob auaritiam, quæ nunc in foro ſeculari prę́ſumeretur: & in hac ſpecie videtur



Ayuntamiento de Madrid

detur etiam loqui,& habere locum Concilium Tridentinum vbi ſuprà : quamuis exiſtimem adhuc ſimoniam verè nõ cõmitti hoc caſu, ſi aliud fiat à miniſtris diuitibus,ſi id nõ accipiãt pro pretio,vel cauſa principaliter, & immediata ſuæ actionis ſpiritualis,atq; proinde licitum eſſe in foro conſciẽtiæ, dũmodo immoderatũ non exigãt,vt reſoluunt Nauar.& Cordu. vbi ſuprà: & ꝙ non interueniat ſimonia hoc caſu, probatur ex ratione Soti iã ſuprà relata:& prętereà id innuit ſacrũ Concilium Trident. vbi ſuprà,dũ loquens in his pactionibus, & ſimilibus, iubet eas tollere, ac prohibere ob auaritiam, non verò expreſsè eas ſimoniacas eſſe affirmat,quamuis dicat non longè à ſimoniaca labe abeſſe, vel certè turpi quæſtu, quaſi certius ſit, eas non eſſe ſimoniacas. Quare etſi ex ea parte, qua ſimonia deficit, licita videtur prædicta pactio; ex cauſa tamen auaritiæ,ac proximitate turpis quæſtus permittenda non eſt, vt ſenſit Caietan. in dicta 4.regul. & in terminis tenet beatus Antoninus in 2.parte ſuæ Summæ, titu. 1.capitul.5.§.16.& Silueſt.in Summa. verbo, ſimonia.numero 9. verſicul. tertium. & Selua in tractatu de benefic.1.part.quæſtione 7.numer.56.volumine 15.tractat. diuerſorum Doctorum.folio 28.quamuis Soto vbi ſuprà, conſiderans tantùm defectũ ſimoniæ, non verò interuentũ auaritiæ,& turpis quæſtus proximitatẽ, aliud exiſtimauerit,vt eſt prędictum:ipſius tamen in hoc ſententia ſaluari poterit in exẽplo, quod ibidẽ fingit, ad quod ipſa reſtringi videtur,nempè, in ſacerdote, qui ad ſeruitiũ conducitur Capellaniæ, aut Vicariatus: hic namq;, ſiue pauper,ſiue diues ſit, alia ratione poterit iuſtè paciſci de iuſto ſtipendio, vt latiùs infrà in tertia concluſione dicetur.

10 Si autem ſtipendiũ ſuſtentationis miniſtrantium certum, ſtatutum, ac taxatum ſit authoritate ſuperioris, vel conſuetudinis, tunc poteſt in pactum deduci à ſacerdote paupere,vel diuite,vt conſtat nuncupatim ex Caieta. vbi ſuprà in d.2.dubio.in verſ.ad euidẽtiam: id quod fortiùs fatetur Soto vbi ſuprà, atq; probat Antonius à Cordub. etiã vbi ſuprà, & in foro conſcientiæ tenet Nauar. vbi ſuprà, quando illud non accipitur pro pretio,vel cauſa principali, & immediata ſuæ actionis ſpiritualis: quo caſu limitanda videtur ſententia S. Thomæ vbi ſuprà, vt ex eodem colligitur: loquitur enim, quando ab inuitis exigitur prædictum ſtipendium per ſpiritualiũ ſubtractionem,quæ ſunt exhibenda, quia hoc haberet quandã venditionis ſpeciẽ: deficiẽte igitur intẽtione emẽdi,vel vendendi, quæ colligitur ex inuolũtaria omninò prętia exactione, per ſubtractionem ſpiritualiũ aliàs expreſſè obiectã, licitè poterit in pactionẽ deduci præd.ſtipendiũ lege vel conſuetudine taxatum, ſiue miniſter pauper, ſiue diues ſit,per ſupra-
11 dict. ¶ Superiora oĩa dicta in hac ſecũda concluſione, intelligenda ſunt in ſacerdote, qui ex officio ad id nõ eſt obligatus: ſecùs verò erit in illo, qui ad id tenetur, vt eſt parochus: is nãque nõ poteſt à ſuis ſubditis hoc exigere, nec etiam pro ſumptu aliquid ab eis accipere ſine ſimonia, pro quocunq; ſpirituali, vt in.c.vendentes.1.q.3.ab alijs autẽ bene poteſt: ita Angel.in Summa.verb.ſimonia.num.6. Verùm hoc ſubintelligendũ eſt exigendo, quia bene poteſt recipere quod ſibi offertur, dummodo nõ exigat: ita Summa Armil.verb.ſimonia.nu.9.

Quoad tertium, reſpectu mercedis pro operis locatis, & labore, dicendum eſt, quòd etſi plures Doctores, præcipuè Iuris Canonici profeſſores, teneãt, quòd liceat pro labore adminiſtrationis Sacramentorum de pretio paciſci, iuxta doctrinam Apoſtoli in ſuperioribus allegatam, cui conſonare videtur Canon vltimus. 1. quæſtione 2. vbi aſtruitur, quòd clerici ſtipendia accipere poſsint iuſtis laboribus merita: id quod in Euangelio probari videtur, vbi Chriſtus ait: Dignus eſt mercenarius mercede ſua: verior tamen, communis, & tenenda eſt doctrina bimembris, nempè quod
12 labores † & operæ aliæ ſunt comitantes Sacramentum, atque ipſi intrinſecæ,



Ayuntamiento de Madrid

putà Miſſæ celebratio, aut baptizandi opus, aut quæuis alia Sacramenti applicatio, officium diuinum, vel mortuorũ, prædicatio, olei ſancti, vel chriſmatis confectio, benedictio nubentium, & ſimilia: pro his enim non eſt licitum paciſci, quia principale eorum eſt ſpirituale, & acceſſorium temporale, hoc eſt, labor, ac proinde quicquid temporale in iſtis interuenerit, æſtimatur interuenire ratione ſpiritualis, non aliàs, & ideò eſt illicitũ: & de his Auguſt. qui ſuprà, mercedem diſpenſationis à Domino recipiant: perinde enim eſſet, ac ſi reciperetur pro gratia Sacramenti, quia baptizatio, & Baptiſmus, pro eodem reputãtur, ſicut Miſſa, & celebratio Miſſæ, quamuis hoc caſu oblata pro ſpiritualibus poſsit ſacerdos acceptare, etiam cũ intentione non proſequendi, niſi talia ſibi darentur, quibus ſuſtentatur, dummodo nihil paciſcatur, aut exigat ante ſpiritualium exhibitionem, vt cum Rayner. tenet Silueſter vbi ſuprà.

Aliæ verò ſunt operæ antecedentes Sacramentũ, atque illi accedẽtes, prout eſt obligatio ad celebrandum Miſſam in tali loco, toties in hebdomada, tali hora, & huiuſmodi, vt contingit in capellanis, vel alijs clericis ad ſeruitium parochiæ conductis, cum obligatione his, aut illis diebus celebrãdi, confeſsionesque audiendi, quorum principale reſpectu laboris eſt temporale: pro his autem licitum eſt paciſci, atque eas operas locare ſtato pretio, ſicut poſſet ſacerdos pro itineris labore pretiũ exigere, quoties è longinquo accerſitus eſt, vt infirmi audiat confeſsionem, vel Miſſam celebret, & in ſumma, illa, in quibus principale quæſitum eſt temporale, poſſunt ſub pacto poni: illa autem in quibus principale quæſitum eſt ſpirituale, minimè, quia acceſſorium ſequitur principale: itaque non æſtimatur vtrobique acceſſorium, ſed concurrit concomitanter ad principale: ita tenet, & latè probat Caiet. vbi ſuprà, vtrobique: & Soto. d. libro 9. de iuſt. & iur. q. 6. art. 1. Nauar. d. manual. c. 23. num. 101. verſ. decimo. ibi, Idem dicendũ, & in verſ. addo. & hęc eſt doctrina communis verior, & ſecurior, quã frequentiores ſequuũtur, ſecundũ Ant. de Cord. vbi ſuprà. d. q. 27. in verſ. lo ſegundo. adde. l. 3. verſic. la tercera. titul. 17. part. 3. & iuxta prædictam diſtinctionẽ exiſtimo intelligẽdum eſſe præfatum Concil. Trid. decretum nempè, vt eas conditiones, atque pactiones mercedũ nõ tollat, quæ ratione principalis tẽporalitatis, nempè maioris laboris apponuntur, cum hæ licitæ ſint, vtpote auaritiam, nec ſimoniam, aut turpe lucrum ſapiant: ſed tantũ illas, quæ circa principale ſpirituale, ſiue pro labore intrinſeco miniſtrationis Sacramentorum, vel pro ſtipendio immoderato, vt prædiximus, ineuntur: in his etenim cuiuſcunq; generis ſint, ſimonia, aut ſaltim turpis quæſtus, vel auaritia intercedit, ideò Epiſcopi eas tollere, ac prohibere tenentur.

13 Ex ſupradicta reſolutione iam clarè deducitur, non eſſe ſimoniam dare, vel accipere temporale alia ratione, quàm pro pretio quęrendi ſpirituale, putà pro ſuſtentatione miniſtri, vel pro liberalitate, vel eleemoſyna, vel pro ſolutione obligationis, legis, vel cõſuetudinis, vel ex legato, vt tenet Nauar. vbi ſuprà, dicto num. 100. verſic. quarto. & in num. 101. in verſ. nono. vbi quòd largiri eleemoſynã pauperi, vel ſacrifico pro Miſſa, vel orationibus, non eſt ſimonia, niſi pro pretio, & animo illa emendi daretur: & alia huiuſmodi addit Corduba etiam vbi ſuprà.

14 Secundò infertur, quòd Epiſcopi, clerici, monachi, & monachæ, ſiue ſint pauperes, ſiue diuites, ſiue proprij, ſiue alieni, ſine peccato accipere poſſunt portiones, eleemoſynas, & ſtipẽdia, quæ pia conſuetudine, aut lege naturali, diuina, aut humana iuſta, ijs qui tale vel tale opus ſpirituale faciunt, debẽtur, nõ quidẽ pro pretio, & cauſa principali immediata eorũ, nec laboris, qui in opere ſuſcipitur, ſed tanquam pium debitũ, vel ex cauſa excitatiua, & min⁹ principali, per ſupradicta, & per cap. ſignificatum. de præbend. ita Nauarr. vbi ſuprà dicto nu. 101.

Ayuntamiento de Madrid

nume.101.verſiculo nono. & verſi ulo
decimo.in fine.
15 Sin auté teneretur celebrare, vel exe-
quias, aut alia officia facere, non poſſet
pro eis aliquid exigere, alias cómitteret
ſimoniam, vt in.c. vendentes.1.q.3. per
qué ita tenet Rayn. & eũ refert Silueſt.
in Summa.verb.ſimonia.nu.9.verſ. ter-
tium. & Selua de benef. vbi ſuprà.d.nu.
16 56.poſt Archiep.Florét.qué refert: † gra
tis tamé oblatũ recipere rectè poſſet, ex
ſupradictis. Et quia ita etiam videmus,
quòd licèt paroch⁹ pro benedictione nu
ptiarum prohibeatur aliquid exigere,
ſponte tamen oblatum recipere poteſt,
vt tenet Selua vbi ſuprà,nu.54. addès cũ
Guillelm.& Archiep.Florent.quòd ſi ſa
17 cerdos,ad quem ſpectat benedictio † nu
ptiarum,nolit dare licétiam alteri ſacer-
doti, quòd benedicat nuptias, niſi pro
pecunia,ſi quidem non intendat vende-
re licentiam benedictionis,ſed prouide-
ri ſibi de portione oblationis eidem con
tingenti,non eſt ſimonia:ſi tamé ex cer-
ta ſcientia maiorem exigat ſummã, quã
præſumatur debere valere portio eidem
contingés,meritò præſumi poteſt,quòd
ipſam licentiam védere voluit.Similiter
18 etiam, etſi pro baptiſmo † non ſit dãda,
nec exigenda pecunia pro adulto bapti-
zãdo, quia per contritionem poteſt ſal-
uari, vt in.c.baptizandis.1. q.1. & in.c.
non ſatis.de ſimonia.per quę iura ita te-
net Selua vbi ſuprà , nu.55. niſi pro pue-
19 ro, quãdo † non eſt alius qui poſsit eum
baptizare, quia tunc licitè datur peten-
ti, & non aliàs violenti baptizare,ad re-
dimendam vexationem, vt cum Palud.
tenet Summa Ang. verb. ſimonia.2.nu.
12.& Armil.verb.ſimonia.nu.29.tamen
ſi gratis offeratur poſteà,maximè ſtante
conſuetudine,credo licitè id recipi poſ-
ſe, non quidem pro pretio, ſed gratuitò
* in beneuolentiam, ex ſupradictis. * Se-
quitur theſaur. Chriſtian.relig. cap. 62.
num.8.cum ſequent. & probatur in l.3.
verſ.*pero ſeys maneras*.ibi,la primera,&c.
tit.17.part.1.vbi Gregor.Lopez in gloſ.
*de ſu voluntad*. plura iura & Doctores ad
hoc citat.Adde Concilium Toletanum
XI.capit.8. cuius literam refert Alfon-
ſus à Caſtro libro 13. aduerſus hæreſes.
capitul. de ſimonia.columna 2. in prin-
cipio. *
20 Tertiò infertur, quòd licèt oratio,
prædicatio,laus diuina, ſint actus maxi-
mè ſpirituales, vt conſtat, nihilominùs
ad impetrandum orationum ſuffragia
pecunia dari poteſt ſanctis viris, ſecun-
dùm illud Lucæ 16.Facite vobis amicos
de mammona iniquitatis: prædicatori-
21 bus etiam † ſpiritualia ſeminãtibus tem-
poralia debetur ſecundùm Apoſtolum
1. ad Corinthios, capit.9.ad ſuſtentatio-
nem prædicantium,non autem ad emen
dum prædicationis verbum. Celebran-
tibus etiam diuinas laudes in Eccleſia-
ſtico officio, & proceſsiones † facienti-
22 bus aliquid dari poteſt, & quandoque
annui reditus ad hoc aſsignantur, non
quaſi pretium, ſed quaſi ſuſtentationis
ſtipendium:hęc namque licent,dum ta-
mé deſit animus emédi, ſed per gratuitã
beneficentiam concedantur,prouocan-
do pauperum animos, vt pro eis gratis,
& ex charitate orant: ſuperiora autem,
23 ſi pacto † interueniente fieret, aut etiam
cum intentione emptionis, vel vendi-
tionis,ſimoniaca eſſent,vt optimè dedu-
cit ſanctus Thomas 2.2. quæſt.100.ar-
tic.3.ad 2. idem in 4.ſent.diſtinct.25.ſe-
quitur Selua vbi ſuprà, nu.50. 58. & 59.
Armil. aurea verbo, ſimonia. nu.19. Ex
quo infert S.Thom. vbi ſuprà, illicitã
24 eſſe ordinationem Eccleſiæ, qua † ſta-
tueretur, quòd non fieret proceſsio in
funere alicuius, niſi ſolueret certam pe-
cuniæ quantitatem, quia per tale ſtatu-
tum præcluderetur via gratis officium
pietatis aliquibus impendendi:licita au-
tem magis eſſet,ſi ſtatueretur,quòd om-
nibus certam eleemoſynam dantibus ta
lis honor exhiberetur. Prima enim ordi
natio ſupradicta habet ſpecié exactio-
nis: ſecunda verò ſpeciem gratuitæ re-
compenſationis: quod ſequuntur com-
muniter Doctores, vt affirmat Cordub.
lib. 1. quæſtionum,quæſt.4.pag.68.col.
2.verſ.quartò probatur.
25 Quartò infertur, quòd locatio ope-



Ayuntamiento de Madrid

rarum locũ habet in illis exercitijs ſpiritualibus, quæ principaliter ſunt corporalia, prout eſt obligatio exercẽdi munus Vicarij Epiſcopi, vel Parochi, vel Capellani, vel concionatoris per vnum annum, menſem, aut hebdomadam, ſecundùm Innocent. receptũ in cap. quoniam. ne præla. vices ſuas. tenet etiã Caietanus in ſua Summa, verb. ſimonia. in 6. regula, vbi idem eſſe aſſerit in officio iudicis, Doctoris etiam in Theologia, & alijs huiuſmodi, quibus debentur certa ſtipendia, & quod poſſunt in iſtis interuenire conuentiones, ac pacta de quantitate ſtipendij, quia de corporali, ac venali opere pactio fit, nõ de ſpirituali iuſtitia, veritate, &c. & Nauar. dict. c. 23. num. 101. verſic. 10. ad finem.

26 Quintò infertur, ſimoniacũ eſſe ſoluere aliquid cõbeneficiarijs in electione, præſentatione, nominatione, inſtitutione, confirmatione, collatione, vel alia prouiſione, ſeu admiſsione ad poſſeſsionem alicuius Cathedralis Eccleſiæ, vel beneficij, Canonicatus, vel præbẽdæ: ad quod tamen non poteſt cogi, vt in cap. Iacobus. de ſimon. & in cap. ex multis. 1. quæſt. 3. etiã ſtante conſuetudine, ſi dandum vertit in priuatum commodum, quale eſt prandium, aut pretium eius: ſecus ſi pro fabrica, pauperibus, vel alio pio opere, vt tradit Hoſtienſ. & Panormitanus communiter receptus in dicto cap. Iacobus. de ſimon. numer. 2. & 3. & ibi Ioan. de Anani. num. 3. & 4. & Aegidius conſil. 31. Angelus in Summa, verb. ſimonia. 2. verſic. pone quod ſtatuto. numero 5. ſum. Armil. verb. ſimonia. num. 24. Silueſt. in Summa, verb. ſimonia. numero 8. col. 1. & nu. 13. colum. 2. Quod intelligit Abb. vbi ſuprà, quãdo ſtatutũ imponit onus præbendæ in fauorẽ diuini cultus, vt in. c. ſignificatũ. de præben. & in. c. vnico, vt Eccleſ. benefic. ſecus ſi tale onus imponat recepto, vel recipiendo, etiã pro eis, quæ ad Dei cultũ pertinent: nã tunc nõ valet eſſe ſine ſimonia: quã opin. ſeq. Sũmiſtæ ſuprà allegati, tametſi contrariã nõ damnẽt, nec eſſe dãnandã affirmat Armil. vbi ſup. & ſupradicta indiſtinctè approbauit ſanct. Concil. Trid. ſeſs. 24. c. 14. in decret. de refor mat. vbi ampliùs deteſtatur, atque pro-

27 hibet, tolliq; iubet † ab Epiſcopis conditiones, nempè ad partem prouentuũ, ſeu ad diſtributiones quotidianas, ſeu deductiones ex fructib⁹, ſolutiones, promiſsiones, compenſationes illicitas, aut etiã quæ in aliquibus Eccleſijs dicuntur turnorũ lucra interponi conſueta, atq; ingreſſus eos, qui ſimoniacæ labis, aut ſordidæ auaritiæ ſuſpicionẽ habent, nõ obſtãtibus conſtitutionibus, ſiue conſuetudinib⁹ ſuper prædictis, illis tantũ, quas vt laudabiles Epiſcopi probauerint exceptis, reliquas, vt prauas ac ſcãdaloſas reijciãt, & aboleãt: contrauenietes autem cõprehenſis in præfato decreto, pœnis

28 cõtrà ſimoniacos editis † teneri decreuit. Circa cuius decreti intelligentiã putat Nauar. d. c. 23. nu. 101. verb. vndecimo, non poſſe nunc capi pro rebus pijs, quod cõſueuit capi pro commodo proprio, quia nõ erat cõſuetudo, vt pro illis caperetur, & id quod pro cõmodo proprio capiebatur, ſublatũ eſt: & iure communi etiam pro illis non debet capi. d. cap. ex multis. quod verum videtur.

29 Circa verò conſuetudinẽ, & cõſuetudines quarundã Eccleſiarũ, tam Cathedraliũ, quã Collegiatarũ, & parochialiũ, vt noui reſidẽtes non lucrentur fructus primi, ſecũdi, vel aliorũ annorũ, vel certam partẽ eorũ, ſed ꝙ cæteris antiquioribus beneficiatis accreſcant, extat nouiſsim⁹ motus propri⁹ Pij V. anno 1570. pridie Calend. Iulij latus in executionẽ, & declarationem præfati decreti Concilij Triden. quo ſanctiſsimè reuocantur prædictæ conſtitutiones, ac etiã conſuetudines immemoriales, & ſeuerè præcipitur, vt omnes, tam noui, quàm antiqui beneficiati reſidentes æquo iure, pariterque fructus lucrentur, reſpectiuè à tempore, quo Eccleſijs inſeruire inceperint: quorum quidem decreti Concilij Tridentini, & Motus proprij vigore iam vidi in quadam Eccleſia Cathedrali huius Regni ſublatas fuiſſe à ſuo Prælato ſimiles conſtitutiones, atque cõſuetudinem

Ayuntamiento de Madrid

dinem immemorialem,& præceptũ Capitulo,vt Canonici noui reſidentes, ſtatim fructus ſuarum præbẽdarum lucrarentur, ſicut antiqui, ita vt nihil eiſdem virtute dictæ conſuetudinis,ac conſtitutionũ dictæ Eccleſiæ auferretur,ſed integrè perſolueretur: cui mandato ſe Capitulum oppoſuit,atque pręfatam conſuetudinem, & conſtitutiones obſeruari ſolitas à tempore immemoriali deduxit; atque vt in poſterũ obſeruarentur, petiuit,nihilominus Epiſcopus,quod prędixerat,exequi iuſsit,ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ:à quo cum Capitulum appellaſſet, atque ad Regiã Cancellariam Valliſoleti per modum violentiæ perduxiſſet,remiſſa cauſa fuit ad eũdem Epiſcopum,atque declaratum, eum vim minimè inferre Capitulo in nõ deferendo ſuæ appellationi: tandem res ad executionẽ perducta fuit, atque nũc ita obſeruatur aduerſus præfatas conſuetudines, & conſtitutiones dictæ Eccleſiæ.

30 At cùm in hac alma Eccleſia Ciuitatenſi idem penè quod in illa à tempore immemoriali per conſtitutiones eiuſdẽ Eccleſiæ obſeruatum eſſet, hoc excepto, quòd fructus primi anni, qui auferuntur primis reſidentibus,& inter antiquos diſtribuuntur, reſeruãtur totidem eiſdem primis poſt mortem eorũ, pro ſolutione debitorum & funeralium, dubitatũ tamen vehemẽter fuit in noſtro inſigni atque antiquiſsimo Capitulo Ciuitatẽſi,vbi inſignes literarũ ſcientia viri ſunt præbẽdati, an cũ bona conſciẽtia id fieri,atq; obſeruari poſſet? Reſolutũ fuit, nõ poſſe niſi à ſummo Pontifice noſtræ conſtitutiones approbarentur, eo quòd dici non poſſet auferri quod differtur, ſicq; decreuimus, vnum è nobis Romã mittendum, vt impetraret,qui relatione facta ſummo Pontif. Greg. XIII. atq; ſupplicatione eidem porrecta negotium remiſit ad Reuerend. Cardi. ad declarationem dubiorũ circa decreta Concil. Trident. contingentiũ deputatorũ, in quorũ congregatione eodem ventilato,atq; rectè perſpecto,vnà cũ conſtitutionibꝰ huius Eccleſiæ* ſuper prima & vlteriori bus reſidentijs diſponentibus*, ibidẽ authenticè productis declaratum fuit per eoſdẽ Reuerẽdiſsimos interpretes, præfatũ motũ propriũ Pij V. * & capit. 14. ſeſs. 24. Concil. Trid.* minimè eſſe contrariũ conſtitutionibus huius Eccleſiæ Ciuitatenſis: ea nẽpè ratione, vltra alias, quia quod differtur,non aufertur, & ita cum ſecuritate conſcientiæ virtute dictæ declarationis hodie conſeruamus prædictam conſuetudinem, & conſtitutiones huius Eccleſiæ.

31 Solent etiam ex conſuetudine immemoriali, & conſtitutionibus eiuſdem Eccleſiæ,nouiter recepti in eadem, ſoluere fabricæ illius duodecim aureos pro ſingularum prebendarum receptione: hæc conſuetudo valida eſt,& ſeruanda, nõ ſolùm iure communi, de quo in dict. c. Iacobus, ſed etiam attento præd. decreto Concil. Trid. quatenùs mandat obſeruari conſuetudinem, qua aliquid huiuſmodi in pios vſus conuertitur, & ita inuiolabiliter obſeruatur, & iuſtiſsimè: quia fabrica huius Eccleſiæ admodum egens eſt, ita vt niſi è noſtris præbendis quotannis eidem plurimum præſtemus, adhuc onera conſueta & neceſſaria ſupportare vix poſsit, atque ob id annuis redditibus onerata eſt.* Et quòd prędicta conſuetudo ſit valida,& ſeruãda, tenet expreſsè Hoſtienſ. in Summa de ſimon. §. qualiter. columna 3. & eum refert & ſequitur Gregorius Lopez in l. 15. in gloſſ. por premia, titulo. 17. part. 1. loquentes in conſuetudine, quòd Canonicus de nouo receptus debeat cappã facere, vel dare fabricæ Eccleſiæ certam quantitatem pecuniæ, vel luminarijs, vel alijs, quæ ad diuinum cultum pertinent, per text. in. c. ad Apoſtolicam, de ſimon. & c. ſignificatum, de præb. & c. fin. de his, quæ fiunt à maiori parte cap. cum ſimil. Vnde cõſuetudo, quæ in hac Eccleſia viget vigore cõſtitutionis eiuſdem, quòd Epiſcopus nouiter receptus det fabricæ eius cappam, valida & ſeruanda eſt, per prædicta, & ita iam obtinui in contradictorio iudicio, & executum fuit.*



Ayuntamiento de Madrid

32 Vltimò, pro complemento huius capitis examinanda reſtat illa quæſtio, an ſacerdos qui aliquam pecuniæ quantitatem accepit, per ſe, vel per alium, pro dicendis Miſsis, vel vt eas faciat dici per alios ſacerdotes, ſi eas celebrari faciat per alios minori pictãtia, an poſsit iuſtè ſibi retinere reſiduum eius, quod ſibi datũ fuit, ſine peccato, & reſtitutione? Videtur enim hoc minimè poſſe, quia ſibi ob eam cauſam datur: ergo quod ſupereſt, domino reſtituere tenetur: & ita tenet Maior in 4. ſent. d. 45. q. 3.

Contrarium tamen probauit Dominicus à Soto libro 9. de iuſtitia & iure. quæſt. 3. artic. 1. verſic. ſed hoc prætereà, dicens, quòd paſtor, qui curam animarũ habet, cuiq; ſubinde ex officio incũbit huiuſmodi functio, poteſt ex pictantijs portiunculam ſibi vſurpare, imminutaſque mercenario porrigere. Nam ſi re vera iuſtum ſtipendium mercenario relinquitur, non fit illi iniuria, quandoquidẽ pictantię omnes parocho conferuntur, qui ſubinde, vt Miſſarũ debitor, quo potuerit honeſto ſtipendio, poteſt mercenarios ad eas celebrandas conducere.

Sed in hoc, meo iudicio, verius videtur tenendum, quòd nec habens curam animarum, nec eam nõ habens, reſiduũ ſibi retinere poſsit, aliàs peccet, & ad reſtitutionem teneatur, niſi quando ex lege, vel conſuetudine, vel ex voluntate, ſaltim tacita, commendantium Miſſas, dantiumque maiora ſolito ſtipendia taxatum, vel ordinatum eſt aliquod præmium, vel aliqua pars illorum pro cura, & induſtria, quam ei rei impendit, aliàs ſecus, vt in terminis tenet Nauar. in manual. cap. 25. nume. 91. & optimè probat Anto. à Cordub. lib. 1. quæſtionar. quæſtione 3. in 5. dubio.

Quod primò probat, quia curat⁹ pro ſua cura in hoc, & alijs pertinentibus ad ſalutem ſubditorum, iam aliàs ſufficiens habet ſtipendium in decimis, primitijs, & alijs particularibus redditibus ſui beneficij: quòd ſi non ſit proprius beneficiatus, ſed ſubſtitutus, idem eſt iudicium, quia ei curatus decenti ſtipendio prouidere tenetur: quòd ſi certo ſalario ſit cõductus, iam nihil amplius pro ſuo miniſterio debito exigere, nec accipere poteſt, ſicut nec curat⁹ principalis; ad omnia enim ſupradicta ratione ſui muneris tenẽtur, ac proindè nihil pro his exigere poſſunt, ſecundùm omnes Doctores, vt tangit S. Tho. 2. 2. quæſt. 100. art. 3. & ſuprà eſt dictum: deficiẽte ergo lege, vel conſuetudine, vel ſaltem tacita volũtate commendantiũ Miſſas, vt aliquid pro huiuſmodi ſpeciali cura eas faciendi dicere curatus, vel eius ſubſtitutus, ſibi aliquid retineat ex pictãtijs ſibi datis, cum ipſæ dentur ſolùm pro ſtipendio ſuſtentationis celebrãtis, nullo iuſto titulo poteſt de illo ſtipendio ſibi quicquam accipere, vel retinere: quare tenetur totum dare celebrantibus, aut reſiduum reſtituere dãtibus, niſi illi omninò liberaliter remiſſerint, quod in dubio nõ præſumitur, vt in l. cũ de indebito. ff. de probat.

Secundò, quia ſi aliud diceremus, abſurdum ſequi poſſet, quòd curatus poſſet ditari, innumeras Miſſas congregando, pro quibus abundãtia ſtipendia aſsignata ſunt, faciẽdo eas celebrari ab alijs pro minutis ſtipẽdijs, & reſiduũ ſibi reſeruando, ac retinendo, quod eſſet turpe lucrum, & ſcãdaloſum ſimul atque magna auaritia, quam abhorret ſacrũ Concilium Tridentinum, vt ſuprà vidimus.

---

## *SVMMARIVM.*

1 *Parochi tenentur in Dominicis, & alijs feſtiuis diebus, ſuis ſubditis Miſſam celebrare, eiſdemque quocumque tempore opus, ac petitum fuerit, Sacramenta Eccleſiæ miniſtrare, & nu. 3. ſed in priori dicto ſtandum eſt conſuetudini, vt in nu. 32.*

2 *Ius parochiale in quibus conſiſtat.*

4 *Sicut Eccleſia honorat ſuos parochianos, donis coeleſtibus eos ditando, &c. ita videtur, vt ipſi teneantur in ea diuinis officijs, Dominicis, & alijs feſtiuis diebus aßiſtere.*

5 *Alieni parochiani, qui proprio contẽpto parocho ad aliam Eccleſiam accedunt ad Miſſã audiendam in Dominicis, & alijs feſtiuis diebus,*

Ayuntamiento de Madrid

diebus, eijciendi ſunt ab Eccleſia, & ſacerdos admittens eos, cōmittit quodāmodo furtum, & rapinam, vt in nu. 6.

7 Decretum de obſeruandis, & euitandis in celebratione Miſſæ, in princip. in verſ. moneāt. ſeſſ. 22. Concil. Trid. & c. 4. in decret. de reformat. ſeſſ. 24. eiuſdem Cōcilij allegatur, & declaratur nu. 33. & 34.

8 Parochiani an teneātur in Dominicis, & alijs feſtiuis diebus audire Miſſam in propria parochia, & nu. ſequent.

12 Ad Eccleſiam Cathedralem licitè poteſt quis accedere, ad rem diuinam audiendam, atque adimplet præceptum.

15 Proprius ſacerdos quando dicatur cōtemni, & num. 8.

16 Contēptus in quacunque præcepti materia, mortalem inducit culpam.

17 Contemnere idem eſt, quod alteri indignari, illumque conuitijs afficere.

18 Contemnere proximum, eſt peccatum mortale.

19 Miſſam audire non debet quis in oratorio priuato in ſolemnitatibus maximis, ſed in ciuitatibus, aut parochijs, vt hic.

20 Præceptum de audiendis Miſſis totis die Dominico, refertur, & nu. 21.

22 Epiſcopus ſicut non poteſt tollere, aut reſtringere ius commune, ita nec conſuetudinem generalem.

23 Audientes Miſſam fratrum Ordinum mendicantium in Dominicis, & alijs feſtiuis diebus, ſatisfaciunt præcepto Eccleſiæ, vt declarauit Leo X. & Pius Quintus, vt in nu. 34. quinimo conſuetudo eſt vniuerſalis de hoc, dict. nu. 23.

24 Epiſcopi non debent pati celebrari diuina in domibus priuatis, atque omninò extra Eccleſiam: hodie licet ex cauſa neceſſitatis, & cū licentia Epiſcopi, vt in num. 28. & 29. & oratoria ad diuinum tantùm cultum dicata ab eiſdem aſſignanda, & viſitanda, iuxta decretum ſancti Concilij Tridentini, & numero 25. niſi propter neceſſitatem in caſu à iure expreſſo, & nu. 26.

27 Ex priuilegio non licet facere ſacrum, niſi in loco decenti, vt hic.

30 Honeſtum eſt, vt parochiani in ſolennitatibus anni præcipuis ſuis parochijs interſint Miſſæ audiendæ.

31 Sacramenta nullo modo recipi poſſunt ab extraneo parocho, maximè à fratribus Mendicantibus, niſi cum licētia proprij parochi, præter Sacramentum pœnitentiæ, aliâs excommunicantur religioſi.

33 Parochiani tenentur à Parocho, vel alijs ſcire dies feſtos ex præcepto, ieiunia, cæteraque neceſſaria, vt ea obſeruent, aliâs peccabūt.

35 Feria ſexta in Paraſceue, non celebratur ſub poena peccati mortalis.

36 Quid in die Coenæ Dñi, & Sabbathi ſancti?

## CAPVT XXX.

### An vnuſquiſque teneatur in Dominicis, & alijs diebus feſtiuis, in propria Parochia rem diuinam audire, hoc eſt, Miſſam.

1 COnſentaneū, rationiq; ſatis conueniens videtur, vt quēadmodū parochi tenentur ſuis ſubditis, quorū decimas, oblationeſq; percipiūt, in Dñicis, & alijs feſtiuis diebus Miſſam celebrare, & quocumque tempore eiſdem Sacramenta Eccleſię, quoties opus, ac petitum fuerit, miniſtrare, vt in cap. 1. & per totum, de parochijs. tradit Rebuffus in praxi benefic. in titul. ſeculare beneficium quotuplex. numero 10. folio 8. ita etiam ſubditi in prædictis Dominicis, alijſque feſtiuis diebus ad propriam parochiam accedere pro re diuina audienda debeant, cùm correlatiuorum eadem ſit diſciplina, vt in l. vnic. C. de expreſſ. libro 11. cum ſimilibus. Hoc enim ius parochiale, ſiue ad Eccleſiæ
2 parochialis † rectorem pertinens, ſeptem modis conſideratur, in quibus ipſum conſiſtit, videlicèt, in audiēda Miſſa in diebus feſtiuis in parochia, vt in capit. vt Dominicis. de parochijs, in decimis, in oblationibus, in pœnitentijs recipiendis, in exhibitione Sacramentorum, in ſepulturis, in benedictionibus nubentium: ſed Abbas, & Cardinalis in rubr. de paroch. nu. 2. Sum. Ang. in verb. parochia. nu. 1. latè Rom. conſi. 356. circa primum. col. 1. Octau. Cache-



Ayuntamiento de Madrid

ran.deciſio.Pedem.99.num.2. nos quoque diximus in 8.noſtra allegatione.nu. 7.& ita parochi, qui curam habent ani-
3 marum, † ſacrum facere tenentur, quoties populus audire obligatur, vt docet Soto in 4.ſententiarum.diſtinctione 13. quæſtione 2. pagina 566. colum.1. Præterea paſtor, ſiue prælatus, curam debet habere, atque ideò rationem reddere ouium ſuarum:& ideò, ſi lupus oues comedit, & paſtor neſciat, nullam habebit apud Deum excuſationem propter negligentiam ſuam, quia ignorantia non excuſat prælatum in peccatis ſubditorum, vt in regula quamuis cauſæ. 10.in ordine, de regul.iur.& ibi gloſ. & Doct. Quomodò ergo parochus ſcire poterit, an ſubditi hoc præceptum Eccleſiæ adimpleant, atque obſeruent, ſi ipſi pro audienda Miſſa ad alienas parochias, vel alias Eccleſias pro libito accedere poſſint? Nonne hac facultate abutentes poterunt hoc præceptum violare, tempus, quo ſe huic diuino officio præſẽtes, dedito ſque ſe eſſe oportebat, ludis, alijſque otijs conſumendo, & ſic animam ſuam perdere, idque neſcire paſtorem? Si igitur hæc ignorantia parochum non excuſat, aut poterit ſubditos compellere, ipſique tenebũtur rem diuinam in propria parochia audire ſingulis Dominicis, alijſque diebus obſeruari ſolitis, in quibus ad id tenentur: aliter enim quomodo gregis ſibi commiſsi bonam rationem reddere poterit? aut liberũ eum a.b hoc iudicare debemus.

4 Vlteriùs, ſicut Eccleſia honorat parochianos ſuos donis cœleſtibus eos ditando, diuina Sacramenta pro tempore miniſtrando, ita videtur, vt parochiani teneantur in prædictis feſtis eidem debitum honorem, tanquam piæ matri præſtare, corporaliter in ea aſsiſtendo diuinis officijs, nõ verò deſertam relinquere. Denique, ſi Miſſam conuentualem ſubditi non tenerentur audire, cõtingere vel facillimè poterit, ipſos ignorare dies feſtos de præcepto Eccleſiæ obſeruandos, ieiunia, & excommnicationes, aliaque ſcitu neceſſaria, quæ in Parochijs Dominicis diebus publicantur, ſicque peccarent, quia prædicta neceſſaria tenentur ſcire.

Præterea, ſuperior ſententia probata videtur in cap. 2. de parochijs, & alien. paroch. vbi habetur, vt Dominicis, vel feſtiuis diebus presbyteri, antequã Miſſam celebrent, plebem interrogent, ſi alterius parochianus in Eccleſia ſit, qui proprio contempto presbytero, ibi velit Miſſam audire: quem ſi inuenerint, ſtatim ab Eccleſia eijciant: quorſum igitur ab Eccleſia eijciendi ſunt alieni parochiani, niſi vt in propria parochia Miſſam audiant? Tenentur igitur eam ibidẽ audire in Dominicis, & in alijs feſtiuis diebus, & oblationem facere, vt ex illo tex.notat Ioan.Andr.ibidem: quare ipſe ſacerdos, qui admittit parochianũ alienum ſupradicto caſu, cõmittit quodã-
6 modo † furtum, vel rapinam. argum.c. dudum.el 2.de elect. & tenetur reſtituere omnes oblationes perceptas ab eo, argumen.c.cum liberum. & in cap. in veſtra. de ſepult. prout exiſtimat in proprijs terminis Abb.in d.c.2. & Nauarr. in manuali materno, cap.21.nu.6.

7 Vltimò hæc pars probari videtur in decreto de obſeruand.& euitand. in celebratione Miſſæ, in prin.in verſic. moneant, ſeſsione 22.Concil.Trid. loquendo ordinarijs locorũ Epiſcopis his verbis: Moneant etiam eundem populum, vt frequenter ad ſuas parochias, ſaltim diebus Dominicis, & maioribus feſtiuis accedant, ibique ſubditur, poſſe Epiſcopũ authoritate Apoſtolica iubere circa hoc opportuna. Poterit igitur Epiſcopus ſub pœna excõmunicationis omnib9 ſuis ſubditis iubere, vt ſingulis Dominicis, & alijs feſtiuis diebus, quibus Miſſam audire iure tenentur, in proprijs parochijs eam audiant: & præterea idem caueri videtur in decret. de reforma. c. 4. ſeſsione 24. eiuſdẽ Concil. Trid. his verbis: Moneatque Epiſcopus populũ diligenter, teneri vnũquemq; parochiæ ſuæ intereſſe, vbi commodè id fieri poteſt; ad audiendum verbum Dei, ſicque ex præfato Concil. Trid. ſublata videtur

Ayuntamiento de Madrid

tur conſuetudo vniuerſalis contraria,
atque proinde teneri omnes ad audien-
dam rem diuinam in ſuis parochijs in
Dominicis & prædictis feſtiuis diebus,
vt in terminis exiſtimauit Nauar. vbi
ſupra in dict. Manua. materno capit. 21.
num. 6.
8 Rurſus Doct. in d. cap. vt Dominicis,
in hoc articulo diſtinguunt in hũc mo-
dum, quòd aut parochianus hoc omit-
tit ex contẽptu proprij presbyteri ſine
cauſa legitima, & peccat, quia venit cõ-
tra præceptum ſuperioris & iuris, vt in
cap. 2. de maiori. & obed. & in capit. qui
reſiſtit. 11. quæſt. 3. & hoc caſu loquitur
d. cap. vt Dominicis. quod eſt ſecũdum
in ordine, de paroch. ſupra allegat. &
quæ circa id prædiximus, & præſumitur
contemptus, ſi non habeat licentiam à
proprio Sacerdote, vel cauſam legiti-
mam, ſaltem quãdo propria Eccleſia eſt
9 vicina; † aut verò ex cauſa legitima con-
temnit proprium Sacerdotũ, puta, quia
eſt notorius fornicator, vel præciſus ab
Eccleſia, vel ex alia iuſta cauſa eum re-
linquit, nempè, quia deuotiùs & frequẽ-
tiùs celebratur vbi accedit ad rem diui-
nam audiendam, aut illic ſimul audit
Miſſam & ſermonem, aut vtiliorem cõ-
cionem, tunc non peccat, quia hoc caſu
non eſt propriè cõtemptus, ſed iuris au-
10 thoritate facit, atque bono zelo, † ar-
gum. capit. præter. & capit. nullus. 32.
diſtin. & in capit. veſtra. de cohabita.
cleri. & mul. diximus ſupra capitul. 1.
huius operis nume. 44. & ſequent. Aut
deſerit proprium presbyterum ſine cõ-
temptu, & tunc non peccat, vt in dict. c.
vt Dominicis. à cõtrario ſenſu, ibi: Qui
11 proprio contempto † presbytero, &c.
Ex leui autem cauſa non debent deſeri
propriæ parochiæ illis diebus, vt in cap.
ſi quis. de cõſecr. diſtin. 1. Ad Eccleſiam
autem cathedralem licitè poteſt popu-
12 lus conuenire ſiue † accedere ad Miſſam
audiendam; quia Epiſcopus eſt curator
omnium de diœceſi, vnde non poſſunt
dici alieni parochiani, vt in capit. fin. de
ſepult. facit glo. notab. in capit. 2 de pœ-
nit. & remiſſ. libro. 6. verb. ſubdito ſuo,
quæ aſſerit, quòd quilibet de diœceſi po-
teſt recurrere pro pœnitẽtia ad propriũ
Sacerdotem, & ad Epiſcopum, vel Ar-
chipresbyterum cathedralis Eccleſiæ,
qui quoad hoc eſt Vicarius Epiſcopi,
Abb. in cap. omnis vtriuſque ſexus. nu.
12. de pœniten. & remiſſ. ergo à fortiori
ad audiendã rem diuinam licitè poterit
parochianus, & abſque peccato accede-
re ad Eccleſiam Cathedralem, quæ eſt
matrix omnium Eccleſiarum epiſcopa-
tus, & propria potiori ſignificatu Epiſ-
copi, & in terminis ita tenet Abb. in d.
cap. vt Dominicis. nu. 1. in fin. & optimè
Boerius in tract. de authoritate magni
Conſilij, nume. 15. dicen, quòd Eccleſia
Cathedralis eſt matrix, & communis
omnium diœceſanorum, adeò quòd ad
illam ſinguli vtriuſque ſexus clerici &
laici pro Sacramentis recipiendis, & di-
uinis officijs audiendis recurrere poſ-
ſunt ſine proprij curati iniuria & licen-
tia, cùm tota diœceſis ſit ipſi Epiſcopo
parochia, & Epiſcopus concurrit cum
omnibus curatis ſuis diœceſanis, & cum
animarum exercitio, licèt non in iurium
parochialiũ totali perceptione. ſed bene
particulari, inſpecto iure communi, quo
Epiſcopus habet quartam omnium de-
cimarum, & oblationum in ſuæ diœce-
ſis fines obuenientium, per plura iura,
quæ ibi ad omnia ſupradicta allegat, quẽ
ad literam ſequitur Chaſſan. in cata-
logo gloriæ mundi. 4. part. conſider. 47.
fol. 99.
13 Angelus autẽ in ſua ſum. verb. Miſſa.
nu. 59. exiſtimauit, quòd in maximis fe-
ſtiuitatibus, ſicut ſunt feſta Domini no-
ſtri, & Beatiſsimæ Virginis Mariæ, &
Ioannis Baptiſtæ, & ſimilia, quilibet te-
neatur audire Miſſam, aut in Eccleſia
parochiali, aut in publico oratorio fa-
cto à populo, iuxta gloſ. in dict. capit. ſi
quis. de conſec. diſt. 1. & à fortiori in Ec-
cleſijs mendicantium, & religioſorum,
authoritate ſedis Apoſtolicæ ædificatis:
in oratorijs autẽ priuatis audientes non
ſatisfaciunt, ſicut eſt in domibus diſci-
plinatorum, quamuis non peccant mor
taliter audientes, licèt non audiant in

S 5 paro-

Ayuntamiento de Madrid

parochia vel publico oratorio, aut Eccleſia religioſorum, vt ibi probat.

14 Supradictis autem non obſtantibus, contrarium indiſtinctè verius eſſe exiſtimo atque tenẽdum, imò quòd in prædictis Dominicis & alijs feſtiuis vel non feſtiuis diebus, ſatisfaciat quis præcepto Eccleſiæ audiendi Miſſam extra parochiam, neque ex hoc peccet mortaliter, ſiue id fiat iuſta de cauſa, quod eſt indubium, vt in exemplis prædictis & alijs ſimilibus, vel in Eccleſia Cathedrali, quod etiam proculdubio eſſe exiſtimo, ſiue ſine iuſta cauſa, ſed pro libito audiat quis Miſſam quocunque die, etiam in prædictis feſtiuis extra parochiam, Eccleſiamque Cathedralẽ, dummodo ſine contemptu parochi id faciat, adeò vt præceptum Epiſcopi cum excommunicatione in contrariũ latum, eſſet nullũ, ex ſequentibus fundamentis.

Primò, ex text. in capit. vt Dominicis. de paroch. à cõtrario ſenſu, vbi tunc demum alienus parochianus ab Eccleſia eſt eijciendus, antequam parochus Miſſam celebret in prædictis diebus, quãdo alienus parochianus, proprio cõtempto presbytero, ibi velit Miſſam audire: ergo ceſſante hoc contẽptu non erit eijciendus, ſed ibi poterit Miſſam audire: ſi poteſt, ergo adimplet præceptum, nec mortaliter peccat: quia id dicimus poſſe, quod honeſtè & iuſtè poſſumus. l. nepos Proculo, ff. de verb. ſign. & ibi gloſ. & argumentum à contrario ſenſu eſt fortiſſimum in iure, vt in. l. 1. §. huius rei. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſd. cum ſimilib. & quamuis DD. in d. c. vt Domini-

15 cis. exiſtiment, † vt prædiximus, tũc dici id fieri in contemptum proprij parochi, cùm ſine licẽtia eius, vel cauſa legitima id fit, verius tamen arbitror propriùs dici poſſe, cùm ob indignationem, vel ſpretionẽ proprij parochi expreſsè vel tacitè id fiat, tunc enim, ſi id conſtet, vltra peccatum mortale, eijciendus eſt ab aliena parochia in prædictis diebus: ſi verò non conſtet, verum tamen ſit, peccabit mortaliter parochianus eo animo propriam parochiam deſerens, & vtroque caſu oblationes proprio parocho ſpreto reſtitui debent. Contemptus etenim in quacunque † præcepti materia

16 mortalem culpam inducit, vt in capit. vnum orarium. & ibi glo. 25. diſtin. cap. 1. & ibi gloſ. verb. contemnat. de ſenten. excommunic. libr. 6. probat latiùs Couar. in cap. alma mater. eodem tit. & lib. 1. parte relect. ad fin. §. 7. nu. 5. quia contemnere ſiue contemptus quatuor modis accipitur, vt conſtat ex latè traditis & coniectis ab Alfon. à Caſtro libr. 1. de poteſt. legis pœn capit. 5. documento 6. & Couar. vbi ſupra numer. 6. E quibus

17 vnus nobis in † propoſito conuenit, nempè contemnere idem eſſe quod alteri indignari, & illum cõuitijs afficere, vt docet Altiſiodor. libr. 2. ſuæ Summæ Theolog. tract. 19. & latè Caiet. in ſua Summa, verbo. contemptus, in primo modo, dicens eſſe peccatũ mortale contemptum, quando aliquis ſpernit proxi-

18 mũ, † quia eſt actus iniurioſus proximo, lædẽs notabiliter eum, quatenus in contemnente eſt, quia contemnere proximum, importat affectum deprimentem proximum à ſua æſtimabilitate, quando hoc fit intentione contemnendi, quia qui ſpernit proximum, non vt ſpernat, materialiter tantùm contẽnit, nec peccat mortaliter, niſi notabiliter offendatur proximus: hoc autẽ deficiente, quia parochianus, etiamſi amet parochum ipſius, vel ſaltim eum odio non habeat, magis vult pro libito ſuo alibi Miſſam audire, id poterit licitè facere, ſufficit enim hoc caſu volũtas pro cauſa, dummodo in contemptum proprij presbyteri id non fiat; præſertim cùm in libito huiuſmodi cauſa aliqua adſit quamuis non vrgens: animus enim & voluntas diſtinguunt maleficia. Cùm ergo Parochianus propriam parochiã nõ omittat malo animo, nec in iure expreſſum reperiatur quòd ad eam accedere indiſtinctè teneatur in prædictis diebus pro re diuina audienda, conſequitur, ipſum non delinquere hoc caſu, præmaximè ſtante conſuetudine vniuerſali, de qua infra.

19 Secundò, hæc noſtra ſententia proba-

tur

tur in capit. ſi quis etiam. de conſecrat. diſt. 1. vbi probatur, quòd & ſi quis extra parochias in quibus legitimus eſt ordinariuſque conuentus, oratorium habere voluerit, reliquis feſtiuitatibus vt ibi Miſſam audiat, propter fatigationem familiæ iuſto ordine permittitur; attamen Paſcha Natalis Domini, Epiphania, Aſcenſione Domini, Pentecoſte, & natali S. Ioannis Baptiſtæ, & ſi qui maximi dies in feſtiuitatibus habentur, non niſi in ciuitatibus aut in parochijs audiat: ergo etiã in prædictis ſolennibus diebus non eſt præciſum præceptum audiendi Miſſam in propria parochia, ſed ſufficiat eam audire alibi in ciuitate vel populo, quandoquidem ibidem, hoc eſt in Concilio Agathẽſi, vtitur alternatiua, Aut, in qua ſufficit alterum adimpleri, vt in regula iuris vulgari. Nõ obſtant illa verba pręcedentia text. illius, In quibus legitimus eſt, ordinariuſque conuentus, ſcilicet, in parochijs, quia non ex hoc excluditur quòd alibi non ſit etiam legitimus conuentus, vt infra ſequitur, nempè in ciuitatibus aut parochijs, ibi enim oratorium priuatum excludere tantùm intendit, vt in eo Miſſa nõ dicatur in prædictis feſtis ſolennibus, non verò Eccleſias ciuitatis, vel oppidi, vt in text. nec oratorium publicum à populo factum, ſecundùm gloſſ. ibi, quam ſequitur Clauaſ. vbi ſupra.

20 Tertiò, hæc eadem pars comprobatur ex tex. in cap. Miſſas. de conſecra. diſt. 1. vbi cauetur, Miſſas die Dominico ſecularibus totas audire ſpeciali ordine præcipimus, ita vt ante benedictionem Sacerdotis egredi populus non præſumat: quod ſi fecerint, ab Epiſcopo publicè cõfundantur. Ecce ergo quomodò præceptũ Eccleſiæ audiendi Miſſam in Dominicis (adde tu, vel alijs feſtis) non arctat nec reſtringit eã audire in parochia, ſed generaliter promulgatur audiendi Miſſas totas: ergo in quacunq; Eccleſia quis eam audiat, deficiẽte proprij presbyteri contemptu, adimplet pręceptum.

21 Et † ita videmus, quòd noſtra ſancta mater Eccleſia inter alia eius præcepta primum conſtituit audiendi Miſſam diebus Dominicis, & alijs feſtis obſeruari ſolitis, non verò adiecit in propria parochia: ſi ergo Eccleſia id non expreſsit, quare nos, vel quo iure ſtrictiorẽ obligationem quàm ipſa imponere vel inducere debemus? ſi enim id eſſet præceptũ ſub pœna peccati mortalis, Eccleſia id exprimeret, & non omitteret, cùm ex profeſſo ibi ſua præcepta inſinuet atque præfigat: non expreſsit: ergo ad id non tenemur, quia ſi voluiſſet, expreſsiſſet, argum. l. vnicæ. §. ad deficientis. C. de cad. toll. cum ſimilibus.

Quartò, quia conſuetudo generalis atque vniuerſalis totius orbis ſcita, tolerata, rationabili atque pręſcripta hoc introduxit & obſeruat, vt quilibet in prædictis diebus poſsit licitè Miſſam audire in quacunque Eccleſia, eoque ſatisfaciat præcepto Eccleſiæ, vt communiter videmus fieri, atq; referunt & approbant DD. infra citandi. Si igitur hoc illicitum eſſet, cùm hæc conſuetudo ſit antiquiſsima, & à Summis Pontificibus ſcita, eã cõtrario edicto ſuſtuliſſent: hoc autem minimè eſt factum, quinimo Eccleſia Catholica tantùm obligat ſuos fideles filios audire Miſſam in prædictis diebus, nec ad hoc eis aſsignat propriam parochiam: ergo vbi voluerint, poterũt eam audire, deficiente contemptu proprij parochi, quia tunc peccatum eſſet mortale eam alibi audire, propter contemptum, vt in d. c. vt Dominicis, & eſt prædictum.

22 Secundò, quia Epiſcopus non poteſt contrarium ſuis ſubditis præcipere, quia præfata cõſuetudo eſt generalis, & ſicut Epiſcopus tollere nec reſtringere poteſt ius commune, argum. c. inferior. 21. diſtin. ſic nec generalem totius orbis conſuetudinẽ quæ eandẽ vim habet, vt in l. de quibus. cum ſimilib. ff. de legib. & ita excõmunicatio quam contra illam ferret, eſſet nulla, argum. cap. 1. de ſententia & re iud. vt in terminis probant & tenent Doct. infra ſtatim citandi & appellando ab ea per viam violentiæ, in regalibus auditorijs vis tolletur: & quanuis à

me

Ayuntamiento de Madrid

me fuit petita ſimilis excommunicatio, nolui eam diſcernere, per ſupradicta.

23 Sextò, hoc idem expreſsè declaratum eſt in Eccleſijs fratrum ordinum mendicantium à Leone X. in breui contento in ſupplemēto priuilegiorū his verbis, Authoritate Apoſtolica tenore præſentium notum facimus, omnes Chriſti fideles vtriuſque ſexus, qui non contēpto proprio Sacerdote parochiali, in Eccleſijs fratrum ordinum mendicantiū Dominicis, & alijs feſtis diebus Miſſas audiunt, ſatisfacere præcepto Eccleſiæ de Miſſa audienda, nec in aliquam labem peccati mortalis, pœnamve propterea incurrere. Idem igitur in audientibus Miſſam in cæteris Eccleſijs dicendum eſt, quandoquidem, quod modò retulimus, non in modum priuilegij cōceſſum videtur, ſed potius iure quodam declarationis: & præterea, quia idem poteſt cōſuetudo vniuerſalis, quæ eſt antiquiſſima, quod priuilegium: vt in capit. præterea. §. ſuper quibuſdam. de verb. ſigni. cum ſimilib. ergo quamuis præfata declaratio contineret priuilegium, idem generaliter obtentum eſt præd. vniuerſali conſuetudine. Et in terminis hanc ſecundam & noſtram ſententiam (addentes, quòd prædicta excommunicatio Epiſcopi in contrarium lata, ſit nulla, ac proinde ipſius præcepto non ſit neceſſariò obediendum) tenent atque probant Beatus Anto. Archiep. Florent. in 2. part ſuæ ſummæ, titul. 9. capit. 10. §. 2. Sylueſt. in ſumma, verb. Miſſa. 2. num. 5. Nauar. in Manua. Latin. cap. 21. nume. 5. Barthol. à Medina in ſua inſtruct. confeſſ. libr. 1. §. 40. fol. 200. addens, Epiſcopum peccare mortaliter, qui aliud ſub pœna excommunicationis præceperit: & quòd non ſit neceſſarium, vt Miſſa audiatur in propria parochia, vel alia Eccleſia, ſed quòd vbicunque audiatur, ſatisfiat, tenet Armil. aurea in ſua ſumma verb. Miſſa. num. 31. quod idem probauit Sylueſt. vbi ſupra. licet dicat malè facere audiētem Miſſam in domo † ſine
24 rationabili cauſa. Quare ſanctum Concil. Triden. ſeſſ. 22. in decreto de obſeruan. & euitan. in celeb. Miſſ. ſanctiſsimè ſtatuit, atque decreuit, ne ordinarij locorum Epiſcopi patiantur priuatis in domibus, atq; omnino extra Eccleſiam, & oratoria ad diuinum tantùm cultum dicata ab eiſdem ordinarijs aſsignanda & viſitanda, ſanctum ſacrificium Miſſæ à ſecularibus vel regularibus quibuſcūq; peragatur, ac niſi prius, qui interſint, decēter compoſito corporis habitu declarauerint, ſe mente etiam ac deuoto cordis affectu, nō ſolùm corpore adeſſe: cuius decreti Concilij meminit Nauar. vbi ſupra num. 10. & cap. 25. nume. 68. & iterum num. 81. vbi addit, quòd quamuis ante Concil. Trid. de licentia Epiſcopi celebrari poterat extra locum ſacrum,
25 ſuper † ara ſacra portatili alijs, neceſſarijs interuenientibus, vt in capit. concedimus. de conſecrat. diſtin. 1. poſt Concilium tamen non licet Epiſcopis illud concedere per dictum decretū, nec Papa concedit etiam Epiſcopis in vrbe commorātibus, nec alijs quàm Cardinalibus: credit tamen, quòd ſicut de licentia dict. capit. concedimus, poterat ante dictum Concil. celebrari propter neceſsitatem
26 ſine licentia Epiſcopi, † ita poſsit etiam hodie, quia non videtur quo ad hoc illi derogatum per Concilium, argumen. l. præcipimus. C. de appel. quod eſt notandum pro terris, in quibus frequentiſsimè ſupplicationes fiūt ad aliquā paruā eremitoria, præ quorum foribus ſolet dici Miſſa, vt ab omnibus audiatur, & pro primis Miſsis Sacerdotum, ad quas maior multitudo quàm Eccleſia capere poſſit, ſolet conuenire.

27 Obſeruandum tamen eſt, quòd nec ex priuilegio ſacrū facere licet niſi in loco decenti: in locis enim vbi vel menſa paratur, vel lectus ſternitur, indecentiſsimum eſt huiuſmodi priuilegijs vti, niſi ob grauem iacentis infirmitatē, vt communionem ſuſcipiat, vt docet Soto in 4. ſenten. diſt. 13. quæſt. 2. articul. 3. pag. 572. colum. 2. addens, quòd iuxta ipſius ſententiam, niſi eſſet perilluſtris perſona, mallet, vt cæteri, quando exire ad Eccleſiā non poſſent, die etiā feſto Miſſam

Ayuntamiento de Madrid

ſam non audiant, quàm domi audire.

28 Hodie declaratũ extat per Reuerendiſsimos Cardinales, declaratione 28. quòd in priuatis domibus nõ debet permitti vt Miſſæ celebrentur niſi propter neceſsitatem, & tunc fieri debet in ora-

29 torio aut altari ad diuinũ † cultum tantum dedicato, itaq; vt ex ſupradictis patet, hodie non licet concedere licentiam Epiſcopis ad celebrandũ extra loca ſacra niſi propter neceſsitatem, & in loco decenti per ipſos, aut alios per eos nominandos approbato.

30 Superiora tamen circa principalem quæſtionem, quamuis ita ſe habeant, veraque ſint, vt vidimus, honeſtum tamen ac decentiſsimum eſt, vt Parochiani in feſtiuitatibus anni præcipuis in ſuis pa-

31 rochijs interſint † Miſſæ audiendæ, non tamẽ ad id tenentur: Sacramenta autem nullo modo poſſunt recipi ab extraneo parocho, maximè à fratribus mendicantibus, ſine ſpeciali licentia proprij Sacerdotis, vt in cap. omnis vtriuſque ſexus. de pœnit. & remiſſ. & excommunicantur religioſi ipſo facto, qui Sacramenta conferunt ſine ſpeciali licentia proprij Sacerdotis, vt in Clemen. 1. de priuileg. præter Sacramentum pœnitentiæ, nam illud eſt mendicantibus indultũ ex priuilegio, vt in Clemen. dudum. de ſepult. Idem in Sacramento Euchariſtię pręterquam in Paſchate & viatico, vt in ſuis priuilegijs cauetur: debent tamen hodie regulares eſſe approbati ab ordinario Epiſcopo ad audiendas confeſsiones, vt in decreto de reform. ſeſſ. 23. ſacri Concil. Trident. cap. 15. de quo ſuprà latè diſſeruimus.

Supereſt nunc, vt fundamentis contrariæ partis ſupra adductis ſatisfaciamus. Et primum quidem non obeſt, quoniam fatemur, vt prædiximus, honeſtum ac rationi congruum eſſe, vt parochiani in proprijs parochijs in prædictis diebus Miſſam audiant, non tamen id neceſſarium, neque à iure præceptum eſt: quoniam etſi parochi teneantur in prędictis diebus Dominicis & alijs feſtiuis obſeruari præceptis, Miſſam populo dicere, hoc tamen eſt in fauorem ipſius populi

32 introductũ; † vnde poterit qui voluerit, alibi Miſſam audire, vt eſt probatum, ac proinde argumentum à correlatiuis ex diuerſitate rationis hic corruit, præmaximè quia circa obligationem parochi in hoc ſtãdum eſt conſuetudini, aut legi diœceſis, vt exiſtimat Ant. Cordub. libr. 1. ſui quæſtion. quæſt. 4. in. 5. dub.

Ad ſecundum reſpondeo, quòd hoc caſu ignorantia, quia iuſta eſt & inuincibilis, excuſabit paſtorem, cùm violatio præcepti audiendi Miſſam à ſubdito cõmiſſa citra culpam paſtoris contigerit, cùm ipſe ouem non teneatur reducere in propriam parochiam, nec ſubditus ad eam accedere ad audiẽdam rem diuinam: ſi igitur eam omiſerit in diebus quibus ex præcepto Eccleſiæ audire tenetur, ſibi tantùm imputandum erit, non verò parocho, qui ſuas oues admonitas aliàs atque inſtructas habet de præceptis diuinis Eccleſię, inter quæ hoc eſt de audiẽda Miſſa in Dominicis, & alijs feſtiuis diebus obſeruari præceptis vel ſolitis.

Tertium ex congruitate atq; decentia ex parte ſubditorum quoad Miſſam audiendam potius procedit, quam ex neceſsitate vel præcepto.

33 Ad quartum reſpõdeo, quòd etſi ſubditi non teneantur in propria parochia Miſſam audire in prædictis diebus, tenentur tamen à parocho vel alijs ſcire dies feſtos ex præcepto, ieiunia, cæteraque neceſſaria, vt ea obſeruent, aliàs peccabunt, vt docet Nauar. in Manua. materno, capit. 21. nume. 7. vbi idem eſſe affirmat, ſi deſineret hæc audire cum ſcandalo, vt docuit idem in c. & hoc attendendum. de conſecra. diſt. 1.

Quintum, quod fuit deſumptum ex litera dict. cap. vt Dominicis. de paroch. non ſolùm eam non probat, ſed noſtram confirmat à contrario ſenſu, vt ſupra diximus in primo fundamento huius ſecundæ partis.

Vltimum non obſtat ex decreto de obſeruand. & euitand. in celebr. Miſſ. ſeſſ. 22. Concil. Trident. quia non ait, vt iubeat, nec eos teneri, ſed ſolùm vt Epiſcopi

Ayuntamiento de Madrid

copi populum moneant, vt frequenter ad ſuas parochias, ſaltem diebus Dominicis, & maioribus feſtis accedant. Neq; quod ibi ſubditur, poſſe Epiſcopum authoritate Apoſtolica iubere circa hoc opportuna, in propoſito obeſt: nam reſpódeo, non videri debere opportunum, vt cum ſcandalo tot laicorum & monachorum tam generalis conſuetudo, quæ etiam in vrbe Rom. ſeruatur, tollatur.

34 † Præſertim quòd Pius Quintus in Bulla motus proprij lata menſe Iulio 1567. declarauit, audientes Miſſas in feſtis in monaſterijs Mēdicantium, ſatisfacere huic præcepto, vt tradit ita reſpondens pręfato decreto Concilij Trident. Nauarr. in manua. Latin. cap. 21. num. 5. Non etiam obeſt alterum decretum de reform. cap. 4. ſeſs. 24. d. Concilij Trident. ſupra citatum pro cōtraria parte, quatenus habet, teneri quem ad audiendam concionem in parochia ſua, ſi commodè poteſt, quia ibi non agitur de Miſſa, ſed de concione, nec de ea præciſè, ſed ſi commodè poteſt: conſequitur igitur manifeſtiſsimè, ſacrum Concilium in prædictis decretis minimè tollere præfatam conſuetudinē vniuerſalem, nec noſtram hac de re ſententiam improbare, vt rectius probauit ac tenuit Nauarr. in manual. Latin. cap. 21. num. 5. priore minus vera mutata opinione contraria, de qua in Manua. materno. d. cap. 21. num. 6. ad finem.

35 Vltimò hìc pro ſupplemento adijcere decreui, quòd licet omibus diebus Miſſa dici poſsit, vt in cap. viſum. de conſecr. diſtinct. 1. tamen in feria. 6. in Pareſceue, & Sabbatho hebdomadæ ſanctæ non celebratur, vt ex traditione Eccleſiæ habemus in cap. Sabbatho, de conſecra. diſtinct. 3. vnde peccatum eſſet mortale in die Pareſceue conſecrare, atque adeo priuatim celebrare, nam eſſet contraire iuſtiſsimæ ceremoniæ Eccleſiæ, quæ plurimum refert, ſecundùm Dominicum à Soto in 4. ſentent. diſtinct. 13. quæſtion. 2. articul. 2. pag. 567. column. 1. Vnde nec publicè, nec ſecretò illo die Miſſa dici debet, nec dicitur, ſed ſolùm ſuſcipitur Hoſtia quæ ex præcedenti die conſecrata remanſit: ſecundùm Nauarr. in manu. Latin. c. 25. num. 88.

36 In die verò Iouis & Sabbathi ſancti, licèt ritus etiam Eccleſiaſticus habeat, vt ſola vna celebretur Miſſa, non tamē eius obſeruantia tanti refert, quin priuatim, ſaltem ex facultate prælati præter Miſſam ſolennem poſsit quiſpiam celebrare, ſecundùm Sot. vbi ſupra: Quinimo in die Cœnæ Domini & publicè & ſecreto dici poteſt, quia id nullo iure prohibetùr, unò dict. cap. Sabbathum, rectè ponderatum hoc permittit, ſecundùm Nauarr. vbi ſupra, vnde non erit neceſſaria licentia prælati ad hoc, præcipuè vbi celebrari illo die vtitur, prout hic Ciuitatenſi: in aliquibus tamen Eccleſijs cathedralibus huius regni conſuetudine eſt introductum, vt illo die publicè non celebretur niſi Miſſa maior, vt omnes clerici illius Eccleſiæ in eà publicè communicent. Hoc tamen non tollit, vt in alijs eccleſijs parochialibus, vel in priuatis capellis alij ſacerdotes celebrare non poſſint, imò eis hoc erit permiſsū. In Sabbatho ſancto idem quoque dicendum eſſe puto, vt vbi communiter conſueuerit omnes ſacerdotes celebrare illo die, hoc licitè facere poſsint, ſi verò contraria ad ſit conſuetudo, ipſa ſeruanda erit, niſi cū licentia prælati celebretur, vt inquit Soto: quinimò etiam abſque ea ſecretò in capellis celebrari poſſe exiſtimo abſque peccato, quamuis contrarium teneat Nauarrus vbi ſupra, quia etſi per d. cap. Sabbatho, ex traditione Eccleſię referatur, illo die Sacramentum non celebrari, non tamen eius obſeruantia tanti refert, quin priuatim ſecretò celebrari poſsit, præcipuè cum adſit conſuetudo celebrādi illo die, ſaltim vnam Miſſam publicam, vel duas in qualibet Eccleſia, quamuis non eiuſdem diei, ſed noctis Reſurrectionis, quam paulatim imbecillitas humana tanti ieiunij impatiens ad horam reliquarum retraxit, vt ſignificat collecta illa quæ incipit, Deus, qui hanc ſacratiſsimam noctem, &c. & ſicut nō obſtat caput prædictum, quin illa ſolennis Miſſa dicatur, nec etiam obſtare dicendum eſt,

eſt, vt dicantur priuatæ, præſertim poſt ſolennem, ſi enim illa ſolennis, vt inquit Nauar. eſt noctis ſequentis, & priuatæ eſſe poterunt. Præterea decreto Concil. Trident. eſt Miſſa poſita in miſſali pro illo die, neminique interdicitur eam dicere, nec apponitur adnotatio ſolùm pro Miſſa publica, ſed indiſtinctè aſsignatur pro illo die. Si igitur Miſſa publica celebrari poteſt illo die, cur non priuata publicè, ſi adſit conſuetudo, vel licentia Prælati, vel ea deficiente ſecretò, abſque ſcandalo, & ita audio fieri in aliquibus ciuitatibus numeroſis: quod licitum eſſe credo.

---

*SVMMARIVM.*

1 *Circunſtantia temporis feſti, in quo peccatum lethale eſt admiſſum, an ſit neceſſariò Sacerdoti cõfitenda? & in num. ſeq. per totum caput.*

2 *Circunſtantia temporis ſacri peccati admiſsi, ſpecialiter rationi repugnare videtur, vt hic, contrarium. nu. 31.*

3 *Qui facit peccatum, ſeruus peccati eſt: ſed quomodo intelligatur, nu. 32.*

4 *Non ſolùm opera ſeruilia, ſed peccata in Sabbatho lege veteri fieri prohibentur, & nu. 7. & 8. ſed contra in num. ſeq. & quomodo intelligatur. nu. 34. & 37.*

5 *Per peccatum in loco ſacro ſcienter commiſſum fit ei ſacrilega iniuria, mortalis, vel venialis, ſecundùm qualitatem, modumque peccati ibi commiſsi: ſed quomodò hoc intelligatur. nu 35.*

6 *Bis peccat, qui diem Dominicum ſcortis, rixis, & pugnis, aliiſque obſcoenis agit, vt docet Concilium Colonienſe: ſed illud Concilium non eſt generale, ſed tantùm prouinciale, nec eſt approbatum à ſede Apoſtolica, & in materia iuſtificationis errauit, vt in nu. 36.*

10 *Nullo ſpeciali præcepto prohibetur fieri peccatum mortale in die feſto.*

11 *Finis præcepti extrinſecus: & ad quem præceptum ordinatur, ſcilicet, cultus interior per fidem & charitatem, non eſt id quod præcipitur, & ideò non cadit ſub præcepto, & nu. 15.*

12 *Præcepta non obligant ad intentionem præcipientis, vel ad finem extrinſecum, ſed ad id tantùm quod præcipitur.*

13 *Præcepta omnia moralia nõ in ſenſu ſpirituali & metaphorico ſed ſecundùm planam literam intelligenda ſunt.*

14 *Vis ſpecialis præcepti eſt conſideranda ad hoc vt neceſſariò ſit circunſtantia illius confitenda.*

16 *Finis præcepti quod fertur de virtute aliqua morali, charitas eſt.*

17 *Nemo inuitus fit bonus, vnde ſuppoſita neceſsitate omnes debent cogi ad ſubeunda media, quibus tandem volentes boni fiant.*

18 *Vis præcepti ſanctificationis Sabbathi, non ad internam dilectionem qui eſt finis præcepti, cum ipſe non cadat ſub præcepto, ſed ad exteriorem cultum ſpectat.*

19 *Ea ſolùm opera ne in die feſto fiant, Exod. 20. prohibentur, quæ aliis diebus fieri licebat*

20 *Peccare mortaliter nunquam licet.*

21 *Clericus non bis peccat ſingulis diebus, quibus ſemel mortaliter peccat, & nu. 22*

22 *Clericus continget peccare, quando alii clerici precibus horariis incumbunt atque incumbere debent, non tamen ob hoc bis ille peccabit.*

23 *Præceptum de colendis feſtis non eſt arctius Chriſtianis, quàm Iudæis præceptũ de Sabbatho colendo, imò laxius, vt hic.*

24 *Infectus peccato mortali quouis die feſto non tenetur ſub poena noui peccati ad peccatorũ contritionem.*

25 *Circunſtantiæ quæ ita peccatum adaugent, vt ex paruo magnum, vel ex magno maius efficiant, an ſint confitendæ? & numero 26. & 27.*

28 *Virginitatis circunſtantia, ſi voluntas fornicandi non peruenit ad actum, an ſit neceſſariò confitenda?*

29 *Peccata voluntatis & operis ſunt eiuſdẽ ſpeciei, & ſolùm differunt ſecundùm diuerſos gradus, hoc eſt ſecundùm maiorem vel minorem malitiam.*

31 *Cap conſideret. in princip. de poeniten. diſtin. 1. interpretatur.*

33 *Cap. 16. Leuitici quomodò intelligatur.*

38 *Quando aliquid creditur eſſe verum per legẽ, rationem & authoritatem ſufficientem, non cenſetur res dubia, etiamſi contrarium*

maior

*maior pars docentium teneat.*

39 *Non ſemper tutior pars eſt eligenda, cum ſatis ſit eligere tutam.*

40 *Faciens aliquid dubitans an ſit peccatum mortale, necne, peccat mortaliter.*

41 *Aliud tamen eſt dubitare, an tale quid ſit faciẽdum, aliud verò credere ratione probabili, & authoritate alicuius illuſtris Doctoris id admonentis.*

*Reſoluitur eſſe veriſſimam ſententiam, atque communi calculo Doctorum probatam, circunſtantiam diei feſti, quo peccatum admiſſum eſt, non eſſe neceſſariò confitendam, quamuis laudabile ſit eam ſacerdoti propalare, præterquam ſi peccatum commiſſum ea mente ab aliquo eſſet, vt feſtum violaret.*

## CAP. XXXI.

### An circunſtantia feſti, ab eo qui peccatum mortale commiſit eo in die, ſit neceſſariò confitenda ſacerdoti?

QVamuis quæſtio hæc ſatis controuerſa, & latiſsimè actitata ſit inter ſacræ paginæ, ac Iuris Canonici profeſſores, adeò vt opus non eſſet eidem operam vllam dare: attamen quia ex illuſtrioribus & difficilioribus, necnon ex frequentioribus eſt, breuiori, illuſtri ac claro ſtylo, necnon conſueto more illã percurram, vt ab eis, qui ſuis philacterijs verbiſque prolixis, atq; ſubobſcuris eã dilatãnt, caueat quiſquis breuitatem atq; ingenij perlucidam claritatem amauerit.

Pars igitur affirmatiua, quòd circũſtãtia temporis feſti, in quo peccatum lethale eſt admiſſum, ſit neceſſariò confitenda, vt pote duplici capite mortali Deus offendatur: primò ex ipſo actu lethali, ſecundò ex violatione feſti, ſequentibus aſtruitur fundamentis.

1 Primò, ex text. in capit. conſideret. in prin. de pœniten. diſtin. 5. ibi, In tempore: & rurſus, In tempore orationi conſtituto, vt feſtiuitates Sanctorum, & tempora ieiunij: vbi expreſsè cauetur, vt cõſideretur in propoſito ac confiteatur circunſtantia temporis feſti, ſicque diſtinguitur peccatum die feſto commiſſum ab in profeſto perpetrato.

2 Secundò, quia omnis illa circunſtantia eſt neceſſariò confitenda, quæ ſpecialem cum ratione repugnantiam habet, vt latè probat Nauarr. in d. c. conſideret. in prin. in prima adnotatione: at circunſtantia hæc temporis ſacri ſpecialiter rationi repugnare videtur, nempè, vt quod tempus Deo laudando eſt dicatum, in ipſo offendendo impendatur: vnde viſum quibuſdam eſt obligari Chriſtianum ad diligendum Deum ſuper omnia diebus feſtiuis, & ſic ad abſtinendum à mortali culpa, & peccato, ob illud peculiare præceptum de obſeruatione feſtorum, quaſi ſit nouum peccatum, quòd eo tempore mortalem culpam cõtraxerit: nam cùm ſit affirmatiuum præceptum de ſanctificatione feſtorum ad famulatum pertinens, famulatus autem Deo gratus ſit ille qui intus in mente exhibetur, ad hũc potiſsimum nos obligare videtur: videtur enim quòd extra charitatem nõ poſſint impleri præcepta diuina, vel Eccleſiæ, nec eorum aliquod, quare violantur præcipuè, ſi quis eo tempore mortale peccatum commiſerit.

3 Tertiò, quia qui facit peccatum, ſeruus peccati eſt, iuxta illud Ioan. 8. apus autẽ ſeruile prohibetur fieri die feſto, Exod. 20. iuncto cap. 23. Leuiti. ergo per conſequens prohibetur fieri peccatum mortale in die feſto: quod ſi ſecus fiat, neceſſariò confitendum eſt.

4 Quartò, ſuffragari videtur text. in c. 16. Leuit. vbi dicitur: Sabbathum requietionis eſt, affligetis animas veſtras: & ibi, Ab omnibus peccatis veſtris mũdabimini: & rurſus cap. 23. Affligetis animas veſtras, omne opus ſeruile nõ facietis in die hac. Omnis anima, quæ afflicta nõ fuerit in die hac, peribit de populo ſuo, vt propitietur vobis Dominus.

Quintò, probatur hæc prior opinio authoritate Diui Ambroſij ſuper illud Lucæ. 13. Archiſynagogus indignans, quòd Ieſus Sabbatho curaſſet, &c. qui ait:

Lex

Ayuntamiento de Madrid

Lex in Sabbatho non hominem curare, ſed ſeruilia opera facere, id eſt, peccatis grauari prohibet, vt habetur in gloſ. ordinaria ibidē: quod ipſum Auguſt. tradit in epiſt. ad Ianuar. 119. & cōlentit Theophil. ſuper Ioan. c. 5. Itē gloſſa Matthæi 1. & 3. Si licet Sabbathis benefacere: at opus ſeruile peccatū eſt, à quo Chriſtus docet nos Sabbatho abſtinere. Gloſſa prætereà ordinaria ſuper id Lucæ. c. 14. Cuius veſtrū bos, aut aſinus, in puteum cadit, &c. ait, in feſtis à malis, non à bonis operibus feriandū eſſe. Idē cōprobatur ex Diuo Auguſt. de decem chordis dicente: Meliùs faceret Iudæus in agro ſuo aliquid vtile, quā ſi in theatro ſeditioſus exiſteret: & meliùs fœminæ eorū in die Sabbathi lanā facerent, quā quod tota die Neomenijs impudicè ſaltarent.

5 Sextò, eadem pars comprobatur, quia validum eſt argumētum de tempore ad locum, & è contra, vt in l. vinum & ibi Doctores. ff. ſi cert. pet. & in l. fin. & ibi Bart. ff. de triticar. Euerard. loco 40. ſed per peccatum in loco ſacro ſcienter cōmiſſum fit ei ſacrilega iniuria, mortalis, vel venialis, ſecundū qualitatem, modumque peccati ibi commiſsi: quod cōmuniter tenent Doctores, quādo locus ſacer eſt obiectū talis actus peccati interioris, putà voluntatis furandi, occidendi, vel aliquem infamandi in Eccleſia, vel etiamſi locus ſacer non ſit obiectum, ſed circunſtātia actus peccati exterioris, hoc eſt, quod actu committitur, vt reſoluit poſt alios Anto. à Cordub. lib. 1. ſui quæſtionar. quæſt. 6. in 2. oppoſit. verſic. ſecundò principaliter. ergo ſimiliter per peccatum mortale in feſto commiſſum fit ei aliqua ſpecialis iniuria, & irreuerentia ſacrilega, maior, vel minor, ſecundùm peccati commiſsi qualitatem.

Septimò, hæc ſentētia approbata videtur hodie in Cōcilio Coloniēſi, anno Dñi 1536. celebrato, in tracta. de exteriori pœnitē. fol. 180. vbi docetur, quòd bis peccat, qui diem Dominicū ſcortis, rixis, & pugnis, & alijs obſcœnis agit.

Octauò & vltimò, pro hac parte citari ſolet doctrina S. Tho. 2. 2. q. 122. art. 4. ad 3. quę in hoc videtur expreſſa, aſſerētis, quòd opera ſeruilia primo & ſecūdo modo (hoc eſt) mechanica, & peccata, contrariātur obſeruātiæ † Sabbathi, 7 in quantū impediūt applicationē hominis ad diuina, & quia magis homo impeditur à rebus diuinis per opus peccati, quā per opus aliàs licitū corporale, ideò magis contra hoc præceptum agit, qui peccat mortaliter in die feſto, quā qui aliud corporale opus aliàs licitū facit: & ibi ad hoc refert illud Auguſt. quod prædiximus: ergo circunſtātia hæc neceſſariò eſt confitēda, præcipuè quia in dubio tutior pars eſt eligēda. c. iuuenis. de ſpōſal. c. ad audiētiā. de homicid. Confirmatur ex traditis per S. Bonauent. in 3. ſentēt. diſt. 37. in gloſ. marginali, ſuper text. Magiſtri. §. 6. & 7. dicentē, quòd à 8 fortiori opera † carnalia, & ebrietates, lites & iurgia, quæ maximè repugnant ſpiritus libertati, ne homo Deo vacet, dicuntur, ſuntque opera ſeruilia, & in hoc pręcepto ſunt prohibita, potiuſquā opera mechanica, & quàm negotia terrena, quæ animum diſtrahunt, ne homo diuinis intendat, ſecundùm Auguſt.

Et ita in terminis hanc priorem ſentētiam, quæ affirmatiua eſt, expreſsè tenet, atque probat Alexand. Alenſ. in 3. parte. q. 32. membro 5. art. 2. & membro 1. vbi ait, Eum, qui mortaliter peccat in die feſto, vnum quidem peccatum peccare, quantum ad actum, duo verò quātum ad reatum, ſicut is, qui virginē deflorando necat, & Albert. Magn. in 3. diſtinct. 37. & Nicol. Lyra hāc partē affirmauit ſuper id Matth. 12. Si licet Sabbatho curare: & Exod. 20. quē ſequitur D. Anto. in 3. parte ſuæ Summæ, titu. 14. c. 19. §. 7. & tit. 17. cap. 17. §. 5. col. 2 & Maior in 4. ſenten. diſtin. 17. q. 4. Adrianus etiam in 4 de confeſſ. q. 4. verſic. venio nūc. & in 8. quodlib. artic. 1. Gerſon Alphabet. 32. litera 7. Schotus & Gabriel in 3. diſt. 37. & hic etiam in 4. diſt. 17. q. 1. conclu. 4. Angeſtus in moral. cap. 8. de circunſtān. tempo. agēs. Ioannes à Medina de confeſſ. q. 10. & de oratione. q. 19. præ-

T

Ayuntamiento de Madrid

19.præceptoriũ.Nider.in 3. pręcepto.c. 1.&.c.9. Sũma Angel.in verb. cõfeſsio. §.22. & in verb.feria. § 36. & in verbo, interrogationes circa tertium præceptum. & verb. præceptum.§.5.& Summa Roſel. verb.cõfeſsio.2.§.7. & verb. feriæ.§.6.& Ambr.Catharin.contra Caiet.lib.5.vbi de Sacrament. confeſ.agit. Abulẽ.Exod.20.q.11.in fin.& q.12. hãc partẽ neruoſẽ & verboſẽ probauit Anto.à Cord.d.lib.1.ſui queſtion.q.6.in 2. opin. per totã,vbi eam communem omnibus Doctoribus antiquis, pluribuſq; modernis appellat, & ꝙ ideò tanquam verior amplectenda eſt,contraria verò, vtpotè, niſi paucis neotericis probata, ſed nec ſatis tuta,refutanda videtur.

9 Suprà ſcriptis tamẽ non obſtãtibus, verior & proculdubiò tenenda eſt contraria ſententia, imò ꝙ circunſtantia tẽporis nõ ſit neceſſariò cõfitẽda, tametſi accidẽtariè aggrauet, & ideò conſilium ſit eã confiteri,ex ſequẽtibus fundamentis. Primò,quia nullo ſpeciali præcepto
10 prohibetur fieri peccatum mortale † in die feſto: ſi enim aliqua talis prohibitio eſſet,maximè foret illa, Nõ facies omne opus ſeruile: quod colligitur Exod. 20. iuncto.c.23.Leuiti.ſed per illã ſolũ prohibetur opus manuale mechanicũ, quia ſolũ illud dicitur ſeruile, ſecundũ Tho. in 3.ſent.diſt.37.art.5.q.2.ad 2. ergo peccata mortalia,quæ alioqui nõ ſunt opera manualia,non prohibentur per illud præceptũ feſto die fieri.Pręterea,peccatum mortale non contrariatur præcepto de ſanctificatione feſtorum: nã illo tantùm præcipitur quis facere tũc aliquem cultum latriæ exteriorẽ,indeterminatũ quidem lege naturali atq; diuina,determinatũ autẽ nunc per Eccleſiã,
11 ſcilicèt dicere,vel audire Miſſã,† & ceſſare ab opere ſeruili realiter & propriè, non verò myſticè intellecto: nã illud vltimũ, quod eſt huius præcepti finis extrinſecus,& ad quem pręceptũ ordinatur,veluti ad finẽ,ſcilicèt,cult⁹ interior per fidem & charitatẽ, non eſt id quod præcipitur,& ideò non cadit ſub præcepto,ſecundũ Tho.vbi ſuprà. quia iuxta communem Theologorũ ſententiam,
12 præcepta non obligant † ad intentionem præcipientis, vel ad finem extrinſecũ,ſed ad id tantũ quod pręcipitur,vt refert & probat Cordub.vbi ſuprà,in 1. opin.peccatum enim in actu,vel in reatu, nõ impedit auditionẽ Miſſæ obligatoriã. Quare cũ ex ſacra Scriptura minimè colligatur argumentũ efficax,niſi iuxta ſenſum literalẽ, ſecundũ Tho. receptum in 1.part.q.1. art.fin.ad 1. vt refert Nauar.in d.c.conſideret.in princip. nu.24. de pœnit.diſt.5. & iuxta literalẽ, & propriũ ſenſum, appellatione operũ ſeruiliũ, ſola veniãt mechanica manualia,ſecundũ Tho. etiam receptum in illa diſtinct. 37. conſequitur manifeſtiſsimè,peccatum die feſto commiſſum, nõ cõtrariari præcepto de ſanctificatione feſti, ac per cõſequẽs huiuſmodi circũſtantiã, non eſſe neceſſariò confitendã. Quod ex eo itidẽ cõfirmatur, quia pręcepta oĩa moralia, nõ in ſẽſu ſpirituali
13 & metaphorico,ſed ſecundũ planã † literã intelligẽda ſunt,vt cũctis eſt notiſſimũ:quia ſtylus mores inſtituendi, non debet eſſe trãſlatitius, ſed planus:peccata verò nõ dicũtur ſeruilia opera in ſenſu literali,ſed per metaphorã, vt infrà latiùs dicetur in reſpõſionibus ad fundamẽta cõtrariæ partis. Cũ ergo iubemur ceſſare ab opere ſeruili, non cohibemur niſi ab operibus quæ cõmuni vulgo ſeruilia nũcupãtur,putà quib⁹ homines ho
14 minib⁹ ſeruiũt:nã vis ſpecialis † præcepti eſt conſiderãda,ad hoc vt neceſſariò ſit circũſtãtia illius confitẽda, vt habet communis Theologorũ ſententia, ſecundũ Couar.in cap.alma mater.1.parte.§.5.nu.3.ad 1.de ſentent. excõmunic. lib.6.Igitur feſti circunſtãtia nõ eſt confitenda,cũ ſpeciali præcepto peccatũ in his diebus feſtis prohibitum non ſit.

15 In idẽ facit,quia finis extrinſec⁹ pręcepti nõ eſt in præcepto,ſecũdũ Tho.receptũ.1.2.q.100.ar.9. vbi ꝑ hoc includit, modũ virtutis nõ cadere ſub legis præcepto.& 2.2.q.44.art.1.affirmat, finem
15 pręcepti, qđ fertur † de virtute aliqua moral,charitatẽ eſſe, iuxta illud Paul.

1.ad

Ayuntamiento de Madrid

1. ad Timoth. 1. Finis præcepti eſt charitas, facit, quia ſecundùm Auguſt. in c. vides. 23. q. 6. nemo quidẽ inuitus fit bon⁹,
17 vnde ſuppoſita neceſsitate, omnes † debent cogi ad ſubeunda ea media, quibus tandẽ volentes, boni fiunt. Tertium igitur Decalogi præceptũ non præcipit finem illius, ſcilicèt, quietem in Deo per gratiam & charitatem, ſed id quod eſt medium, quo ad illã perueniamus quietem, nempè corpoream, & exteriorem quendam cultum, quo in interiorem inducamur: & ita vt receptiſsimus Eccleſiæ vſus habet, præter auditionẽ Miſſæ, qui eſt cultus externus cum decenti reuerentia & attentione, à quo ille actus externus proficiſcitur, & ceſſationẽ ab opere ſeruili, nullus alius cultus eſt in præcepto diebus feſtiuis, præter illum quem Eccleſia exprimit: temerarium ergo eſſet aliud ligamen ſuperaddere: conſequitur igitur, vim prædicti præcepti
18 ſanctificationis Sabbathi tertio † loco poſiti, non ad internam dilectionem, aut contritionem, qui eſt finis præcepti, cũ ipſe non cadat ſub præcepto, ſed ad exteriorem cultũ ſpectare, vt aduerſus Scotum bene probat Soto lib. 2. de iuſt. & iure. q. 4. art. 4. per totum.

19 Secundò, in eãdem ſententiã moueor per text. Exodi 20. qui habet, Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua: ſeptimo autẽ die Sabbathũ Domini Dei tui eſt, non facies in eo omne opus, &c. ex quibus verbis non obſcurè oſtenditur, ea ſolùm opera ibi, ne in die feſto fiant prohiberi, quæ alijs diebus fieri licebat: cũ igitur peccare mortaliter nunquã liceat. c. ita ne. 32. q. 5. ſequitur
20 per illud præceptũ, quatenus † ſpeciale eſt, ſola illa opera prohiberi, quæ alijs diebus licitè fieri poſſunt: quod confirmãt verba omnia quæ ſequuntur, inter quę eſt illud, Iumentũ tuum: quod etiã repetitur Deutero. 5. c. additis illis, nẽpè, Bos, & aſinus, & omne iumentum tuũ: & poſteà ſequuntur illa, Et peregrinus, qui eſt intra portas tuas, vt requieſcat: ſeruus & ancilla tua, ſicut & tu: ex quibus iam facilè intelliges, de quiete corporis, & nõ animæ diſponere. Fateor tamen, quòd licèt, vt prædicebam, peccare mortaliter nunquam liceat, non tamẽ hoc peculiari præcepto de obſeruatione feſtorum cauetur, ac proinde peccatum mortale eidem directò nõ contrariatur: quo fit, vt circunſtãtia hæc, quãuis grauet, non tamen neceſſariò confitenda eſt, quia non inducit nouum aliud peccatum.

21 Tertiò, hæc eadem pars fulcitur, quia quemadmodum omni populo feſta ſunt ad orandũ deputata, ita clericis omnes dies: & tamẽ nemo dicet, clericũ bis peccare ſingulis diebus, quibus ſemel mortaliter peccat. Nec obſtat ſi dicatur, totũ feſtũ populo ad quietẽ eſſe deputatum, non autem omnes dies totos clericis ad
22 orandum: quia nõ tenemur † diebus feſtiuis in qualibet illorum parte orare: & præterea vnum clericum continget peccare, quando alij clerici precibus horarijs incumbunt, atque incumbere debent: non tamen ob hoc bis ille peccabit, vt in propoſito aduertit, & rectè Nauar. vbi ſuprà, nu. 29.

23 Quartò, eadem ſententia comprobatur, quia præceptum de colendis feſtis, non eſt arctius Chriſtianis, quàm Iudæis præceptũ de Sabbatho colendo, imò laxius, ſiquidem multa opera nobis licent diebus feſtiuis, quæ Iudæis minimè licebãt die Sabbathi, vt decoctio ciborũ, & ſimilia, vt D. Tho. fatetur in 2. 2. q. 122. art. 4. ad 4. & tamẽ Iudæis ſolus exterior cultus, & quies præcipiebatur externa, vt docet idẽ Tho. vbi ſuprà in corpore quæſtionis: Chriſtianis ergo nõ eſt præcepta vtraque quies, corporis ſcilicèt, & animæ: ſequeretur enim aliàs, quemuis mortali peccato infectum, quouis die feſto ſub pœna noui peccati teneri ad peccatorum contritionem: quod tamẽ irridet Caietanus 2. 2. quæſt. 122. artic. 4. ſtatim in princ. vbi D. Tho. in reſponſione dubij, ſtatim poſt concluſionẽ dixit, præceptum illud Decalogi de colẽdo Sabbatho, ſolũ de cultu exteriori fuiſſe editum, non de interiori, quia ad interiorem, qui oratione, ac deuotione con-

ſtat, magis inducitur homo ex interiori ſancti Spiritus inſtinctu, & ideò præceptum legis dandum fuit de exteriori cultu, ſecundùm aliquod ſenſibile ſignum: quod idem probauit ibi Caietanus.

Quintò & vltimò, noſtra hæc negatiua ſententia perſpicua fit ex communi alia ſententia, quam, plurimis allegatis, aduerſus alios latiſsimè probauit Nauar. in dict. c. conſideret. in prin. num. 6. & ſeq. de pœnit. diſt. 5. idem in manuali Latino, cap. 6. num. 7. vbi dicit communiorem & probabiliorem eſſe, † quę habet, vt quãuis ſit laudabile confiteri circunſtantias, quæ ita peccatum adaugẽt, vt ex paruo magnum, vel ex magno maius efficiant: hoc tamen non eſt neceſſarium, quando augumentũ illud nõ eſt in cauſa, vt veniale mortale fiat, vel ſpeciẽ peccati mortalis in aliam non mutant, aliàs ſecus: quam ſentẽtiam probare videtur Concilium Triden. ſeſs. 14. c. 5. & cano. 7. dum ibi declarat, circunſtantias, quæ mutant ſpeciem, eſſe confitendas: ſignificat igitur à contrario ſenſu, alias non eſſe confitendas: argum. l. 1. §. huius rei. ff. de offi. eius cui manda. eſt iuriſd. & in c. cum Apoſtolica. de his quæ fiunt à præl. ſine conſ. cap. vt rectè expendit, atq; exiſtimauit Nauar. vbi ſuprà. Hæc autem, de qua agimus, circũſtantia, nẽpè diei feſti, in quo commiſſum eſt peccatum, licèt augeat peccatum, non tamẽ mutat ſpeciem ipſius, quia non ex eo efficitur ſacrilegium: igitur quamuis laudabile ſit eam confiteri, non idcircò erit neceſſarium.

25

26 Quam communẽ ſentẽtiam pro hac ſecunda parte modò adductam limitari poſſe videtur Marſilio in 4. lib. ſentent. q. 12. artic. 1. col. 3. ne procedat in circunſtantijs, quæ non ſolùm grauius ſimpliciter reddunt peccatum, ſed quadam notabili, ac omnibus euidenti grauitate lõgè deformius efficiunt: cuius rei plura exempla aſsignat Nauar. in d. c. conſideret. nu. 13. qui deniq; cum videat, ex hac eàdem limitatione conſequi occaſionẽ plurimorũ ſcrupulorũ in bonis mentibus orituroru, quibus tranquillitas animi tota pereat, quandoquidem vix etiã doctiſsimus in particulari iudicare poſſit, quæ grauitas fuerit neceſſariò confitenda, & quæ nõ, faciliùs eſſe arbitratur defendere pręfatã communẽ concluſionẽ, abſque prædicta limitatione, quã cũ ea, ac proinde alijs rationibus eam explodit, ac reijcit, reſpondetq; exẽplis ſuprà à ſe aſsignatis pro prædicta limitatione, ipſa non obſtare, quia dici poteſt, neceſſariũ eſſe in illis ferè ſemper circunſtantiã eiuſmodi confiteri, non ideò ſolùm quia grauat, ſed quia, vt plurimũ, peccatorum numerũ auget, & per illius circũſtantiæ confeſsionẽ explicitè, vel implicitè colligitur numerus veroſimilis peccatorũ, vel auget reſtituendi obligationẽ: & ita vt reſtitutio iuſta præcipiatur, atque determinata, fit quoq; inquiſitio & manifeſtatio illius damni: rarò nãque illis caſibus contingit, vnũ tantũ peccatum committi, & reſtituendi obligationem non augeri. † Non obſtat præterea illud exemplũ eius qui cum matre coiuit, & ita inceſtum admiſit. c. lex illa. 36. q. 1. glo. in auth. de inceſt. nupt. in prin. verb. licuerit. nam cùm inceſtus hic longè ac omnibus euidenti grauitate deformior ſit, quàm alij multi, eam circunſtantiam confitebitur. Quoniam reſpondetur, huiuſmodi circunſtantiam ſpeciem ab alijs inceſtibus efficere differentem, non ſolùm in linea, ſed etiam in gradu, cum alia ſpecies ſit inceſtus, quæ in linea & primo gradu committitur aſcendentium, & alia, quæ in linea & cæteris gradibus collateralium. Meritò igitur, vt ex eadem cõmuni ſententia, abſq; prædicta limitatione præfatus qui matrem propriam carnaliter cognouit, teneatur cã circunſtantiam, vtpotè in linea & gradu mutantem ſpeciem inceſtus ab alijs, confiteri: ſicque Nauar. quamuis improbet prædictam limitationem generalẽ, admittit tamen caſus exceptos alijs rationibus, quæ ſunt prædictæ. 27

Sed quia difficile eſt iuxta verã Philoſophiã moralẽ docere, inceſtũ cũ matre admiſſum, differre ſpecie ab inceſtu cũ ſorore, probabilis videtur prædicta limitatio,

tatio, nempè non ſolum circunſtantias mutantes ſpeciem neceſſariò eſſe confitendas, ſed etiam illas, quæ notabiliter aggrauant, ita vt ex cognitione earum longè aliter iudicet ſpiritualis iudex de deformitate, quæ fuit in animo pœnitentis, vt in exemplis ſupra fictis & ſimilibus, non tamen ſic aggrauat circunſtantia diei feſti.

28 Hinc dubitari iure optimo poterit cũ iuſdẽ opinionis Domin. à Soto in 4. diſtin. 18. quæſt. 2. arti. 4. exiſtimantis non eſſe neceſſariũ confiteri virginitatis circunſtantiam, id eſt, quòd is, qui cõfitetur eſt virgo, ſi voluntas fornicandi non peruenit ad actum, quamuis ſecus ſit quãdo peruenit. Hęc enim ſẽtẽtia falſa videtur, quia peccata volũtatis & operis ſunt eiuſdem ſpeciei, & ſolùm differunt ſecũdùm diuerſos gradus peccati, hoc eſt, ſecundùm maiorem vel minorem malitiam, vt

29 docet † S. Tho. in 1. 2. quæſt. 72. arti. 7. & explicat Nauarr. in d. manual. Lati. cap. 6. num. 7. & c. 16. nu. 9. & probatur ex illo, Qui viderit mulierem ad cõcupiſcendum eã, iam eſt mœchatus in corde ſuo: vnde fit, vt ſtrupum mẽtale, quod eſt voluntas habẽdi copulam cum virgine, aut cum ſit virgo, erit eiuſdem ſpeciei, cuius ſtrupum reale, quod eſt ipſa copula, & ſi quis eam habuit, debet cõfiteri illam circunſtantiam, vt ipſe Soto fatetur: ergo etiam debet cõfiteri, qui eam efficaciter voluit habere, licèt non habuerit, cũ alia ſpecies luxuriæ ſit velle fornicari cũ virgine, vel cum ſit virgo, & alia velle fornicari cũ corrupta, vel cum ſit corruptus, vel corrupta, vt in ſpecie rectius quidem meo iudicio cõtra Sot. probauit Nauar. d. c. 6. num. 7. & F. Ioſeph. Angles in ſuis florib. Theologic. quæſt. q. de confeſ. in difficul. an circunſtãtia ſtrupi ſit neceſſariò confitenda, vbi dicit contra Sot. eſſe cõmunẽ opin. diſt. 17. quã probat ſtatim ibidẽ in cõcluſ. limitans quãdo cõfeſſor ſtatũ fœminæ nouerat: ac proinde nobis nõ nocet præfata Soti opinionis reproba

30 tio. † Nõ obſunt etiã alię plures limitationes, quas eidẽ communi ſententiæ cumulat Nauar. ibidem & num. ſeq. quoniam ſingulæ ſuam differentem à noſtræ quæſtionis terminis rationem habent, vt videri poteſt.

His ſolidiſsimis fundamentis probata noſtra hac de re ſententia negatiua lucida apparet, quibus prolixæ reſponſiones Cordubenſ. minimè ſatisfaciũt, quia potius euaſiones dici poſſunt, quàm veræ ſolutiones: conſequens igitur fit, vt eam omnino admittere debeamus, quãdoqui dẽ etiã grauiſsimorum virorum concurſu approbata quoque ſit. Eam namque in primis amplectuntur atque approbãt Caiet. 1. 2. quæſt. 7. articu. 1. & 2. 2. quæſt. 122. art 4. & in ſumma, verbo, dies feſtos, & in opuſc. 27. quæſt. quodlib. 10. fol. 55. & ante eum Syluest. in ſua ſumma, verb. circũſtantia. quæſt. 3. & verb. confeſsio. 1. quæſtio. 10. & verb. Dominica. q. fin. & latius in aurea roſa, caſu 93. vbi refert ſuper hac quæſtione doctiſsimos quoſque ordinis Dominicani cõueniſſe, & Iacob. Almain in 4. ſent. diſt. 17. quæſt. 1. verſic. nec ſolum, & in libro concordant. oppoſitionum dictorum Thomæ Aquina. in dubio 348. Victoria in ſumma de confeſ. q. 195. dicẽs, quòd licet grauius ſit peccare in die feſto, non tamen eſt grauitas neceſſariò confitenda, & quòd confeſſores debẽt de hoc admonere pœnitentes. Tũ prætereà eãdem ſententiã aduerſus priorem ex profeſſo pluribus probauit Dominicus à Soto lib. 2. de iuſt. & iur. q. 4. art. 4. & latiſsimè Nauar. in d. c. cõſideret. in princ. nume. 22. & pluribus ſeqq. vbi inquit, quòd inter recentiores hæc incipit eſſe frequentior opinio: eãdem ſequitur idem Nauar. in manual. Latin. c. 6. num. 9. & abſque dubio probauit Couar. in c. alma mater. 1. par. relect. §. 5. nu. 3. de ſententia excommunica. lib. 6. & Armil. aurea in verb. feſtum, ſiue feriæ. num. 12. & nouiſsimè, necnõ & breuiſsimè, Ioſeph. Angles in ſuis floribus Theologic. quæſtionum. quęſt. 9. de confeſ. in difficul. an circunſtantia diei feſti ſit neceſſariò cõfitenda, pag. 288. Poſſet tamen hæc veriſsima ſententia & tenenda limitari, & prior communis ſaluari, quando ea mente quis peccaret, vt feſtum ipſum vio-

laret,& idem dicendum eſt de circunſtã tia diei qui ieiunio,vel orationi eſt deputatus:ita Nauarr. in dict.capit. conſideret.in princip.nume.32.& 40.& in dict. manuali.d.cap.6.num.9.quod nos quoque probamus.

Supereſt modò,vt ad argumenta contrariæ partis reſpondeamus, ex quorum reſponſionibus & noſtra veriſsima ſentẽ tia corroborabitur.

31 Ad primum,nempè.d.c,conſideret.in prin.reſpondeo,multa in eodem conſilio dicta eſſe,è quorum numero ſunt ea quæ de temporis circunſtantia cõfitenda colligi poſſunt,quamuis cęteris paribus grauius ſit peccatum die feſto & orationi, vel ieiunio deputato admiſſum, propter quandam irreuerentiam, quæ licet præter intentionem & propoſitum conſequitur peccatum,non tamen in aliã trãſ fert ſpeciem:& ita verba illa tex. Omnis iſta varietas confitenda eſt, interpretanda ſunt de bono conſilio , non autem de præcepto,niſi varietas illa talis ſit, quæ peccatum in aliam ſpeciem lethalẽ trãſferat: ita exiſtimat intelligendum text. illum Nauar.ibidem num.32.cuius intellectus ex ſuperioribus ſatis cõprobatur.

Ad ſecundum negamus,peccatũ mortale in feſto die admiſſum ſpecialem cũ ratione repugnãtiam habere,& propterea ſpeciali præcepto prohibitum eſſe. Præceptum enim de colendis feſtis, qua ex parte ſenſum habet myſticum,& continet ab omni peccato abſtinentiam,& mentis in Deo quietem,ad finem extrinſecum illius pręcepti pertinet:at ex parte qua præceptum iſtud iuxta literalem ſenſum eſt accipiẽdum, & ſecundùm id quod illo præcipitur,prohibentur exteriores operationes ſeruiles, non ea ratione quòd ſint peccata, ſed quòd ſint opera ſeruilia exteriora,vt explicat S.Tho. in d.q.122.art.4.Peccata igitur in eo iuxta literalem atq; ſpecialem ſenſum non cõprehenduntur,ac proinde per ea præceptum ipſum non violatur: quo fit, vt circunſtantia prædicta neceſſariò non ſit confitenda ex ſupradictis.

32 Ad tertium Ioannis 8. Qui facit peccatũ,ſeruus eſt peccati:reſpondemus,quòd procedit ac intelligitur de ſeruitute metaphorica ac ſimilitudinaria, & non vera & propria:at verò peccatum mortale nõ eſt propriè ſeruile opus,ſed metaphorice:tertium autem præceptum Decalogi de proprio & vero opere ſeruili ac mechanico manuali loquitur, & præceptũ hoc,Omne opus ſeruile nõ facies, ad metaphoricũ,quale eſt peccatũ, extẽdi non debet: & quòd peccatũ nõ ſit opus ſeruile propriè & ad literam intellectum, patet Exodi.12.16.20. 23.& Leuiti.23. vbi nomine operis ſeruilis ibi prohibiti explicantur opera mechanica, ſeu manualia exteriora,non autem fornicatio, homicidium, ludus, detractio: nã peccatũ, vt peccatum eſt,ſolùm myſticè & ſpiritualiter opus ſeruile eſt,ſecundùm Tho. in 3.ſenten.diſtinct.17.quæſt.1.articul.1. quæſtion.2. & ſuper Matth. 12.& Alex. Alenſ. 3.part.quæſt.32.membro. 1. & 4. artic.1.& membro.5.arti.2. & Abulenſ. Exodi.12.quæſtion.24.& 25.vbi inquit, quòd opus ſeruile in hoc præcepto prohibitum mortaliter,eſt operatio laborioſa potentiæ executiuæ corporalis nulla vrgente cauſa ad humanam vitam opportuna: formaliter autem opus ſeruile eſt prędicta operatio corporalis mercenarij facta propter lucrũ: at peccatum, vt eſt peccatum,non eſt huiuſmodi:ergo non eſt ad literam intellectum nec prohibitum in d.præcepto.

33 Ad quartum reſpondet Melchior Cano in relectione de pœnit.4.parte ad fin. quem ſequitur in hoc Couarru. vbi ſupra,in verſ.ad tertium, nempè quòd lex illa vetus abolita eſt,nec nos obligat niſi ea parte,qua legis naturæ præcepta cõ tinebat: deinde quòd lex illa de certo quodam die loquebatur,quod feſtũ propitiationis erat, vbi ſacerdos ſemel in anno peculiariter pro peccatis populi orationem fundebat ad Deum, atque hoſtias offerebat, vt quod nunc Eccleſia facit,ſemel in anno obligans ad pœnitentiæ Sacramentũ,tunc in veteri illo populo pręſignaretur,nec erat lex,quę ſingulis feſtis & Sabbathis hãc animi aſflictio

nem

Ayuntamiento de Madrid

nem præſcriberet, ſiquidem & nunc in lege Euangelica non obligamur ſpeciali præcepto, nec diuino nec humano, ad agendum diebus feſtis pœnitentiam.

34 Ad quintum reſpondeo, illa dicta Ambroſij, Auguſt. & Theophyl. procedere ſecundùm ſenſum myſticum illius præcepti de Sabbatho colendo, quoniam ſecundùm ſenſum literalem intolerabilia eſſent: nemo enim audebit dicere, per illud præceptum, Non facies omne opus ſeruile in Sabbatho, non fuiſſe opera manualia, etiam de ſe non mala, prohibita Iudæis; neque negare, ita eos vbique & ſemper intellexiſſe, & in hunc vſque diem intelligere. Præterea præceptum de Dominico die colendo, quoad prohibitionem operum attinet, eſt conforme præcepto illi diuino de Sabbatho colendo, quamuis parte aliqua ſit laxius, vt ſupra probauimus: & tamẽ cõſtat per hoc præceptum de Dominico die colendo, multa nobis opera manualia, & quæ alioqui non ſunt peccata, eſſe prohibita, ergo & illis illa prohibebantur: quod videntur prædicti Doct. negare: patet ergo eos ſecundùm ſenſum myſticum loqui, vt declarat Nauarr. in d.c. conſideret. in prin. nu. 39. ad fin. & Soto vbi ſupr. ad 1. quicquid in contrarium replicet, non tamen ſufficienter, Cordu. vbi ſupra, in 2. opin. in verſ. ſed certè, eius nãq; replica minimè concludit, quia etſi in feſto prohibebatur peccatũ mortale, & ita contrarietur fini, in quẽ illud pręceptũ tendit, aut magis quàm opus ſeruile mechanicũ, nõ ideò ſequitur, ſpecialiter hoc prohiberi in prædicto pręcepto, ſicut opus ſeruile: nam non ita repugnat peccatũ mortale præcepto ipſi, ſicut opus mechanicum, quandoquidẽ hoc ad literã prohibetur, & inter omnes conuenit aliud eſſe quod præcipitur, aliud finem in quem præceptũ tendit, quia pręceptum traditur non de fine, ſed de his quæ ad illum ordinantur, vt cum S. Thom. probat Nauarr. in d.c. conſideret. nume. 36. vnde Patres illi volunt magis contra finem præcepti huius peccare, qui peccatum aliquod committit in die feſto, quam qui opus ſeruile aliàs licitum operatur. Præterea illud Diui Auguſt. de decem chordis ſupra citatum, verum fatemur, non tamen noſtræ ſententiæ repugnat: quoniam etſi minus malum ſit arare bobus, & fodere ligonibus die feſto, quàm ſeditionem in populo excitare, & præterea filare aut texere die feſto, potius quam laſciuè ſaltare, id tamen eſt, quia magis repugnat fini præcepti, ſcilicet, vnioni animæ cum Deo, laſciuè ſaltare, quàm arare vel filare, &c.

35 Sextum etiam non obeſt, nam quamuis circunſtantia loci ſacri omne peccatum grauius reddat ſecundùm accidens, non tamen eſt neceſſariò confitenda, niſi quando ipſum opus, vel actus peccati, ſanctitati vel immunitati eiuſdem loci directè cõtrariatur, ideſt ei, cui locus eſt ſanctificatus, qualis eſt humani ſanguinis, vel ſeminis effuſio, vel violenta abſtractio corũ qui ad Eccleſias confugiũt, vel quod fit contra ſepulturam, vel contra diuinum cultum, vel libertatem ad illam confugientium, & depoſitarum rerum & ſimilia, per hæc enim omnia directè, & per ſe loco ſacro iniuria fit, & ipſe locus ſacer violatur, vnde talia ſacrilega ſunt: ſecus autem eſt de his, qui non directè, & per ſe violant locum ſacrum, nec illi per ſe iniuriã inferunt, vt qui in Eccleſia committũt peccatum aliquod ſuperbiæ, periurij, aut gulæ, &c. hi namq; non tenentur neceſſariò confiteri circunſtãtiam loci ſacri, neq; qui in eodem loco exiſtentes deſiderant extra illum occidere, ferire, vel fornicari, dummodo nõ percipiant id committere in eodem loco ſacro, hoc enim caſu etiam ſi extra locum ſacrum exiſteret, circũſtantia ſacrilegij, quod in eo admittunt confiteri tenẽtur, vt hæc omnia bene probauit Nauarr. in d. Manual. cap. 6. nu. 9. in fin. & 10. idem in effectu, breuiùs tamen, tenet Victoria in ſumma de confeſ. quæſt. 176. Ioſeph. Angl. vbi ſupra, in difficultate an quodlibet peccatũ in loco ſacro commiſſum ſpeciem mutet: ſic ergo & pariter procedet argumentum de loco ad tempus, & è cõtra, ſuprà pro priori parte formatum,

vt non in omni peccato circunſtantia feſti ſit neceſſariò confitenda, ſed tantùm in illo, quod ſpecialiter in die feſto fieri prohibetur, quale eſt arare, ſerere, & ſimilia opera ſeruilia manualia.

36 Ad ſeptimum, hoc eſt Concilium Colonienſe, reſpondeo, illud Concilium nõ eſſe generale, ſed tãtùm prouinciale, nec eſſe approbatum à ſede Apoſtolica: imo verò nõ ſolum in hac re deceptũ fuit, ſed etiam in materia iuſtificationis errauit.

37 Ad octauũ de doctrina Diui Thom. 2.2.quæſt.122.arti.4. ad 3. reſpondemus, quòd cùm ait, peccata aduerſari obſeruãtiæ Sabbathi, non intelligit quantum ad ſubſtantiam pręcepti, ſed quantũ ad eius finem: refertur enim præceptum hoc ad vacandum Deo & diuinis, cui quidem fini pugnãtiùs obſiſtit peccatum, quàm opus ſeruile, & ob id peius eſt fornicari in die feſto, quàm arare, non quòd per fornicationem violetur feſtum, ſed quòd peius per ſe peccatum ſit, & fini præcepti repugnantius. quod autem ibidem ſubdit, Chriſtianis obſeruandum eſſe Sabbathum ſpiritualiter, non dicit quaſi illa ſit ſubſtantia præcepti, vt, qui ſic non ſeruauerit, tranſgreſſor eius ſit, ſed quòd ille ſit modus ſeruandus ad intentionem pręcipientis, vt ſeruetur in ſpe futuræ quietis, quam nobis promittit Dominus: & quòd iſte ſit ſenſus Sancti Doctoris, patet, quoniam confert Chriſtianum cum Iudæo, dicens, quòd Iudæus ſeruabat illud in figura, nos autem ſeruare debemus in ſpiritu: & tamen quantum ad ſubſtantiam præcepti, eodem modo tenebantur illi ſicut nos, ergo ſenſus ille ſpiritualis non eſt de ſubſtantia præcepti, vt rectè exponit Soto vbi ſupra poſt Caie. in proprio loco, dum explicat Sãctum Thom. vbi ſupra, vt loquatur de præcepto Sabbathi colendi iuxta myſticum ſenſum, aut præcepto iſto, quantum ad eius finem: quod & ſequitur Couarru. vbi ſupra ad quartum. Eodem modo ſatisfit authoritati S. Bonauentu. ſupra in prædicto octauo fundamento adductæ, & pręterea, vt reſpondimus ad 5.

38 † Nec obſtat quòd in dubio tutior pars ſit eligenda, quia negamus in hoc caſu rem eſſe dubiam: quoniam quando aliquid creditur eſſe verũ per legem, rationem & authoritatem ſufficientem, non cenſetur res dubia, etiamſi contrarium maior pars docentium teneat, vt in c. capellanus. de ferijs, & in l. 2. §. ſed neq; C. de vet. iur. enucl. facit tex. in c. Nicęna. 31. diſt.

39 † Præmaximè, quia non ſemper tutior pars eligẽda eſt, cùm ſatis ſit eligere tutam, vt bene declarat B. Ant. in ſua ſumma. 1. par. tit. 10. §. 10. col. 6. gloſ. 2. recepta in d. c. capellanus, quã dixit ſingu. Alex. cõſ. 1. lib. 2. col. 4. quoniã

40 † etſi verũ ſit, eũ peccare mortaliter, qui facit aliquid dubitans an ſit peccatũ mortale, necne, iuxta illud Eccleſ. Qui amat periculum, peribit in illo: aliud tamẽ eſt dubitare, an tale quid ſit faciendũ,

41 † aliud credere ratione probabili & authoritate alicuius illuſtris Doctoris id admonentis, ſecundũ Antoni. pulchrè vbi ſupra, & lati' optimèq; Nauar. in c. ſi quis autẽ. de pœnit. diſt. 7. ſuper illis verbis: Tene certũ, & relinque incertũ nu. 3. & pluribus ſeq. idẽ in c. conſideret. in prin. num. 38. de pœnitent. diſt. 5.

Remanet igitur ex omnibus ex ſupra dictis dilucida, illuſtris, atque ab ſpinis, quæ eã ſuffocare videbantur, liberata noſtra veriſſima ſecũda ſentẽtia, atq; cõmuni recentiorũ calculo probata, vt circunſtantia diei feſti, quo peccatũ admiſſum eſt, nõ ſit neceſſariò cõfitẽda, quãuis laudabile ſit eã ſacerdoti propalare, prӕterquam ſi peccatum commiſſum ea mente ab aliquo eſſet, vt feſtum violaret, quia tunc neceſſariò eſt confitenda.

---

*S V M M A R I V M.*

1 *Monaſteriũ capax ſuceſſionis an excludat ſubſtitutũ vocatũ ſub ea conditione; ſi inſtitutus ſine liberis legitimis & naturalibus deceſſerit, vel ſine liberis ex ſe legitimè deſcẽdentibus, vel ex ſuo corpore procreatis? & num. ſequen. & per totum capit.*

2 *Monaſteriũ loco filij habetur, & num. ſequen. cõtrarium nu. 5 4. ſed procedit per fictionẽ non verò ſecundũ veritatem, nu. 8. & 55.*

Con-

3 Conditio ſi ſine liberis deceſſerit, monaſterium ingrediente grauato, pro inualida, & nō ſcripta habetur.

4 An hoc procedat in foro conſcientiæ?

5 Ius Pontificium magis ſequitur legem Dei, quàm ſeculi.

6 Ius Canonicum animas ad Deum dirigit.

7 Credendū eſt talem fuiſſe teſtatoris voluntatē, ſicut lex ipſa cōſtituit, & interpretatur: tametſi verbis refragari, quodammodo videatur.

9 Conditio debet adimpleri in ſpecifica forma, atque ad vnguem obſeruari, non verò per fictionem.

10 Filius fictus, ciuilis & improprius non excludit ſubſtitutum, ſub ea cōditione vocatum, ſi grauatus ſine liberis deceſſerit.

11 Fictio à lege introducta ſuper eo de quo lex ipſa diſponere poteſt, habetur pro veritate.

12 Monaſterium excludit ſubſtitutum vocatum ſub conditione, ſi grauatus ſine liberis deceſſerit, ne ſcilicèt, religionis profeſſio impediatur, & ne quis à vita contemplatiua auertatur: ſed hoc non eſt præſumendum, vt in nu. 57.

13 Conditio quæ auertit à matrimonio carnali reÿcitur.

14 Fortiori ratione reÿcienda eſt illa, quæ à matrimonio ſpirituali deterret.

15 Legatum factum puellæ de centum, ſi nupſerit, & quinquaginta, ſi religionē ingrediatur, conſequitur mulier maius, etiamſi religionē ingrediatur, niſi relinquatur ſimul ei qui ducet eam vxorem: addat tamen teſtator, quòd legatū ſit pretiū dotis, ne aliàs maritus ſibi habeat legatū, nu. 16. Limitatur, etiamſi legatū ſit relictum pro dote mulieris, vt nubat certæ perſonæ, nu. 17. Fallit quoque, ſi contrarium expreſsè teſtator cauerit, nu. 16 Item in legato facto pro incertis virginibus maritandis, vt in nu. 20. Sed contra primum dictum in nu. 58. & 60.

19 Text. in authent. de ſanctiſſ. Epiſcop. §. ſed & hoc præſenti. collatione 9. cum ſimilib. exorbitans eſt à regulis iuris communis, & à mente teſtatoris, ideò non debet extendi ad alios terminos, vel caſus.

21 Relictum pro cauſa dotis, neceſſariò intelligitur pro matrimonio carnali.

22 Simonia an ſit exigere, & dare dotem pro monialibus recipiendis in monaſterio, & num. 61. & ſequentibus.

23 Relictum mulieri, eo adiecto grauamine, vt alteri reſtituat, ſi nupſerit, cōſequitur ipſa mulier, etiamſi nubat.

24 Plurimi authores referuntur, tenentes, & teſtantes eſſe communem opinionem, quid in principali quæſtione poſita num. 1. monaſterium excludat ſubſtitutum: fallit primò, in monaſterio in communi incapace bonorum, nume. 25. Secundò fallit, quoties clarè conſtaret de expreſſa voluntate teſtatoris in contrarium, num. 23. Tertiò fallit, ſi in conditione prædicta exprimeretur de veris & naturalibus filiÿs, non per iuris interpretationem, vel de eorum vero, & non ficto matrimonio, aut per alia verba æquipollentia, quæ neceſſariò inferant de excluſione monaſterÿ cogitatum, nu. 27. & 28. Fallit etiā, ſi appareret teſtatorem voluiſſe agnationi conſulere, bonaque in familia conſeruari, numero 29. Fallit etiam, ſi ſubſtitutus ſit filius teſtatoris, vt in numero 31. 32. & 35. quāuis alÿ contrarium teneant, vt in nume. 33. & 34.

30 Conditio in maioratibus adiecta, vt in eis non ſuccedāt monachi, nec presbyteri valida eſt.

34 In bonis extra legitimam, magis fauetur monaſterio, & piæ cauſæ, quàm filÿs: ſed contra num. 36. vbi de intellectu text. in cap. quicumque. 17. quæſt. 4.

35 Melioratus filius in tertia hæreditatis parte, cum grauamine, vt ſi ſine liberis deceſſerit, alteri filio teſtatoris reſtituat, ſi monaſterium ingrediatur, non ſuccedit monaſteriū in ea parte, quæ legitima eſt filiorum, ſed alter filius vocatus.

37 Monaſterium non excludit filium teſtatoris ſubſtitutum, ſi pia cauſa ſecundo loco ſubſtituta ſit: quod procedit, etiāſi primus ſubſtitutus ſit extraneus, nu. 38.

39 Text. in dicto. §. ſed & hoc præſenti, authenti. de ſanctiſſ. Epiſcopis, non procedit, ſi alia pia cauſa fuerit ſubſtituta, quamuis non ſit æquè pia cauſa, ac illud monaſterium, vt in nu. 40.

41 Monaſterium quòd non excludat ſubſtitutum ſub conditione, ſi grauatus deceſſerit ſine liberis legitimis, & naturalibus, vel ſine liberis ex ſe legitimè deſcendentibus, vel ex

*ſuo corpore procreatis, latè probatur, & numeris ſequent. & nu. 52. referuntur plures authores eam tenentes teſtanteſque communem, & nu. 53. ea eligitur ab authore.*

42 *Sub ſimplici conditione non continetur mixta.*

43 *Fauoris ratio attendi non debet, cum ius tertij læditur.*

44 *Fauorabilis merè dici non poteſt ea diſpoſitio, quæ mixtum in ſe fauorem & odium continet.*

45 *Diſpoſitio dict. §. ſed & hoc præſenti, non eſt trahenda nec extendenda ad alios caſus, & conditiones, quàm in eo expreſſas, nempè nuptiarum, ſiue defectus liberorum.*

46 *Text. in d. §. ſed & hoc præſenti non habet locum, vbi verba teſtatoris clara ſunt, eiuſq; mentem ſignificantia, ex quibus voluit diſpoſitionem ſuam naturaliter, non autem ciuiliter, & per fictionem intelligi.*

47 *Communis vſus loquendi ſemper attendi debet.*

48 *Cum manifeſtus eſt teſtatoris ſenſus, verborũ interpretatio nuſquã tantum valet, vt melior ſenſu exiſtat.*

49 *Subſtitutio, ſi inſtitutus deceſſerit ſine filijs, intelligitur de veris filijs, non de fictis: & quomodo hoc intelligatur.*

50 *In poteſtate inſtituti eſſe non debet ſubſtitutionem à teſtatore factam illudere, irritãque reddere.*

51 *Filius adoptiuus non operatur defectum ſubſtitutionis factæ alicui, ſi ſine liberis deceſſerit.*

56 *Monaſterium non habetur pro filio, niſi tantùm in caſibus à iure expreſſis, & ad alios non extenditur, cum hæc ſit fictio quædam.*

59 *Doctores noſtri plerumque rationes non perſcrutantur, & aues imitantur, quæ quando vna volat, aliæ omnes ſequuntur, & communis opinio non attenditur, quando alia opinio contra communem fundata eſt melioribus rationibus.*

61 *Vſus receptiſſimus habet ſine ſcrupulo, vt licitè exigatur dos pro moniali.*

62 *Monaſterium ſi egẽs ſit, poteſt acceptare dotẽ pro alimentis monialis abſque ſimonia.*

63 *Præfectæ monaſteriorum monialium, etiam ſi ſit expletus numerus earum, quæ ali poſſunt ex redditibus monaſterij, abſque culpa poſſunt ſufficienter dotatas admittere.*

64 *Moniales plures recipi non debẽt, quam ali poſſunt ex redditibus monaſterij.*

*Monaſterium monialium egens, ex pacto nihil aliud pro dote monialis recipere poteſt, præter illud, quod alendæ moniali ſit neceſſarium.*

66 *Conſuetudo, & vſus Hiſpaniæ in recipiendis monialibus.*

67 *Numerus monialium vbi non eſt impletus, monaſteriumque diues ſit, illicitum eſſet dotẽ ab ingredientibus exigere, hoc autem ceſſante licet, vt in nu. 68.*

69 *Prodigæ expenſæ & profani apparatus fieri ſoliti ex pacto tacito, vel expreſſo, dum vel ingrediuntur monaſterium, vel profeſſionem emittunt, non ſunt liciti.*

70 *Capit. fin. cum ſimilibus, de ſentent. & re iudi. loquens in matrimonio, libertate, dote, ſeu teſtamento, locum habet in quacunque alia cauſa fauorabili, prout eſt monaſterij, ſeu Eccleſiæ.*

71 *Sic perſonis fauorabilibus debitores ſumus in iuſtitia, quòd alijs iniuſtitiam facere nõ debeamus.*

72 *Diſpoſitioni text. in d. §. ſed & hoc præſenti, non cenſetur ſatisfactũ ex ſolo ſacerdotio.*

73 *Limitatur hoc, ſi clericus bona ſua dediſſet capellæ, cuius factus ſit ſacerdos, vel ſi omnia bona ſua, vel ſaltem hæreditatem ſibi relictam expendat in pias cauſas.*

## CAPVT XXXII.

### Monaſterium an excludat ſubſtitutum, ſub conditione vocatum, ſi inſtitutus ſine liberis legitimis & naturalibus deceſſerit, vel ſine liberis ex ſe legitimè deſcendentibus, vel ex ſuo corpore procreatis?

1 Controuerſa in iure plurimũ eſt, ac difficilis quæſtio illa inſignis, An monaſterium capax ſucceſſionis excludat ſubſtitutum vocatũ ſub ea conditione, ſi inſtitutus ſine liberis legitimis & naturalibꝰ deceſſerit, vel ſine liberis

Ayuntamiento de Madrid

liberis ex ſe legitimè deſcendētibus, vel ex ſuo corpore procreatis?

Qua in re pars affirmatiua ſequentibus fortiſsimis fundamentis & authoritatibus aſtruitur.

Primò, quia monaſteriū loco filij habetur, vt in cap. in præſentia. de probatio. vbi probatur, quòd ſubſtitutio alicui facta, ſi ſine liberis deceſſerit, euaneſcit per ingreſſum monaſterij, quia non eſt intelligendum ſine hærede decedere, qui monaſterium ſibi hæredem inſtituit, & ibi communiter Doctores ad hoc notant text. illum, nempè quod monaſterium habeatur loco filij, quandoquidem ibi facit deficere præfatam conditionem, ſi ſine liberis deceſſerit: ad idem allegari ſolet text. in authentic. de ſanctiſs. Epiſcop. §. ſed & hoc præſenti. colla. 9. vbi cōditio, ſi ſine liberis deceſſerit, grauatō ingrediente monaſterium, pro inualida & non ſcripta habetur: idē probat tex. in authent. niſi rogati. C. ad Trebel. & quamuis Alciat. conſil. 53. numer. 6. lib. 9. exiſtimet, diſpoſitionem d. §. ſed & hoc præſenti, non procedere in foro conſcientiæ, quia huiuſmodi lex

4 lata † eſt contra defuncti voluntatem, & ideò Eccleſia, quæ eſt cultrix iuſtitiæ. c. 1. §. ſed diuerſo. de aliena. feud. non debet eius bonis vti contra illius voluntatem: & quamuis lex præſumat, quòd ſi teſtator cogitaſſet de monaſterio, talem conditionem nō appoſuiſſet, huiuſmodi tamen præſumptio in foro animæ non eſt tuta, cùm in eo ſola veritas ſpectari debeat, vt notat Ioan. Andreas in capit. is qui fidem. de ſponſal. quod Alciat. vbi ſuprà, num. 8. & in l. quinque pedum. numero 20. in fin. C. finium regund. latiùs confirmat. Hæc tamen ipſius ſententia admittenda minimè eſt, cum prædicta lex Iuſtiniani à iure Pōtificio fuerit recepta in dicto. c. in præſentia. Ius enim

5 Pontif. magis ſequitur legem Dei, † quā ſeculi, vt in cap. filius. de teſtam. & in. c. cum eſſes. & in cap. relatum. eodem tit. Abſit igitur, ius Canonicum quicquam conſtituiſſe in præiudicium ſalutis æternæ, cap. vltim. cum ſimilib. de conſuetu.

6 † Ius namque Canonicū animas ad Deū dirigit, Abb. in rub. procem. Decret. nu. 16. verſic. item conſidera. Credendū igitur eſt, talem fuiſſe teſtatoris voluntatē, ſicut lex ipſa cōſtituit & interpretatur,

7 tametſi verbis † refragari quandoque videatur, argument. l. iam hoc iure. cum ſimilib. ff. de vulgar. & pupil. & in terminis per prædicta contra Alciat. tenet & probat Franc. Mantica lib. 11. de coniectu. vltim volunt. titul. 7. nu. 2. fol. 286. & ita illam ſentententiam, nempè quòd monaſterium loco filij habeatur, teſtatur communem Iaſ. eam ſequutus in authent. ſi qua mulier. num. 18. C. de ſacroſanct. Eccleſ. & Decius ind. cap. in præſentia. nu. 61. & Ioan. Bapt. Villalob. ex Iaſ. quem refert in ſuis commun. opin. litera M. num. 188. & eam videtur probare gloſſ. in l. ſi ita quis commiſerit. §. ea lege. verb. intereſt. ibi, vt Eccleſia quodammodo ſit de ſuis. ff. de verb. obligat. ſequitur Alexand. in l. vtrùm. ff. de verb. oblig. quē refert Affl. ſt. decil. 320. num. 9. congerit plurimos Tiraq. in l. ſi vnquā. verb. ſuſceperit liberos. nu. 42. C. de reuocan. donat. & Mench. de ſucceſſ. creat. §. 21. nume. 166. vbi eam probat, dicens eſſe veriorem & receptiorē, quia etſi Romanus Pōtif. in dict. cap. in præſentia. id expreſsè non dicat, nempè monaſterium haberi loco filij, firmat tamen ſine hærede non deceſsiſſe, qui monachus deceſsit, ſeque & ſua monaſterio obtulit. Hæredis autem appellatione ibi intelligitur planè filiꝰ, vt in illo text. iuncta l. ex facto. §. final. cum ſimilib. ff. ad Trebel. Eandem etiam ſententiam cum alijs probauit D. Molina lib. 2. de primogen. Hiſpan. cap. 9. num. 41. Cum igitur monaſterium habeatur loco filij, & appellatione filiorum ſimpliciter facta, intelligatur de filijs ex ſe natis, vt in l. ſi fideicommiſſum. ff. de condit. & demōſt. & in. l. ſi ita quis. §. 1. ff. de legat. 2. Ergo quamuis teſtator expreſſerit prædicta verba, de quibus in noſtra quæſt. idem erit dicendum, vt monaſterium excludat ſubſtitutum, ac ſi prædicta verba nō fuiſſent adiecta: quia expreſsio eorum,

quæ

Ayuntamiento de Madrid

quæ tacitè inſunt, nihil operatur, vt in l. 3. ff. delegat. 1. l. non rectè. C. de fideiuſſ. Illis autem non expreſsis, non eſt dubiũ ad monaſterium bona pertinere, vt in dictis iuribus : ergo & illis expreſsis. Nec obſtat, quòd etſi vera eſſet ſuprà relata communis ſententia, quæ habet,
8 quòd monaſterium † loco filij habeatur, hoc tamen procederet per fictionẽ, non verò ſecundùm veritatẽ, vt liquet, & tenet Bald. in l. cum acutiſsimi. columna 1. verſic. quæro quid ſi pater, C. de fideicommiſſ. & probat Felin. in d. c. in præſentia. nume. 42. de probatio. Afflict. deciſ. 83. numer. 14. Id quod apertè intelligunt omnes, dicentes, monaſte-
9 rium haberi loco † filij, vt ex alijs affirmat Tiraquel. vbi ſuprà, num. 45. Conditio autem debet adimpleri in ſpecifica forma, atque ad vnguem obſeruari, non verò per fictionem, vt in l. qui hæredi. & in l. Mæuius. ff. de conditionibus, & demonſtrat. Iaſ. in l. Gallus. §. & quid ſi tãtùm. num. 13. ff. de liberis & poſthum. &
10 communiter Doctores. Prætereà filius fictus, ciuilis, & improprius, non excludit ſub ea conditione ſubſtitutum. d. l. fideicommiſſum. ff. de condition. & demonſtra. l. ſi ita quis. §. is qui in tempus. ff. de legat. 2. l. vlti. C. de his qui veniam ætа. impetra. notat in ſpecie Paul. Caſtr. in dict. authent. niſi rogati. quem refert & ſequitur Couar. lib. 1. variarum reſolut. cap. 19. nume. 6. in fin. Quia reſpondeo, quòd ex quo fictio hæc eſt à lege
11 introducta † ſuper actu, de quo lex ipſa diſponere poteſt, vt ſcilicèt, fauore religionis monaſterium loco filij habeatur, & vnà cum filijs ad ſucceſsionem admittatur, dicitur lex id facere verè, non autem fictè, vt notat Antonius de Butr. conſil. 20. relatus à Iaſ. in l. ſi is qui pro emptore. num. 224. ff. de vſucapio. quos citat & ſequitur deciſ. Pedemon. 126. numero 5. & de eo tanquam de caſu vero iudicãdum eſt, iuxta l. qui ad certum. ff. locat. l. lex Cornelia. ff. de vulgar. & pupil. ſubſtitutione.
12 Secũdò, eadem pars affirmatiua probatur, quia etſi monaſterium loco filij non haberetur, adhuc alia ratione ſubſtitutũ excluderet in propoſito, ac conditio pro non adiecta haberetur, ne ſcilicèt, religionis profeſsio impediatur, ne ve quis à vita monaſtica, & contemplatiua auertatur: quod maximè odioſum eſt in religione Chriſtiana: ita Ricard. de Malũbre relatus, & ſequutus à Bart. conſil. 1. incip. Parmenſis. Doctores communiter in dicta authentic. niſi rogati. & indict. cap. in præſentia. Couar. vbi ſuprà, nu. 7. in princi. & eſt communis ſecundùm Rip. in l. ex facto. §. ſi quis rogat⁹. nu. 42. ff. ad Trebel. & ſicut reijcitur ea cõditio, quę auertit à matri-
13 monio † carnali, vt in l. ſed ſi hoc. §. vlti. & in l. quoties. ff. de condit. & demõſtr. in rubr. C. de indict. viduit. tollen. fortiori ratione conditio illa omninò reij-
14 cienda eſt, quæ à matrimonio † ſpirituali deterret, ſecundũm Aret. & Felin. in dict. c. in pręſentia. quos refert & ſequitur Pariſ ibi, num. 137. & 143. & Roland. à Valle conſil. 35. num. 20. & 25. lib. 3. for ſan enim abſtinebit à religione, ſciẽs ea bona poſt eius obitum remanſura non eſſe penes monaſterium.
15 Tertiò, eadem ſententia probari videtur ex eo, quòd ſi pater filiæ, vel puellæ legauerit centum, ampliorem ve quãtitatem, ſi nupſerit, ſi verò religionem ingreſſa, vel profeſſa fuerit, quinquaginta, minorem ve, vel aliam quantitatem, ſecũdùm receptiorem ſententiam filia, vel puella ingrediens religionem habebit, eiuſque monaſterium conſequetur maiorem ſummam ſibi à teſtatore relictã, ſi nupſerit, ac ſi mulier ipſa nuptias contraxiſſet, fauore religionis, ne ſcilicèt, quis metu amittendi legatum maius, abſtineat ab ingreſſu religionis: ita Bart. & Socin. in l. 2. ff. de his quæ pœnę nomine. Antonius de Butr. numer. 27. Aretin. 72. Felin. 37. in dicto cap. in præſentia. vbi Pariſ. num. 144. eam communem appellat, & ibi etiam Beroius num. 494. idem fatetur eam ſequutus Iaſ. in authent. ſi qua mulier. colum. 3. num. 11. & 15. C. de ſacroſanct. Eccleſ. & Ioannes Crotus in l. nemo poteſt. fol. 7. ff. de legat. 1.

Ayuntamiento de Madrid

gat.1.eandem ſententiam probauit Ioãnes Andreas in additio. ad Specul. in 4. part. ſub rubr. de ſtatu monach. Roma. in l. ſtipulatio hoc modo concepta. colum.7.in verſic..Vltim.ff. de verb.oblig. quem refert additio Abb. in dicto cap. in præſentia.in verſic.ex his patet deciſio: & hanc eſſe tenendam, & ab ea non recedendum in iudicando & conſulendo, teſtatur Thomas Ferra. cautel.9. & eſſe communem affirmat Decius conſi. 674.nume.4.vbi quòd ab ea non eſt recedendum in iudicando & conſulendo: communem quoque teſtatur Ripa in l. 1.num.62.ff. ſolut.matrim. & Viuius in ſuis communibus opin.verb.filiæ relinqués pater. & eſt cõmuniter recepta ſecundùm Octauian.Cacheran.deciſ.Pedemont.ſupradict.126.numer.6.& ante eum eamdem teſtatur communem, & plurimorum authoritate munitam eſſe plures allegans Couarru. dicto lib.1.variarum, cap.19. num. 9. & hanc partem vti communem amplectitur Marſil. in rubr.de fideiuſſo.num.127.vbi idem exemplificat & tenet in legato facto homini de mille, ſi duxerit vxorem, & ducenta, ſi religionem intrauerit, vel habitum clericalem aſſumpſerit:eamdé præcedentem ſententiam tenet Pariſ.conſi. 65. colum.4.volum.2. vbi inquit hanc partem veriorem & communem, quam tanquam magis receptam ſequitur Socin. concil. 269. col.1.libro 2. inquiens ab ea in iudicando non eſſe recedendũ, tanquam magis communẽ doctorum virorum, ſecundùm quam ſæpè conſuluit, rurſus conſi.241. colum.4. num.3. verſic.nec obſtat ſi dicatur, lib.2. Denique articulum hunc latiſsimè diſputat pro vtraque parte, & hanc plurimos referés, ſequitur, & communem appellat, dicens firmatam eſſe pluribus, & melioribus authoribus authoritatibus pręſtãtibus, pondere, numero, & menſura: ergo in iudicando amplectenda, Roland.à Valle dict.conſil.35.num.16.& ſequent. vſque in fin. conſilij, lib.3.qui num.29. teſtatur, cum hac eſſe magis communẽ ſcholam ſcribentium, & conſulentium, à qua nullatenus in iudicando & conſulendo & recedendum, ſecundùm ipſum ibidem.

16 Sed adhuc retenta hac communi ſententia, dari poteſt cautela, ſi pater velit minus relinquere filiæ nubenti, quàm religionem ingredienti, vt dicat, Relinquo, vel lego filiæ meæ centum, & qui ducet eam in vxorem, relinquo mille, quia in hac ſpecie licèt monaſteriũ ingrediatur, non poterit petere illa mille, quia non ſunt legata mulieri, ſed ei, qui ducet eam in vxorem: ita ſingulariter Bart. in l.2.ff. de his quæ pœn. nomine. Conſulit tamen hoc addi, vt illud quod relinquit marito, ſit pretium dotis, aliàs ipſe ſibi haberet: quod & probat Socin. ibidem & Felin.in dicto cap. in præſentia.nu.37.Iaſ.in dict.authent.ſi qua mulier.colum.3.in princip.Ioan. Dilect. de arte teſt. in titul. de legat.cautel.64.vbi inquit, quòd cautela adiuuatur naturali æquitate, vt in l.ſcire oportet.§.ſufficit. ff. de excuſa. tuto. quos refert & ſequitur Roland.à Valle vbi ſuprà numer.31. Quare idem erit, ſi eſſet factum legatũ

17 pro dote † mulieris, vt nubat certæ perſonæ: nam ſi illi nubere recuſet, non poterit abſque dubio religionem ingrediédo conſequi huiuſmodi legatum, vt elegáter probauit Bald. Nouel. in tract. de dote.6.parte priuileg.77. num.3. vbi, & in numeris ſequentib.quid ſi illa perſona à teſtatore deſignata, cui nubere debeat, eſſet mortua? Ex his igitur patet prima limitatio ad præfatam magis cõmunem ſententiam.

18 *Secunda limitatio eſt, & à fortiori,* quoties expreſsè teſtator contrarium caueret, adijciédo nempè, quòd ſi religionem filia mea ingrediatur, nolo eam habere niſi tantum, centum nempè, aliáve quantitatem, vel ſe nolle filiam centum, vel mille habere, niſi matrimonium contraxerit, ſecúdùm Viuium vbi ſuprà: & hoc primò, quia text. in dicto §. ſed & hoc præſenti. cum ſimilibus, eſt exorbitans à regulis iuris communis volenti-

19 bus conditionẽ † debere impleri in ſpecifica forma, vt eſt prædictum: & quia

eſt

Ayuntamiento de Madrid

eſt contra diſpoſitionem l.fideicommiſſum. ff.de conditionibus & demonſtrationibus. & l.ſi ita quis.§.is cui. ff. de legat. 2. exorbitat etiam à mente teſtatoris, & ideò non debet extendi ad alios terminos, vel caſus, quã ibi poſitos, qui ſunt ſimplicis conditionis nuptiarum, vel liberorum: argum.l.ius ſingulare.& l.quod verò contra.ff.de legib. & notãt in terminis gloſ. & Doctores in dicta authent.niſi rogati.& Bald.Nouel.vbi ſuprà,nu.4. & Auguſt. Bero.quæſt.famil. 34.per tot. Ripa in l. ex facto. §. ſi quis rogatus.num.37.ff.ad Trebel.deciſ. Pedemont.ſuprà citata.nu.12.& 13. eſt verius & receptius, ſecũdùm Coſtam in c. ſi pater. in 1.part.in verb. ſi abſque liberis.num.70.de teſtam.in 6.In noſtra autem limitatione expreſsè cauetur contrarium: ergo volũtas teſtatoris expreſſa ſeruanda eſt. Secundò, eadẽ limitatio probatur,quoniã ſic etiam, vt infrà dicemus, ſecundùm communẽ Doctorũ ſententiam,ob expreſſam teſtatoris voluntatem,ſubſtitutus prȩfertur monaſterio, quod à proprijs bonis iure potuit teſtator alienare: & ita hanc ſecundam limitationem aduerſus Areti. in dicto cap. in præſentia. contrarium tenẽtem probare videtur Couar. vbi ſuprà,num.9.& eſt veriſsima meo iudicio.

20 Tertiò limitari poſsũt ſupradicta, vt procedant,prout videntur verè loqui in legato facto certæ perſonæ maritandæ: ſecus in legato generali relicto pro dote incertarum virginum maritandarum: quia cùm in hac ſpecie poſsit voluntas teſtatoris verificari, atq; impleri in alijs puellis, quæ velint matrimoniũ carnale contrahere, meritò quòd non mutetur in alium vſum,quamuis pium: quæ ratio ceſſat in legato relicto certæ virgini maritandæ, quæ ſi religionem ingrediatur, adimpleri pia defuncti voluntas præfata non poteſt, niſi eidem religionẽ profitenti, hoc eſt, monaſterio ipſius præſtetur, quo modo ipſa profectò adimpletur, vt ius interpretatur ſpeciali fauore religionis,vt in dicto §. ſed & hoc præſenti. cum ſimilibus, qui cũ in hac ſpecie loquatur, non verò in legato generali, & ſic exorbitans ſit à iure communi, & mente tacita teſtatoris, meritò vt extra ipſius caſus trahendus non ſit, vt modò dicebamus. Et in ſpecie noſtræ huius limitationis ita decidit Bald. in dicta authent. niſi rogati.nu.11. vbi quærens, Nunquid monaſterium habeatur loco filij in alijs caſibus, quàm poſitis in illa authẽt. quæ fuit deſumpta ex dicto §. ſed & hoc præſenti. dicit, quòd gloſ. notabi. determinat ibi quòd non, & quòd ideò executores deputati ad virgines maritandas, non poſſunt dare hanc quantitatem virgini intranti monaſterium, quia non habent in mandatis: & quia maritare pauperes virgines, eſt pia cauſa,quȩ non poteſt excludi per alium pium vſum,vt ibi,& in Clement. quia contingit.de religioſ.domi.& hoc modo hȩc doctrina Bald. liberatur à deciſione text. in dicto.§. ſed & hoc præſenti. & dicta authentic. niſi rogati.qui niſi ita intelligerentur, vt prædiximus, eidẽ Bald. illationi ſupradictæ maximẽ obſtarent: interpretati verò vt ſuprà, nihil eidem contradicũt: & ita poteſt etiã defendi opin. hæc Bald. à ſupradicta magis communi ſententia, intelligendo, vt ipſa procedat in legato relicto certȩ virgini maritandæ, ſecus in legato generali pro certis maritandis virginibus relicto, quo caſu limitatur præfata magis communis ſententia, iuxta dictam doctrinam Bald. quam in terminis referũt & ſequuntur Bertachi. in ſuo repertor. verb. legatum pium. verſicul. vigeſimo quinto. Bald. Nouel. vbi ſuprà, nume. 2. & Baeça alios allegans de non melior. ratione dotis filiab. cap. 14. num. 9. Palacios Rub. in repet. rubr. de donatio. inter virum & vxor. ſuper verbo, dictus Rodericus. §. 12. incip. tertio propter neceſsitatem. num. 6. Didacus Perez in l.1. titul. 2. libr. 5. ordin. Barbat. conſil. 23. colum. 2, & 3. lib. 3. quamuis Bocrius deciſ. 3. nu. 13. teneat, Bald. in dicta authen. niſi rogati, velle maiorem dotem dandã eſſe hoc caſu mulieribus maritandis, quàm intrantibus religionem. Ego verò

contra-

contrarium credo, nempè Baldũ id noluiſſe, ſed potiùs quod prædiximus, vt ex eius litera ſuprà relata patet: quod etiam tenuimus conſil. 26. nu. 13. & 14. * & ſequitur aduerſus Ioan. Crot. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 1. titul. 23. num. 5. * Si igitur non obſtante ſpeciali prouiſione teſtatoris, qui de religione cogitauit, relinquendo quinquaginta mulieri monaſterium ingredienti, ad plenius legatum centum aureorũ monaſterium contra mentem teſtatoris admittitur, multò magis idem ſtatuendum erit, vbi nulla facta eſt prouiſio expreſſa à teſtatore, prout in quæſtione principali, de qua agimus, facta nõ fuit, cum lex præſumat, quòd ſi de monaſterio cogitaſſet, veriſimiliter voluiſſet ſubſtitutum ab eo excludi: prout hanc rationem ſenſiſſe videtur Paul. de Caſtro in dicta authent. niſi rogati. nu. 4. quem ſequitur Alexand. conſil. 121. numero 12. volum. 2. Deci. conſil. 259. nu. 2. Ex tacita igitur mente teſtatoris à lege interpretata, videtur dicendum, locum non eſſe ſubſtitutioni, admiſſo monaſterio.

21 Quartò facit pro eadem ſententia, quia illuò quod relinquitur cauſa dotis, neceſſario intelligitur pro matrimonio carnali, vt in l. 3. ff. de iur. dot. & in l. fin. in princip. C. de donation. ante nupt. Pro matrimonio namque ſpirituali, videlicèt pro introitu monaſterij, non po-

22 teſt † dos dari, vt in cap. non ſatis. de ſimon. melior text. in cap. quoniam. 40. in ordine, eodem titul. & in cap. periculoſo. de ſtatu regul. libro 6. quod modo innouat Concil. Trident. ſeſsione 25. c. 3. de regular. vbi quòd non admittantur plures moniales in monaſterium, quàm ali poſsint, & quòd ſit ſimonia recipere moniales cum dote, eſt Extrauagans Vrbani Quinti, ne in ea, & probat latè Dionyſi⁹ lib. 1. & 2. de ſimonia, licèt nihil accipiatur pro ingreſſu religiõis, ſed tantùm ſuſtentationis gratia: nec excuſat ab hoc monaſterij paupertas: & tamen illa, ſiue dotis cauſa remittitur, & pro non ſcripta habetur, aliquo ingrediente monaſterium in caſu dict. §. ſed & hoc præſenti, licèt non poſsit dici, ꝙ conditio ciuiliter impleatur: ergo in caſu propoſito licèt non poſsit dici impleta conditio ciuiliter, ita ꝙ filij dicatur ex ſe nati: monaſterio tamẽ debet remanere dicta bona, ſublata dicta conditione: idemq́; poteſt dici de eo quod relinquitur cauſa donationis ꝓpter nuptias, vt in dicto. §. ſed & hoc præſenti.

23 Quintò facit, quia ſi mulieri relinquatur aliquid, & ipſa grauetur onere fideicommiſsi, ſi nupſerit, ipſum præſtare non tenetur, etiam ſi nupſerit, vt in l. quoties. ff. de cond. & demõſ. ne nuptiæ impediantur, timore enim illius grauaminis non nubet, vt in l. hæres meus. §. fin. ff. de condit. & demonſtr. multo igitur magis non valebit ſubſtitutio in propoſita ſpecie, quia eſt impedimentũ religionis, & vitæ contemplatiuæ, quæ longè melior eſt quàm actiua, vt in authent. de monach. in princip. & ibi notatur, collat. 1. & dictum eſt ſuprà. facit text. in l. Titiæ ſi nupſerit. ff. de condit. & demonſtr. vbi ſi filiæ teſtator legauerit centum, ſi nubat, & ducenta, ſi non nubat, quamuis nubat, conſequetur plenius legatũ, ne mulier retrahatur à matrimonio carnali: ergo idem in noſtra quæſtione dicendum eſt, ne retrahatur inſtitutus à matrimonio ſpirituali: de cuius l. Titiæ, intellectu agit Couar. vbi ſuprà, nu. 9.

24 His & alijs fundamentis hanc ſententiam principalem probarunt Dynus in l. ſi ita quis. §. fin. ff. de legat. 2. & Ricardus de Malumbre, eoſque referens Bartol. in dicta l. ſi ita quis. §. is cui. & ibi Fulgoſ. & in l. ſi ita quis. §. ea lege. ff. de verborum obligat. & in dicta authent. niſi rogati. & ibi Cynus, Angelus, Albericus, & Paul. idem Bart. in ſuo conſil. 1. per totum, quem ſequitur, & latiſsimè octo fundamentis probat Alexand. cõſil. 121. nu. 3. & ſequent. volum. 2. & conſil. 35. ſuper contentis, lib. 3. & conſil. 92. viſo themate. libro 4. vbi teſtatur, quod communis ſententia eſt pro monaſterio: & ante eum tenuit Bald. in dict. capit. in

Ayuntamiento de Madrid

pit. in præſentia. nu. 8. verſi. ſed quid ſi teſtator. de probatio. Paul. Caſtr. in dicta authent. niſi rogati. nu. 3. idem Paul. in dicta l. Deo nobis. nume. 4. Antonius de Butr. & Abb. in dicto cap. in præſentia. nume. 84. Aretinus, & Felin. ibidem, num. 36. verſic. & iſta denotant difficultatem. & ibi Decius nu. 58. eam latè probat, dicens communem cum Alexand. eandem etiam tenet Lapus allegat. 129. factum ſuper quo. Angelus in diſputatione, nobilis quidam. & conſil. 8. quæſtio hæc difficilis eſt. Idem Decius conſil. 259. numero 1. 2. & 3. expreſsim loquens in terminis noſtris, quando eſſent appoſita illa verba, Si ſine liberis ex ſuo corpore procreatis, vel ex ſe legitimè deſcendétibus, &c. Et clariùs in eiſdem terminis in conſil. 426. colum. 1. num. 1. & 2. vbi quòd iſta eſt communis opin. Iaſ. in dicta authen. ſi qua mulier. nu. 8. C. de ſacroſanct Eccleſ. Ripa in l. ſi vnquam. quæſt. 34. num. 92. C. de reuocād. donat. vbi plures citat, & teſtatur communem opinionem, & latiùs in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. num. 37. cum ſeq. ff. ad Trebel. vbi dicit communé, eamq; ſequitur, dicens, quòd ex prædictis verbis, ſi ſine liberis deceſſerit ex ſuo corpore procreatis, non redditur manifeſta voluntas teſtatoris, quòd de monaſterio cogitauerit, & de eo excludendo à ſucceſsione ſenſerit, cùm potuerit intelligere de excluſione adoptiuorum, & eorum, qui de legitimo matrimonio nati non ſunt. Eandem ſententiam bene defendit Pariſius in dicto cap. in præſentia. nu. 136. & ſequent. poſt Barbat. conſil. 20. volum. 1. Bertrand. conſil. 123. incip. thema conſultationis. volu. 2. Ruynus conſil. 153. in fin. volu. 3. eamque ſequutus eſt, & communem teſtatur Aymon Crauet. conſil. 152. volum. 1. alios citat Roland. à Valle dicto conſil. 35. numero 12. lib. 3. & hæc eſt communis opinio Doctorum in dict. c. in præſentia. ſecundùm Bald. Nouel. vbi ſuprà nu. 5. vbi cum ea tranſit: hanc teſtatur cómunem, plurimos referens Mencha. de ſucceſ. creat. dict. §. 21. num. 167. & hæc opinio eſt magis communis, & pluribus, & fortioribus rationibus, & authoritatibus munita, & per conſequens, in iudicando non eſt recedendum ab ea, vt teſtatur Alexand. dict. conſil. 121. num. 11. cuius additio num. 3. inquit, quòd Alexand. in hoc habet ſecundùm communem opinionem Legiſtarum, & Canoniſtarũ, vſque hodie: quia dicunt omnes communiter, & nominatim Decius conſil. 426. quòd etiamſi potuit teſtator excludere monaſterium, tamen non cenſetur per illa verba, Si deceſſerit ſine filijs legitimis & naturalibus, monaſterium velle excludere, nec de eo cogitaſſe: imò idem eſt, etiamſi dictũ ſit, ſi deceſſerit ſine liberis legitimis, & naturalibus ex ſuo corpore procreatis, ſecundũ Alex. ibidé, cũ quo adhuc cómunis opinio videtur ſtare in hoc, vt inquit eius additio ibidem. Eandem etiam ſententiam Bart. teſtatur magis communé plurimos allegans, qui eam ſequuntur, additio eiuſdem Bart. dict. conſil. 1. litera B. ſequuntur etiam plurimi relati à Franc. Mantica de coniect. vltim. volút. libro 11. titul. 7. numer. 18. & ſeq. vbi eam dicit communem, & magis communem in fauorem monaſterij, in conditionibus relatis ſuprà in ſummario huius capitis. Eãdem communem cum pluribus authoribus refert nouiſsimè Didacus Perez in l. 1. titul. 2. libr. 5. ordin. fol. 134. column. 2. * Et poſt huius operis, 1. editionem, Velazquez in l. 40. Tauri. gloſ. 4. num. 30. vbi eam ſequitur. *

25 Hęc magis communis ſententia primò limitatur, vt procedat in monaſterio, quod in communi eſſet capax bonorum, vt prædiximus: ſecus ſi filius ingrederetur monaſterium, quod in communi non eſſet capax bonorum: ita Alexand. dicens eſſe communem, conſil. 13. circa primum, volum. 3. prout eum refert additio Bart. dict. conſil. 1. litera B. ad fin. aduerſus Angel. aliter ſentientem conſil. 80. incip. Ioannes ſuum condidit teſtamentum, in 2. colum. & Doctores communiter ita declarant in dict. capit. in præſentia, exéplificátque in fratribus

Mino-

Minoribus, qui omninò incapaces eſſe dicuntur, & in fratribus Mendicãtibus, vt in Clē.exiui de paradiſo. de verb.ſig. Eandē limitationē probarūt, poſt alios, quos referunt, Rip. in d. l.ex facto. §. ſi quis rogatus.nu.42.Pariſ.cōſ.65. nu.11. lib.2.Boer.deciſ.354.num 8.quos refert & ſequitur deciſ.Pedemont.126.nu.26. & 27.vbi teſtatur cōmunē: eſt cōmunis etiã ſecundũ Euerard.in ſua centuria legali,loco 33.de matrim carnali ad ſpiritual.& ſecundũ Franc.Mãtic. vbi ſuprà de coniectu.vlti.volunt.lib.11.tit.7.nu. 8. vbi quòd hoc caſu ſubſtitutus admittitur impleta conditione,imò ſtatim facta profeſsione,ſecundùm communem, quam ibi plures allegans ſequitur.

26 Secundò, eadem recepta ſententia limitatur, quoties clarè conſtaret de expreſſa voluntate teſtatoris,volentis excludere monaſterium,ſubſtitutumq; eidem monaſterio præferendũ eſſe: ita in ſpecie opinãtur Paul.de Caſtr. & Corn. in.d.authen.niſi rogati.Alex.d.conſilio 121.nu.13.lib.2.& ibi eius additio. Deci. in.d.c.in præſentià. nu.58. idem Decius latè conſil.259.col.2. & conſil.426. idē pluribus rationibus probat Rip. d. §. ſi quis rogatus.nu.39.Eandem probat, dicens omnes tenere,Laurent.Calcan.cōſil.7.nu.24.& Gualdenſ.de arte teſtam. titulo de ſubſtitut.cautela 18. & Couar. libro 1. variarum, cap.19. numero 8. & 11. Eandem profitetur eſſe communem opinionem Mencha. vbi ſuprà,nu.186. & eſt communiter approbata ſecundũ Coſtam vbi ſuprà, nu.68. Eãdem plures referens, probat Mantica vbi ſuprà,nu. 18.& 19.& proculdubio tanquã veriſsima, & receptiſsima eſt tenenda in iudicando & conſulendo. *Sequitur plures referens Menochius libr. 4. præſumpt. 83.nu.3.cum ſequentibus.latè eam probans, & reſpondens fundamentis contrarium tenentium, quos etiã citat nu. 16.referens ex Curt.Iun. eſſe communē ſententiam contrariam,ſed falſo.*

27 Quinimò ſecundùm addit.Alexand. dicto conſilio.121.num.3.litera A.lib.2. idem erit ſi in prædicta conditione ex-primatur, de veris & naturalibus filijs, non per iuris interpretationem, ſecundùm Bart. & Paul in dict.l. Deo nobis, C.de Epiſcop.& cler.addit.Bald.in dict. authent. niſi rogati.num.9. litera F. vel de eorum vero, & non de ficto matrimonio,aut per alia verba æquipollētia.quæ

27 neceſſariò inferant de excluſione † monaſterij cogitatum, ſecundùm Decium conſil.259. & Rip. in dict.l. ſi vnquam. quæſt.34.& dict.§.ſi quis rogatus.num. 38.cum ſeq.Quæ ampliatio huius ſecundæ limitationis mihi vera videtur, & tenenda: & quamuis Rip. vbi ſuprà loquatur, quando conſtat expreſsè de voluntate teſtatoris, hoc eſt in caſu huius ſecundæ limitationis: eadem tamen ratione conſtat ipſius præfata ampliatio, & ita Deci. in.d.conſ.259. nu.2.& 3. limitat, ſi certiſsimis cōiecturis, deductis ex mente teſtatoris, poſsit apparere voluiſſe admitti ſubſtitutũ aduerſus monaſteriũ:vt ſi teſtator dicat,Si deceſſerit ſine filijs maſculis legitimis, & naturalibus, ac de eorũ vero, & nō ficto matrimonio,& eorũ vero corpore deſcendentibus:ſequitur Couar.vbi ſupra dict.nu. 11. eãdem ampliationem ſequitur deciſ. Pedemon.ſupradict.126.nu.24.

29 Tertiò,præfata magis communis ſententia limitatur,ſi appareret,teſtatorem voluiſſe agnationi conſulere, bonaq; in familia conſeruari: vt ſi teſtator agnationis,nominiſque ſui in hoc fideicommiſſo relinquendo curam aliquam geſſiſſe viſus fuerit, maioratum conſtituendo: nam ſi ad monaſterium hoc caſu primogenium, vel maioratus deferatur, prorſus interibit nomen, ac memoria teſtatoris.Ita D.Anto.de Padilla in l.cũ acutiſsimi.num.44. C.de fideicommiſſ. deſumēs hoc ex Decio dict. conſil. 259. adde eundem Decium dict. conſil. 426. ſequitur Couar.vbi ſuprà, numer.22.& hæc limitatio eſt indubia, vt cum alijs probauit FranciſcusMantica vbi ſuprà, num. 21. & Pelaez de maiorat. 2.parte. quæſt.3.nu.22.& Mēcha.de ſucceſ. crea tio.§.21. nu.166. in fin.& nu.169. vbi dicit, quòd hæc videtur communis opin.



Ayuntamiento de Madrid

* ſequitur nouiſsimè Vincent.de Franch.deciſ. Neapolit.29.nume.1.& 7.amplians num.8.cum Alciat.hoc procedere, etiam vbi tacitè conſtaret de mente teſtatoris,vt quia fideicommiſſum concerneret fauorem familiæ: ſequitur etiā Menoch.vbi ſuprà, num.45. plures referens. * Ex qua limitatione infertur, in primogenijs, maioratibus, & meliorationibus, eam cōditionem validam, admittendamq; eſſe, ex qua primogeniū, vel melioratio ita primogenitis deferatur, vt nec monachis, nec presbyteris cōpetere poſsit, imò eo ipſo quòd quis eiuſmodi bonorū poſſeſſor monachus, aut presbyter factus fuerit, ea bona ſtatim ſequenti ex familiæ nomine deferantur. Non enim iſta conditio aſcribitur, vt à religione quis auertatur,ſed in familiæ fauorem, ne ea bona extra familiam alienentur, & quia ſimiles inſtitutiones primogeniorum, ipſaque primogenia minimè conueniunt monachis,nec presbyteris:quod in ſpecie notat Palac.Rub.in rubri. de donat. inter vir.& vxor.§.16.num.14. ex quo, & ex Alex.& Iaſ.idem probat Couar.dict.numer.11.& Ant. de Padilla vbi ſuprà,nu. 45.D.Molina de Hiſpan. primogen.lib. 1.c.13.num.99.latè & optimè Pelaez de maior.2.parte.q.3.nu.1.& ſeq.vſque ad nu.6.excluſiuè.

31 Quartò, ſupradicta communis ſentētia monaſterio fauorabilis limitatur, ſi ſubſtitutus ſit filius eiuſdem teſtatoris: tunc enim in præfata ſpecie noſtræ quæſtionis,huiuſmodi ſubſtitutus in totum excludet monaſterium, quod alter filius grauatus ſub prædicta conditione ingreſſus eſt: quia ſi teſtator voluit monaſterium excludi à nepotibus, ſeu filijs naſcituris ex filio grauato, quos minùs dilexit, quàm filium ſubſtitutum,vt patet,quandoquidem ipſi faciunt deficere conditionem: ergo magis voluit quòd excluderetur ab ipſo filio ſubſtituto:argum.l.ſi viua matre. C. de bonis mater. & l.Publius.ff.de condit. & demonſtra. Secundò ex text. in cap. quicunque.17. quæſtione 4.vbi inquit tex. Quicumq; vult, exhæredato filio, hæredem facere Eccleſiam, quærat alterū qui ſuſcipiat, non Auguſtinū,imò, Deo propitio, neminem inueniet: cuius cap. verba ſunt Diui Auguſtini in ſerm.de vita clericōrum 52.ad fratres in erem. tomo 10. fol. 314. licèt Tiraquel. in l. ſi vnquam. in princip. num.60. dubitauerit illius cap. verba eſſe Diui Auguſt.vt curioſè oſtendit Couar.vbi ſuprà,num.5.Prætereà in fauorem filij ſubſtituti hoc caſu trahere nos debet paterna pietas, & naturalis ratio ſecundùm Bald.in l.Deo nobis.C. de Epiſcopis & cler.& in terminis pro filio cōtra monaſterium tenet idē Bald. in dict.authent.niſi rogati.nu.9.& conſuluit idem Bald.conſil.197. teſtamentū Pychareli libr.1.vbi dicit ita fuiſſe iudicatum:ſequitur Socin.in l.cum auus.numer. 42. ff.de condit.& demonſtr.Rip. in l. ex facto.§.ſi quis rogatus. num.41. Iaſ.conſil.212.alta & valdè profunda,colum.2.in 1.part.vbi allegat Bald.Fulgoſ. & Alex.ſequitur etiam Nicol.Boer.deciſ.314.num.7. vbi allegat Bertrand. & practicam Papienſ. Andr. Alciat. in l. Gallus.§.& quid ſi tantum.in 2.lectura. nu.7.ff.de liber. & poſth. Auguſt. Bero. in.d.cap.in præſentia.num.458.de probat.Ioan.dilect. Guald.de arte teſtan.titul.5.de ſubſtitu.cautela 18.num.4. Decius in l. licet. C. de pactis. vbi concludit, filijs magis hoc caſu, quàm monaſterio, etiam vltra legitimam fauendum eſſe:& in conſilio 419.numer.4. vbi tenet, volūtatem teſtatoris impediri non debere fauore religionis & Eccleſiæ, quem ſequūtur moderni Papienſ. in annotation.ad dict.l.licet.& in dict.capit. in præſentia.Gratus reſponſ.3. num.61. & conſil.11.num.9.vol.2.Beroi.conſilio 114.num.21.& ſequent.volum.2.& hęc eſt magis communis opinio, ſecundùm Octauia.Cacher.dicta deciſ.126. numero 26.qui eam probat etiam num.17. & 23. loquens etiam in bonis ęxtra legitimam:& in fine deciſionis inquit, cōtra monaſterium iudicaſſe Senatum. Eandē fatetur magis communem Coſta in capit.ſi pater.1.part.verbo, ſi abſque liberis.

ris.num.66.de teſtam.in 6.& hæc opin. indubia eſt apud Mencha.hoc ipſum teſtantem.d. §.21.nu. 170. Cui ſententiæ & illa ratio patrocinatur, quòd à cõmuniter accidẽtibꝰ,& ex cõiecturata mente teſtatoris videmus, patres velle bona ad filios potiùs,quàm ad Eccleſiam peruenire, cùm ipſo iure naturali inſpecto,ad patrum ſucceſsionem filij vocentur, vt pulchrè notat Oldradus conſil. 94.nu.8.

32 Quinimò,vt ex pleriſque authoribus ſupradictis patet (quãdoquidem ſimpliciter, & generaliter loquuntur in conditione,ſi ſine liberis deceſſerit) procedit & hęc limitatio, etiamſi teſtator nihil de liberis legitimis & naturalibus, nec de ex ſuo corpore natis,vel deſcendẽtibus expreſsiſſet, ſed tantũ loqueretur ſimpliciter, ſi filius meus ſine filijs, vel liberis moriatur, ſubſtituo Martinũ alterũ filium meũ. Hoc etenim caſu, & ſupradictæ rationes, pro ſuperiori 4.limitatione adductæ concludere, atq; arctare videntur, vt filius teſtatoris ſubſtitutus monaſteriũ excludat, vt cõſtat ex omnibus propè authoribus ſuprà citatis:& in his terminis etiã probat, plures referens, dicens eſſe communẽ opinionem,& ab ea non eſſe recedendum putans Mantica vbi ſuprà,num.13. Ex qua communi concluſione limitari poteſt deciſio text.in dict.§.ſed & hoc præſenti.cum ſimilib. vt nõ procedat, quando filius teſtatoris fuerit ſubſtitutus: ita deciſ.Pedemont.vbi ſuprà,dict.nu.26.

33 Verùm contrariam omninò ſententiam præcedentis limita.4.pro monaſterio contra filium ſubſtitutum probauit Philip.Deci.conſi.426.in duobus.nu.3. loquens in ſimplici conditione, ſi ſine liberis deceſſerit,&c.dicens, quòd ſi grauatus fideicommiſſum reſtituere poſt mortem, ſub vna ex conditionibus, de quibus in dict.§.ſed & hoc præſenti, fiat monachus, tunc monaſterium ſuccedit, & excluditur ſubſtitutus, quãuis ſit filiꝰ teſtatoris: hoc ipſum pro conſtanti videtur habuiſſe Pariſ.conſil.65.in 2.part. vbi tribus filiabus hæredibus inſtitutis, & reciproco fideicõmiſſo grauatis ſub conditione, ſi ſine liberis decederent, propoſitum eſt, duas ex filiabus prædictis religionem fuiſſe profeſſas, & dubitatum fuit de viribus fideicommiſsi: & reſpondet Paulus Pariſ. quòd reliqua filia ſuccedere debet, quoniam monaſterium erat incapax bonorum in communi: quaſi ſecus futurum fuiſſet, ſi monaſterium eſſet capax bonorum, excludere enim debuiſſet ſubſtitutam ſororem, eandemque teſtatoris filiam: quam ſententiam probauit Gregor. Lopez in l.1. tit.4.part.6.in gloſ. *dexaſſe hijos*, per illã l. & per l. cum auus. ff.de condit. & demonſtr.eamque veriorem ſibi videri,ac magis congruere intentioni, & menti Iuſtiniani in.d.authen. de ſanctiſ.Epiſc. §.ſed & hoc præſẽti, teſtatur ſubtilis Coſta in.d.c.ſi pater.1.part. in verb.ſi abſq; liberis.nu.64.eamque ſequitur Menchaca vbi ſuprà dict.nu.170.Nec tenẽtibus hanc partem obſtat.d.c. quicunque.17. quæſt.4. quia eũ intelligũt iuxta mentẽ Anchar. conſil.46.prima facie videtur, nu.1. vt ſcilicet procedat, quãdo agere-
34 tur de exhæredatione filij † in totũ:ſecus ſi de alijs bonis præter legitimã tractaretur, quia in his magis monaſterio, & piæ cauſæ fauẽdum eſſet, quã filijs, vt etiam ſentit Aretin.conſilio 12 in cauſa Nicolai.col.2.& Alex.in conſ.92.nu.8. vol.3. & probat Iaſ.in authen.ſi qua mulier.nu.5.6.& 7.C.de ſacroſanctis Eccle. & tandem teſtatur Decius vbi ſuprà, numero 8. hanc eſſe communem opinionem, quam nititur probare ex dicto. §. ſed & hoc præſenti,dupliciter inducendo eum,vt ibi per ipſum:ſequuntur plures relati ab eodem Decio in dicta l. licet.numero 5. C. de pactis.ſequitur etiã Rodericus Xuar.in l. quoniam in prioribus.in declaratione.l.Regiæ.in princ. ante limitationes.nu.9.C.de inoffic. teſtam. ſequuntur plures congeſti per Tiraq.in l.ſi vnquam.verb.libertis. nu.85. C.de reuocã.dona. Ex quo infert Coſta vbi ſuprà.num.66.quòd ſi in hoc regno Caſtellæ pater filium meliorauerit in
35 tertia † hæreditatis parte, & ſi ſine libe-

ris deceſſerit, vt eam partem alteri filio reſtituat, grauauerit, & is filius melioratus ingrediatur monaſterium, certè in his bonis, quæ conſtituunt filiorum legitimam, potior eſſet ſine dubio cauſa filij ſubſtituti, quàm monaſterij, & ſequendam eſſe hoc caſu primam illam magis communem ſententiam cum Socin. & alijs ſuprà allegatis.

Quid tenendum in ſpecie & caſu ſuprà dict. 4. limitationis? Ego quidē, omnibus rectè penſatis & ponderatis, pro mei tenuitate ingenij, longè veriorem exiſtimo præfatam magis communem ſententiam, & ſic limitationem quartam ſuprà aſsignatam ad priorem opinionem quæſtionis principalis huius noſtri capitis, ac proinde tenendam in iudicando & conſulendo, ex fundamentis ſuprà adductis pro ea, & ijs quidem veriſsimis, atque voluntati teſtatoris valdè proximis, quæ ſemper in his caſibus ſpectanda, ac obſeruāda eſt. Nec obſtat dict. l. prima, & dict. l. cum auus. à Gregor. Lopez pro ſecunda parte conſideratæ, quia in diuerſo caſu agūt, quāuis ipſe velit confundere terminos dict. cap. in præſentia. cum ſimilib. cum terminis. d. l. cū auus. & d. l. 1. cū tamē plurimū inter ſe differat, quoniā in caſu d. l. cum auus. & d. l. 1. ſi grauatus reſtituere poſt mortē ſimpliciter, & abſq; vlla conditione ex his, quarū meminit Iuſtinia. in d. §. ſed & hoc præſenti, ingrediatur monaſteriū capax bonorū in cōmuni, etiāſi grauatus ipſe ſit deſcendens teſtatoris, & etiā ſi eo viuēte, emolumentum hæreditatis ad monaſterium pertineat, poſt illius tn̄ mortē naturalē, ſubſtitutus debet ſuccedere in fideicōmiſſo, monaſteriūq; excluditur, iuxta cōmunē ſententiā, quā plurib⁹ relatis ſequitur, probat & defendit Coſta vbi ſuprà, qui Grego. Lopez mordet, quòd dicta iura pro ſe adduxerit: quod ſecus eſt in caſu d. c. in præſentia. & d. § ſed & hoc præſenti. vt viſum eſt abundè ſatis ſuprà.

36 Poſtremò, intellectus cōmunis ſuprà aſsignatus ad d. c. quicunq;. mihi verus non videtur: nā etſi parētes de bonis vltra legitimā filiorū poſsint licitè diſponere inter extraneos, & à fortiori in fauorē cauſæ piæ, vt patet ex legibus huius regni permittentibus legare quintū pro anima & extraneis, quæ abſque dubio tanquā iuſtę, & ab habētibus poteſtatē eas condēdi, conditæ, plenā ſecuritatē, etiā in conſciētia iuxta earū tenorē diſponētibus tribuūt: non tamē hoc vllo modo conuincit, vt magis fauendum ſit in bonis vltra legitimā monaſterio & piæ cauſæ, quā filio: quinimò contrariū potiùs dicendū videtur: tū, quia iura ſimpliciter ſtatuūt, hæreditatē filijs deberi iure naturæ. l. ſcripto. in fi. ff. vnde lib. cū ſimilib. & iuxta illud Pauli ad Galat. c. 4. Filius, ergo hęres: tū ex generalitate d. c. quicūq;, & volūtate teſtatoris ſatis manifeſtis cōiecturis ſupradictis elicita. Vnde rectiùs Couar. vbi ſuprà nu. 5. propè fin. colligit, quòd excepta legitima portione filijs ex patrimonio parentū debita, in reliquis bonis ſaltē par ius eſt filijs & Eccleſię, ita vt ea interpretatio quę filijs fauet, & Eccleſię fauere debeat, vt in d. c. in præſentia. & in authē. ſi qua mulier. C. de ſacroſ. Eccle. & ideò meritò cōtra prædictā cōmunē opinionē, quę habet, potius fauēdū eſſe pię cauſæ, quā filijs in bonis extra legitimā, tenet idē Deci. ſibi cōtrarius in. d. l. licet. nu. 5. C. de pact. in 3. notab. vbi cōem opinio. ſupradictā veram tantū intelligit in relicto pro reſtitutione malè ablatorū, quia agitur de periculo animæ: ſec⁹ ſi nō agatur de hoc: & iterū idē Dec. in l. generaliter. col. 3. verſ. retenta tamē. nu. 7. C. de inſti. & ſubſti. ſub cōd. fact. & conſil. 391. in caſu propoſito. in fine. & additio eiuſdē Dec. d. cōſil. 426. litera C. Tiraq. in l. ſi vnquā. verb. libertis. nu. 89. C. de reuoc. donat. Reſoluo igitur, receptius, verius, & ſecurius eſſe, quod in prædicta 4. limitatione, de qua nūc agimus, cum ſua ampliatione prędixim⁹: * quod nouiſsimè etiā probauit poſt nos Menoch. dict. præſumpt. 83. numero 36. cum pluribus ſequentibus. * Quo fit, vt illatio Coſtæ vbi ſuprà indubia ſit, atque tenenda.

Quæ

37 Quæ noſtra ampliatio à fortiori, & abſque dubio procedet, ſi poſt filium teſtatoris ſubſtitutum, ſi ipſe ſine liberis quoque deceſsiſſet, pia cauſa ſecũdo loco ſubſtituta eſſet: expreſsior ſiquidem hoc caſu deprehendi poteſt teſtantis voluntas, qui piæ cauſæ rationem, & conſiderationẽ habuit, & nihilominus priori loco filiũ poſuit, atque grauato ſubſtituit, & piæ cauſæ prætulit: qua ratione conſequenter intelligitur, eundem filiũ ſubſtitutum præferri voluiſſe alteri piæ cauſæ monaſterij, ſi fortè illud ingrederetur filius, vel filia grauata, ita vt ſubſtitutionem filij, vel filiæ, non poſsit monaſteriũ præpedire, vt veriſsimè & ſubtiliſsimè probauit Coſt. vbi ſuprà, num. 67. in terminis dict. c. ſi pater. qui propè

38 ijdem ſunt cum noſtris. & num. 69. idẽ non ſine colore eadem præd. ratione defendi poſſe contendit in his terminis præmiſsis, etiamſi extraneus eſſet ſubſtitutus, quandoquidem pia cauſa poſt

39 eum ſubſtituta † eſſet. * & Coſtam in

* priori caſu ſequitur Menoch. vbi ſuprà, nu. 47. * Quinimò deciſio text. in dict. §. ſed & hoc præſenti. non procedit, ſi alia pia cauſa fuerit ſubſtituta, vt ex eo in fin. colligitur. Nam cum illud fuerit conſtitutum in fauorem religionis, atq; pietatis, non debet locum obtinere aduerſus aliam piam cauſam expreſsè à teſtatore vocatam. gloſ. in dicta authentica, niſi rogati. & in dicto capit. in præſentia. gloſſ. final. & Doctores communiter in hoc concordant ſecundũ Corneum conſilio 18. numero 8. verſiculo his tamen omnibus non obſtantibus. volum. 4. ſequitur alios allegans Mantica vbi ſuprà, numero 12 vbi refert Tiraquellum de priuileg. piæ cauſę, priuileg. 95. idem tenentem, & poſt alios dicentem, hoc etiam procedere, quamuis

40 pia cauſa † ſubſtituta, non ſit æquè pia, ac illud monaſterium. Si hoc igitur verum eſt, ſubſtitutus etiam extraneus in medio adiectus præferri debet monaſterio, vt locus detur ſubſtitutioni alterius piæ cauſæ, poſteriori loco factæ, conditione ſubſtitutionis eueniẽte: quo ſit, vt ampliatiõ prædicta Coſtæ veriſſima ſit, & tenenda, vtpote plurimum adiuuata ratione efficaci, atque communi opinione modò relata num. 39. pro limitatione dict. §. ſed & hoc præſenti. Ex ſupradictis remanet fundata prima pars communis, & magis communis, vt in ſpecie noſtræ quæſtionis principalis, de qua in ſummario, & in principio huius capitis, monaſterium excludat ſubſtitutum, cum quatuor limitationibus ſuprà enarratis, eidem aſsignatis, quę veræ, ac receptæ ſunt, & tenendæ.

Verùm cùm nihil in noſtro iure ita certè diffinitum ſit, quin maximam contradictionem patiatur: argument. l. omnis diffinitio. ff. de regulis iuris. præmaximè articulus hic, qui vnus ex controuerſioribus ſit, quã vnquam examinauerim, contraria ſententia, imò quàm præſenti ſpecie, quando aliquis ſubſtitutus

41 eſt, ſi inſtitutus, vel † grauatus ſine liberis legitimis & naturalibus deceſſerit, vel ſine liberis ex ſe legitimè deſcendentibus, vel ex ſuo corpore procreatis, huiuſmodi ſubſtitutus excludat monaſterium, quod inſtitutus, vel grauatus decedens ſine liberis, ingreſſus eſt, ſequentibus fundamentis, & authoritatibus probatur. Primò & peremptoriè, quia text. in dicta authent. de ſanctiſ. Epiſcopis. §. ſed & hoc præſenti. collat. 9. & in authentica, niſi rogati, ab eo deſumptus. C. ad Trebellianum. in quibus prima communis habet maiorẽ radicem, atque fortius fundamentum, eſt exorbitans à regulis iuris communis, & à mente teſtatoris, vt ſuprà reſoluimus, atque probauimus: vnde cũ loquatur in ſimplici cõditione defectus liberorum, trahi non debet ad conditionẽ mixtã, in qua addita eſt illa qualitas, ſi ſine liberis ex ſuo corpore legitimè procreatis, vel

42 legitimis & naturalibus, vel à ſe legitimè deſcẽdẽtibus, &c. † quia ſub ſimplici conditione nõ continetur mixta, iuxta notata per Iaſ. §. omnium. nu. 28. Inſt. de actio. maximè in exorbitãtibus & correctorijs, vt notat Aretin. in l. cum antiquis. C. de inoff. teſtam. & licèt eius diſpoſitio



Ayuntamiento de Madrid

poſitio appellari poſsit fauorabilis, tanquam introducta in fauorem monaſterij, & piæ cauſæ: eius tamen fauoris ratio haberi nõ debet, cùm ius tertij, hoc
43 eſt, filiorum † ipſorum lædatur, vt in ca pit. ex tenore. de foro compet. cap. nuper. de donatio. inter virum & vxoré. Paulus de Caſtro conſil. 401. num. 4. vo lum. 1. & eo maximè cũ fauorabilis me-
44 rè dici non poſsit ea † diſpoſitio, quæ mixtum in ſe fauorem & odium contineat, iuxta notata per Deci. in l. venia. num. 5. C. de in ius vocan. Quare rectè omnes probarunt, diſpoſitionem dict. §. ſed & hoc præſenti, non eſſe trahendã,
45 nec extendendã ad alios † caſus, & con ditiones, quàm in eo expreſſas, nempè nuptiarum, ſiue defectus liberorum, vt conſtat ex eodem text. ibi, Aut ſub vna prædictarum conditionum, & tenet alios allegans Tiraquel. in dict. l. ſi vnquã. verb. ſuſceperit liberos. nu. 46. eſtq; receptior opinio, vt ſuprà docuim⁹: hæc autem noſtra ſpecies, de qua eſt præſens cõtrouerſia, nõ eſt ex duobus in. d. §. ſed & hoc præſenti, contentis, quia diuerſa verba, & rationé habet, vt inferiùs dicemus. Ergo nullo modo comprehéditur ſub deciſione prędictorũ iuriũ, ac proin de per ſubſtitutũ excludi debet monaſterium in caſu noſtræ quæſtionis.

Secundò & potiſsimum hæc ſecunda pars fulcitur, quia text. in dict. §. ſed & hoc præſenti, procedit per interpretationem & fictionem iuris, vt eſt prædictum, & patet: nam nemo ſanæ mentis dicet, monaſterium eſſe verum filium, ſed fictum, vt infrà quoque latius dicemus: quæ interpretatio legis tunc locũ habet, quando de mente teſtatoris conſtat voluiſſe voluntatem ſuam ſubijcere iuris interpretationi: vbi verò verba teſtatoris clara ſunt, eiuſque mentem ſignificantia, ex quibus voluit diſpoſitionem ſuam naturaliter, non autem ciuiliter, & per fictionem intelligi, tunc
46 locum habere † non debet ſæpè allegatus text. in dicto. §. ſed & hoc præſenti, ſed ex verbis præſentis quęſtionis, nempè, ſi ſine liberis ex ſuo corpore procreatis deceſſerit, vel legitimis & naturalibus, vel ex ſe deſcendentibus, manifeſta teſtatoris intentio colligitur voluiſſe intelligere de filijs naturaliter genitis, non autem de interpretatis à lege, cùm naturalé illorum verborum ſignificationem cõmunis vſus loquendi ſuadeat, qui ſemper attẽdi debet. l. cum de lanionis. §. aſinam. ff. de fundo inſtruct. l. librorum. §. quod tamen Caſsius. ff. de legat. 3. Bart. in l. omnes populi. num. 59. ff. de iuſt. & iur. Bald. in l. fin. quæſt. 14. C. de hæred. inſtit. à qua teſtatoris diſpo
47 ſitione † recedendum non eſt. l. generaliter. §. fin. cum ibi notatis. C. de inſtitutio. & ſubſtitu. & c. l. in conditionibus primum locum. ff. de condit. & demonſtrat. cum enim manifeſtus eſt teſtato-
48 ris ſenſus, verborũ interpretatio † nuſquam tãtùm valet, vt melior ſenſu exiſtat, vt in l. 3. C. de lib. præt. cùm nullũ maius ſit mentis noſtræ teſtimonium, quàm qualitas inſpecta verborum. l. Labeo. §. idem. ff. de ſupellect. legat. cap. is autẽ. 22. quæſt. 2. Bald. in l. voluntatis. C. de fideicommiſ. Si enim coniecturæ apertiſsimæ in propoſito mentis defuncti volentis excludere monaſterium per ſubſtitutũ, faciũt, vt nõn procedat regula dict. §. ſed & hoc pręſenti. vt ſuprà reſoluimus in 3. & 4. limitationibus prioris ſentẽtiæ, quæ nã, quæſo, apertiores eſſe poſſunt, népè, ſi ſine filijs legitimis, & naturalibus, vel ex ſuo corpore procreatis, vel deſcẽdẽtibus deceſſerit? ſalua enim ratione recti ſermonis, non aliter poſſunt intelligi illa verba, niſi de liberis ex procreatione naturali genitis, nõ auté à iure interpretatis: quia ſi teſtator voluiſſet monaſterio bona ſua conferri, caſu quo alter filiorũ ingrederetur monaſteriũ, profectò nõ per verba natu ralia, naturalemq; procreationẽ importantia loquutus fuiſſet, ſed ſimpliciter conditioné, ſi ſine liberis deceſſerit, appoſuiſſet, quo caſu tantùm loquitur dict. §. ſed & hoc præſenti, non autem quando adiecta eſſent illa verba, Ex ſuo corpore procreatis, &c. ex illis enim expreſſa redditur voluntas teſtatoris

volentis

Ayuntamiento de Madrid

volentis monaſterium excludi, alias ſuperfluò ſtarent,nihilq; operarentur,cōtra regulam l.ſi quando.ff. de legat. 1. & c.ſi Papa.de priuileg.lib.6. cum alijs latè adductis per Aymon.Crauet.conſil.135. num.24.

49 Quinimò ſcribit Paul. Caſtr. conſil. 30.ſuper puncto iſto,in prin.libr.1.quòd ſubſtitutio ita facta,ſi inſtitutus deceſſerit ſine filijs,intelligitur de veris filijs,nō de fictis,arg.l.vlti.C.de ijs qui ven.ætat. impetr. & l. ſancimus C. de nupt. ſubditque,illos dici veros, qui naſcūtur ſecundùm naturam, fictos verò,qui ſuſcipiuntur ſecūdum iuris fictionem: quem refert & ſequitur Tiraq.in d.l.ſi vnquā, verb.ſuſceperit liberos,n.45. hinc planè intelligens ſecundùm omnes de hac re agentes,monaſterium eſſe fictum & improprium filiū:& quanuis prædicta ſententia Pauli in ſimplici cōditione,ſi ſine liberis deceſſerit,ſtare nō poſsit,propter d.c. in præſentia. & d. §. ſed & hoc præſenti. attamen in conditione mixta, de qua agimus,veriſsima videtur.

50 Tertiò confirmatur præfata opinio, quia in poteſtate inſtituti eſſe nō debet ſubſtitutionem à teſtatore factā eludere, irritamque reddere. argum. l. ne in poteſtate. & in l.ſi quis rem. ff. de arbit. & eorum quæ tradit Alexa. conſil.49.nu. 2.libr.2.ſed ſi per ingreſſum monaſterij ſubſtitutus excluderetur, hoc contin-
51 geret contra mentem teſtatoris.† igitur &c.Quare merito receptum eſt filium adoptiuum non operari defectum ſubſtitutionis factæ alicui, ſi ſine liberis deceſſerit, vt in l.ſi ita quis teſtamento. §. fin.ff. de legat. 2. DD. in l.ex facto. §. ſi quis rogatus.ff.ad Trebel. Hāc rationē viſus eſt ſentire Calcan.conſi.20.nu. 11. ſed eam expreſsè declarat atque in propoſito adducit deciſi. Pedemont. ſupra dict.126.n.15.& 16.

52 Quibus & alijs fundamentis hanc ſecundam partem principalem in fauorem ſubſtituti tenet Iacob. de Bellouiſo in dict.§.ſed & hoc præſenti. & Bald. in in dict. authen. niſi rogati. numer.9. & ibi eius additio,& Salic. numer. 6. C. ad Trebel. Practica Papienſ. in forma libelli,quo agitur ad ſubſtitutionē,in verſic.ex ſuo corpore,eſt communis ſecundùm Felin.in dict.cap. in præſentia nu. 36. ſequuntur plures relati per Rip. in dict.§.ſi quis rogatus,num.37. in verſic. & ideò pro ſubſtituto. Gratus d. conſil. 111.num.49.qui alios allegat.Boer. dict. deciſi.354.num.6.in verſi. tamen primæ inhæret, poſt Calcan.dict.conſi.20. nu. 1.quem refert, & ante eum Alexan. ſibi contrarius conſ. 180.volumi. 1. & hanc opin.firmant moderni Papienſ.conſilio 15.num.27.& in additionibus ad Alexa. conſil.121.libr.2. Aſtor. de Guido conſ. 161.à num.8.vſque ad num.27.excluſiuè inter conſilia vltimi.volunta. vbi etiam reſpondet ad aliqua in contrarium adducta. Natta conſil.602.nu.4.poſt plures per eum citatos: hanc eandem ſententiam alios plures allegans ſequitur & latè probat deciſio Pedemon. vbi ſupra num.11.& ſequent.vbi num. 18. inquit, ex ſupradictis Doctoribus dici poſſe hanc eſſe crebriorē ſententiam, & tandem in fine deciſionis inquit, ſecundùm hanc partem cenſuiſſe Senat.Pedemont. vbi monaſterium eſſet capax, & deſcēdens à teſtatore eſſet ſubſtitutus. Eādem ſententiam,in illa nempè conditione, ſi ſine liberis legitimis & naturalibus ex ſuo corpore procreatis deceſſerit, teſtatur communem aduerſus Bar. additio Alexan.alios allegans dict. conſilio 121. num.4.litera A.in verſi.tamen communis opinio eſt in contrarium,&c.libr. 2. Hanc partem probauit etiam plurimos referēs, eamq; cōmunem teſtatus Fran. Mantic. vbi ſuprà, dicens fortaſſe poſſe videri frequentiori calculo receptā, eſſeq; in vſu receptā ſecundū alios, quos refert: dicit etiam cōem Felin.in d. c. in præſentia.nu.36.& Corn. eam ſequutus in d.authen.niſi rogati.& ibi Salice.poſt Cyn.& Fulgoſ. ibi,dicens eſſe in iudicio ſequendam tanquam cōem, prout eum refert Mencha.de ſucceſ.creat.d.§.21 n. 167. verſic. contrariam partem,vbi alios plures eā tenentes citat,& probat,& dicit veriorē,quia proximior volūtati teſtatoris,



Ayuntamiento de Madrid

ſtatoris, & quia hoc caſu nõ tantũm ex vi verborum,ſed etiam ex mente teſtato ris, illa conditio excludit omnem filiũ legalem,vel interpretatiuum,veluti adoptiuum, vel monaſterium, quia non eſt cur magis ad filium adoptiuũ, quàm ad monaſterium excludendum adiecta videatur. Eandem etiam ſentẽtiam plures allegans ſequitur, & dicit communẽ Di dac. Perez in dict.l.1.tit.2 libr.5. ordin. * fol.134. col.2. * & Vincent. de Franch. d.deciſ.29.nu.3. cum ſequent. vbi nu. 7. quòd ſacrum Conſil. Neapoli. ſecundũ eam iudicauit: & Menoch. lib. 4. præſumpt.13.nu.27.cum ſequent. vbi eã ſequitur plures allegans, & latè probans aduerſus primam contrariam ſententiam, quam ex alijs refert eſſe magis receptam nu.33.*

Quid tenendum in re ſummè difficili? Et quidem licèt vtraque ſententia communis & receptior, atq; ſatis probata ſit, vt vidimus, ita vt penè dignoſci poſsit, quæ ſit magis communis in rei veritate:nihilominus tamen hæc ſe-
53 cunda ſuprà proximè relata,quæ in † fauorem ſubſtituti, contra monaſterium quæſtionem decidit, mihi verior videtur, & tenenda in iudicando, & conſulendo, per fundamenta ſuprà pro ea adducta,quę illam conuincunt,atque manifeſtã efficere videntur. Prætereà magis accedit veritati, ac voluntati teſtatoris proximior eſt,atque proinde probabilior & ſecurior, præcipuè ſi deſcendens teſtatoris eſſet ſubſtitutus:quo caſu, etſi controuerſo, magis communis ſententia abſque dubio eſt in fauorem ſubſtituti, vt vidimus ſuprà in quarta limitatione: & præmaximè etiam procederet, ſi pia cauſa ſecundo loco poſt filium, aliumve deſcendentem eſſet ſubſtituta, vt prædiximus ibidem: idem eſſet dicendum, etiam in extraneo ſubſtituto, quamuis pia cauſa nõ eſſet poſt ipſum ſubſtituta,ſi tamẽ teſtator expreſſè, vel per euidentes coniecturas excluſit,vel excludere voluit monaſteriũ,veluti ſi familiæ, vel agnationi conſulere voluiſſet,vt in ea perpetuò bona remanerent, vel etiam his deficientibus, ſi monaſterium eſſet incapax ſucceſsionis in cõmuni, vt in cæteris tribus prioribus limitationibus reſoluimus.

Obſeruandum igitur erit in ſumma, quòd ſi teſtator ſimpliciter adiecit conditionẽ, ſi ſine liberis deceſſerit, monaſterium ſucceſsionis capax in communi excludet ſubſtitutũ extraneũ,abſque vllo dubio, nõ verò deſcendentẽ ipſius teſtatoris. Si verò in prædicta cõditione adiecit, ſi ſine liberis legitimis & naturalib⁹, ex ſuo corpore procreatis, vel à ſe deſcendentibus, ſecundũ veriorẽ & cõmunẽ ſententiã, atq; tenendã aduerſus alterã communẽ contrariã, ſubſtitutus,præmaximè ſi ſit deſcẽdens teſtatoris,monaſteriũ præfatũ excludit:idem à fortiori, ſi adiecerit, veris & naturalib⁹ filijs, nõ per iuris interpretationem,vel de eorũ vero, & non ficto matrimonio: idẽ etiam dicendum eſt in quolibet caſu prædictarum quatuor limitationum.

Et cũ caſus hic principalis quæſtionis huius.c.in praxi cõtigiſſet in his regnis in lite magnæ quãtitatis, atq; latè dimicatũ fuiſſet ſuper iuſtitia cauſæ, tãdẽ in fauorẽ ſubſtituti deſcẽdẽtis teſtatoris prima ſentẽtia deciſa fuit, quãuis ab ea appellatũ exiſtat,reſq; adhuc in ſupremo tribunali indeciſa pendeat.

Supereſt,vt reſpondeamus fundamẽtis contrariæ partis,vt tandem poſterior ex reſponſionibus prædictis dilucidior appareat.

54 Ad primum, nempè quòd monaſterium habeatur loco filij, vt in dict.c.in præſentia. de probatio. & in dict §. ſed & hoc præſenti,reſpondeo primò, hoc falſum videri, nec vllibi in iure id expreſſum eſſe,ſed potiùs inuentũ eſt Doctorũ:nam in dict.c.in præſentia,nõ dicitur monaſterium haberi loco filij, ſed hæredis, id quod eſt multum diuerſum, vt aduertunt Bart. in dicta authen. niſi rogati. C.ad Trebellia. Prætereà, quòd habeatur loco hæredis, non eſt dictum à Papa ſtatuente, ſed à parte allegante, vt ibi omnes penè recentiores annotarunt,& ante eos Angel. conſil. 80. hæc quæſtio

Ayuntamiento de Madrid

quæſtio ſubtilis eſt,colu.2. verſ. confirmatur hoc,ideoq; nõ ius facit,vt voluit Ioan.Andr.in capit.dilecto.colum.2.in verb. iuramento. & iterum in verb. quem certum numerum, & ibi quoque cæteri ſcriptores,de præben. Præterea d. §. ſed & hoc præſenti, id non probat ad quod alij eum allegãt, ſed potius cõtrarium,dum dicitur ibidem, quòd cõditio liberorũ habetur pro non ſcripta, ſi quis ingrediatur monaſteriũ: ſi enim monaſterium haberetur loco filij, conditio haberetur pro impleta : id quod etiam adnotat Bart.in.d.conſil.1.verſic. 4.Salic. in authen. ſi qua mulier. colu. 1. verſic. redeo ad quæſtionem. C.de ſacroſ. Eccleſ. & alij poſt eos. Demum ſi præfata cõcluſio communis eſſet vera, quòd monaſteriũ loco filij haberetur, ſequerentur ſex abſurda, quæ congerit Felin.in d.c.in præſentia.nu.42. Quare plurimi ſunt authores, qui conſtanter negant, monaſterium vllo caſu haberi pro filio, & in his Bart. in d. authent. ſi qua mulier. numer. 4.& 19. & ibi Paul. Caſtrenſ.nu. 3. idem Bart. in d.authen. niſi rogati, poſt Ricar. de Malũbre ibi, & vtrobiq; ferè omnes DD. poſt eum, & rurſus idem Bart. in l.ſi ita quis. §. is cui.ff.de leg.2.& in d.conſil.1. & Anto. de But.in d.c.in præſentia.col.13.Rom. in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verb.obligat.Calcan.conſil.7.quia à me quæſitum eſt,colu. 13. in verſic.imò ſecundùm veram opinionem, vbi alios allegat, & iterum conſil.21.iſta quæſtio habet tria dubia,col.4.verſi. modò non obſtat: atque etiam conſil.68. Magiſter Thominus,colum.3.probat latè Barba. conſil.13.clementiſsimi.col.7.verſ.pręterea facit ad prædicta,lib. 1. Felin.in d. c.in præſentia, nu.42.& inquit Bald.in l.filium.in 1.col.ff.de ijs qui ſunt ſui vel alien. iur. quòd eſt fatuitas dicere quòd monaſterium habeatur loco filij, imò iſtud vulgare dictum proceſsit à communi errore, ſecundùm Salice. in d.authen.ſi qua mulier, & in d. authen. niſi rogati.Eandem etiam ſententiam cõtra communẽ probare videtur Tiraq. in d. l.ſi vnquam,verb.ſuſceperit liberos,nu. 47. C. de reuoc. don. vbi inquit,quòd ita tenent ferè omnes in dict. authen. ſi qua mulier. & in d. authen. niſi rogati. tenet etiam Rip.in d. §. ſi quis rogatus. nu.37. in verſic. item dicitur quòd monaſterium,& in d.l.ſi vnquam. quæſtio. 34.num.93.C.de reuoc.don.Couar.libr. 1. variar.cap.19.nume. 6.eſt communis ſecundùm Mencha.d.§.21. nu.166.verſ. contrariam partẽ:ſed hãc etiam partem ſequitur deciſ.Pedemon.126.numer.20. & Mantic.vbi ſupra nu.6.inquit, quòd quamuis non diſcedat à cõmuni regula, quòd monaſterium loco filij habeatur, quicquid alij dixerint,nuſquã id expreſ-
* ſum eſt, vt ibi ex alijs probat: * & poſt huius operis.1.editionẽ præd.2.ſententiã negatiuam ſequitur, & dicit veriorem & receptiorẽ ad plurima inferens ex ea, Velazquez in d.l.40.Taur.gl.4. nu. 18. cũ ſeqq. & latè probat aduerſus primã, quam cõmunem dicit Menoch.d. libro 4.præſumpt.83.nu.28. cum ſeqq. * Sed quia contraria ſententia affirmatiua, nempè monaſteriũ haberi loco filij,eſt apud nos receptiſsima, ideoque difficile ſit ab ea recedere, quia licèt ſit error,ſic amodò communiter inoleuit, quòd faciat ius,vt alias dicitur in.l. 1. C.de teſt. cum ſimilib. & minimè ſunt mutanda, quæ certam interpretationẽ habuerũt, vt in l.minimè ff.de legib. ita Salice. d. authen.ſi qua mulier.nu.1.

55 Secundo modo reſpondeo, quòd etſi monaſteriũ loco filij habeatur,erit quidem filius fictus, ciuilis & improprius, vt conſtat ex prædictis iuribus,& tenet expreſsè Bal.in l.cum acutiſsimi,colu.1. verſ.quęro quid ſi pater.n.4.C.de fideicõmiſſ.& in l. fideicõmiſſũ.ff. de condit. & demonſtr.& cõſ.127. in.2. dubio n.3. lib.5.Cæpol. cõſ.ciuil.36.col.2. in fi.Iaſ. in l.ſi ita quis promiſerit.§.ea lege.n.14. verſi. tertio habes.ff. de verbor. obliga. Felin.vbi ſupra:id quod apertè præſupponunt atque volunt omnes qui dicunt monaſterium haberi loco filij,quia hæc verba denotant improprietatem & fictionem,vt aduertit Tiraquel.vbi ſuprà nu.

Ayuntamiento de Madrid

nu.45.& ideò non niſi in caſibus à iure
56 expreſsis habetur † pro filio,prout in d.
cap.in præſentia.& in dict.§. ſed & hoc
præſenti: quia cùm iſta ſit quædã fictio,
non habet locum niſi in caſibus à iure
expreſsis, ad alioſque nõ extenditur:ita
Bal.in d.authen.ſi qua mulier.n.3.quem
ſequitur Iaſ.ibidem nu.19. & 20.& Rip.
in d.l.ſi vnquam.q.34.num. 93. Anton.
Abb.Bal.& Felin.in d.cap.in præſentia.
num.42.& ibi Pariſ.num.133. & in cõſi.
65.num.10.& 11.lib.2.Salic.in d.authen.
ſi qua mulier.D.Molina lib. 2. de Hiſpã.
primogen.cap.9.num.45.& Pelaez alios
allegans de maiorat.2.p.q.3.num. 13. deciſ.Pedemont.126.num.20. hocque alia
ratione procedit, nempè quòd diſpoſitio d. §. ſed & hoc præſenti, ſit exorbitans à regulis iuris communis, ideò non trahenda ad alios caſus,nec ad alias conditiones quã in eo ſpecificatas, vt ſupra concluſimus.

Neque obſtat, quòd appellatione filiorum ſimpliciter facta, intelligatur de filijs ex ſe natis,non verò de fictis & improprijs,vt in d.l. fideicommiſſum.ff. de condit. & demon. & ideò expreſsio eorum,quæ tacitè inſunt,nihil operatur,vt ſupra pro priori parte dicebamus: nam quanuis illud eſſet eo iure, attamen ex nouiori authenticorum d. §. ſed & hoc præſenti.& d.cap. in præſentia. aliud eſt in ſimplici conditione defectus filiorũ, vel nuptiarum,fauore religionis,vt videmus: quod non eſt extendendum ad alium caſum,nec ad aliam conditionem, nempè miſtam, de qua nos agimus, vt eſt prædictum,atque ſufficienter probatum.

Non etiã obeſt, quòd fictio prædicta ſit à lege introducta ſuper actu, de quo lex ipſa diſponere poteſt,ideò dicitur legem id facere verè,non verò fictè,vt ſupra quoque dicebamus: quia id verum eſt atque procedit in caſu expreſſo in d. cap.in præſentia.& in dict. §. ſed & hoc præſenti.nempè in conditione ſimplici, ſi ſine liberis deceſſerit, non autem quã adiecta eſſent illa verba, Ex ſuo corpore procreatis,quia tũc expreſſa,eſt volũtas teſtatoris volentis excludere monaſterium,vt ſupra dicebamus in fundamentis huius ſecundæ partis. Præterea cùm cum deciſio dictorum iurium, vt ſæpè diximus, ſit exorbitans à regulis iuris communis, ad alium caſum extendenda non eſt præter eum in quo loquitur.

57 Ad ſecundum reſpõdeo,minimè præſumendum eſſe, quẽquam hac in ſpecie ab ingreſſu religionis auertendum eſſe tam futili & leui occaſione: quare infirma apparet ratio prædicta Ricard. de Malumbr. quia hic inſtitutus, qui non ſuſceptis liberis religionem profitetur, idem habiturus eſt ex his bonis,ſiue ſit locus fideicommiſſo,ſiue non, quia monaſterium eo viuente his bonis non priuatur: nec profectò aliquẽ vidimus hactenus abſtinere ab ingreſſu religionis, eo quòd non habeat bona quæ in monaſterium deferat. Præterea,religionem ingrediẽs parum ſolicitus eſt erga bona tẽporalia & patrimonium, quibus omnino renuntiat,vt in cap.cum ad monaſteriũ. de ſtat. regular. ergo nullo pacto verè dici poterit quempiam ex animo veræ religionis ingreſſum optantem poſſe ab eo inſtituto auerti, ob id quòd eius bona ex fideicommiſſo ad aliũ deferantur,ipſo religionẽ profitente. Nec item eſt præſumendum, quẽquam minus in animũ ſibi perſuadere religionis profeſsionẽ,quòd ob eã propria bona ex voluntate eius,qui ea ſibi reliquerat, alij cõpetant.Paupertatẽ enim profiteri volenti hæc impedimẽto eſſe non poſſunt: quo fit vt prędicta conditio minimè deterreat à religione, ſicque non obeſt ratio adiecta prædicto ſecũdo fundamẽto, quinimo expreſsè poſſet teſtator excludere in hac ſpecie monaſterium,vt ſuprà reſoluimus in ſecunda limitatione ad priorem partem aſsignata: idemque poterit tacitè,ſi per apertas coniecturas id conſtet,vt ibidem probauimus. Hæ autem vrgentes ſunt in propoſito,cùm dixerit teſtator, ex proprio corpore procreatis,vel legitimè deſcendẽtibus,monaſterium enim nõ eſt filius procreatus ex proprio corpore inſtituti vel grauati,

nec

Ayuntamiento de Madrid

nec ab eo verè deſcendens, ſed tantùm filius fictus & improprius per iuris interpretationem, eo tantùm caſu quo adiecta ſit ſimplex illa conditio, ſi ſine liberis deceſſerit, non verò quãdo prædicta verba adiecta fuere, vt ſupra eſt probatũ atque doctum: ſicque nõ etiam obeſt ratio pro priori ſententia conſiderata per Rip. nempè quòd per prædictam conditionem mixtam nõ fuit cogitatum de monaſterij excluſione, ſed tantùm de filij adoptiui, & ad eum effectum adiecta fuiſſe verba illa, ſi ſine liberis legitimis & naturalibus, &c. Nam verius eſt, ac voluntati teſtatoris proximius, de vtroq; videri cogitatum, non enim eſt cur magis ad vnum quàm ad alium excludendum referenda ſint, cùm verba præfata, ſi ſine filijs legitimis & naturalibus, vel ex proprio corpore procreatis, vel ab eo deſcendentibus, verificari non poſsint in monaſterio, ſicut in filio adoptiuo, quia monaſteriũ non eſt filius legitimus & naturalis monachi ipſum ingredientis, nec ex proprio eius corpore procreatus, nec ab eo deſcendens, ſicut nec huiuſmodi eſt filius adoptiuus: vtrũque ergo manifeſtiſsimè excludere voluit teſtator per prædicta verba.

58 Ad tertium reſpondeo, quòd illa ſententia Bart. quam illic retulimus, nõ eſt omnino vera, nec meo iudicio tenenda, vt pote expreſsè volũtati defuncti, verbis & menti contraria, qui in vtroque caſu prouidit, nempè ſi filia nuberet, relinquendo eidem tunc certam pecuniæ quantitatem, & prætereà ſi religionem ingrederetur, quo caſu etiam ei aliud legatum fecit, quamuis non ita pingue: voluntas igitur teſtatoris ita manifeſta atque clara obſeruanda erit, iuxta vulgaria iuris principia: tempore enim traditionis ſiue legati rei ſuæ poteſt quis imponere conditionem quam voluerit. Prætereà vt illic deduximus in limitationibus, quas eidẽ doctrinæ Bart. adiecimus, ipſa non procedit, quoties teſtator contrarium expreſsè cauiſſet: at in hoc caſu ſatis expreſsè id voluiſſe conſtat, quando quidem filiæ nubenti certum legatum fecit, & religionem ingredienti aliud: quòd ſi hoc omnino expreſſum ac manifeſtũ non dixeris, eoque verbis negatiuis vſus non fuerit, ſufficit tibi voluntas clara ex verbis ac mente deducta, vt conſtat ex prædicta facti ſpecie, in qua Bart. & communis contrarium exiſtimauit: ſi enim in dubijs voluntas teſtatoris ex coniecturis ipſius mentis exponenda eſt, vt in l. volũtatis defuncti. C. de fideicommiſſ. & ibi DD. & alibi ſępiſsimè, præcipuè per Mantic. in ſuo tract. de coniecturis vltim. volunt. per totum, à fortiori idem erit ſeruandum, vbi verba teſtatoris ſunt clara & aperta, ſimul cum mente expreſſa & voluntate, vt in noſtro caſu, cui verè & realiter violentia fieret, ſi aliud diceremus, non enim ita omnino in omnibus fauorabiliores debemus eſſe monaſterio, vt ob id cõtra voluntatẽ expreſſam defuncti fiat, cui nõ ſolùm expreſsè, ſed etiam ex cõiecturis elicitæ adeò deferri Iuriſcõſulti volunt, vt eam primum locum obtinere pręceperint, vt in l. in cõditionibus. ff. de condi. & demonſtr. docuimus latè in repeti. l. nemo poteſt. ff. de legat. 1. in prin. in primis numeris.

Prætereà, & ratio naturalis, & cõmunis obſeruantia totius mundi dictat, vt minus præſtetur & ſufficiat filiabus ingredientibus religionem, quàm nubentibus, vt experientia docet: & ſufficit allegare naturalem rationem & æquitatem, vt in l. ſcire oportet. §. ſufficit. de excuſ. tuto. & minimè ſunt mutanda quæ certam interpretationem habuerunt, vt in l. minimè. ff. de legib. Deniq; & contra ſupradictam Bart. receptam ſententiam facit ſecũda limitatio, etiam communis, & prætereà vera, quam ſupra aſsignauimus nu. 26. & ſeq. ad primam opinionem principalem, contra quam nuncimus ac tenemus. Nec obſtat, quòd ſi contra Bart. in hoc teneamus, puella ob hoc auertetur à religioni: idẽ enim ſi contingat, ſibi imputet, quoniam nõ in eum finem à teſtatore minor quantitas ingredienti religionem relicta fuit, ſed quia

quia ea ſufficiat potius eidē ſtatui quàm
ad nubendum, præcipuè cùm, vt ſupra
dicebamus nume.52.non ſit præſumen-
dum ob hoc quemquā à religione auer-
tēdum, cùm etiamſi religionem puella
ingreſſa monaſterium haberet maiorem
quantitatem, ſibi nihil acquiratur, ſed
monaſterio. Cōmunis igitur atque re-
cepta ſententia Bartol. vbi ſupra con-
traria nullo iure procedere poteſt, vt ex
ſupradictis patet, nec eſt curandum de
numero, pondere, & menſura authorū,
quoties ſua doctrina ſolido iuris funda-
59 mento caret, & contraria expreſsè † eo
comprobatur. DD.enim noſtri rationes
non perſcrutantur, & plerumque aues
imitantur, quæ quando vna volat, aliæ
omnes ſequuntur, vt aliàs inquit Deci.
conſi. 499. num. 12. vbi etiam poſt alios
tenet, quòd communis opinio non atte-
tenditur, quando alia opinio contra cō-
munem, fundata ſit melioribus rationi-
bus, per tex. in l.1.§. ſed neque ex multi-
tudine authorum. C. de vete. iur. enucl.
cap. capellanus. de ferijs, æquius enim eſt
illi ſententiæ inhærere, quæ melioribus
rationibus fulcitur, etiamſi Imperator
ſit in opinione contraria. l. AEmilius. ff.
de minor. ita Angel. conſ. 170. quem re-
fert & ſequitur Deci. vbi ſupra. & ita
meritò contra Bart. doctrinam vbi ſu-
pra, tenet Bald. in d. authent. niſi rogati.
col. 8. verſ. hac ratione. nume. 11. dicens,
quòd communis obſeruantia & natura-
lis æquitas vult, quòd filia hoc caſu in-
60 grediens † religionem non debet habere
niſi eam ſolùm quantitatem, quam pa-
ter eidem nūcupatim legauit, ſi religio-
nem ingrederetur: idem Bald. in l. Deo
nobis. col. 2. in prin. num. 1. & 2. C. de E-
piſco. & cler. vbi ait, quòd ita obſeruat
conſuetudo, & Paul. Caſtr. ibidem num.
5. dicēs, quòd ita communiter ſeruatur.
Paul. in d. authen. niſi rogati. n. 3. vbi q
ita communiter tenetur: idem Paul. in l.
Titio centum §. 1. in fin. ff. de condit. &
demō. vbi inquit, quòd ita videmus ſer-
uari per totum mundum: & Fulgoſ. in
d. l. Deo nobis. & conſ. 53. colum. 2. Iaſ.
conſil. 44. col. 5. volum. 3. Deci. in d. c. in
præſentia. nume. 59. ſequitur Crotus in
d. l. nemo poteſt. num. 71. & verius eſſe
cenſet Couar. vbi ſup. d. nu. 9. ſequitur
Cumanus in d. l. ſi ita quis. §. is cui. ff. de
legat. 2. vbi aſſerit hanc eſſe cōmunem,
& Deci. ſibi contrarius conſ. 419. col. 2.
vbi ſequitur hanc ſecundā partem, tan-
quam magis receptam à Doctoribus: eſt
communis, etiam vt ex alijs refert de-
ciſi. Pedemont. 126. num. 22. refert alios
plures huius ſententiæ authores Ro-
land. à Valle vbi ſupra numer. 15. & ſeq.
qui numeris præcedentibus fundamēta
eiuſdem etiam retulerat, quāuis eiſdem
reſpondere conetur, vt pote qui priorē
* ſententiam ſequutus ſit: * hanc etiam
ſequitur plures referens Menoch. vbi
ſupra n. 4. & 26. *
61 Ad quartum reſpondeo, quòd licèt
ex prædictis iuribus probetur, ſimonia-
cum eſſe recipere moniales dotatas, præ-
cipuè ex pactione præcedente, in con-
trariū tamen eſt vſus receptiſsimus ſine
aliquo ſcrupulo, id enim crebrò fit: con-
ſuetudo autem eſt optima legum inter-
pres, vt in cap. cum dilectus. de conſuet.
cum ſimilibus.
62 Præterea, ſi monaſterium egēs ſit, ve-
rius eſt quòd poſsit accipere dotem pro
alimentis monialis abſque ſimonia, vt
tenet gloſ. 1. in d. cap. non ſatis. & in c.
honoratur. 32. quæſt. 2. Bal. in authent.
res quæ. numer. 13. C. communia de leg.
Secus ſi monaſterium opulētum ſit, quia
tunc pecuniam accipere ex pactione, ſi-
moniacum eſſet, ſecundùm Bald. in l. ſi
quemquam. colu. 1. verſ. extra quæritur.
C. de Epiſcop. & cler. Ioān. de Anani. in
rubri. de ſimonia. num. 8. Silueſ. verb. ſi-
monia. q. 15. teſtatur communem ex Vi-
ctoria, quem refert eam ſequutus Anto.
de Padilla in d. authen. res quæ. num. 55.
etſi Dominicus à Soto lib. 9. de iuſt. q. 6.
art. 2. ad 4. exiſtimet, non ſtatim ex hoc
ſimoniam cōmitti quòd monaſterium
opulentum ſit, ſi pro alimentis dos aſsig
netur, ſed tātum præſumi: & quòd præ-
63 fectę † monaſteriorū ſine vlla culpa ali-
quas ad religionem anhelantes & aptas
ſufficienter dotatas admittere poſsint,
etiam

Ayuntamiento de Madrid

etiam vbi ſit expletus numerus earum, quæ ali poſsint ex redditibus monaſterij, dum tamen ab omni ſimonia caueant moniales, quæ ſolent aliquid pro ſuffragijs accipere, probat cum S. Tho. à Caiet. probè expoſito. 2. 2. q. 100. art. 3. ad 4. Nauar. de redditibus Eccleſ. 1. q. n. 100. & 101. & iterum in apologia de eiſdem reddit. q. 1. monito vltimo, quod eſt 84 per totum, addens, quòd nũquam,
64 aut difficilè in Hiſpanijs † approbabitur Dionyſij ſententia contraria: admonens moniales, ne recipiant plures quàm alere poſsint monaſteriorum redditibus annuis, etiam indotatas & ſine muneribus: quia licèt non ſit malum, oppoſitum, nempè ne recipiantur plures, &c. eſt melius: & prætereà quòd prædicta ſimonia euitari poteſt, ſi dos neceſſaria paupertimo monaſterio detur, habentes pro certo, quod ſi ex pacto aliquid accipiãt vltra id, quòd neceſſarium ſuſtentationi monialis iudicio cordatorum cẽſeatur, eſſe ſimoniam, nam ex pacto nihil aliud
65 poſſunt accipere, præter illud, † quod alendæ moniali ſit neceſſarium, idque monaſterium præ inopia non poteſt tribuere. Si ergo aliquid vltra acceperint, vel ſi dotem exegerint, quando monaſteriũ poſsit eam alere, illicitè recipiũt. Hæc ille. Cõmuniter in Hiſpania quãdo in conuentibus monaſteriorũ monialiũ
66 † proponitur, vel agitur de recipiendis aliquibus nouitijs, fit conuentio de dotibus eiſdem præſtandis, nec ita exactè obſeruãtur, quæ dicit Nauar. vbi ſupra, ſed præfectæ cæteręque antiquę moniales præ oculis exponunt conuentibus ingentes neceſsitates inſtantes, quo nouitias recipiant, amplioreſque dotes expoſcunt, & conſanguinei recipiendarũ minores offerunt, ex cauſis quas ſignificant eiſdem, ſicque in certis quibuſdam dotibus conueniuntur: quam conſuetudinem & validã eſſe exiſtimo, & nullam ob id committi ſimoniam, tùm ex ſupradictis, tùm etiam quia communiter monaſterium monialiũ, quãuis magnos redditus annuos habeant, egent maioribus ſumptibus pro monialium ſuſtentatione, atq; pro reparatione domorũ, Eccleſiarũ, & fabrica & ornamẽtis, alijſque cõmunibus neceſsitatibus ordinarijs: & prætereà quia redditus, vt plurimum, & creſcere & decreſcerà poſſunt, habentq; moniales ſuos œconomos, alioſque officiales, quibus annua ſalaria ſoluunt: pleraque etiã monaſteria egena ſunt, pauca verò ditiora: rectè igitur poterit à communiter accidentibus dos congrua pẽſatis penſandis, pro moniali recipienda exigi atque ſolui. Quòd ſi in aliquibus
67 monaſterijs † adeò opulenti redditus ſint, vt ſuperfluant omnibus neceſsitatibus prædictis & ſimilibus, numeruſq; monialium non ſit impletus, tunc illicitum profectò eſſet dotem à recipiendis exigere, cùm ipſa pro illis ſuſtentandis non ſit neceſſaria monaſterio, quia habet aliàs ſatis commodè vnde ſuas moniales alat: hoc autẽ ceſſante, prout plu-
68 rimum ceſſat, † licitum eſt moniales dotatas recipere, dũmodo ante profeſsionem, excepto victu & veſtitu nouitiæ vel nouitij illius temporis, quo in probatione eſt, quocunque prætextu à parentibus, vel propinquis aliquid ex bonis eiuſdẽ tribuatur, vt iuſta ratione hoc præcipit ſanctum Concil. Triden. ſeſſ. 25. cap. 16. verſ. ſed neque, ſub anathematis pœna dantibus & recipientibus: à contrario igitur ſenſu poſt profeſsionẽ
69 licebit † aliquid dare. Prodigæ autem expenſæ, & profani apparatus fieri ſoliti ex pacto tacito, vel expreſſo, dum vel ingrediuntur monaſterium, vel profeſsionem emittunt, non erunt liciti, vt exclamat Nauar. vbi ſupra.

Cùm igitur hæc ita ſe habeant, & dos poſsit dari, atque exigi pro alimẽtis monialis, ſicut pro matrimonio carnali, cõſequitur, vt relictũ cauſa dotis, intelligi poſsit per interpretationem, non ſolùm pro matrimonio carnali, ſed etiam pro ſpirituali, atq; ideò nil mirum ſi per ingreſſum religionis deficiat ſubſtitutio in caſu d. §. ſed & hoc præſenti: at verò in ſpecie noſtræ quæſtionis, ſalua ratione recti ſermonis, non poteſt verificari diſpoſitio in monaſterio, quia ipſum nõ eſt

Ayuntamiento de Madrid

eſt filius procreatus ex proprio corpore inſtituti ſiue grauati, ſed tantùm fictus & improprius per iuris interpretationem: ergo diuerſo iure cenſeri debet caſus noſtræ quæſtionis. Ad quintum reſpondeo, vt ad ſecundum ſupra reſpondimus.

Vltimò non obeſt, ſi obijciatur, articulum hunc atque quæſtionem principalem in hoc capite examinatam difficilem atque dubiam eſſe, quādoquidem pro vtraque parte ſunt fundamenta ac rationes ſatis vrgentes, & præterea duæ communes ſententiæ contrariæ, vt ſupra eſt viſum: ergo vbi ſunt opiniones, fauendum eſt illi, quæ eſt pro religione. l. ſunt perſonæ. ff. de religioſ. & ſumpt. funer. & in dubio pro cauſa pia, & ſic fa-
70 uorabili, argum. c. ſi. cum ſimilibus. † de ſententia & re iudic. cuius text. diſpoſitio etſi loquatur in matrimonio, libertate, dote, ſeu teſtamento, locum etiam habet in quacūque alia cauſa fauorabili (prout eſt monaſterij ſiue Eccleſiæ) vt conſtat ex eodem text. ibi, Niſi in cauſa fauorabili, vbi ponitur regula, cætera nāque ſubſequentia gratia exempli ponūtur, puta, matrimonio, libertate, dote, teſtamento. Exempla autem non ſolent arctare regulam, vt in l. damni infecti ſtipulatio. §. Sabinus. ff. de dam. infect. cum ſimilibus. Et præterea tenet Alexa. in l. duo iudices. nu. 9. ff. de re iudic. nam
71 † reſpondeo, quòd ſic perſonis fauorabilibus debitores ſumus in iuſtitia, quòd alijs iniuſtitiam facere nō debeamus, vt inquit Sūmus Pontif. in cap. ex tenore. de foro compet. & in c. nuper. in verſic. quòd autem. de donatio. inter vir. & vxo. Licèt ergo monaſterio in dubio fauendū ſit, quia pia cauſa, attamē in propoſito fauor hic locum non habet, cùm alias fieret iniuria ſubſtituto, qui habet pro ſe voluntatem teſtatoris apertam in præſenti ſpecie, quare potius pro ipſo iudicandum eſſe exiſtimo: ſi enim hoc fiat, ſcrupulo iure carebit iudex vel cōſultor, quia probabilior ac magis communis ſentētia id habet: ſi verò pro monaſterio quis cauſam deciderit, profectò animus non ita ſecurus erit, eo quòd volūtas teſtatoris ſatis clara & aperta colligatur ex prædictis verbis præferendi ſubſtitutum monaſterio, quādoquidem in ipſo verificari ſalua ratione recti ſermonis minimè poſsint. In hac igitur re difficili certius, rectius & ſecurius eſt iudicare pro ſubſtituto: idque præmaximè erit verum, vt prædixi, ſi ipſe ſubſtitutus ex deſcendētibus teſtatoris ſit, vel cauſa pia poſteriori loco ſit ſubſtituta: quāuis adhuc his ceſſantibus idem verius exiſtimarem, atque exiſtimo, teneo, & iudico.

72 Illud tandē prænotare libuit, ex ſolo ſacerdotio nō intelligi ſatisfactum diſpoſitioni text. in d. §. ſed & hoc præſenti. eſt communis ſecūdum Alciatum conſil. 90. num. 11. libr. 9. & Boer. deciſi. 354. num. 11. & eos referens Mantic. vbi ſupra nu. 22. vbi hoc limitat, † ſi clericus bona ſua dediſſet capellæ, cuius factus ſit Sacerdos, vel ſi omnia bona ſua, vel ſaltem hæreditatem ſibi relictam expendat in pias cauſas, dicens hunc intellectum congruere verbis illius text. ſecundùm Felin. in d. c. in præſentia. nu. 58. vbi Decius n. 58. in fin. dicit magis cōmunem, ibiq; refert alios, præcipuè Carol. Ruin. conſil. 153. num. 1. & 2. vol. 3. & Decium conſilio 259. numer. 5. verſ. & ſtante. & num. 6. verſic. præterea quod dicitur de clerico.

---

*SVMMARIVM.*

1 *Fructus beneficiorum vltimi anni quomodo diuidendi ſunt inter hæredes defuncti, & nouum beneficij ſucceſſorem: & num. ſeq. præcipuè nu. 9. & ſeq. vbi quòd pro rata diuidantur.*

2 *Fructus qui poſt acquiſitum ex cauſa fideicommiſſi dominium, ex terra percipiuntur, ad fideicommiſſarium pertinent, quamuis maior pars anni ante diem, quo fideicommiſſum ceſſit, præterita ſit.*

3 *Anteceſſor Eccleſiæ parochialis, qui eius omnes fructus percepit, debet ſoluere ſucceſſori ſeruienti congruam ſuſtentationem.*

4 *Fructus ſeparati à fundo, licèt non ſint reconditi*

Ayuntamiento de Madrid

*diti tempore obitus beneficiati, ad hæredes eius pertinent.*

5 *Penſiones annuæ ex agris, domibus, aliiſve prædijs beneficij, mortuo eius poſſeſſore, ad eum pertinēt, iuxta diſtinctionem. l. defuncta. ff. de vſufr.*

6 *Quid in penſionibus Eccleſiaſticis illius anni quo penſionarius deceſsit? Idem quod in vſufructu. num. 8. Sed contra numer. 9. & ſeq. nempè pro rata. Idem ſi penſio quotæ partis fructuum ſit, vt in numer. 34. ſed de ſtylo Curiæ Rom. non ſoluitur rata penſionis, vt in num. 36.*

7 *Penſio Eccleſiaſtica vſufructui ſimilis eſt, quia ea morte extinguitur ſicut vſusfructus.*

10 *Penſionarius fructus beneficij non percipit, ſed is qui titulum habet, qui tamen adhuc non eſt vſufructuario ſimilis.*

11 *Penſio Eccleſiaſtica, vt frequentius contingit, certæ pecuniæ, non fructuum quantitas eſt, à poſſeſſore beneficij ſoluenda.*

12 *Fructus beneficiorum (præter Eccleſiæ cathedralis) Epiſcopatus Ciuitaten. diuiduntur pro rata inter hæredes defuncti & nouum ſucceſſorem vltimi anni quo prædeceſſor deceſsit, annuſque incipit à die S. Martini mēſis Nouembris.*

13 *Idem obſeruari ſolitum eſt in diuiſione fructuū Commendatorum S. Iacobi, Calatrauæ, & Alcantaræ, ex conſtitutionibus eorundem ordinum.*

14 *Fructus dotis vltimi anni quo durauit matrimonium, diuiduntur pro rata inter partes.*

15 *Hic annus quomodo debeat computari?*

16 *Diuiſio fructuum dotis vltimi anni, quo matrimonium durauit, an hodie locum habeat?*

17 *L. 10. titul. 4. de las labores y particiones lib. 3. fori obſeruatur in his regnis.*

18 *Penſiones locationis rei venditæ ad quem pertineant? & nu. 19. & 20.*

21 *Penſio fundi anteà locati & poſtea venditi ante meſsium & vindemiarum tempus, ad emptorem integrè ſpectat.*

22 *Idem eſt in penſione exacta vel cedente poſt venditionem factam, tamen antequam fructus colligerentur.*

23 *Secus eſt ſi fundus vendatur poſt fructus ipſius perceptos, ante tamen diē penſionis ſoluēdæ, nam penſio hæc ad venditorem pertinet, niſi venditio ea lège fiat, vt venditor expellere non poſsit colonos vel inquilinos, vt in nu. 24.*

25 *Emptor fiſci percipit penſionem cedentem poſt ipſam vēditionem, etiam ſi ea ſoluatur pro fructibus ante vēditionem perceptis, & hoc ſpeciali fiſci fauore, quia hoc priuilegium emptori fiſci datur in compenſationē damni, quòd cogitur ſtare colono fiſci.*

26 *Penſio domus locatæ & poſtea venditæ indiſtinctè pro rata ad emptorem pertinet.*

27 *Diuiſio fructuum prædij venditi ad vitā pendentium fit pro rata temporis, quo vixerit emptor.*

28 *Secus eſt in legato fructuū alicuius fundi alicui facto quotannis dum viueret, vel dum eſſet vidua, vel durauerit in aliquo miniſterio, hi enim vltimi anni integri ad legatarium pertinent.*

29 *L. Iulianus. §. ſi fructibus. ff. de actio. emp. procedit etiam in eo, qui ex pacto de retrouendendo rem retraxit.*

30 *Fructus ad maioratus ſucceſſorem à die delati maioratus indiſtinctè pertinere debent.*

31 *Sed verius eſt & tenendum, vt pro rata diuidantur inter hæredes vltimi poſſeſſ. & nouum ſucceſſorem.*

32 *A quo tempore hoc caſu numerandum ſit anni principium, mos regionis obſeruandus.*

33 *Fructus beneficij renunciati an inter renunciātem, & ſucceſſorem diuidantur pro rata?*

35 *Penſionis Eccleſiaſticæ rata non ſoluitur, ſecundùm conſuetudinem & ſtylum Romanæ Curiæ.*

36 *Conſuetudo Romæ in Hiſpania in cauſis Eccleſiaſticis ſpectanda eſt, ſiue ſpecialis, ſiue generalis ſit.*

## CAP. XXXIII.

## De penſione Eccleſiaſtica; an debeatur pro rata temporis, necne?

FRVCTVS Beneficiorum Eccleſiaſticorū eius anni, quo mortuus fuit, qui beneficium habebat, qualiter diuidendi ſint inter hæredes defuncti, atque nouū beneficij ſucceſſorem, celebris ac perutilis quæſtio eſt,

Ayuntamiento de Madrid

eſt,& inter noſtrates non ſatis cóſtituta.

1 † Quidā beneficium habentem vſufructuario adæquātes cenſent, fructus ante obitum collectos ad hæredes defuncti, pendétes verò ad Eccleſiam vel ſucceſſorem integrè pertinere exiſtimant: argum.text.in.l.ſi vſufructuarius.ff.quib. mod.vſusfruct. amit.l. ſi in ſingulos. in fi.ff de ann.legat.§. is verò. Inſt. de rerū diuiſ.text. in.l.ſi fur. & in l.defuncta. ff. de vſufruct. & quemad. quis vta. per quem text.in præbenda clerici iam percepta hoc probat glo.fi.in fi.in l.1.C. de anno.ciuili.lib.11.quam dicit ordinariā, loquens in beneficiato, Paul. Caſtr. in l. diuortio.§.non ſolum.nume.5. ff. ſolut. matri.& ibi eius additio:idem tenuit gl. & ibi DD.in cap.ſi propter. de reſcript. in 6.verb.primi anni.& in cap.præſenti de offic.ordi.in 6.verb.reſeruari. ad fin. & Doct. in c. vlti. de pecul.cler.probat text.in pragmatic.ſanctio.Gallic. titul. de annatis. §. item quòd ſi Eccleſia. & ibi glo.ordin.Coſmæ Guimier in glo.ac quiſitos.circa finem, iunctis gloſsis teneatur, idem notat attenta generali cóſuetudine Franciæ, quòd fructus Eccleſiaſtici acquiſiti tranſmittuntur ad hæredes: quæ etiā eſt Hiſpaniæ,vt in l.fina. titul.8.lib.5. nouæ collect. regi. vbi latè diximus,& hanc opinionem fatetur cómunem eſſe Alber.in d.l.diuortio.num. 12.vt refert alios allegans Couar. libr. 1. variar.cap.15.nume.12.Eandem teſtatur communem latè defendens & probans D.Nauar.in ſua apologia de reddit. Eccleſ.quæſt.2. monito 13.per totum, vbi inquit eſſe credendum, non ſolùm in theorica à Doctoribus, ſed etiā in praxi à iudicibus & partibus eam ſeruatā eſſe, præterquam in Epiſcopis,Abbatibus,& Prioribus conuentualibus, in quibus à paucis ante hac annis conſtitutionibus

2 Synodalibus aliud ſtatutum eſt. † Idem videmus in fideicommiſſo, nam omnes fructus,qui poſt acquiſitum ex cauſa fideicommiſsi dominium ex terra percipiuntur,ad fideicommiſſariū pertinent, quamuis maior pars anni ante diē, quo fideicommiſſum ceſsit,præterita ſit, vt in l.Herennius Modeſtinus.ff. de vſuris & DD. vbique, per eam vtique in hoc expreſſam, id tenent & notant,vt affirmat Nauar. in d.apolog. de reddit. Eccleſ.q.2. monito 15.in princip.

Ex quo text. videtur,veram non eſſe opinionem Barthol.Socin.conſ.42. nu. 6.vol.3.quem refert & ſequitur Auend. reſponſ.5.n.4.exiſtimantis in hac ſpecie fideicommiſſarij,quòd etſi penſiones locationum & libellorum debitę pro fructibus iam perceptis pertineant ad hæredé grauatum,argum. d. l. defuncta.ff. de vſufruct. vbi ita determinatur in vſufructuario, qui minus iuris habet quàm hęredes fideicómiſſo grauati,& in hoc rectè dicit:tū in penſionibus ciuilibus debitis pro fructibus naturalibus nō perceptis,pro rata anni fructus eſſe diuidendos, quia hæres reſtituit ex neceſsitate,ſicut maritus dotem ſoluto matrimonio, & tamen inter eos & hæredes mulieris fit diuiſio fructuum pro rata anni,vt in l.diuortio.ff.ſolut.matrim.de quo infra dicemus. Hæc namq; ſententia Soc.& Auend. apertè cófundi videtur ex d.l.Herennius. la 1. & contra eos etiā eſt glo. magna in l. in fideicómiſsi. verb.nō lucrū.ff.eodé tit.de vſur.ex quibus conſtat, fructus perceptos poſt acquiſitum fideicommiſsi dominium, ad fideicommiſſarium pertinere.

Et quamuis retenta præfata cómuni ſententia,quæ inter hæredes beneficiati defuncti, & ſucceſſorem in beneficio loquitur,poſſet cótingere,vt beneficiatus ſeruiret beneficio ſemiannum abſq; vllo emolumento, puta ſi iam vindemia

3 facta Septēbri,† acciperet Calend.Octobris beneficium, eique ſeruiret vſque ad Calendas Aprilis, quo in tempore nihil fructuum percipitur, quod eſſet abſurdum: attamen hoc in caſu anteceſſor in Eccleſia parochiali, debet ſoluere illi tātum quantum ad honeſtam ſuſtentationem in ſeruiendo indiguit, etiam iure naturali,vt ex pluribus in terminis cóprobat, atque pro certo ſibi affirmat Nauar.vbi ſupra in fin.d. moniti 13.ſicque ceſſabit ſupra dictum incóueniens.

Eadem

Ayuntamiento de Madrid

4 Eadem autẽ communis ſententia procedit non ſolũ in fructibus perceptis tempore obitus,ſed etiã ſi non ſint reconditi,ſi tamẽ à fũdo fuerint ſeparati:ita Cardinal. Imol. & Barba. in d.c.vlti.ad fin. Alber.vbi ſupra,Dominic⁹ in d. c.ſi propter.Franc.in d.c.preſenti.Salycet.in.l. ſi pater. C. de vſufruct.quorum opinio communis eſt ſecundùm Tiraquel. lib. 2.de retract.§.5.glo. 4. in prin.vt refert eam ſequutus tanquam veriorem Couar. vbi ſupra aduerſus gloſ.contrarias in d.c. præſenti. & in d.c. ſi propter. & in.l.ſi fur.in princ.ff.de vſufru.& in.l.ex diuerſo.in prin.ff.de rei vendi.

5 Quę cõmunis traditio procedit etiam in pẽſione annua ex agris,domibus,alijſ ve prædijs ad beneficium eccleſiaſticum ſpectantibus,ſub prædicta annua penſione locatis,nam mortuo poſſeſſore beneficij,penſiones eius anni ad eum pertinebunt,iuxta diſtinctionem d.l. defuncta. quæ in ſimili penſione reſpectu vſufructuarij, & proprietarij loquitur, quam refert Couar.vbi ſupra,n.3,vt in hac ſpecie probauit Angel.cõſ.245.nu.7.verſi. 6.& Cardin. conſi.110. quos refert Couar.vbi ſupra.nu.12.

6 Ex qua recepta ſentẽtia infertur ad deciſionẽ alterius frequentiſsimę quęſtionis,quid dicendũ ſit in penſione eccleſiaſtica ſuper fructib⁹ alicuius beneficij authoritate Apoſtolica cõſtituta,decedẽte penſionario ante diẽ ſolutioni penſionis
7 conſtitutã?† nam cùm penſio hæc eccleſiaſtica vſufructui ſimilis ſit,quia ea morte extinguitur,ſicut ipſe vſusfructus,vt probat Cardin.in Clem.1.§.eadẽ.n.4.& ibi Imol.nu.26.de ſupplen.negli.prelat. Ioan.Bap.de S.Seuer. in tracta. de penſ. q.25.Gigas in eodẽ tracta.de penſ.q.49. 52.53.volu.15.tract.diuerſ. doct. idem dicendũ erit in hac ſpecie in penſione ec-
8 cleſiaſtica,† quod in vſufructu deciſum extat in d.l.defuncta.ff.de vſufruct. Iuxta cuius text. diſtinctionem hæc etiam quæſtio decidenda erit,quemadmodum & illa præcedens de fructibus beneficij inter hæredes predefuncti beneficiati & ſucceſſorem in eodem beneficio diuidẽdis:ita Alex.conſi.15.lib.2.Ioan.Bapt.d. q.25.Gigas.d.q.53,dicẽs, ita à viris iuris vtriuſq; peritiſsimis reſpõſum fuiſſe lite mota apud ſedis Apoſtolicæ iudices:itaque ſecundùm eos,mortuo penſionario fructibus iam perceptis ante diem ſolutioni penſionis conſtitutam,integra pẽſio eius hæredibus debebitur:ſi verò decedat poſt diem penſionis ſoluendæ,antequam fructus, ſuper quibus conſtituta eſt colligantur,penſio eius hæredibus non debetur,etiam quæ præd.die ceſſerit,imò etiam ſoluta repeti poterit:quod ſi fructus partim collecti ante obitum penſionarij,partim poſt eius mortẽ percepti fuerint,penſio debebitur pro rata fructuum ante obitum perceptorũ: cui ſententiæ plurimum patrocinatur communis, atque recepta ſententia præcedens,ex qua hoc deduximus.

9 Nihilominus in vtraq; ſpecie, nẽpe in fructibus diuidendis inter hæredes beneficiati mortui,& ſucceſſorẽ in beneficio & præterea in penſione inter illos penſionarij prædefuncti hæredes,atque poſſeſſorem beneficij, contrarium verius videtur,imò quòd fructus eius anni quo mortem clericus obierit,indiſtinctè & penſio inter ſupradictos reſpectiuè pro rata temporis diuidantur: quoniam vt Dominic. à S. Geminia. ex eo text.notat in d.cap.præſenti.§.porro.fructus agrorum& prædiorum eccleſiaſtici beneficij,eiuſque redditus à canonibus ſunt conſtituti ac deſignati pro oneribus ſuſtinẽdis totius anni,donec noui fructus collecti fuerint,atque inter alia Eccleſię onera connumerãtur ſtipendia ipſis miniſtrãtibus debita,vt cauetur in d.§.porrò.Rationi igitur congruit,vt pro rata temporis fructus eccleſiaſtici beneficij diuidantur inter defuncti hæredes & ſuc-
10 ceſſorẽ, aut ipſam Eccleſiam. † Præterea penſionarius fructus beneficij non percipit, ſed is qui Eccleſiæ titulum habet,qui tamen adhuc nõ eſt vſufructuario ſimilis.penſio verò,vt frequẽtius cõtingit,certæ pecunię,non fructuũ quan-
11 titas eſt,à poſſeſſore beneficij ſoluenda;† nec ea ſoluitur penſionario tanquam pretium ipſorum fructuum: nam in d.l. defuncta.agitur de penſione, quæ pro



Ayuntamiento de Madrid

ipſis fructibus in eorum pretium: pro ip
ſo deniq; viu rei ſoluitur, ideò ea deciſio
nõ rectè congruit penſionibus eccleſia-
ſticis: quare penſio eccleſiaſtica pro rata
temporis hęredibus penſionarij debebi
tur, cum ea à Summis Pontif. conſtitua-
tur in alimẽta penſionarij, atq; in ſtipen
dium eorum qui miniſteriũ aliquod ex-
hibent vel exhibuerunt Eccleſiæ, eccle-
ſiaſticove ordini, ſi quidẽ penſio ipſa ec-
cleſiaſtica cedere videtur in alimento-
rum cauſam, ſecundùm Roman. conſil.
388. Gigant. de pẽſio. q. 51. & 52. alios ad
ducentem: quibus fundamentis hãc ſen
tentiam in vtroq; caſu aduerſus commu
nem, æquiorẽ & veriorem eſſe exiſtimat
atq; probat Couar. vbi ſupra. n. 12. & 13.
allegans Alber. in d. l. diuortio. nu. 12. ff.
ſolu. matri. eam expreſsè tenentẽ in prio
ri ſpecie, nempe reſpectu fructuũ bene-
ficij inter hæredes beneficiati pręd efun
cti, & ſucceſſorem pro rata diuidẽdorũ:
& idem ipſe Couar. audacter probat reſ
pectu penſionis eccleſiaſticæ: eandẽ opi
nionem in priori caſu probauit Auend.
d. reſponſ. 5. nu. 1. in prima concluſione,
& etiam D. Sarmiento de redditib. eccle
ſiaſt. 4. par. cap. 6. nu. 13. dicens, quòd in
Hiſpania noſtra conſuetudine hoc eſt re
ceptum: eãdem opinionem in vtroque
probauit aduerſus communem inſignis
D. Molin. de Hiſpan. primoge. libr. 3. c.
11. nu. 4. dicens eam vidiſſe receptam fre
quentiſsimẽ in forenſibus controuer-
ſijs: & quamuis Nauar. vbi ſupra, defen-
dens communem ſententiam noſtram
hanc reſpectu fructuum inter hæredes
beneficiati defuncti, & ſucceſſorem, ex-
preſsim improbet, atque Doctorem Sar
miento increpet, eo quòd affirmauerit
in Hiſpania conſuetudine aliud recep-
tum eſſe, quia ſecundũ ipſum Nauar. cõ
trarium par eſt credere, niſi in Epiſcopis
Abbatibus, & Prioribus cõuentualibus:
tamen re vera, & in puncto iuris verior
eſt hæc ſecunda ſententia & ęquior per
ſupradicta, atq; in praxi recepta & proin
de tenenda, vt pręter Sarmient. aſſerit ſe
vidiſſe frequentiſsimè D. Molin. vbi ſu
pra. Habemus igitur maximos Iuriſcon-
ſultos, ac ſummos practicos id affirman
tes, quibus credendum eſt, præmaximè
cum rationes ſupra adductæ pro eorum
opinione maximè vrgeant, & efficaces
ſint aduerſus communem.

12 In hoc Epiſcopatu Ciuitaten. idem in-
diſcriminatim conſuetudine immemo-
riali obſeruatur in fructibus omnium be
neficiorum atq; Epiſcopatus ipſius (præ
ter præbendas Eccleſiæ Cathedralis, ac
præſtimonia eiſdẽ annexa, in quibus ſin
gulare ius ex conſtitutionibus dictæ Ec
cleſię aliud obtinet, propter perſonalem
earundem reſidentiam requiſitam) in cę
teris tamen beneficijs fructus diuidun-
tur pro rata anni quo deceſsit prædeceſ
ſor, inter eiuſdem hęredes & nouum ſuc
13 ceſſorẽ, † annuſque ad hoc incipit à die
Sancti Martini menſis Nouembris: atq;
idem obſeruari ſolitum eſt in diuiſione
fructuum Commendarum Sancti Iaco-
bi, Calatrauæ, & Alcantaræ, ex eorum-
dem ordinũ conſtitutionibus, ſecũdùm
D. Molin. vbi ſupra nu. 5. Verùm vt ſu-
perior ſententia aduerſus communẽ ve
rior appareat, confirmari poterit ex ſe-
quentibus.

14 Primò, quoniam ita etiam fructus do
tis, quæ datur pro matrimonij carnalis
oneribus ſuſtinendis, vt in. l. pro oneri-
bus. cum ſimilibus. C. de iur. dot. ſunt
pro rata temporis, quo matrimonium
durauit illo anno inter maritum & hæ-
redes vxoris, vel è conuerſo diuiden-
di, deductis expenſis à marito factis illo
anno, vt in dict. l. diuortio. in princi. ff.
ſolu. matri. & in. l. 26. titu. 11. part. 4. An
ton. Gom. in. l. 53. Taur. nu. 33. verſi. ho-
die. Campegius *de dote*. 2. par. q. 19. & ſeq.
15 † vbi quòd hic annus debet cõputari à
die quo matrimonium per verba de præ
ſenti fuit celebratum, & dos marito tra-
dita, quoties contigerit, vt eodem anno,
quo matrimonium contractum fuit, ſol
ueretur: quòd ſi pluribus alijs annis du-
rauit matrimonium, diuiſio fieri debet
pro rata temporis vltimi anni, quo du-
rauit matrimonium cuius rei rationem
eam cõmuniter ſcribentes aſsignare ſo-
lent in d. l. diuortio, quòd cũ fructus do-
tis marito propter onera matrimonij ſu
ſtinenda, vt pręd iximus, præſtetur, cõſe-
quens

Ayuntamiento de Madrid

quẽs eſt, vt illis integris frui debeat, pro rata illius tẽporis quo onera matrimonij ſuſtinuit: merito ergo vt eadẽ ratione idem dicendum ſit in redditibus Eccleſiaſticis, qui à Canonibus ſunt conſtituti pro oneribus ſuſtinendis totius anni, vt in d §. porrò, & in penſionibus eccleſiaſticis, cùm à Summis Pontifi. conſtituãtur in ſtipendium eorum qui obſequium aliquod exhibent, vel exhibuerunt Eccleſiæ, vt prædicebamus. Verùm d. ꝉ. l. 26. regia limitat d. l. diuortio. quãdo bona illa, è quibus fructus percipiuntur, fuerunt data marito æſtimata in dotem, tunc enim æſtimatio tantùm eſt vxoris, & non plus.

16 Hæc tamẽ diuiſio fructuũ inter virum & vxorẽ, & materia d. l. diuortio & d. l. 26. ſi credimus Grego. Lopez in eadẽ. l. 26. gl. fi. ceſſat hodie in iſto regno per ll. fori diſponẽtes, fructus & alia lucra diuidenda eſſe inter virũ & vxorem, ſolutis capitalibus, tã viri, quàm vxoris, de quo eſt hodie. l. 4. titu. 9. lib. 5. nouæ collect. reg. prꝛterquã Cordubæ, vbi nõ ſeruantur d. ll. fori. vel ſi renuntiatũ eſſet lucris acquiſitis cõſtante matrimonio, nã tũc procederet prędictę. l. materia ſecũdum ipſum: idem nouiſsimẽ probauit Ayora Granatenſ. in tracta. de partition. 1. p. c. 9. n. 1. & 14. Sed meo iudicio hęc ſẽtẽtia Gregorij vera non videtur, ſiquidem ꝙ fructus & alia lucra ſint communia inter virũ & vxorem, procedit in acquiſitis durante matrimonio, vt ex eiſdẽ legibus Regijs manifeſtiſsimè conſtat, eſtque veriſsimum: at verò materia d. l. diuortio, & dict. l. 26. verſatur circa diuiſionem fructuum dotis illius anni quo ſolutum fuit matrimonium. Pars igitur quæ hęredibus mulieris, vel ipſi mulieri contigerit pro ſua rata temporis, quo illo anno ſolutum fuit matrimoniũ, non communicabitur viro, nec eius hæredibus, quandoquidem non conſtante matrimonio, ſed potius illo ſoluto cenſentur acquiſiti. Altera verò pars, quæ pro rata temporis, quo illo anno cõſtitit ſiue durauit matrimonium, quę attento illo iure cõmuni, marito competebat, hodie per leges Regias diuidi debet inter virũ & vxorem, eiuſq; hęredes. Ad ſciẽdum igitur quota pars fructuum hęredibus mulieris, vel potius ipſi mulieri adiudicanda erit, præcipuẽ pro tempore quo fuit ſolutum matrimonium illo vltimo anno, neceſſariò materia d. l. diuortio. & d. l. 26. Regia in praxim deducenda erit. Tunc autem opinio noua Greg. Lopez procedere atque locum obtinere poſſet, cum omnes fructus illius anni diuidi æqualiter deberẽt inter maritum & vxorem, eiuſque hæredes, tunc enim nõ eſſet neceſſaria altera diuiſio, de qua in d. l. diuortio. & d. l. 26. Verùm cũ per ll. Regias fori allegatas à Gregorio, quibus ſuam opinionem fundare nititur, tantùm communicentur ęqualiter inter virum & vxorem fructus & lucra conſtante matrimonio acquiſita, & illo vltimo anno quo matrimonium durauerit, pars fructuum cõſtanti matrimonio tribuatur, ac pars ſoluto, conſequens eſt, vt ad exquirendum, quæ pars cuiq; tempori conueniat, neceſſaria ſit etiam hodie materia d. l. diuortio. & d. l. Partitæ, non ſolum Cordubę, & alibi, vbi dictæ leges fori non ſeruentur, & vbi renuntiatum ſit prædictis lucris, ſed etiam vbi fructus & lucra conſtante matrimonio acquiſita communiter diuidenda ſũt inter cõiuges, ipſorũq; hæredes, quãdoquidem fructus ſoluto matrimonio, illo vltimo anno contingentes diuidendi minimè ſint, ſed præcipui ad hæredes vxoris pertineãt, ꝑ ſupradicta. * Et hęc * conſideratio & diſtinctio vera eſt in ſe, vt fatetur nouiſsimè poſt huius operis primã editionẽ D. Petr. Barboſa in. l. diuortio. in principio, ſub n. 27. ff. ſolut. matrimonio licèt addat, nõ bene nos hic dicere, quaten⁹ dicim⁹, tũc eſſe recurrẽdũ ad cõputationẽ d. l. diuortio, cũ in Caſtella ſit recurrẽdũ poti⁹, l. fori ſtatim ꝑ ad nos citatã. Sed nõne quæſo nos hìc ſtatim nu. infra ꝓximo hoc ꝓfitemur & agnoſcim⁹, vt idẽ author poſtea fatetur nos ad idẽ citans? ergo ſecluſa l. fori, bene dicim⁹, & ea ſtãte quoq;, ſi quidẽ eã eſſe obſeruãdã docem⁹ his verbis ſequẽtibus *

X 2 Verùm

Ayuntamiento de Madrid

17 † Verũ adeſt in propoſito ſpecialis alte-
rius.l.fori noua prouiſio,atq; forma tra
dita,quæ in præfata ſpecie obſeruãda e-
rit nẽpe.l.10.ti.4.*de la labores y particio-
nes* .lib.3.fori quæ eſt huiuſmodi. *Porque
acaece muchas vezes,que ante que los frutos
ſon cogidos de las heredades,ò muriere el mari-
do,ò muriere la muger,eſtablecemos, que ſi los
frutos parecen en la heredad a la ſazon de la
muerte,q̃ ſe partã por medio entre el biuo y los
herederos del muerto. E ſi no apareſcẽ, aya los
frutos cuya fuere la rayz, e de las miſsiones q̃
fueren fechas en la labor al que la labro,y eſto
ſea ſi la labor fuere viña, o arboles ,ca ſi fuere
tierra,y fuere ſembrada,maguer que no aparez
cã el fruto a la ſazon de la muerte,parte ſe por
medio quãto en ello ouiere,e ſino fuere ſembrada,
e fuere barbecho,el q̃ no ha nada en la heredad,
aya la mitad de las miſsiones que fueren fechas
en el barbecho*, cuius.l.diſtinctionẽ inquit
ſeruari Mõtal.in.l.fi.glo.1.in fi.tit.3.eod.
lib.3.for.eãq; refert Bonifacius in pere-
grina legũ Partitarum,in parte *dos*,verſi.
tertiodecimo quæro.in glo.ſoluti, & in
quit ita practicari Pala.Rub.in repet.ru
bri.§.62.nu.10.de donat.inter vir. & v-
xor.eandẽ.l.fori refert etiã Ant. Gom.
in.l.53.Tau.n 33.verſi.hodie tamẽ.dicẽs
eam ſingularẽ,quanuis de praxi eius ni-
hil dicat:ſed eius.l.fori diſtinctionẽ ſer-
uari in hoc regno affirmat Matienç.in.
l.4.glo.1.nu.4.tit.9.lib.5.nouæ collect.
reg.& cõmuniter ſeruari in practica te-
ſtatur Ayora vbi ſupra.n.2.quid in caſu
conuerſo,nẽpe cũm vir vel vxor duxit
ad matrimoniũ fundum vel vineam cũ
fructibus pendentibus,& tempore ſolu-
ti matrimonij erant ſine fructibus.Qua
re cum tot viri tã illuſtres,atq; in vſu fo
rẽſi verſati hoc dicant,credendũ eſt illis
ac proinde obſeruanda erit in praxi diſ-
tinctio d.l.10.iuxta tradita per Bar.in.l.
de quibus.nu.21.ff.de legib. & ibi doct.
præmaximè vſu d.l.fori probato,quan-
uis ſufficere exiſtimo ad probationẽ eiuſ
dem teſtimonium prędictorum virorũ,
& ita nos quoq; ſecundũ d.l.fori conſu
f * lere ſoliti eramus, * & ſequitur nos, &
ſupra dictos citans, D. Petrus Barboſa
vbi ſupra. *

18 Secũdò,quia etſi fructus pendentes rei
venditę tẽpore venditionis ad emptorẽ
pertineãt,niſi aliud conueniat:penſiones
verò ei cedunt,qui locauerat,hoc eſt vẽ
ditori,vt in.l.Iulian⁹.§.ſi fructibus.ff.de
actio.empt.l.11.tit.15.p.5.quaſi velit Vl
pianus aliud eſſe in fructibus perceptis
ex agro vendito poſt vẽditionem perfe
ctam,aliud in penſionibus ex ipſa re ven
dita poſt venditionẽ cedentibus ex loca
tione ante venditionem celebrata,vt in
hoc poſteriori caſu penſiones ad vendi-
torem pertineant:attamẽ gloſſa ibi,ver
bo, ei cedat,hoc intelligit in hunc ſanè
19 ſenſũ †,vt hæ penſiones cedãt vendito-
ri ad eum effectum,vt eas emptori reſti-
tuat,vel actiones pro his ſibi competen
tes emptori cedat,ad eas quidem penſio
nes quæ reſpiciũt tempus elapſum à die
perfectæ venditionis & ſic pro rata tem
poris anni,& ibi idem notant & ſequun
tur Bart.Alber. & cõmuniter Doct.vt
aſſerit D.Molin.vbi ſupra, nu.8.in hoc
nanque videntur conuenire omnes ſe-
cundùm Couar.d.lib.1.c.15.n.3.ꝙ etiam
ſi penſiones debeantur emptori,eiq; ſint
reſtituẽdę, actio tamen perſonalis ei ne
quaquã competit ad eas exigendas à co
lono vel inquilinis, quia cũ eis emptor
minimè contraxit,ſed à venditore cõdu
xerunt:vnde vel venditor cedet empto
ri actiones cõtra colonos, vel venditor
aget ad penſiones, & eas ſemel exactas
emptori reddere tenebitur omnino.

Quare pro vera & perſpicua reſolutio
ne huius articuli,vt pręcedẽtia cõtra cõ
munẽ dicta circa diuiſionem fructuum
beneficij pro rata fiẽda inter hæredes be
neficiati prædefuncti & ſucceſſorẽ con
firmentur,obſeruandum eſt,in penſioni
bus rei venditæ inter emptorem & ven
ditorem diuidendis,penſiones agrorum
20 ad eum pertinere, † nempe emptorẽ aut
venditorem,ad quem fructus, pro qui-
bus ſoluendæ ſunt, iure & ratione ſpe-
ctant, ſiue de integra penſione, ſiue de
eius parte pro rata temporis agatur, ita
quidem,vt in diſtributione penſionũ cõ
ſideremus tempus,quo percipiuntur fru
ctus,quorũ ratione penſiones ſoluũtur,
tex.

Ayuntamiento de Madrid

tex.eſt expreſſus in dict.l. defūcta.& ibi
Alberi.& alij Doct.& in dict.§. ſi fructi
bus.Paul.Caſtr. cōſi. 214.lib. 2. Anchar.
conſi.193.incip.ſubtiliter. Aretin⁹ cōſi.
160.verſi.circa quintum.Alexand.cōſi.
28.n.2.lib.1. & conſi. 82.n. 16.lib.2.Iaſ.
conſi.231.lib.2.Carolus Molinæus in cō
ſuetud.Pariſien.§.1.gloſ.8.n.11.ſequitur
plures referens Couar.vbi ſupra. dict.n.
3.& Molina vbi ſupra,lib.3.c.3.n.17.eſt-
q; communis,recepta ac vera ſententia,
vt ex ſupradictis patet.

21 Ex qua primò infertur,quòd vendito
fūdo, ex quo certo tēpore fructus perci
piuntur,vt puta meſsium,aut vindemię,
& tamen is lócatus fuerat ante venditio
nem ad certam annuam penſionem ſta-
tuto die ſoluendā, ſi venditio facta fue-
rit ante meſsium & vindemiarū tēpus,
& ante diem ſolutionis penſionis,pēſio
prædicta ad emptorē integrè ſpectabit,
vēditorq; eidem tenebitur cedere actio-
nem,vel ſi penſionem exegerit,eam reſti
22 tuere.† ¶Secūdò infertur,idē eſſe dicen
dū in venditione fundi,quæ facta fuerit
poſt diem ſoluēdæ pēſionis aut poſt exa-
ctā à vēditorè penſionē,prius tamē quā
fructus colligerentur,hoc eſt anticipata
ſolutione,nā & tenebitur venditor reſti
tuere prædictam penſionē emptori, aut
23 ei actionē cedere. † Tertiò infertur, ſe-
cus eſſe ſi fundus vendatur poſt fructus
ipſius perceptos,ante tamē diē penſionis
ſoluēdæ,pro qua locatus fuerat à vēdito
re,nā penſio prædicta in hac ſpecie inte-
gré cedit cómodo & vtilitati vēditoris,
vt prędicti Doct.cómuniter adnotarūt,
tametſi Dyn.& Alber.in.l.fi.§.fi.ff.de iu
re fiſ.& Rom.conſi.10.Angel.in.d.l.di-
uortio.col.3 .ff. ſolu.matr.cótrariū iure
veri⁹ eſſe reſpóderint ex d.§.vlt. Nihilo
minus tamen cómunis modò relata ſen-
tētia verior eſt,& tenēda in vēditione in
ter priuatos facta,niſi ea lege fiat,vt em-
ptor nō poſsit expellere colonos aut in
24 quilinos,†qua ſtāte,nihilomin⁹ emptor
quāuis colonos expellere non poſsit,ab
eis tamē mercedē ac pēſiones exigere po
terit,iuxta tex.optimū in.l.ſi mercedē.§.
vlti.ff.de actio.emp.vbi hoc animaduer
terunt Doct.nam in caſu d.l.fi.§.fi.ff.de
iur.fiſ.ſpeciale eſt fauore fiſci in re vēdi
25 ta ab eodē, † quo caſu emptor percipit
penſionē cedentem poſt ipſam venditio
nem,etiā ſi ea ſoluatur pro fructib⁹ ante
emptionem perceptis,quia hoc priuile-
giū emptori datur in cópenſationem dā
ni qđ patitur ex eo qđ cogitur ſtare co-
lono fiſci:ita intelligit tex.illū Bar.ibidē
Alber.& Fulgoſ.in d.l.defuncta.& alios
allegans Couar.vbi ſup.n.4.& 5.qui ſu-
26 prad.reſolutionem ſequitur. † Vltimò
infertur,quòd domo vendita,quę prius
locata erat pro annua penſione,ſiue ven
ditio præceſſerit diem ſolutionis penſio
nis,ſiue eā fuerit ſubſequuta, pro rata tē
poris penſio ad emptorem pertinebit,ſi-
quidem penſio in prædio vrbano ſolui-
tur ꝑ fructibus qui quotidie percipiū-
tur,ſcilicet,pro eius vſu & habitatione:
qđ in terminis probauit Couar.vbi ſup.
n.3.verſi.ſic etiā.Hęc meo iudicio ſunt
verìſsima,cómunia,& tenéda,quicquid
aliter in prędictis penſionib⁹ diſtinxerit
Ant.Gó. in.2.to.c.2.de emptio. & vēd.
27 n.11. † Sic etiā videmus in emptore præ
dij ad vitā, quia fit diuiſio fructuū pen-
dētiū pro rata temporis,qđ vixerit emp
tor,quoniā hic habet plus iuris quā vſu
fructuari⁹,ille enim habet dominiū,iux-
ta notata per gl.in. l.Titia.§.ii.ff.de leg.
2.vt inquit Socin.d.conſ.42.n.7. volu,
3. Vnde cū reſtitutio fiat de neceſsitate,
de æquitate fructus reſtituuntur,eadem
ratione qua cū marito fit diuiſio fructuū
pro rata,quia maritus etiā habet domi-
niū rei dotalis conſtāte matrimonio:vt
in.l.doce ancillam.cū ſimilib⁹. C. de rei
28 uēd.& ita inquit Soci.vbi ſup. n. 8.† ſer
uatū vidiſſe in ciuitate Senarum:licèt ſe
cus eſſet in legato fructuū alicuius fūdi,
alicui facto quotannis, dum viueret,vel
dum eſſet vidua,vel durauerit in aliquo
miniſterio : nā licèt perſona hæc cui fit
huiuſmodi legatum,nō vixerit per totū
annum,ſed aliquo tempore ipſius anni,
vel non nupſerit ſtatim,vel poſt tres vel
quatuor menſes,debet integrum legatū
illorum fructuum conſequi,per tex.au-
reū in.l.à vobis.ff.de ann.legat. per quē



Ayuntamiento de Madrid

tex.ita tenet Signorol.de Homodeis cõ ſil.53.quem refert & ſequitur Iaſ.in.l.diuortio.n.7.ff.ſolu.matr.& Auen.d. reſpon.5.nu.5.verſic.quæ ſupra dicta ſunt.

29 Et diſpoſitio d.§. ſi fructus.procedit etiam in eo qui ex pacto de retrouendendo rem retraxit,poſtquam is ſolẽniter,& opportunè pretium ei obtulerit, vt in.l.2.& in.l.cum te fundũ.C.de pact. inter empt.&c. vt ex pluribus reſoluit Tiraquel.de retract.conuent.§.5. gloſſ. 4.num.5.& 6.cum ſeq.& eſt communis opinio ſecundùm Couar. vbi ſupra nu. 6.qui bene id declarat:refert etiam plures Molin.vbi ſupra nu.9.

30 Quartò,& præcipuè ſuperiora confirmantur,quia etſi iuxta quorundã opinionem fructus maioratus ſucceſſori à die delatę maioratus ſucceſsionis indiſtinctè pertinère debeant,arg. fideicommiſſarij,in quo hoc diſponitur expreſsè in.d.l.Herennius Modeſtin⁹.ff. de vſur. nam fideicõmiſſario potius quã alij maiorat⁹ ſucceſſor ęquiparatur,ex his,quę D.Molin.lib.1.de Hiſp.primog.c.1.n.7. latè adduxit, & in terminis hãc partem tanquã veriorẽ ſequuti ſunt Ant.Gom. in.l.40.Tau.n.74.Eman.Coſt. in tract. de patruo,& nepot.pag.144.qui vltim⁹ inquit,ſecũdũ hãc opinio.in ſenatu Regio Luſitano ꝓnũtiatũ fuiſſe à viris grauiſsimis ſe accepiſſe:refert D.Moli.d. li. 3.c.11.n.11 Hoc adiecto,vt maiorat⁹ ſucceſſor ſolueret hæredibus vltimi maioratus poſſeſſoris expẽſas cauſa fructuũ ab ipſo vltimo poſſeſſore factas,ex doctrina Bal.in.l.ſi pater.n.5.C. de vſufru. & ex his quæ latè cõgerit Tiraq. de retract.conuẽ.§.5.gl.4.n.7.& Auend. vbi ſup.d.reſp.5.in.4.cõclu.quã etiã ſentẽtiã Ant.Gõ.& Coſtæ ſequitur Ioã. Garcia Gallęcus in tract.de expẽſ.& melioratio.c.16.n.6.& 7.fo.146.& Nauar.in apologia de reddit.eccleſ.q.2.monit.15. per totũ dicẽs,in princ.hãc videri cõem aduerſus Couar. vbi eã cõtra ipſũ ꝓbat & placet Pelaez de maiorat.4.p.q.24 n. 1.& 2.f.501.vbi alias q.in ſimili adducit.

31 Verior tñ longè eſt in hoc cõtraria opinio,nẽpe vt fructus rerũ maioratus pro rata diuidãtur inter hęredes vltimi eiuſdẽ poſſeſſoris,& nouũ ſucceſſorẽ,arg.d. l.diuortio.in prin.ff.ſolut.matri. & alio rũ quæ ſupra adduxim⁹ in marito cũ hæredib⁹ vxoris circa fructus vltimi anni, quo matrimoniũ durauit ac ſolutũ fuit, inter eos ꝓ rata diuidẽdos,ea nãq; maximè conueniũt maioratuum Hiſpanorũ poſſeſſoribus, & ita ex his,latius tamen expenſis,hanc partẽ contra priorem probauit Couar.d.lib.1.variar.c.16.n.4. dicens,ita in Regio Granatenſi prætorio per ſententiã deciſum fuiſſe:ſequitur & probat Auend.d.reſp. 5. in.6.concl.Pala.Rub.in repet. rubri. de donat. inter vir.& vxor §.62.nu.10.Eandẽ etiã latè probat & defendit,nedũ in fructibus rerũ maioratus,ſed etiã in penſionibus per ſupra à nobis dicta de penſionib.nu.20. in verſi.quare pro vera,D.Moli.d.lib.3. de Hiſ.primog.c.11.n.11.12.& 13.& ſeq. adijciẽs,quòd etiam interdum ſic reſpõſum ac etiã executũ vidit:eandem ſentẽtiam viſus eſt tenere Greg. Lop. in.d.l. 26.in glo.*quantos meſes*,in verſi.ex iſtis etiã colliges.ti.11.p.4.& Burg. de Paz in proœm.legũ Taur.n.74.verſi.prætereà ſecundũ quã ſententiam ſæpè conſului, & cõſultum vidi per graues viros. Quã etiam ſequitur nouiſsimè Ayora vbi ſupra,de partitio.1.p.c.9.n.6.vbi eam limitat in primo ſucceſſore maioratus, qui primò vocat⁹ eſt per fũdatorẽ,hic nãq; fructus pendentes primi anni, quo prædi.bona acquiſiuit,integros habere debet,nec diuiduntur cũ hæredibus eiuſdẽ primi fũdatoris,ex.d.l. Herennius. quæ ſatis hoc caſu vrget, & ex alijs rõnibus ab eo ibi adductis,quib⁹ aſſẽtiri videtur D.Molin.vbi ſupra.eius nãq; dicta ſolũ procedũt atq; militãt reſpectu cęterorũ ſucceſſorũ maioratus prętet primũ:fundator enim maioratus cũ ſolũ ſibi reſeruauerit vſũfructũ eiuſdem pro tẽpore vitæ ſuæ,meritò vt fruct⁹ nõ perceptos ſuos nõ efficiat,vt in d.l.ſi fur.in princ. & in.l.defũcta.ff.de vſufruct.mihiq; hęc nõ diſplicent.

32 A quo † autẽ tempore numerandum ſit anni principium, vt fructus ac penſiones rerum maioratus pro rata

rata ſint diuidendi inter hæredes vltimi maioratus poſſeſſoris & ſequenté ſucceſſoré,exponit D.Molin.vbi ſupra nu. 18.vbi tandem inquit,quòd quoniam in his diuerſæ prouinciæ varias obſeruationes habere ſolent in huiuſmodi diuiſionibus faciendis, quoad anni initium mos regionis obſeruãdus erit: quod veriſsimum iudico: de quo ante eum agit Andr.de Iſern.in cap.1.§. his cõſequenter,hic finitur lex.in vſib.feud. ad quem ſe refert Auend. vbi ſupra circa fin. Addit tñ Ayora vbi ſup. contra D. Molin. d.nu.18.quòd quãdo res maioratus ſunt locatæ,annus nõ cõputatur nec incipit à die locationis, ſed à collectione fructuum, ſicut quando nõ ſunt locatæ: ſed quòties fructus maioratus pro rata diuidendi ſunt, vt prædiximus, deducendæ ſunt expẽſæ à prædeceſſore factæ in colendo fundo: item & factæ à ſucceſſore in colligendis fructibus, vt in terminis
33 probat Ayora vbi ſup.n. 8.9. & 10. Ex ſuperioribus igitur ſatis ſuperque confirmata manet verior opinio contra cõmuné,nẽpè vt fructus beneficiorũ illius anni, quo beneficiũ vacauit per morté beneficiati,inter ipſius hęredes & nouũ ſucceſſoré diuidantur pro rata. Ex quibus idem cõuincitur eſſe in renũtiante beneficio Eccleſiaſtico ob eandé rationé,præcipuè illam,de qua ſupra nu.9.vt aduerſus Alberi.hoc caſu exiſtimantem cõem ſuperiorem ſententiam verã eſſe, conſtãter arbitratur D.Couar.vbi ſupra nu.12.tametſi Auend. vbi ſupra cõcluſ. 3.etiam exiſtimauerit,clericũ renuntiãtem capellaniæ vel præbendæ, in cuius dote & redditibus ſunt fructus pendentes, nihil habere debere in huiuſmodi fructibus, ſed quod omnes tranſeant in ſucceſſorem: ſed nihilominus opinioné Couar. in hoc veriorẽ eſſe exiſtimo atq; tenendã,niſi conſuetudine legitimè præſcripta, aut conſtitutionibus Eccleſiæ obſeruari ſolitis aliud introductum fuerit, quibus in hoc ſtandum eſſe cenſeo, pręcipuè ſi eiſdem caueretur, vt diuiſio fructuum hac in ſpecie fieret pro rata temporis iuxta præfatam veriorem opinionem: quòd ſi aliud caueretur, id obſeruandum etiam eſſet.

* Poſt huius operis primã editioné nouiſsimè Borgnin.Caualcan.in 3.p.deciſ. 37.nu.57. & 58 nos refert & ſequitur in ſupradictis n.3.9.& 33. prætérquã in exẽplis de feudatario, vxore & fideicõmiſſario,quia hi ſunt dñi fructuũ, ideoque ſecus eſſe in fructibus beneficij: & poſteà inquit ex ſua opinione ſuperfluã videri noſtrã quæſtioné, an hæres rectoris præmortui debeat diuidere fructus non dum recollectos in vita ſui rectoris, cũ ſucceſſore in beneficio poſt illorũ recollectioné pro rata temporis,&c.noſque mordet in hoc,indignè profectò: inprimis namq; nõ ſumus loquuti hic de feudatario, vnde malè & peſsimè atq, inaduertẽter ille aliud nobis imponit:deinde exempla de vxore & fideicommiſſario aptiſsima ſunt, & valde cõcinunt quæſtioni propoſitę.Pręterea quęſtio noſtra non eſt ſuperflua, ſed admodũ vtilis & neceſſaria:& noſtra hac de re ſentẽtia & deciſio, nempè ꝙ diuiſio fructuũ indiſtinctè fiat inter hęredé beneficiarij præ defuncti, & ſucceſſoré in beneficio pro rata tẽporis,eſt lõgè verior,veriſsima & tenẽda in praxi,& in noſtra Hiſpania cõſuetudine recepta,vt ſup.n.9.cũ ſeq.latè iurę & authoritatę grauiſsimorũ authorũ probauimus: quare incautè & inurbanè loquitur Caualcan.Licuit autem illi probare, quam mallet ſententiam ſuo periculo: non tñ malè loqui cõtra aliud tenentes,pręſtantiores ſe,nẽpé eximium iuriſconſultũ & ſummũ practicũ Alber. de Roſatis,inſignes Cohiſpanos noſtros D.Didac Couarr. mirabilẽ ſemper profectò in ſuis reſolutionibus,Doctiſ. Ludouic.Molinã Regium conſiliariũ ſupremi ſenatus,& acutiſsimũ Epũm Frãciſc. Sarmiento, quos ſupra retulimus, quorũ opin.& doctrinã minimꝰ omniũ ſequutꝰ ſum: pręcipuè cũ noſtra hac de re ſentẽtia,quã ille improbat vſu recepta, fuerit in noſtra Hiſpania,vt prędiximus.

Ex præcedentibus etiã deducitur verius eſſe aduerſus cõem,penſionem Eccleſiaſticam vltimi anni quo deceſsit

X 4 penſio-

Ayuntamiento de Madrid

penſionarius pro rata ſoluendam eſſe ipſius hæredibus eius temporis,quo defunctus illo anno vixerit: quod ne dum procedere videtur in penſionario certæ annuæ quantitatis pecuniæ, de quo loquuti ſumus, puta centum aureorũ,minoris vel amplioris quantitatis annuæ, ſed etiam in penſionario Eccleſiaſtico quotæ partis fructuum,nempè dimidiæ, tertiæ vel quartæ partis fructuum loco annuæ penſionis ſibi authoritate Apoſtolica reſeruatæ: quia etſi tunc nõ pro rata, ſed iuxta diſtinctionem in vſufructuario ſupra factam nu. 1. ex deciſione l.defuncta. ff. de vſufruct. & quẽadmo. quis vta.fructus diuidendi eſſe videãtur inter hæredes penſionarij quotæ partis fructuũ,& poſſeſſorẽ beneficii,eo quòd huiuſmodi penſionarius beneficiato,ſeu ſaltem vſufructuario æquiparari debeat ac poſsit, in quo videntur ceſſare rationes Couar. vt ex ipſomet colligi videtur nu.13.nihilominus adhuc etiã in hac ſpecie verius exiſtimo idẽ ſeruandũ eſſe, quod in ſimplici penſionario quãtitatis annuæ pecuniæ prædiximus, nẽpè penſionẽ diuidendã eſſe pro rata illius temporis vltimi anni, quo vixit pẽſionarius defunctus: tùm quia revera rationes ſupra expẽſæ pro priori pẽſionario cõtra cõmunẽ adhuc & in hoc ſecũdo pẽſionario militare videntur: tùm quia & huiuſmodi penſio quotæ partis fructus loco annuæ penſionis conſtituitur, ac proinde eiuſdem naturę debet eſſe: tùm etiam,quia ſi inter hæredes beneficiati proprij prædefuncti,qui habuit titulum & dominium beneficij, ac nouum ſucceſſorem in eodẽ beneficio, reſoluimus ſupra iuxta veriorem & tenendam ac in praxi obſeruari ſolitam ſententiam fructus diuidendos eſſe pro rata abſque dubio,cur idem dicendum non erit in hoc caſu? Non enim magis vſufructuario æquiparandus eſt penſionarius quotæ, quàm proprius beneficiatus prædefunctus: & in hoc reſoluimus,diuiſionẽ fructuum pro rata fiendam eſſe: ergo & in illo idem concludendum eſt.Prætereà & vltimò ad verba Bullæ Apoſtolicę conſtitutionis penſionis aduertendum eſt, ipſaque ad vnguem obſeruanda ſunt: ea autem ſolent cauere, quòd penſionarius quotæ lucretur dimidiam vel aliam partem omnium, quę beneficiatus reſidens lucretur,ſeu lucratum habeat:ergo ſi beneficiatus iuxta conſtitutiones eiuſdem Eccleſiæ,vel Epiſcopatus cõſuetudinem lucretur pro rata temporis reſidentiæ, vel quo vixerit, prout in hac Eccleſia Cathedrali, & in toto hoc Epiſcopatu Ciuitaten. lucratur fructus,& eadem eſt conſuetudo ac praxis Hiſpaniæ generalis,vt ſupra nu.11. deduximus,penſionarius huiuſmodi quotæ partis,pro rata ſimiliter ſuam partem lucrari debet,iuxta tenorem & continentiã ſuæ bullæ. Denique his rationibus procliuior ſum in hanc ſententiam, alias fortiores ac meliores in contrarium adducentes liben-
* ter auditurus,ac eiſdẽ crediturus.*Quinimo Petr. Rebuff. in tractatu de pacif. poſſeſſ.nu.148. voluit ꝙ moriente penſionario poſt principiũ anni,cũ pẽſio ſit debita,ad hęredes tranſibit integrè pro illo anno. Sed hæc opinio vera non eſt, vt diximus.*

25 Hæc tñ licèt rectè ita ſe habeant, vt prædiximus in penſionibus Eccleſiaſticis,ſaltẽ per ſtylũ Curię Roma.cõtrariũ, non procedũt,ſiquidẽ rata pẽſionis non ſoluitur,ſi deceſſerit is,cui debetur, ante quã dies ſolutionis venerit: vt teſtatur Nauar.in ſua apolog.de reddit Eccleſ.q. 2.monito.16.vbi eã addit rationẽ, quia licèt,vt ait Lud.Rom.conſi.388.& conſtat ex literis ipſius Papæ, pẽſiones conſtituantur ad cõmodiorem ſuſtentationẽ eorũ,& quaſi in alimentũ,nõ tñ ſunt vera alimẽta illius naturę cuius ſunt ea, de quibus in tit.de aliment.& cibar.leg. quæ dantur ſub modo expreſſo vel tacito,vt cedẽte die ad id præſtituto accipiãt illa,ſiue maior,ſiue minor pars anni trãſierit,& non percipiãt,illa ſi antequã dies cedat,finiãtur:qđ expreſsius in terminis noſtris tenet D.Sarmiẽt.in ſua defẽſione libell.de reddit.Eccleſ.2.p.in 16. monito.dicẽs,nõ dixiſſe ꝙ ſoluatur rata penſionis hoc caſu,prout ſibi à Nauar.

impo-

Ayuntamiento de Madrid

imponitur, nec id dicere poterat, cum ſciat Rotam, in qua per duodecim annos auditor extitit, contrarium ſeruare, quia ſunt de hac re manuſcriptæ nouiſsimæ deciſiones, quib⁹ obſeruatũ eſt, vt non ſoluatur rata penſionis, ſi deceſſerit is, cui debetur, antequam dies ſolutionis venerit: idemque audiui ab alijs curialibus de huiuſmodi ſtylo notitiam habentibus. Quare cum prædicti duo viri grauiſsimi de prædicto ſtylo, praxi, ac vſu in Curia Roma. obſeruato deponant, eis ſtandum omninò videtur, iuxta tradita à fortiori per Bart. in l. de quibus. num. 21. ff. de legib. Nec obſtant contrariæ circa hoc ſententiæ duæ ſuprà relatæ: hæ enim de iure communi procedere poſſent: quod verò modò aſſerimus de ſtylo obſeruato in Romana Curia, cui eſt ſtandum, iuxta tradita per Ioannem Oroſcium in l. de quibus. nu. 27. ff. de legibus. vbi tenet, quòd conſuetudo Romæ, in Hiſpania in cauſis Eccleſiaſticis ſpectanda eſt, ſiue generalis, ſiue ſpecialis ſit.

36 Non etiam obeſt, quòd Molin. vbi ſuprà, num. 4. dixerit, illam opinionem veriorem, quòd fructus inter penſionariũ & Prælatum, ſiue beneficiatum, pro rata diuidendi ſint, frequentiſsimè in forenſibus cõtrouerſijs receptam vidiſſe. Nam inuoluit hanc opinionem ſimul cum priori de fructibus inter hæredes Prælati, ſiue beneficiati mortui & ſucceſſorem pro rata diuidendis, eamque dicit frequentiſsimè in forenſibus controuerſijs receptam vidiſſe: quare id intelligo reſpectu prioris partis, nempè inter hæredes beneficiati defuncti, & nouum ſucceſſorem in beneficio: idque patet, quoniam citat in id Couar. dict. c. 15. num. 12. & Auend. dict. reſponſ. 5. numero 1. vbi tamen de illa, quam modò prædiximus, tantùm loquuntur, non verò de penſione Eccleſiaſtica: nam de hac agit Couarruuias num. 13. Ergo cum dictum Doctoris debeat intelligi ſecundũ cotam, quàm allegat, ſecundùm Bart. in l. non ſolùm. §. ſi liberationis verba. numero 7. ff. de liber. legat. conſequitur, Molinam, dum teſtatur de vſu illius opinionis, quæ duas partes habet, citãtẽ authores loquentes tantùm in priori ſpecie, in eadem ipſa intelligendũ fore, non verò de hac ſecunda, nempè de penſione Eccleſiaſtica: præmaximè, quia Couarr. nec Molin. prædict. ſtyli Curiæ Romanæ meminerunt, vnde ſi ipſum agnoſcerent, ac intelligerent, ſeruandũ eſſe, omninò credendũ eſt ipſos dicturos. * Hæc autem rectè procedunt in actu voluntario tranſlationis penſionis ante diẽ termini factę: tunc enim cum non ceſſerit, nec venerit dies, & ſic actio nõ ſit orta, imò eam orituram extinguat & caſſet penſionarius transferẽs, & in aliũ transferat, non reſeruato iure, quoad fructus pręteritos, cenſetur illud ius donaſſe: ergo integer terminus proximus ſpectat ad tranſlatarium, niſi transferẽs ſibi reſeruaſſet fructus præteritos: ita decreuit Rota in vna Granatenſi, vt per Cardinalem Sanctæ Crucis, deciſio. 126. manu ſcript. Pelegrin. deciſ. 48. lib. 2. in manu ſcript. Puteus lib. 3. deciſ. 14. & ita ſæpè fuit reſolutum à Rota, vt teſtatur Gabriel conſil. 191. nume. 3. volum. 2. & refert Flamin. Pariſ. lib. 6. de reſign. benef. quæſtione 4. num. 47. & 48. pag. 328. In neceſſaria autem extinctione penſionis, quando ſcilicèt moritur penſionarius, quo caſu loquuti ſum⁹ ſuprà, licèt aliàs Rota tenuerit eſſe faciendam diſtinctionẽ, iuxta terminos. l. defuncta. ff. de vſufruct. mutatis tamen auditoribus, Rota in hoc articulo mutauit opinionem, & firmauit, vt numeratione temporis facta à die reſeruationis, pro rata temporis, quo intra illum annũ vixit penſionarius, debeatur hæredibus, & reſiduum remaneat Rectori beneficij, ita vt diuiſio fiat ſecundùm formam. l. diuortio. ff. ſoluto matrimonio. & ibi Albericus numero 13. & Couarruuias vbi ſuprà, dict. num. 13. vt atteſtatur Hierony. Gabriel vbi ſuprà num. 9. & nouiſsimè poſt huius operis primam editionem Flamin. Pariſ. vbi ſuprà. & numero 49. Poſſunt tamen hæ duæ praxes contrariæ concordari, vt prior procedat, quoties ini-



Ayuntamiento de Madrid

tio penſionis conſtitutę, prior terminus integer ſolutus fuit penſionario, licèt integer non decurrerit: & ideò meritò, quòd vltimus niſi peruenerit, eidem nõ ſoluatur, prout ſolet ſolui à principio integer: & hac forſan ratione introducta fuit prior praxis. Secunda verò procedat, vbi prior terminus pro rata tantùm temporis ſolutus fuit: meritò igitur vt vltimus pro rata ei debeatur, atque ſoluatur.*

---

## *SVMMARIVM.*

1 *Remedio Canonis reintegranda. 3. quæſt. 1. pinguius eſt prouiſum ſpoliatis ad recuperandam ſuam poſſeſſionem, & eſt pleniſſimum remedium, generaliuſque, & vtilius inter omnia remedia poſſeſſoria, & cũ alijs omnibus concurrit.*

2 *Remedium dict. cap. reintegrãda, producit ſpecificum ius agendi, & eſt nouum, & competit, vbi quis iniuſtè, & ſine culpa cecidit à poſſeſſione ſua.*

3 *Remedio cap. reintegrãda. eſt agendum coram iudice ordinario rei.*

4 *Remedium dict. cap. reintegrãda, competit etiã laicis, pro rebus profanis recuperandis.*

5 *Spoliator conueniendus eſt coram ſuo iudice laico, vel Eccleſiaſtico reſpectiuè, & etiã poteſt conueniri coram iudice ordinario competenti illius loci, vbi commiſſum ſpolium eſt.*

6 *Epiſcopus, vel alius clericus ſpoliatus per laicum, an coram iudice Eccleſiaſtico agere poßit remedio dict. cap. reintegranda? & num. ſeq.*

7 *Laicus conuentus reiuendicatione pro re Eccleſiaſtica, ſi probabiliter neget eſſe rem Eccleſiæ, iudex ſecularis adeundus eſt.*

8 *Reſtitutio in integrum peti debet coram iudice illius, contra quem petitur.*

9 *In loco contractus, ſi ibi quis inueniatur, an conueniri poßit ad reſcißionem eiuſdem contractus?*

10 *Eccleſia ſi lædatur in contractu, poteſt petere reſtitutionem in integrum contra laicum, coram iudice Eccleſiaſtico.*

11 *Priuilegia conceſſa bonis Eccleſiaſticis, non competunt clericis pro bonis ſuis patrimonialibus, ac proinde ſi clerici minores 25. annorum lædantur, coram iudice ſeculari petere debent reſtitutionem in integrũ aduerſus laicum. & nu. 12.*

13 *Eccleſia, vel clericus agentes de rebus ſuis actione reali, vel perſonali, poſſunt conuenire laicum coram iudice ſeculari, vel Eccleſiaſtico.*

14 *Laicus ratione ſacrilegij conueniri poteſt corã iudice Eccleſiaſtico.*

15 *Spoliator ex occupatione rei Eccleſiaſticæ ſacrilegium committere dicitur, ſi certum ſit eum ſpoliaſſe. ſecus ſi dubitetur nã tunc ſuper illa qualitate tribuente iuriſdictionem eſt cognoſcendum.*

16 *An coram iudice laico agi poßit remedio dict. cap. reintegranda, quando ſpoliator, & ſpoliatus eſſent clerici, vel ſi tantùm ſpoliator eſſet clericus, ſuper cauſa beneficiaria? & num. ſeq.*

17 *Quæſtio facti, etſi de re ſpirituali, à laico diffiniri poteſt.*

18 *Cauſa poſſeſſoria rei ſpiritualis, vel quaſi ſpiritualis, temporalis eſt.*

19 *Iudex ſecularis, etiam inter clericos eſt iudex competens ad cognoſcendum de cauſa poſſeſſionis rei ſpiritualis.*

20 *Iudicis cuiuslibet, etiam ſecularis, intereſt, ne violentiæ & ſpolia fiant inter clericos & laicos.*

21 *Iudex laicus poteſt compellere clericum, rem apud ſe depoſitam reſtituere.*

22 *Iudices ſeculares apud Gallos, ſecundùm vſum forenſem, & ex priuilegio Martini Quinti, & Leonis Secundi, cognoſcunt etiam inter clericos, de poſſeſſorio cuiuslibet cauſæ ſpiritualis; ſed contraria ſententia verior eſt de iure, & in iudicando, & conſulendo tenenda.*

23 *Conſuetudo, vt clericus poßit conueniri coram iudice laico, non valet.*

24 *Cauſa poſſeſſoria in beneficijs Eccleſiaſticis, ſpiritualis dicitur. ac proinde ad iudicem Eccleſiaſticum pertinet.*

25 *Cauſæ Eccleſiaſticæ de rebus ſpiritualibus, vel quaſi, ſpirituales cenſentur, ac proindè tractandæ ſunt apud iudices Eccleſiaſticos, non verò apud ſeculares.*

26 *Cauſa beneficialis, habens admixtam proprietatis*

Ayuntamiento de Madrid

tis rationem, proculdubiò tractari non poteſt apud iudicem ſecularem, ſed omninò apud Eccleſiaſticum.

27 Cap. petimus. 11. quæſt. 1. intellectus.

28 Cap. cauſam quæ. el 2. qui filij ſint legitimi, intellectus.

29 Cap. vltimi. de iudic. intellectus.

30 Cauſa proprietatis & poſſeßionis, nihil commune habet, intelligitur quoad acquiſitionē, & inquiſitionem, non verò quoad cognitionem.

31 Clericus an citari poßit per edictum generale, ſi ſua intereſſe putauerit? & nu ſeq.

32 Clericus comparens virtute dictæ citationis, dicitur comparere vt actor, non vt reus, ſicque ſua comparitio eſt voluntaria, nō verò neceſſaria.

33 Clericus citatus à iudice ſeculari per edictum non cogitur comparere.

34 Quando conſtat quis poßideat is vt certa perſona nominatim citandus eſt, non per edictū & proclama.

35 Quod præmaximè procedit, cū agitur de transferenda poſſeßione de vno in alterum.

36 Citatio per edictum, præſumptiuam ſcientiam inducit, quæ non ſufficit, quando vera notitia exigitur.

37 Clericus citatus per edictum iudicis ſecularis, ſi compareat, & ſe poßidere alleget, poterit etiam priuilegium fori deducere, declinareque iuriſdictionem iudicis, & ad ſuum Eccleſiaſticum remitti petere.

38 Iudex laicus poteſt cognoſcere de cauſis poſſeſſorijs beneficialibus, ex priuilegio, & conceßione ſummi Pontificis, prout in regno Franciæ fit.

39 Poſſet etiam laicus idem facere, quando iudex Eccleſiaſticus eſſet negligens in adminiſtrādā iuſtitia ipſi laico turbato à clerico.

40 Iudex laicus idem etiam poteſt, quādo ipſe requiritur in auxilium iudicis Eccleſiaſtici.

41 Iudex laicus in adipiſcenda poſſeßione beneficij inter clericos minimè ius dicere poteſt.

42 Iudex ſecularis, an poßit cognoſcere de cauſa ſpolij poſſeßionis beneficialis inter laicos, vel quando ſpoliator, ſeu turbator, tantùm eſt laicus? & num ſequen.

43 Iudex Eccleſiaſticus in prædict. caſu erit competens.

44 Iudex ſecularis non cognoſcit de cauſa poſſeſſoria beneficiali, quoties in ea principaliter agendum eſt de titulo ſimul.

45 Secus ſi de titulo incidenter cognoſcendum ſit.

46 Iudex ſecularis poteſt de cauſa ſpirituali cognoſcere, cum incidenter de ea agitur in cauſa ſeculari.

47 Iudex ſecularis abſque dubio poterit de cauſa poſſeßionis beneficiali cognoſcere, quādo incidenter de titulo agendum eſt, ſi de eo euidenter conſtaret, vt putà per confeßionem aduerſarij.

48 Idem eſt, ſi notoriè ex actis cōſtaret de titulo, vel ſi aduerſarius conuentus nihil obijceret.

49 Laicus conductor decimarum, non poteſt apud iudicem Eccleſiaſticum conueniri actione perſonali ex locato ad mercedem.

50 Conductores decimarū, eas petere poſſunt aduerſus decimare debentes coram iudice Eccleſiaſtico, virtute ceßionis ſibi factæ, hoc eſt, del arrendamiento, o recudimiento.

51 Remedium cap. reintegranda. 3. quæſt. 1. an detur contra ſingularem ſucceſſorem, titulo, & bona fide poßidentem, qui cauſam habuit à bonæ fidei authore? & nu. ſeq.

52 Probata antiquiori poſſeßione, noua & recens præſumitur clandeſtina.

53 Hoc procedit, niſi conſtaret antiquum poſſeſſorem iuſtè poſſeßionem amiſiſſe.

54 In dubio non præſumitur, quem iuſtè poſſeßionem amiſiſſe, ſed potiùs contrarium.

55 Poſſeßio noua præſumitur clandeſtina, præcipuè ſi hoc fuerit allegatum.

56 Imò allegari, & articulari debet, quòd aduerſarius clam poßidet reſpectu antiquioris poſſeßionis, & quomodo probetur bona fides iunioris poſſeſſoris.

57 Dictio hæc, quibuſcumque, vel quacumque, cū ſit valdè generalis, comprehendit omnes caſus, etiam priuilegiatos.

58 Spoliatus ante omnia eſt reſtituendus interdicto vnde vi.

59 Referuntur plurimi authores, vltra quadraginta numero, tenentes partem affirmatiuam, remedium nempè dict. cap. reintegranda, dari contra titulo & bona fide poßidentem, iuxta magis communem opinionem Canoniſtarum.

60 In publicum ex duobus titulum à diuerſis dominis habentibus, præfertur ille, qui de præſenti poßidere reperitur.



Ayuntamiento de Madrid

61 *Remedium dict. cap. reintegranda, eſt inductū, ne is, qui aliena occupauit, in peccato mortuus iaceat.*

62 *Remedium d. c. reintegranda, non eſt inuentum ad iuſtos poſſeſſores perpetuò inquietandos, contra nonnullos Doctores aliud volentes.*

63 *Referuntur alij quadraginta authores, plus aut minus, negatiuam ſententiam probantes, nempè remedium dict. Canonis reintegranda, nō dari contra titulo & bona fide poſsidentem, eſtque magis cōmunis Legiſtarum verior, & tenenda.*

64 *Quæ ſententia magis communis Legiſtarum, abſque dubio procedet, ſi tertius hic ſingularis poſſeſſor cum titulo & bona fide, per tantum temporis ſpatium rem poſſediſſet, vt legitimè eam præſcripſiſſet.*

65 *Referuntur duæ concordiæ inter præd. magis cō munes ſententias contrarias.*

66 *Vitium clandeſtinitatis tollitur per interuentū tituli, & bonæ fidei. & nu. 79.*

67 *Cap reintegranda. 3 q. 1. non tollit legitimam præſcriptionem, ſed loquitur in fauorem bonæ fidei poſſeſſoris, contra malæ fidei poſſeſſorem.*

68 *Malæ fidei poſſeſſor nullo tempore, etiam immemoriali, præſcribit.*

69 *Malæ fidei poſſeſſor in æternum ex Pontificijs conſtitutionibus præſcribit.*

70 *Poſſeſſor bonæ fidei, etiam re vitio reali affecta, poteſt præſcribere longiſsimo tempore, nempè quadraginta annorum.*

71 *Sicque intelligenda eſt communis ſententia, quæ habet, quòd remedium dicti cap. reintegranda, durat perpetuò, vſque ad triginta annos*

72 *Poſſeſſor bonæ fidei, & cum titulo, abſque vitio reali, habens cauſam à bonæ fidei authore titulato, poteſt præſcribere tēpore ordinario, decem inter præſentes, & viginti annorum inter abſentes, & contra eum non competit remedium dict. c. reintegranda.*

73 *Hoc non procedit in caſibus, in quibus ratione, & perſonarum priuilegio, maius tempus ad præſcribendum requiritur, vt in Eccleſia.*

74 *Annales & triennales poſſeſſores, poſt annum & triennium ſunt tituli in beneficialibus, per regulas Cancellariæ.*

75 *Cap. Epiſcopi. 3. quæſt. 1. & cap. Eccleſia. 3. q. 2. in illis verbis, & à quibuſcunque, &c. intelliguntur de malæ fidei poſſeſſoribus.*

76 *Remedium capit. reintegranda. 3. quæſt. 1. non datur malæ fidei poſſeſſoribus.*

77 *Interdicto vti poſsidetis nouus poſſeſſor cum titulo, antiquiori ſine titulo præfertur.*

78 *Non eſt bona conſequentia, Tituli exceptio non impedit poſſeſsionis reſtitutionem: ergo agi poteſt contra ſingularem ſucceſſorem, habentem titulum, & bonam fidem: idem in exceptione dominij, vt in nu. 80.*

81 *In regno Neapolitano Regia conſtitutione eſt prouiſum contra milleſimum etiam ſucceſſorem, in quem poſſeſsio ſemel vitio affecta tranſit.*

82 *Remedium d. c. reintegranda, conceditur contra ſingularem ſucceſſorem cum bona fide, ſed tamen ſine titulo*

83 *Remedium d. c. reintegranda, conceditur contra ſingularem ſucceſſorem, cum titulo, & bona fide, quando titulus fuit habitus poſt poſſeſsionem.*

84 *Remedium dict. cap. reintegranda. datur cōtra ſingularem ſucceſſorem cum titulo & bona fide, cauſam habentem ab authore vitioſo, vel malæ fidei.*

85 *Remedium d. c. reintegranda, datur contra ſingularem ſucceſſorem cum titulo, & bona fide, quoties res eſt affecta vitio reali, vel ob furtum commiſſum, vel ob vim impulſiuam, quia tūc præſcriptio ordinaria locum non habet: ſecus longiſsimi temporis quadraginta annorum.*

86 *Appellare an liceat à ſententia lata in remedio dict. c. reintegranda, & nu. ſeq. præcipuè nu. 89. 93. 94. & 95.*

87 *Appellare licet de iure canonico, à quacunque ſententia in poſſeſſorio lata.*

88 *Fallit in interdicto retinendæ, ſi notoriè conſtat de poſſeſsione actoris, reuſque nihil peremptorium alleget contra eam.*

90 *Appellari valet à ſententia lata in remedio. l. ſi quis in tantam. C. vnde vi.*

91 *Appellari non poteſt de iure ciuili, à ſententia in poſſeſſorio lata, quoad effectum ſuſpenſiuum, ſed tantùm quoad deuolutiuum: quare non dicetur attentatum hoc caſu, ſi ſententia prima in poſſeſſorio lata, appellatione non obſtante exequatur, nu. 92.*

94 *De nullitate ſentētiæ bene dici poteſt in poſſeſſorio, etiam de iure ciuili: quinimò & appellari*

Ayuntamiento de Madrid

*pellari ratione inordinati proceſſus, & reſtitutio in integrum peti contra præd. ſententiam.*

95 *Notorius ſpoliator, etiam attenta benignitate iuris canonici appellare non poteſt.*

96 *Appellare non licet, etiam de iure canonico in poſſeſſorio extraordinario.*

97 *Appellare licet à prima ſententia lata in poſſeſſorio de iure noſtro regio ac proinde pendente appellatione, non eſt mandanda executioni. nu. 98.*

99 *Appellare non licet Iure ciuili, nec canonico à ſententia miſsionis in poſſeſsionem, ex l. fina. C. de edict. Diui Adrian. tollend. niſi conſtet de notoria iniuſtitia, vt in nu. 101.*

100 *Appellatione pendente à ſententia lata ſuper miſsione in poſſeſsionem bonorum in fauorem hæredis non fit reuocatio attentatorum in Regijs prætorijs Hiſpaniæ, ſecundũ vſum forenſem receptum.*

102 *Supplicatio bene admittitur in caſu l. fina. C. de edict. Diui Adrian. tollend.*

103 *De remedio, quod Hiſpani interim vocant.*

104 *Remedium interim, eſt præparatorium iudicij poſſeſſorij principalis, atque plenarij.*

105 *Remedium interim, eſt iudicium ſummariſsimum poſſeſſorium, vt nonnulli ita nominãt.*

106 *Galli recredentiam, vel caſum nouitatis vocant.*

107 *Hiſpani appellant hoc iudicium, del interim.*

108 *Appellare non licet à ſententia lata in hoc remedio de iure ciuili.*

109 *Appellare non licet hoc caſu, etiam de iure canonico.*

110 *Appellare licet hoc caſu de iure noſtro Regio, niſi conſtaret de notoria iuſtitia appellati, & malitia præſumpta appellantis.*

111 *Appellare non licet hoc caſu, ſi periculum eſſet in mora, & ſic cauſa celeritatem deſiderante: tunc enim ne partes ad arma, & contentionem accedant, iudicis officio incumbit componere, ne id fiat.*

112 *Supplicatio locum habet à ſentẽtia lata in hoc remedio del interim.*

113 *Sententia interlocutoria del interim, durat vſque quo feratur diffinitiua, ſuper poſſeſſorio ordinario.*

114 *Quid ſi fuerit appellatũ à ſententia lata ſuper poſſeſſorio ordinario cõtra eum, pro quo fuit in hoc iudicio ſummario pronuntiatum.*

## CAPVT XXXIIII.

### De remedio cap. reintegranda. 3 quæſt. 1. coram quo iudice ſit proponendum, & an competat contra bona fide & titulo poſſidentem, & an in iudicijs poſſeſſorijs appellatio locum habeat?

EXtat Ioannis, vrbis Romæ Epiſcopi, ad Zachariam Archiepiſcopum ſingulare reſponſum, ſic dicens: Reintegranda ſunt omnia ſpoliatis, vel eiectis Epiſcopis, præſentialiter ordinatione Pontificum, & in eo loco, vnde abceſſerant, funditus reuocanda: quacumque conditione temporis, aut captiuitate, aut dolo, aut violentia maiorum, & per quaſcumque iniuſtas cauſas res Eccleſiæ, vel proprias, id eſt, ſuas ſubſtantias perdidiſſe noſcuntur. Cuius canonis remedio pinguiùs eſt prouiſum
1 & conſultum ſpoliatis, ad ſuam recuperandam poſſeſsionem, vt affirmant omnes in capit. ſæpè. de reſtit. ſpoliat. & in l. rem quæ nobis. ff. de acquiren. poſſeſ. & Lanfrancus in rubr. de cauſa poſſeſ. & propriet. colum. 3. in 3. concluſione. vbi quòd eſt plenisſimũ remedium, & magis generale, & vtilius inter omnia remedia poſſeſſoria, & quòd concurrit cũ omnibus alijs remedijs: quod vltimum probauit etiam Alexand. conſil. 94. colum. fin. volum. 5. nume. 22. dicens, communiter teneri. Abb. in capit. cum ad ſedem. colum. 10. in princip. de reſtitut. ſpoliat. Marant. de ordin. iudic. 4. part. in 7. diſtinct. nu. 50. fol. 179. Producitque ſpecificum ius agendi, & competit vbicumq; quis iniuſtè, & ſine culpa cecidit à poſſeſsione ſua, vt exẽplificat Lapus allegatione 52. nume. 7. & eſt communis ſententia Doctorum in praxi obſeruata, à qua non eſt recedendum ſecundùm Corneum conſil. 18. litera A. lib. 1. Id quod eſt apud omnes receptiſsimum, & procedit, ſiue detinens, contra quem

Ayuntamiento de Madrid

quem agitur, habeat bonam fidem, ſiue malam, vt alios allegans teſtatur Alexã. vbi ſuprà. & in conſil. 51. num. 1. volu. 1. Corne. conſil. 56. libr. 2. litera Z. vbi dicit communem. & conſil. 247. litera E. eodem lib. 2. quamuis reuera tex. loquatur contra malæ fidei
2 † poſſeſſorem, vt infra dicemus, non verò contra bonæ fidei poſſeſſorem, ſecundùm Corneũ conſil. 18. litera F. lib. 1. Eſtque nouum remedium, ſecundùm magis communem & receptiorem ſententiam, quam refert Menoch. in remed. 15. recuperan. poſſeſ. num. 5. & ſequen. licet ipſe contrariam, vt veriorem, cum Innocent. Bart. Rip. & Rubeo latè probet, & quòd pingui non ſit hoc remedium cæteris, niſi quatenus eſt extẽſiuum interdicti vnde vi, & aliarum conſtitutionum iuris ciuilis certis in caſibus, tandem relinquit cogitandum. Eandem cõtra communem benefundat D. Sarmient. de redditib. Eccleſiaſt. 1. parte, cap. 4. nume. 11. Nihilominus quam prædixi, eſt receptiſsima ſententia in praxi ſine dubio, nempè ꝗ prouideat de nouo, vbi nõ erat aliàs cõſultum, adeò quod pinguiùs & generaliùs prouideat, quàm alia remedia, ſecundùm Corneum conſil. 329. litera F. la 2. libr. 1. & conſil. 56. litera T. & alitera V. lib. 2. & conſil. 282. litera L. lib. 3. Et hæc eſt magis communis concluſio, ſecundũ Socinum conſil. 39. num. 5. volum. 3. Sed, vt vberius eſt cæteris hoc remedium, atque nouum, ita abundantiùs Doctores vbique id declarant, atque interpretantur, præcipuè in dict. cap. cum ad ſedem. & in cap. ſæpè. de reſtitut. ſpoliat. & latiſsimè Socin. in dict. l. rem quæ nobis. ff. de acquir. poſſeſ. & Anto. Gabriel per regul. ampliationes & fallent. fallen. 5. libr. 5. commun. opin. concluſione 5. per totam. Et longiſsimis commentarijs, pluſquam ſexcentos & quadraginta numeros in eius theorica, ac praxi conſumens Menoch. remedio 5. recuperand. poſſeſ. per totum. * Et nouiſsimè poſt eum nonnulla adducit Beccius conſil. 76. per totum. lib 1. & conſi. 77. eodẽ libro. * Quare ne videar tranſcriptor alieni laboris potiùs, quã inuentor proprij, duobus, vel tribus tantùm articulis hîc examinatis, ab eo me expediam. Primus eſt, coram quo iudice agi poſsit hoc remedio? Secundus, an idem detur aduerſus titulo & bona fide poſsidentẽ, qui cauſam habuit à bonæ fidei poſſeſſore? Tertius, an à ſententia lata in hoc remedio Canonis reintegranda, & in cæteris poſſeſſorijs, habeat locum appellatio? Circa primum, corã quo iudice agi debeat remedio huius cap. reintegranda.
3 † reſoluo, obſeruandum eſſe, regulariter in præſenti ſpecie iudicem competentem eſſe ordinarium rei conuenti iudicem, cùm actor teneatur ſequi forũ rei, vt in l. iuris ordinem. C. de iuriſdictione omn. iudic. & in l. fin. C. vbi in rem act. l. 32. verſic. la 5. tit. 2. part. 3. text. in cap. cum ſit generale. & in cap. ſi quis contra clericum. de foro compet & in terminis ita tenet Socin. in dict. l. rem quæ nobis. nu. 11. quem refert & ſequitur Menochius vbi ſuprà, numero 204. & Antonius Gabriel vbi ſuprà, nu. 113. & ſeq.

4 Ex quo infertur, quòd cum hoc remedium dict. cap. reintegranda. ita laicis pro rebus profanis mobilibus, ſiue immobilibus recuperandis, quàm clericis pro rebus Eccleſiæ cõcedatur, vt tenent Lanfranc. & Alexand. vbi ſuprà, dict. conſil. 94. numer. 21. vbi quòd hæc eſt communis opinio & obſeruantia, idẽ Alexand. conſil. 91. numer. 3. lib. 5. idem Alexand. conſil. 51. in princip. volum. 1. vbi quòd eſt magis communis, & quòd in practica ſeruaretur, & eſt communis concluſio, quæ ſeruatur in practica, vt teſtatur alios allegãs Marant. vbi ſuprà, dict. nu. 50. & eſt magis communis ſententia, vt teſtatur Rip. in dict. cap. ſæpè. num. 21. de reſtit. ſpoliat. & Socin. in dicta l. rem quæ nobis. nu. 4. & ibi Iaſ. numero 20. Roland. à Valle conſil. 50. numero 3. libr. 2. ſequuntur etiam plurimi alij relati à Menoch. vbi ſuprà, num. 13. vbi dicit eſſe crebriorem noſtrorũ ſententiam, & quòd eam ipſe iam ſæpiſsimè ſeruari vidit: & numer. 20. inquit, ſe non

Ayuntamiento de Madrid

non inficias ire, vix eſſe, quòd in praxi ab hac receptiori ſententia recedatur, quæ in foro quotidiana eſt: eandem fatetur magis communem eſſe Anton. Gomez in l.45.Taur.num.192.fol.220.columm.2.& communem eſſe teſtatur, plurimos citans Anton.Gabriel vbi ſuprà, nume.1.pag.288. Quamuis contrariam ſententiam negatiuam in hoc voluerit gloſ.in dict.cap.cum ad ſedem.de reſtit. ſpoliat.verb.interdictum,ibi: Videtur tamen. Abb.& alij,quos retulit,& ſequutus eſt Ripa in dict.cap.ſæpè,num.21.& ibi Bellamer. nume.6. & latè idem probauit Corneus conſi.18.num.6.litera F. & conſi.35.num.31.& conſil.329.nu.30. litera F.la 2.lib.1.& conſil.56.nume.20. litera Z.lib.2.qui alios citat. idem conſ. 247.num.3. litera E.eodẽ lib.& latè conſil.282.num.7.litera I.lib.3.& Alciat. in dict.l.rem,quæ nobis.numer.6.ff.de acquir.poſſeſ. & Antonius Gomez vbi ſuprà,latiſsimè Menochius vbi ſuprà, numero 16. & ſequent. & D. Sarmient. de reddit Eccleſ.1.part.cap.4.nu.11.quorũ opinio fortè iure communi attento verior eſt; vt per ſupradictos: iure tamen Regio magis communis ſententia ſupradicta probata eſt per l.30.in princip. tit.2.part.3.in illis verbis: *Forçado ſeyendo alguno me de coſa que quiſieſſe deſpues demãdar en juyzio, en ſu eſcogencia es de fazer eſta demanda, a aquel que la fallaren, o al otro que la forçò por ſi, o mãdò a otro forçarla, o a aquel que la recibio, del que ſabia que la auia forçado.* Ecce igitur legem expreſſam, prædictum remedium concedẽtem omnibus ſpoliatis pro quacunque re generaliter: non enim lex loquitur, nec requirit, ꝙ ſpolium contingat in rebus Eccleſiaſticis: & ita Gregorius Lopez ibidem in gloſſ. *fallaren.* ex eo verbo notat, approbari ibidem præfatam magis communẽ ſententiam Antonij in dict.cap.cum ad ſedem, quæ eſt magis communis, vt etiã in rebus profanis habeat locum remedium dict.cap.reintegranda. Neque obſtabit, ſi replices, in illa l. tantùm agi de remedio dict. cap. ſæpè, nempè contra poſſeſſorem rei, in qua contingit ſpoliũ ſcienter, vt patet ex illis verbis: *O a aquel que la recibio, del que ſabia que la auia forçado.* Nam reſpõdeo, prius loquutam fuiſſe legem illam de quocumque poſſeſſore, vt conſtat ex verbis præcedentibus dictę legis, ibi, *a aquel que la fallaren,* prout loquitur dict.capit. reintegranda: quod procedit etiam in ignorante, vt per Doctores vbi ſuprà, præcipuè Anton. Gomez. Rectè igitur l. illa Regia probaſſe videtur ſupradict. magis communẽ ſententiam, & ſublata eſt dubitatio, vt
5 aduertit Gregorius Lopez ibidem. † Si laicus fuerit ſpoliator, coram iudice proprio illius conueniendus erit illo remedio: quòd ſi fuerit clericus, corã ſuo Eccleſiaſtico, vt ex ſupradictis patet. Poterit etiam conueniri ſpoliator coram iudice competenti laico, vel Eccleſiaſtico reſpectiuè, illius territorij, atque iuriſdictionis, vbi vis per ſpoliationem illata fuerit, etiam in loco ſpoliati, ſi ibidem ſpolium commiſſum fuerit, etiamſi ille iudex non eſſet aliàs ordinarius ſpoliatoris, vt probat gloſ.in l.2.in fin. vbi Bald. C.de interd. Tiraquel.de vtroq; retract. tit.1.§.8.gloſ.3.nu.10. Menochius vbi ſuprà, nume.209. id probans, quoniam ratione rei, & ob commiſſam violentiam, duæ actiones poſſunt moueri, realis & perſonalis, vt ſuam vnuſquiſque iudex tueatur iuriſdictionem.

6 Dubitari tamen contingit in caſu dicti cap. reintegrãda, quoties Epiſcopus, vel Eccleſia, ſuis rebus eſt ſpoliatus, vel ſpoliata per laicum, an coram iudice Eccleſiaſtico Ordinario agi poſsit pro recuperatione earundem, an verò coram laico ſpoliatoris iudice agi debeat? Et ex ſupradictis manifeſtum videtur coram iudice competenti rei experiẽdum eſſe.
7 † Secũdò, quia ſic etiam videmus, quòd reus laicus conuentus reiuendicatione pro re Eccleſiaſtica, ſi probabiliter neget eſſe dictam rem Eccleſiæ, iudex ſecularis adeundus eſt: hæc eſt communis opinio ſecundùm Felin. in cap. cum ſit generale, ante num.1.col.2. & meliùs in cap. ſi clericus laicum, per totum. de foro compet.

Nihilo-

Ayuntamiento de Madrid

Nihilominùs tamē in præfata noſtra ſpecie contraria opinio verior,& tenenda eſt,imò quòd fauore Eccleſię, rerũq; Eccleſiaſticarum, agi poſsit remedio dicti cap. reintegranda, coram iudice Eccleſiaſtico.

8 Primò, quoniam etſi reſtitutio in integrum petenda ſit coram iudice illius contra quem petitur, ſicque eam petēs, debeat ſequi forum rei, iuxta regulam iuris ordinariam, quam ſuprà retulim[9], & probat expreſſus text. in l. 2. C. vbi & apud quem. vbi omnes Doctores id notant: quod adeò procedere videtur, vt in loco contractus, etiam ſi ibi reus inue-

9 niatur, conueniri † minimè poſsit ad reſtitutionem in integrũ aduerſus ipſum contractũ, quia ibidem tantùm agi poteſt, cùm tractatur de contractus ipſius executione, ſecus ſi de reſciſsione, ſecundùm Guillelmum de Cugn. Bald. & Paulum in dict. l. 2. quos in hoc ſequitur Iaſ. in l. qui certo loco. ff. de condict. indebi. inquiēs hoc probari in dict. l. 2. Idem placet Decio in rubric. colum. 2. de iudic. ſequitur Gregor. Lopez in l. 8. titulo. 19. part. 6. in gloſ. 1. Verũ contra hāc ampliationem eſt tex. in l. in contractibus. §. vltimo. C. de non numerat. pecun. vbi expreſsim probatur, poſſe quēpiam in loco contractus apud eius iudicem intra biennium conqueri ſibi non fuiſſe pecuniam numeratam, hancque querelam deducere, ſi ibi aduerſarius inueniatur, atque ita agere ad ipſius contractus diſſolutionem: quem tex. ad hoc in ſpecie notat Alexā. in addit. ad Bart. in l. hęres abſens. §. 1. litera E. ff. de iudic. Roman. ſingul. 470. Feli. in cap. fin. numero. 24. de iudic. dicens, ex hoc, abſolutionem à iuramēto in contractu præſtito poſſe peti coram iudice ipſius loci cōtractus, ſi ibi aduerſarius inueniatur vt citetur: idem Felinus in cap. 1. colum. vltim. poſt Cardin. ibi, de iureiurand. (quamuis ſecundùm veriorem & communem ſententiam, atque in praxi receptam, ad concedendam abſolutionem à iuramento ad effectum agendi, non ſit neceſſaria citatio partis aduerſæ, vt latè deduximus in repetitione authent. Sacramenta puberum. nu. 112. C. ſi aduerſ. vendi.) Eandem opinionem in terminis contra præd. ampliationem tenet Bart. in dict. l. qui certo loco. num. 2. vbi Paulus ſibi contrarius, num. etiam 2. eam dicit eſſe veram & communem, quam plures allegans probauit Didacus Couarruuias libr. 1. variarum reſolutionum. c. 4. nume. 1. reſpondens ex eiſdem ad dict. l. 2. intelligēdam eſſe eo caſu, quo reus nō adeſt in loco contractus: quòd ſi ibi adſit, non negat lex illa poſſe peti reſtitutionem coram iudice illius loci, atq; ita tenendum eſſe veriùs exiſtimo, aduerſus præfatam ampliationem.

10 Hæc tamen quamuis ita ſe habeant, ſi Eccleſia lædatur in contractu, iure quodam ſpeciali reſtitutionem in integrum petere poterit, etiam aduerſus laicum coram iudice Eccleſiaſtico, & proprio ipſius Eccleſiæ, ex doctrina Innocentij in dicto cap. cum ſit generale. de for. compet. vbi inquit, quòd quādo Eccleſia aliquo ſpeciali beneficio iuuatur, in ea cauſa, etiā cōtra laicũ, iudicē Eccleſiaſticũ adire poteſt: ad idē eſt bon[9] tex. in cap. 1. de in integr. reſtit. vbi Abb. nu. 18. idē Abb. in cap. conſtitutus. el 1. eodē titul. tex. ex quo ita colligit idem Abb. in cap. penult. de rebus Eccleſ. non alienand. Roma. ſing. 112. idem tenēs in clerico Abb. num. 10. Felin. column. 3. Marian. Socin. nume. 13. in dict. cap. cum ſit generale. Aufrerius in Clem. 1. de offic. ordin. & in tract. de poteſt. Eccleſ. num. 48. volum. 14. tract. diuerſorum Doctorum, qui omnes probant, Eccleſiam poſſe petere reſtitutionem in integrũ, etiā aduerſus laicum, coram iudice ordinario Eccleſiaſtico: ſequitur etiam Marāt. de ordin. iudic. 6. parte, in verſic. ſecundus actus principalis. num. 101. pag. 569. & Bernardus Diaz de Luco plures referens in regul. 219. in 2. limitatione. Didacus Perez in l. 1. titul. 4. libr. 3. ordina. colu. 883. ad fin. verſic. item fallit. eamq; ſequitur Auend. 1. parte, cap. 4. præt. numero 42. verſicu. & quia talis: quamuis tutius dicat eſſe agere contra habentem titulum,

Ayuntamiento de Madrid

titulum,licet inualidum corã iudice ſeculari: & eſſe hanc receptam ſentẽtiam teſtatur D.Couar.vbi ſupra nu.2. & cõmunem profitetur Caldas Luſitanus in l.ſi curatorem habẽs,verbo,implorandũ. nu.32.C.de in integr.reſtitu.quamuis hi duo vltimi authores inſinuent eam veram non eſſe, atque contrarium velint tenere,cùm hic non agatur de violentia illata eccleſiæ,nec eius patrimonio, nec de ſacrilegio, nec de fraude aut dolo ex propoſito aduerſus eccleſiam in contractum deducto:qua forſan ratione contra communem in præſenti ſpecie fuit iudicatum in regali Cancellaria Valliſoletana in cauſa huius eccleſiæ Ciuitatẽſ. in qua probata fuit ſufficientiſsimè læſio vltra dimidiam in contractu alienationis quorundam bonorum immobilium eiuſdem eccleſiæ in fauorem laicorum factæ,atque contra eam petita in integrum reſtitutio coram ordinario eccleſiaſtico huius Epiſcopatus, & præterea allegata nullitas cõtractus ob defectum tractatuum, aliarumque ſolennitatum, & nihilominus ea ad prædi.Cãcellariam per modum violentiæ delata, decreuit Regius ſenatus, omnia geſta coram prædi.iudice eccleſiaſtico eſſe nulla,ac reum conueniendum eſſe coram iudice,qui de cauſa poſſet & deberet cognoſcere, ad quem eam remiſerunt. Nihilominus à cõmuni præfata ſententia non conſulerem recedendum eſſe in praxi,nõ ſolum quãdo eccleſia ipſa læditur in bonis ſuæ fabricæ,ſed etiam in contractu bonorũ mẽſæ capitularis,cùm illa bona ſint etiã eccleſiaſtica:& capitulum Eccleſiæ Cathedralis in iure dicitur eccleſia,vt in c. Apoſtolica.56.diſt.& ibi notat gloſ.tex. expreſſus in.c.cum clerici. & ibi gloſſ. de verb.ſignif.tex.in pragm.ſanct.Galli can. §.quanta autem.fol.75.col.1.in fin. vbi canonici dicuntur eccleſia,& ibi notat Coſmas Guimier.in gloſ.eccleſia Altamiran.in tractatu de viſitatione,in verbis patriarc.& primi. num. 17.& 18.fol. 8.Ergo canonici Eccleſiæ Cathedralis ſi lædantur in cõtractu bonorũ ſuę mẽſæ capitularis,poterunt in integrum reſtitutionem petere aduerſus laicum corã iudice eccleſiaſtico,iuxta præfatam communem ſententiam loquentem in eccleſia,cum à iure capitulum eccleſiæ Cathedralis dicatur & ſic eccleſia,vt eſt prædictum ac probatum. * Eandem communem ſententiã latè defendit Rodoan.in tractatu de rebus eccle. non alienan. in quæſt.de reſtitutione in integ.§.7.per totũ,eamq́; ſequitur & probat Sfortia Oddo de reſtit.in integr.1.par.q.32.artic.15. nu. 123.& 125. *

11 In rebus autẽ patrimonialibus clericorũ expeditum eſt, ipſis priuilegium eccleſijs cõceſſum minime cõpetere,ac proin de aduerſus laicum reſtitutionẽ in integrum corã iudice ſeculari petere debẽt, ſi lædantur,non verò corã iudice eccleſiaſtico,vt reſoluit D.Couar. vbi ſupra, nu.3.qui id audacter aſſerit.*Et ſequitur Sfortia Oddo vbi ſupra, nu.125*.quãuis adhuc hoc caſu idẽ priuilegium eccleſię cõpetens,quod prædiximus cũ cõmuni, ad clericũ extẽdant Roma.& Felin. vbi ſupra,& Marã.& Aufrer.etiã vbi ſupra. Sed quod prædiximus ex Couarr. verius

12 eſt,† cũ ſit iure expeditum, priuilegia cõceſſa eccleſijs, earumq́; reb⁹,bonis patrimonialibus clericorũ non cõpetere niſi in caſib⁹ à iure expreſsis,vt cõſtat ex adductis per Mench.de ſucceſ.creat. §.10. nu.659.&.§.22.n.42.vbi teſtatur alioſalegãs hãc eſſe communẽ reſolutionem.

13 Superior cõmunis,de qua primũ hoc fundamentũ fecimus,cõprobatur ex doctrina eiuſdẽ Innocẽtij, quem ſequitur Abb. in c.ſi clericus laicũ. in 1. notabil. & col.4.de foro compet.vbi tenẽt,eccleſiã vel clericũ,cũ agũt de rebus ſuis, ſiue actione reali vel perſonali,poſſe cõueniri laicũ corã iudice ſeculari vel eccleſiaſtico,eſtq́; magis cõmunis opinio,vt plures referens teſtatur deciſ.Pedemont.32. nu.6.qui nu.3.eam probauit.

14 Secũdò,& præcipuè ſupradicta ſecũda pars principalis in ſpecie.d.c.reintegranda,probari videtur, quoniã ſpoliator ex occupatione rei eccleſiaſticæ ſacrilegiũ commiſiſſe dicitur:ſed ratione ſacrilegij laicus conueniri poteſt corã eccleſiaſti-

co iudice.tex.in c.expoſita.de arbit.vbi in terminis noſtris notat Abb.& quàuis ſuperiora fundamenta non ſatis aſtringãt,prius ſiquidem non omnino tutum eſt,tũ prætereà,quia in propoſito & ſpecie.d.c.reintegrãda,non eſt ſpeciale priuilegium clerici, ſiue eccleſiæ, quandoquidem & laici ſpoliati omnibus in caſibus,vt clerici reſtituuntur, atque remedio.d.c.reintegranda. vti poſſũt, iuxta magis communem ſententiam lege Regia probatam,vt ſupra oſtendimus.
15 † Secundum etiam procedere poſſet ſecundùm Socin.in.d.l.rem quæ nobis.nu.11: quando certum eſſet, commiſſum eſſe ſpolium,non verò ſi dubitetur, nã tunc ſuper illa qualitate tribuente iuriſdictionem eſt cognoſcendũ,vt declarat Abb. in.d.c.ſi clericus laicum. nu.8.de for. cõpe.Decius in c.cæterum.nu.18.de iudic. & in c.ad audientiam.nu.4.eodem titu. Menoch.vbi ſupra,nu.208.

Nihilominus tamen hæc ſecunda opinio principalis,nempè quòd quando clericus ſpoliatur re,ſeu poſſeſsione rei eccleſiaſticæ,poſsit ſpoliatorem laicum cõuenire corã iudice eccleſiaſtico, verior in ſe eſt & tenenda,prout tenet gloſſ. in cap.cum dilectus.quod met.cauſ.Calde. in capit.ſæpè.de reſtit.ſpoliat.Abb.in.d. c.cum ſit generale.num.10.& Felin.ibidem colum.2.& Marian.Socin. numer. 14.idem conſil.18.nu.32.verſ.tertium remedium.lib.1.inter cõſilia Barth.Socin. quos ſequitur D.Couar.vbi ſupra,d. nu. 2.& Menoch.etiam vbi ſupra.num.205. & Anton.Gabriel.vbi ſupra,nume.103. & 117.& Stephanus Aufrer.de poteſtat. eccleſ.ſuper laicos.verſic.121.nume. 54. vol.14.tract.diuerſ.doct.vbi idem probat,ſi ageretur condictione cap.ſæpè.de reſtitut.ſpoliat.aut alijs condictionibus à iure competentibus pro recuperanda poſſeſsione.

Nõ obſtat primũ fundamentum contrariæ partis,nẽpè regula iuris generalis, quòd actor debeat ſequi forum rei, quoniam fallit hoc caſu fauore Eccleſię propter violentiam,atq; ſpoliũ ſibi illatum. Non etiam ſecundum, quia Felinus non loquitur in noſtris terminis,ſed in reiuẽdicatione ordinaria, & quando probabiliter dubitatur an ſit res Eccleſiæ:nos verò agimus,quando ſpolium præceſsit,& agitur ſpeciali & fauorabili iudicio reſtitutionis,in quo cõſtat rem eſſe eccleſiæ, ac de prædi.ſpolio.quòd ſi de hoc dubitatur,tunc,vt prędixi,ſuper ea qualitate tribuente iuriſdictionem erit cognoſcendum.

16 Sed an coram iudice ſeculari hoc caſu agi poſsit, quando ſpoliator & ſpoliatus eſſent clerici, vel reus tantùm eſſet clericus,& contentio de re beneficiaria eſſet,non leuis inter noſtros iuris interpretes contentio eſt:nam etſi is iudex ordinarius clericis non ſit, attamen quia cauſa poſſeſſorij beneficij nõ dicitur ſpiritualis,ſed temporalis, is videtur iudex cõpetens:agitur enim ſolùm,an is agens ſpoliatus fuerit,necne: vt priori caſu reſtituatur,poſteriori verò minimè:
17 † quare quæſtio facti,etſi de re ſpirituali,aliàs à laico definiri poteſt,vt docuit Bart. in l.quoties.vbi Iaſ.nu.6. C.de iudic. idem in.l.Titia.nu.6.& 7.vbi Alexa.ff.ſolut. matr.Felin.in c.cùm ſit generale.de for. compet.Capici.deciſ.7.num.2.& 4.Alciat. in.l. omni nouatione. C. de ſacroſanct.eccleſ.Aymon Crauett.conſ. 253. num.2.eſt communis ſecundùm Couar. in 4.de ſponſal.2.part.cap.8.§.12. num. 13.& in pract.quæſt.cap.35.num.1.verſ. 2.concl.Menoch.de retinen.poſſeſſ. remed.3.nu.336.& ſeq.& remed.15.de recu
18 peran.poſſeſſ.num.212.† Et quòd cauſa poſſeſſoria rei ſpiritualis,vel quaſi ſpiritualis,temporalis ſit,tenet gloſ.in.c. literas.de iuramento calumniæ.notat Vincẽt.in c.vltim.de iudic.Bal.in. c.1. apud quem vel quos controuerſia debeat.dicit glo.& Doct.in.c.cum dilectus.verb. iuramento.de electio. Cardin.in Clem. diſpendioſam. oppoſit.3. q.10. de iudic.
19 † Secundò eadem pars coadiuuari poteſt ex text.in cap.petimus.11.q.1.& in cap. cauſam quę,in ſecundo,qui filij ſint legitim.& in c.vlt.de iudic.quibus conſtat, iudicem ſecularem,etiam inter clericos eſſe competentem ad cognoſcendum de

Ayuntamiento de Madrid

20 de cauſa poſſeſsionis rei ſpiritualis. †Ter
tiò facit argumentum à Matthæo de Af-
flictis adductum deciſ. Neapol. 24. nu. 3.
nempè, quòd iudicis cuiuſlibet ſecularis
21 interſit, ne violentiæ† & ſpolia fiãt inter
clericos & laicos. Hinc videmus, iudicẽ
laicum poſſe compellere clericum rem
apud ſe depoſitam reſtituere, vt in. l. vlti
ma. § penul. C. de bonis auth. iud. poſsid.
Iaſ. in. l. ſi fideiuſſor. §. penult. nume. 6. ff.
qui ſatiſd. cog. Capella Toloſan. quęſtio.
167. Menoch. de recuperan. poſſeſ. reme.
15. num. 214.

Quartò, quia cauſa poſſeſsionis & pro
prietatis nihil commune habet. l. natura
liter. §. nihil commune. ff. de acquir. poſ
ſeſſ. Sed cauſa proprietatis beneficiaria
ſpiritualis eſt: ergo cauſa poſſeſsionis e-
rit temporalis, tractarique poterit apud
22 laicum. Ex quibus fundamẽtis, † quã plu
res Doct. defendere conantur vſum Gal
liæ forenſem, qui iam diu obtinuit, &
Martin. V. & Leon. II. literis extat com-
probatus, quòd iudices ſeculares cogno
ſcant etiam inter clericos de poſſeſſorio
cuiuſlibet cauſæ ſpiritualis, vt ſunt Gui
do Pap e quæſt. 1. & 71. & 85. Frãciſ. Mar
cus quęſt. 190. & quęſt. 512. vbi teſtatur
curiam illam ſic ſemper ſeruaſſe: idẽ cen
ſuit Curia Burdegal. vt teſtatur Boerius
quæſt. 69. nu. 23. idem probat Guillierm.
Bened. in c. Raynũtius. de teſtam. verb.
& vxorem, in ſecunda deciſ. nu. 331. Au-
frerius in Clem. 1. de offic. ordin. regu. 2.
fallẽt. 24. vol. 14. tracta. diuerſ. doct. fol.
394. & ſic ſeruaſſe Curiã Neapoli. refert
Matthæus de Afflict. deciſ. 2. num. 10. &
11. vbi Grammatic. in addit. idẽ Afflict.
deciſio. 24. nu. 9. Grammatic. deciſi. 78.
optimè Ioann. Gallus quæſt. 155. ſcribẽs,
iudicem ſecularem apud Gallos inhibere
& prohibere iudicium petitorium, do-
nec fuerit lis finita ſuper poſſeſſorio: hu
ius etiam cõſuetudinis & priuilegij me-
minit Carolus de Graſſalijs lib. 2. regal.
Franciæ, iure. 5. & Selua de benefi. 1. par.
quæſtion. 7. nume. 16. volum. 15. tract. di
uerſor. docto. fol. 26. vbi idem iure pro-
bare nititur: eandem ſententiam proba-
uit Alciat. reſponſ. 24. numer. 1. qui ſic
in excellentiſsimo Mediolanenſ. ſenatu
ſeruari affirmat, & eam veram atque cõ-
munem affirmat Ripa in rubric. de iu-
dic. numer. 90. poſt. gloſſ. & Abb. in d. c.
literis. nume. 7. & 8. de iuramen. calum.
& hanc vniuerſam Galliam ſeruare te-
ſtatur Rebuff. in commentarijs ad con-
ſuetudi. ſiue ll. regias Franciæ, in 3. tom.
in titul. de cauſ. benefic. poſſeſſ. articu. 8.
gloſſ. 2. pag. 301. eandem nouiſsimè verã
eſſe ſententiam affirmat Roland. à Va-
lle conſil. 23. column. 1. & 2. libr. 2. & fu-
ſiſsimè rem hanc in quolibet poſſeſſore
diſputat Ioan. Igne. in. l. neceſſario. §.
non aliàs. 2. parte. column. 1. 2. & 3. ff. ad
Senat. conſul. Syllan. & hanc obſeruatã
fuiſſe in ſenatu Pedemont. affirmat vi-
diſſe Menoch. d. remed. 15. de recupera.
poſſeſſ. numer. 211. vbi numer. 223. eam
receptiorem vocat: eandem opin. in poſ
ſeſſorio recuperandæ & retinendæ pro-
bauit Auguſt. Beroius in rubri. de iudic.
numer. 51. eandem ſequitur plures refe-
rens, veram & communem appellans ex
Ripa vbi ſupra, Anto. Gabriel vbi ſupra,
nu. 115. & eam latè iure probat plures al-
legans Aymon. Crauet. conſ. 258. ſtatim
in princ. & nu. 1. & ſequentibus.

Contrariã tamen ſentẽtiam, imo quòd
in ſpecie præmiſſa de qua agimus, iudex
ſecularis nullo modo poſsit cognoſcere
de cauſa poſſeſſoria beneficiorũ eccleſia
ſticorum inter clericos (vel quando reus
tantùm clericus eſſet, quia de nõ iure lai
ci turbati conſtat, cùm laicus non poſsit
poſsidere, vel quaſi, res eccleſię, vt eſt cla
ri iuris) in nullo interdictorum adipiſcẽ
dæ, retinendæ, aut recuperandæ poſſeſ-
ſionis, verior eſt & abſque dubio tenẽda
in iudicando & conſulendo. Primò, quia
cùm actor in propoſito debeat ſequi fo
rum rei, vt in principio diximus, ad iudi
cem eccleſiaſticum erit cauſa deferenda,
iuxta communes vtriuſque iuris tradi-
tiones, licèt cauſa poſſeſſoria nihil ha-
23 beret admixtum proprietatis, † nec eſſet
in ea quid ſpirituale, imò tota eſſet om-
nino temporalis: nec valet conſuetudo
in contrarium, vt clericus nempè poſ-
ſit coram iudice laico conueniri, vt cẽ-


ſuit

Ayuntamiento de Madrid

ſuit Rota antiqua.840.quæ eſt in tit.de conſuetu.deciſ.10.in antiquis,cuius me minit Nauar.in c.cũ cõtingat.pag.154. & Couar.in pract.quæſt.c.31. nu.5. &.c. 35.nume.1.& inquit ſingulariter Socin. alios referens in cap. ſane.nu.9.verſ.no na declaratio. de foro compe. nõ ſolum inſpiciendum eſſe locum rei ſitę,verùm etiam ipſius rei cõueniendi qualitatem: & ideò ſi conueniendus ratione rei ſitæ eſt clericus,conuenitur coram eccleſiaſtico in loco rei ſitæ: ſi verò laicus, corã laico,atque ita mutatur locus,non quali tas perſonæ,& attenditur res in loco ſita,tanquam acceſſorium ad qualitatem perſonæ:ſequitur Menoch.de retinend.
24 poſſeſſ.reme.3.num.326.351.& ſeq.†.Secundò,quia cauſa poſſeſſoria in beneficijs Eccleſiaſticis beneficialis dicitur, ac proinde ad forum Eccleſiaſticum pertinet,vt in Clem.1.de cauſa poſſeſſ.& pro priet.& in Clement.vnic. de ſequeſtrat.
25 poſſeſſ.& fruct.†Cauſæ enim Eccleſiaſti cæ de rebus ſpiritualibus,vel quaſi,ſpirituales cenſentur, ac proinde tractandæ & examinandę ſunt apud iudices Eccleſiaſticos, non verò apud ſeculares:vt in cap.2.de iudic.per quem ita tenet D.Co uar.in pract.quæſtion. cap.35.numer. 1. verſi.verùm ſi diligenter. Tertiò eadem ſententia probatur, nam etſi cauſa ipſa poſſeſsionis contineat temporalitatem, ita vt à laicis tractari poſſet,iuxta Bart. ſententiam & communem in d. l. quoties.C.de iudic.& in d.l.Titia.cum cæte ris ſupra allegatis,ratione tamen perſona rum,in quibus non poteſt laicus quouis modo ius dicere, vt in authen.ſtatuim⁹. C.de Epiſc.& cleric.& in c. 2. de iudic. ſecularis iudex huius cauſæ competens eſſe non poteſt: quomodò enim poterit clericum ſpoliatorem citare, & cogere vt reſtituat quod ſuſtulit?

Quartò,quoniã pleriq; ex tenentibus priorẽ ſententiã, quã receptiorem appel lãt,non eã ex iuris communis diſpoſitione affirmare audent eſſe verã, ſed quòd Summorũ Pontificũ ſupra relatorũ indultis id cõceſſum ſit Regno Francię:ergo in cõtrariũ eſt ius cõmune, quia ſtra cõceſſa forent,ſi iure communi hoc laicis iudicibus liceret,vt nouiſsimè aduertit Roland.à Valle.d.conſ.23. nu.12. lib.2.Vbi ergo huiuſmodi priuilegiũ nõ fuerit,prout in Hiſpania credo non eſſe, quia huiuſmodi cauſæ minimè tractantur coram iudicibus ſecularibus,ſed tan tũ corã Eccleſiaſticis,eo excepto, quòd per modum violentiæ cauſæ omnes Eccleſiaſticæ ad Regia tribunalia deferuntur,vbi quãdo ea fit à iudicibus eccleſiaſticis,à Regia curia aufertur,ius cõmune erit ſeruandũ,vt laici minimè de his cognoſcant.Fit igitur ex ſupradictis,forẽſem vſum contrarium Galliæ non iure procedere,ſed potiùs ex priuilegio & cõ ſuetudine.

26 Quintò & vltimo hæc eadẽ pars probatur,quoniam,vt plurimum,cauſa hęc poſſeſſoria beneficialis habet admixtam proprietatis rationem,quo caſu proculdubio ſecularis de ea cognoſcere nõ poteſt, ſed omnino eccleſiaſticus iudex,cũ non ſit iudicium temporale abſolutè, ſed habeat admixtam cognitionem iuris ſpiritualis:argum.text. in cap. tuam. de ordin.cognit c.cauſam quę.in 2.qui filij ſint legit.atq; ita in hac ſpecie hanc par tem probauit abſq; dubio Abb.in d. c.literas.de iuram.calũn.& illic Ant.de Butrio,& alij,& Bero.in d.rubric.de iudic. nu.51.quos refert & ſequitur Couar.vbi ſupra,in 1.concl.inferens ex eo,laicũ nõ poſſe ſecundũ iuris rigorem cognoſcere de cauſa poſſeſſoria beneficij eccleſiaſtici,cùm ad iuſtificandã poſſeſsionem in hoc caſu ſit neceſſaria probatio alicuius tituli apparentis,nec aliter poſsit poſſeſſio obtineri,etiam quoad interdicta poſ ſeſſoria,vt ibi probat.

Et in terminis de quibus agimus, hanc ſecundam partem veriorem de iure tuentur,probant atque defendunt Anton.de Butrio in capit. vltim. de iudic. Ligni.& alij nonnulli in Clem. diſpendioſam.de iudic. In qua ſẽtẽtia verè fuit Guid.Pape conſil. 149. eamque ſequuti ſunt Beroius vbi ſupra nu. 55.& Aymõ Crauet.conſ.258.nu.8.Bellamer.conſil. 40.colum.16.verſic.nec valet.& latiſsimè

mè & optimè D.Couarr.d.cap.35.num. 1.in 1.concluſione. verſic. quamobrem, & in 2.concluſione.in verſ.verùm ſi diligenter.& Roland.à Valle conſil.23.nume.17.lib.2.&Menoch.de recuper.poſſeſſ.remed.15.nume.218.in verſ.contrariam.& nu.ſeq.præcipuè nu.223.& 234. idem de adipiſcend.poſſeſſ.remed.4.nu. 476.& ſeq.idem loquens tam in remedio recuperandæ,quàm retinendæ,de recup.poſſeſſ.rem.3.nu.349. & ſeq.qui nume.346.& ſeq.& d.rem.15.nu.234.idem probauerat,cùm laicus turbatur à clerico in quaſi poſſeſsione illa rei eccleſiaſticæ:quod & nuncupatim probauit Couar.vbi ſupra,in 2.concl.nu.1.in verſic. verùm ſi diligenter.&c.qui in 1. concluſione loquitur in omnibus remedijs poſſeſſorijs adipiſcendæ,retinendæ,& recuperandæ.

Et retenta hac ſecũda opinione,quę ſanè verior eſt,vt prædiximus, nõ obſtant adducta pro priori parte: & nõ quidem Bart.doctrina cõmuniter approbata in d.l.quoties.de iudic.& in d.l.Titia.ff.ſolu.matr.tùm quia ipſa nõ eſt ſine dubio, vt cõſtat ex locis Couar. quæ pro ipſius approbatione ſupraadduximus:tum etiã quoniam ibi,præterquã quòd cauſa poſſeſſoria facti tantùm eſt,reus & etiam actor ſunt laici,vt in cauſa matrimoniali vſuraria, & ſimilibus à Bart.ſignatis, ac proinde nõ idẽ eſſe rectè infertur,vbiuterq; clericus ſit,vel reus tãtum,vt in noſtra quęſtio.glo.prætereà. in d.c.literas. de iuramen.calumn.non obſtat,quia cõmuniter reprobatur,vt aſſeuerat Aufrerius in deciſio.capel.Toloſ.470. & Couar.d.nu.1.in.2.concluſione.verſic.non oberit,vbi quòd prætereà priuatam, nõ publicam authoritatem habet gloſſ. illa.

27 Ad ſecundum reſpondeo, nempè ad capit.petimus.11. quæſtion. 1. iudicium ibi ſeculare potiùs eſſe in auxilium temporalis,quàm ad cognitionem principalem cauſæ Eccleſiaſticæ, vt aduertit Menoch.d.remed.15.nume.213 Nec obſtat d.c.cauſam quæ.el.2. qui filij ſint legit.
28 quia ibi nulla cauſa ſpiritualis, † nec ratione rei,nec perſonarum,nec iuris, nec facti erat apud regem illum Angliæ, ſed ſolùm mera temporalis controuerſia, cùm de bonorum ſucceſsione contentio eſſet,vt rectè aduertit Couarru. vbi ſup.num.1.verſic.2. ſecunda concluſio. ibi ſic.& in d.c.cauſam. & Menoch. reme.15.num. 212.
29 † Non etiam obeſt tex. in d.c.vltim.de iudic.quia illic agitur de officio & dignitate ſeculari,& electione ad eandem conſtituenda,vt inibi glo. & Doctor.cõmuniter admonent ſecundũ Bero.in rubr.de iudic.num.61.& Couarru.vbi ſupra proximè,atqueMenoch.d. remed.15.num.216.Tertium non obeſt, quoniam Matth. de Afflict. vbi ſupra, qui eo argumento vſus eſt in propoſito, non tam nititur diſpoſitioni iuris communis,quàm capitulis illius Regni,vt ex eo patet. Ad primum reſpondeo,retorquendo fundamentum.Cauſa poſſeſsionis & cauſa proprietatis, vt duo connexa,apud eundem iudicẽ tractari debent, ne continentia cauſæ diuidatur,vt in capit.1.de cauſ.poſſeſſ.& proprieta & in.l. nulli.C.de iudic. At cauſa proprietatis non poteſt in propoſito tractari apud laicum,ſed apud Eccleſiaſticum agenda eſt ſecundùm omnes: ergo & cauſa poſ-
30 ſeſſoria.† Prætereà, quod dicitur, cauſam proprietatis & poſſeſsionis nihil commune habere, procedit quoad acquiſitionem, & inquiſitionem, non quoad cognitionem,ſecundùm Bero.in d.rubric.de iudic.numer.58. in verſicul. non obſtat:quod comprobat & confirmat defendens ab impugnatione Ignei, Menoch.vbi ſupra,d.remed. 15. numer. 218 Ex ſupradictis igitur manifeſtè conſtat,priorem atque receptiſsimam ſentẽtiam nullo ſolido fulciri fundamento, nec veram eſſe, ſed potius contrariam,
31 quã prędiximus atq; probauim⁹. † Super eſt vt videamus, an cautela Marant. de ordin.iudic.4.par.7.diſt.in fin.n.54. ad hoc vt hoc caſu agi poſsit coram iudice laico contra clericũ ſpoliatorẽ,ſit valida,necne?Is enim in loco præcitato inquit,quòd in eo Regno per tria capita eiuſdẽ eſt nouiter inductũ, quòd quãdo

cleric', vel alia eccleſiaſtica perſona ſpo
liaret aliquẽ laicum ſua poſſeſsione, po-
teſt ille laicus adire iudicem ſecularem,
& implorare officium ſuum ſuper eius
defenſione, qui iudex faciet citationem
per edictum, vt qui cumque ſua putaue-
rit intereſſe, compareat infra talem ter-
minum viſurus iuramenta teſtium, & al-
legaturus quicquid velit, quare ille ſpo-
liatus non debeat reſtitui, & ſic capiet in
formationẽ de iuribus ſpoliati, per quã-
dam viam extraiudicialem & ſummariã,
& ſi cõpererit qualiter fuit indebitè ſpo
liatus, reſtituet eum in ſuã priſtinã poſſeſ
ſioné: nec poteſt dici, quòd clericus cita
32 tur coram iudice ſeculari, † quia quãdo
citatur, ſi ſua putauerit intereſſe, ſi com-
pareat, dicitur comparere vt actor, non
vt reus, & ſic ſua comparitio eſt volun-
taria, non neceſſaria, iuxta doctrinãBal.
num. 4. & 5. Alex. in fine. Pauli Caſtren.
nu. 7. in fine. & reliquorum in. l. teſtamẽ
ta omnia. C de teſtamentis. quos ſequun
tur Afflict. deciſ. Neapol. 24. nu. 7. in fi-
ne. Decius conſil. 187. nu. 5. verſ. non ob
ſtat quòd citatio. Neuizanis conſ. 20. nu
me. 19. Roland. à Valle conſ. 29. nume. 9.
& 12. lib. 2. vbi loquentes in inſinuatio-
ne & publicatione teſtamenti, idem te-
nent, quando pars ad eam faciendã citã
da, eſt clericus: quòd ſi prædict. doctrina
Bald. & cęterorum eſt vera, cõſequitur,
vt idem dicendum ſit in propoſito, ſeclu
ſis etiam dictis capitibus Regni Neapo-
lit. cum præfati doctor. præſupponant,
dict. citationem generalem prædict. mo
do conceptam ſufficientem eſſe atque
validam clerico reo nõ cõparente: quòd
ſi ipſe compareat, teneri tanquam acto-
rem de ſuo iure docere coram iudice ſe-
culari præueniente cauſam per citatio-
33 né. † Nihilominus tamen præcedens cau
tela & leuis eſt, & eludi facilè poteſt. Pri
mò, quoniam is clericus per edictum ci-
tatus non cogitur comparere, vt in his
terminis declarat Matth. de Afflict. de-
ciſ. 2. num. 9. dicens, quòd ſi cogatur cle
ricus comparere, & citatio, & iudicium
eſſet nullum: quare parum prodeſſe pote
rit cautela hæc ſpoliato, ſi ſpoliator dili-
gens ſit & callidus non comparẽdo, nec
enim omnes tenentur comparere, vt in.
l. ſi eo tempore. C. de diſtract. pignor.
Marian. Socin. ſenior in tractatu citat.
art. 22. in fine.
34 Secundò, quia quando conſtat, quis
poſsideat, is vt certa perſona nomina-
tim citandus eſt, non per edictum & pro
clama. l. 1. §. penultim. ff. de ventr. inſpi-
ciend. Barto. in extrauagan. ad reprimẽ-
dum. verb. per edictum. in fine. Alexan.
conſil. 107. numer. 1. lib. 5. Felin. in capit.
ſecundo, num. octauo. de conſtitut. Iaſ.
conſil. 86. num. 12. libr. 3. Pariſ. conſil. 31.
numer. 29. lib. 4. eſtque recepta ſenten-
tia, & ab omnibus approbata, vt plures
referens reſoluit Menoch. de recupe-
rand. poſſeſsione. remedio. 8. nume. 102.
35 † Quod pręmaximè procedit in propoſi
to, vbi agitur de transferenda poſſeſsio-
ne de vno in alterum, tunc enim non ſuf
ficit generalis citatio, ſed nominatim
poſſeſſor citandus eſt, qui ſi ignoretur,
vti debet diligentia non leui actor, vt co
gnoſcat, quis nam is poſſeſſor ſit, vt eum
citari curet: ita Ancharr. in capit. vlti-
mo. de elect. per text. ibi. Alexand. conſ.
5. numer. 1. & 2. libr. 2. latè Crauett. con-
ſil. 225. num. 1. & 5. vbi plures alios alle-
gat: citãtque omnes in hanc ſententiam
l. meminerint. C. vnde vi. Menoch. de
recuperand. poſſeſsion. remed. 8. numer.
36 102. & remed. 15. nume. 233. † Quare ele-
ganter reſpondet Ruynus conſil. 62. nu-
mer. 20. in fine. libr. 5. quem refert, & ſe-
quitur Menoch. d. remed. 5. num. 230. ci-
tationem hãc per edictum præſumptam
ſcientiã inducere, quę non ſufficit, quan
do vera notitia exigitur: ergo præd. cita
tio per edictũ nullius erit momenti con
tra clericum poſſeſſoré, qui ſuo iure per
ſolam citationem per edictũ priuari non
poterit, ſed nominatim citandus erit, ſe-
cundùm Abb. in. c. fin. de vita & honeſt.
cleric. Marſil. ſingul. 259. generalis, &c.
Menoch. vbi ſupra.
37 Tertiò contra ſupradictã cautelã facit,
quia ſi clericus huiuſmodi ſic citat' per
edictũ, cõpareat, & ſe poſsidere alleget,
poterit etiã fori priuilegium in iudiciũ
dedu-

Ayuntamiento de Madrid

deducere,iuriſdictionemque iudicis ſecularis declinare,& remiſsionem ad ſuũ iudicem petere,eritque ea concedenda, vt egregiè in his terminis citationis tradit Capitius deciſ.Neapolit.8.nu.3.poſt Ancharr.in cap.ea quæ,quæſt.17.de regul.iur.ſequitur Menoch.vbi ſupra.nu. 232.& Roland.à Valle.d. conſil. 29.nu. 16.& ſequent.lib.2.ex quibus fundamẽtis meritò contra prædi. cautelam Marantæ,tanquam non veram & inutilem, in terminis noſtris tenet Menoch. d.remed.15.num.228.& ſeq.ad quem locum ſe remittit idem Menoch. de adipiſcẽd. poſſeſſ.remed.4.nu.476.

Supradicta tamen noſtra & verior ſententia aduerſus receptiorem limitatur tribus in caſibus,vt per Menoch.latiſsimè de retin.poſſeſſ.reme.3.nu.352.& ſe-
38 quẽt.vſq; ad nu.360.incluſiuè.† Primò, vt non procedat,quãdo iudex laicus ex priuilegio,& ceſsione Pontificis maximi poſſet de his cauſis poſſeſſorijs contra clericum cognoſcere & iudicare, vt in Regno Frãciæ,iuxta ſupradictam
39 receptiorẽ ſententiam.† Secundò,quando iudex Eccleſiaſticus eſſet negligens in adminiſtranda iuſtitia ipſi laico tur-
40 bato à clerico. † Tertiò, quando iudex laicus requiritur in auxiliũ iudicis eccleſiaſtici,vt ibi per eũ.In adipiſcenda autẽ
41 poſſeſsione, apud neminem † ferè dubitatur laicum iudicem inter clericos ius dicere minimè poſſe,cùm de poſſeſsione rei ſpiritualis,ſeu beneficiariæ diſceptetur,vt communẽ eſſe teſtatur plures referẽs aduerſus Igneum Menoch. d.rem. 15.num.235.

Superiora omnia circa primũ pũctum adducta loquuntur, ac rectè procedunt, quando ambæ partes, vel ſpoliator ſiue turbator tantũ,ſunt clerici, vel perſona
24 eccleſiaſtica,† tũc enim meritò, vt actor debeat ſequi forũ rei. Si verò ſpoliator, vel turbator, & ſic reus, vel vterq; tam actor quã reus ſint laici, etſi Couar.vbi ſupra,in.2.concluſione. in verſi. verũ ſi diligẽter,adhuc velit corã iudice ſeculari huiuſmodi cauſam,cum ſit ſpiritualis, agi nõ poſſe,quãuis nõ aperiat hoc procedere,etiam ſi ſpoliator ſit laicus: nihilominus tamen ſecundùm veriorem & magis receptam ſententiam, iudex ſecularis poterit de hac cauſa poſſeſſoria beneficiali cognoſcere,ſiquidem poſſeſsio hæc non dicitur ſpiritualis, vt proprietas ipſa,ſed potiùs temporalis: quemadmodum in ſpecie affirmarunt Guid.Pape. quæſt.1.qui & in remedio retinendę poſſeſsionis loquitur,&alij per multi,ita vt hæc ſit magis communis ſentẽtia, vt refert eam ſequutus Menoch. de retinẽ. poſſeſ.remed.3.nu.327.& ſeq. vbi ſe alio loco refert,& etiam in numeris pręcedẽtibus,à 314.& nume.348.quam etiam in terminis tenuit & probauit Socin.ab eo allegatus in cap.ſanè.num.9.de for.compet.& Aufrer.de poteſta.ſecul.ſuper perſonis eccleſ.regul.2. fallentia.24.& Crauett.conſil.258.col.1.&. 2.præcipuè nu. 4.qui in iudicio retinendæ loquuntur, & deciſ.Pendemont.116.numer.1. idem Menoch.de recup.poſſe.d.remed. 15.nume.223.& 234. & hæc eſt crebrior opinio Legiſtarum & Canoniſtarum, quos refert Couarru.vbi ſupra,ſecundùm deciſio.Pedemont.vbi ſupra,qui loquitur in remedijs poſſeſſorijs,præcipuè retinẽ-
43 dæ † & recuperãdæ, quam etiam probat Ferretus conſil.1.nume.15.Sed & hoc caſu iudex Eccleſiaſticus erit competens, vt reſoluit cum alijs tripliciter limitans Menoch. de retinend. poſſeſsione, remed.3.à nume.361.cum ſequentibus.

44 Hæc tamen modò relata communis ſententia limitatur, quoties ſimul cum poſſeſsione beneficij cognoſcendum ſit vnà de titulo principaliter, tunc enim cùm cauſa non ſit merè temporalis, ſed mixta cum ſpirituali, cuius capax non eſt laicus, iudex ſecularis de ea cognoſcere minimè poterit, ſed per Eccleſiaſticum examinanda eſt, ex rationibus adductis per Couarru.vbi ſupra, in 1.concluſion. quæ hoc caſu verè militant, etiamſi reus ſit laicus, & à fortiori ſi ſit clericus: & in terminis ita tenet Menoch.de retin.poſſeſſ.d.remed.3.num. 328. & ſequentibus.

45 Maior autẽ dubitatio cõtingit in hac



Ayuntamiento de Madrid

ſpecie, vbi de titulo incidenter tractādū eſt in hoc iudicio poſſeſſorio? quo caſu iudicem ſecularem poſſe cognoſcere tradunt Rip. lib. 2. reſponſ. c. vltim. nu. 1. & Nauar. in c. cum contingat. pag. 149. in verſi. 4. ideò non obſtat. de reſcript. qui in ſpecie iudicij retinēdæ loquitur, quos refert & ſequitur Menoch. vbi ſupra, numer. 331. & ſequen. & latius num. 463. & ſeq. quia non ideò cauſa ſpiritualis redditur, quòd de titulo incidēter cognoſcitur, principaliter verò de quaſi poſſeſsione, cū enim hoc caſu de titulo fiat fides, & de eo tractetur, ſummatim id fieri ſolet, quia ſufficit oſtendere titulum coloratum, nec aduerſarius poteſt contra illum quicquam obijcere, vt ibi cum alijs, quos refert, probat, inter quos deciſio Pedemōt. vbi ſupra, nume. 7. Cùm igitur tunc ſummatim & incidenter agatur de titulo, iure poteſt laicus cognoſcere, iuxta doctrinam Bald. in. l. 2. C. de Carbon.

46 edict. docentis, † laicum poſſe de cauſa ſpirituali cognoſcere, cùm incidenter de ea agitur in cauſa ſeculari: idem Bald. in Authen. ei, qui iurat. nu. 26. verſ. tu coniunge. C. de bon. auth. iudic. poſsid. quæ Baldi doctrina eſt vera, & magis communiter approbata, vt plures referens aduerſus Ioan. Andr. Roman. & Decium teſtatur Menoch. qui ſupra, nume. 336. quam ſententiam probo, tametſi contrariū adhuc hoc caſu velit Couarr. vbi ſupra in d. 1. concl. verſ. ex quo apparet, dum maximè id probat, quia in hac ſpecie non ſolet controuerſia contingere niſi inter clericos, quaſi idem velit, quando cōtra laicū ſpoliatorē, vel turbatorē ageretur: ſed cū reuera hic agatur principaliter cō tra laicū de cauſa poſſeſſoria beneficiali, quæ eſt tēporalis, licèt incidenter ſummariè docendū ſit de titulo colorato, cō ſequitur, iudicē principalis cauſæ temporalis eſſe etiā iudicem ad expeditionem neceſſariam eiuſdem, quæ incidit in eā, quamuis ſpiritualis, nempe de titulo, cū nō principaliter veniat in cauſa illa: ſed incidenter, nec plenè, ſed ſummatim coloratus probandus eſt per ſupradicta: ar-

47 gu. d. l. quoties. † cum ſimilib. C. de iudic.

Ceſſabit tamē omnino in hac ſpecie difficultas, quando de titulo euidenter conſtaret, vt puta per confeſsionem aduerſarij, vt probarunt Crauet. d. conſ. 258. nu. 4. verſi. confirmatur iſta ratio, deciſ. Pedemont. 116. num. 3. & Nauar. vbi ſupra, pag. 148. verſ. 5. facit. & teſtatur eam re-

48 ceptam Menoch. vbi ſupra, † nu. 338. plures alios referens, qui nu. ſeq. idem cum Nauar. & alijs probat, quando notoriè ex actis conſtaret de titulo, & num. 343. idem etiam tenet, quādo aduerſarius cō uentus nihil obijceret.

49 Ex ſuperioribus plura deducuntur, quę congerit in praxi ſatis vtilia D. Couar. d. c. 35. pract. q. nu. 2. & ſeq. quæ apud ipſū ſunt videnda: illud tantum referā, nēpè laicum decimarū conductorem non poſſe conueniri apud iudicem eccleſiaſticū actione perſonali ex locato ad mercedem, quia tunc non agitur de reſtitutione rei eccleſiaſticæ, nec de decimis ſoluēdis, ſed de ſoluendo pretio locationis cō uento: conueniendus igitur eſt apud iudicem laicū: quòd ſi apud eccleſiaſticum citetur, poterit iudicium ipſius declinare, vt rectè probauit Couar. ibidem nu. 2. verſ. 5. & poſt eum alios allegans in cō ductore fructuum præbendę loquēs deciſio Pedemont. 32. per totam. Hoc tamē limitandum erit, quoties conductores prædicti in conductionis contractibus ſe ſubmiſerint iuriſdictioni eccleſiaſticæ, cēſuris & alijs canonicis legibus, aut iuramētū præſtiterint, vt poſſunt iuxta l. 11. tit. 1. lib. 4. nouæ collectionis Regię, vt in terminis probat Couarr. vbi ſupra, aliàs enim iudex eccleſiaſtic⁹ nō cognoſcit de his bonis decimalib⁹ alienatis (hoc eſt de eorū pretio) niſi cū ſunt eccleſiæ, vel eccleſiaſticę perſonæ. Nā per alienationem perdunt nomen ac priuilegium, quia mutatione perſonæ mutant naturam, quia ea non tranſmittitur: ita latè probat Doctor Caſtellus in. l. 6. Taur. in gloſſ. *de qualquier calidad.* in verſicul. & quod dixi, inquiens hoc habuiſſe in facto, & obtinuiſſe contra quendam conductorem, vel emptorem redditt uum Eccleſiaſticorum, qui cōueniebat empto-

Ayuntamiento de Madrid

emptores fructuum coram Eccleſiaſtico iudice,poſtquam fructus effecti fuerant ſui,& inſtabat vt punirentur in amiſsione cauſę,iuxta formam.l. Regię. Idem Caſtell.in l.13.Taur.in gloſſ.*veynte y quatro horas*. in verſic. ex quo infertur:
50 tur: † conductores autem prædictarum decimarum eas rectè exigere poterunt virtute ceſsionis ſibi factæ ( hoc eſt *del arrendamiento , o recudimiento* ) aduerſus laicos decimare debentes coram iudice eccleſiaſtico, qui competens eſt cauſæ decimalis, hocq; iure vtimur,cùm laicus incapax ſit cognitionis huiuſmodi cauſæ præd.ſpiritualis:argument.capit. cauſam quæ. de præſcripti.præterquam ſi agatur an decimæ ſin ſolutæ, vel an teneatur ille ſoluere, vel alius, quo caſu non tantùm laicus conductor, ſed ipſi clerici poterunt apud iudicem ſecularem petere,laicum ſolutionem decimarum recuſantem compelli ad eas ſoluendas: ſecus ſi agatur de iure decimandi,vel de exceptione,aut priuilegio ab earum ſolutione liberante , vt probare vult Federic. de Senis conſil.245. quem refert & ſequitur Couar.vbi ſupra,numer.2.in princip. eum tamen reprobat,dum exiſtimauit, quòd vbi tractatur tantùm de quæſtione facti ſuper decimis,non de quæſtione iuris,cauſa contra laicum ſolum pertineat ad iudicem ſecularem: nam contrarium ibi probat,dicens eſſe communem opinionem,& legibus Regijs ibidem ab eo relatis probatam.

51 Circa ſecundum articulum principalem,an ſcilicet remedium dict. capit. reintegranda, detur contra ſingularem ſucceſſorem cum titulo, & bona fide poſsidentem,qui cauſam habuit à bonæ fidei authore? quęſtio hęc eſt de difficilioribus, ac in foro magis quotidiana cæteris,quæ in hac materia adduci poſſunt,in qua Doct.maximè inter ſe, ſibique ipſis plures contrarij ſunt, adeò vt vix diſcerni poſsit quæ ſit in ea magis communis & tenenda ſententia:& ideo fundamenta, & omnes authores, quos inuenerim,ſigillatim referam pro vtraq; parte,vt ex hoc facilius dignoſci poſſit: & in primis

52 Pars affirmatiua probatur, quoniam probata antiquiori poſſeſsione,noua & recens præſumitur clandeſtina,vt in capit.licet cauſam.de probationib. per quę tex.hęc eſt communis omnium ſententia,
53 tia, † vt plurimos referens teſtatur Roland.à Valle conſilio 72.num.1.lib.2 ſequitur plurimos referens Anton. Gabriel vbi ſupra numer. 56.Quod procedit, niſi conſtaret antiquum poſſeſſorem iuſtè poſſeſsionem amiſiſſe,ſecundùm Roland. à Valle vbi ſupra, eſtq; communis limitatio, vt plurimos referens teſtatur Anton.Gabriel vbi ſupra, num.21.vbi num.22.& 23. idem tenet cum magis communi ſententia in eo, qui caderet à poſſeſsione propter negligentiam per ſpatium decem annorum, præterquam in minore abſente,& eccle
54 ſia,† vt ibi per ipſum nume.24.in dubio autem non præſumitur,quem iuſtè poſſeſsionem amiſiſſe, ſed potius contrarium,niſi aliud conſtet, ſecundùm Innocent.& communiter Doct.in capit.poſt electionem. de conceſsio. præbend. vt refert Roland. à Valle vbi ſupra, nume.
55 ſecundo, † & cõmunis opinio ſupra relata nume.52.per d.c.licet cauſam.tunc procedit,præſertim cùm ipſa clandeſtinitas eſt allegata, & deducta, iuxta doctrinam Bart. in. l. ſi de eo. §.ſi fortè.in fine.ff.de acquiren.poſſeſſ.quam ſequũtur Ruynus conſil. 56.in fine.libr. 4. &
56 Iaſ.conſi.21.col.2.lib.3.† Aduertendum igitur eſt in praxi, ſi verã eſſe teneamus hanc primam opinionem, vt allegetur, & articuletur, quòd aduerſarius clam poſsidet reſpectu poſſeſsionis antiquioris,aliàs enim non articulando actor ſuccumberet,ſecundùm Speculat. in titul. de petit. & poſſeſſ. §. 1. nume.32.& Alex.conſil.118.num. 2. volu.2. & conſil. 89.num.9.volum.5.Socin.in.l.rem quæ nobis.nu.12.in fine.ff.de acquir.poſſeſſ. Pariſ.conſil.1.nu.167.volu. 1. & conſil. 98.nu.26.volu.2.Bertrand.conſi.54.nu. 5.volum.1.Decius conſil.57.num. 6.Iaſ. conſil.6.colu.2.volu. 1. Crauetta conſi.

Y 5 258.

Ayuntamiento de Madrid

258.nu.22.& 23.Curt.Iun.cõſil. 17. col. fin.Roland.à Valle conſil.72.nu.18.volum.2.Brunus conſil.21.col.2.deciſ. Pedemonta.90.nu.3.alios allegans,& referens ex Bruno vbi ſupra,hoc eſſe articulandum & probandum: quod in dubio (vt prædiximus) probatur eo ipſo,quòd aduerſarius ſuam antiquiorem eſſe non probat: allegari igitur debet ad minus qualitas clandeſtinitatis,aliàs poſſeſsio antiquior nihil profuit,prout eſt communis opinio Doctorum nemine reluctante circa neceſsitatem iſtius allegationis,vt profitetur Crauet.d.n.22.Quo modò autem probetur bona fides iunioris poſſeſſoris, tradit Crauet. vbi ſupra. nume.21.

Secundò eadem ſententia probari videtur in dict.capit.reintegranda,dũ generaliter & imperſonaliter loquitur,ergo generaliter debet intelligi,vt in.l.de pretio. de Public.in rẽ act.& in.l.1.§.& generaliter.ff.de legat.preſtand. præcipuè dum inquit tex.Quacunque conditione temporis,&c.ſicque comprehendere videtur præſcriptionem:quæ conſideratio confirmatur ex text. in canone Epiſcopi.3.quæſt.1.& in capit.Eccleſia.3.quæſt.2.vbi ab æmulis poſſeſsio recuperatur,& à quibuſcunque,&c.

57 Dictio namque hæc, quibuſcunque, vel quacunque,cùm ſit valde generalis, comprehendit omnes caſus,etiam priuilegiatos, argum.l.in fraudem. §.vlti.ff. de teſtam.milit.l.1.§. quòd autem. ff. de de aleat.l.vnica.in verb.ſponſam. C. de rapt.virgin.Crauet.in reſponſ.pro republi.Sauil.num.60. & 62. latiſsimè Tiraquel.in.l.ſi vnquam. in prefatione.nu. 116.C.de reuocand.donat.

Tertiò,quia vt argumentantur nonnulli Doct. remedium hoc reintegrandæ poſſeſsionis,eſt magis priuilegiatum quàm in terdictum vti poſsidetis:ſed in eo interdicto exceptio tituli non obſtat agenti,& de antiquiori poſſeſsione probanti, vt in dict. capit. licet cauſam.de probat.multo igitur minus obſtare debet hoc in caſu.

Quartò,quia vt alij etiam deducunt, remedium hoc reintegrandæ eſt introductum ad inſtar & exemplum interdicti vnde vi:ſed in eo nulla habetur ratio

58 tituli, † vt in capit.fina.de ordine cognit. cum in eo ſpoliatus ante omnia ſit reſtituendus,vt in.l. ſi quis ad ſe fundũ. C.ad legem Iuliam de vi. l. ſi coloni.C. de agricol.& cenſit.lib.11.l.ſi quis emptionis.§. ſed hæc ſuper illis. C. de annal. except.text.in capit.nullus. 2. quæſtione.2.capit.literis.capit.conquerente.de reſtitutione ſpoliat.Ripa in.l. naturaliter.§.nihil commune.num. 47. & ibidẽ Rubeus nu. 142. ff.de acquir.poſſeſ.ergo idem in hoc caſu dicendum eſt.

59 Et in terminis hanc partem affirmatiuam tenet & probat gloſ. in cap. cum ad ſedem.verb.interdictum,ibi,Videtur tamen,de reſtitut.ſpoliat.loquẽs in poſſeſsione rei eccleſiaſticæ,& ibi Hoſtienſ. in verſi.ſecundùm Canones verò. Innocent.in d.c. ſæpé. de reſtitut. ſpoliat. & ibi Abb.poſt Archid.Hoſtienſ Calder. Anto.de Butrio,& Ioan.de Lignian. & inquit Abb.ibidem ab hac ſententia,tãquam à communi & vera,non eſſe recedendum, ibique in eandem refert Goffred.& Lapum allegatione 52. eſt in nu. 7. & hanc communem opinionem eſſe concludit(quanuis duram)& ab ea in iudicando & conſulendo non eſſe recedẽdum,eandem probarunt Geminian.Lignia.& Archi.in hoc capit. reintegranda.Ludoui. Roman. in dict.l.rem, quæ nobis.col.3.& 4.nu.8.& ibidem Iaſ.nu. 19.vbi plures allegans magis communẽ teſtatur,refertq; ſæpius ſic conſuluiſſe, vt verè conſuluit conſi. 72. col.1.lib.4, ſequitur Aretin. in dict. l.rem quæ nobis.& ibi Alexan.colu.4.ad fin. nu.8.ad fin.vbi dicit ſe vidiſſe ſæpius in iudicijs iudicari ſecundùm eam, & ipſum obtinuiſſe pro hac parte: & hãc opinionem ſequutus eſt plerunque cõſulendo idem Alex.vt in conſil.51.col.1.volu. 1.nu.1. verſi.quinimò tenuit, & conſil.117. nu. 3.in fine.& nu.4.&.conſil.200. num. 2: 3.& 8.volu.2.& conſi.6.num.5. & 11.& ſeq.volu.3.& conſil.91.nu.6.dicens magis communem eſſe contra Bart.præfatam

Ayuntamiento de Madrid

tam ſententiam,& in conſi.92. nu. 8.& ſeq.vol.5.idem reſpondit Anchar. cõſi. 42.circa medium.Corneus conſi. 56.litera R.lib.2. qui communem eſſe affirmat,& in conſi.35.nu. 18. litera X. lib.1. vbi quòd ſecundum Imol. & Abb. eſt communis,& in practica ſeruatur ſecũdùm Lapum vbi ſupra;dicit communẽ Socin.Senior conſil.89.in fine. lib.1. & conſi. 18.verſic.tertium remedium. nu. 32.eodem lib.1.Dec.conſi.57.nu.3. & 5. vbi refert eſſe communem ex Alex.cõtra Bart.& conſi.252.nu.4. concludens iſtam videri eſſe magis communem concluſionem.Ripa in d.c.ſæpè.nu.28.verſic.quid tenendum.de reſtitutio.ſpoliator.vbi plures allegans refert eſſe communem Canoniſtarum, & inquit non videri ab ea eſſe recedendum, quanuis non audeat eam omnino affirmare: & lib.1.reſponſ.c.1.nu.43.Matth.de Affli. deciſio.Neapol.361.nu.33.vbi dicit communem,& ita deciſum fuiſſe per dominos de Conſilio,& in commentarijs ad conſtitutiones Neapol.libr. 1.rubri. 25. contra quem de reſtitutione agatur.nu. 30.& 31.dicit magis cõmunem eam ſequutus Guillierm.Caſſiad.de reſtit.ſpoliat.deciſ.7.Barba.conſi.42.col. penult. vbi communem teſtatur.lib.2.& conſil. 24.colu.2.lib. 4.Ioan.Maria Riminald. conſi.67.nu.7.& conſi. 98.nu. 76.lib.1. & conſil.428.nu.10.lib.3.& ibi Hippolyt.Riminald.in addit. Lucas de Penna in d.l.ſi coloni.quæſt.21.& eã eſſe communem teſtatur Marant. de ordin.iudi. 4.part.in 7.diſt.nu.50.probat Bertrand. conſi.121.& conſi.213.lib.2.Boer. quæſ. 238.col.6.Socin.Iunior conſi.34.nu.12. lib.3.vbi. ſæpè repetit hanc eſſe receptiorem,& ab ea non eſſe recedendum in iudicando,& conſulendo. Claudius Sayſel.in d.l.rem,quæ nobis.col.2.Ioan. de Amic.cõſil.97.nu.2.4.& 5.Ruyn. cõſi. 48.& 49.volu.4.Philip.Franc.in ſua diſputat.petitor.col.5.Neuizan.conſi. 78. nu.4. Petrus Benintend.concluſ.33.Alciat.reſponſ.388.nu.2. Beroius in c. in literis.nu.19.de reſti.ſpoliat.Plotus in.l. ſi quando.n.66.C.vnde vi.nouiſsimè Roland.à Valle conſi.50.nu.11. & conſi.72. nu.7.lib.2.vbi dicit eſſe communem & magis communem eam ſequutus plurimos allegans, & hanc dicit crebriorem Viuius in ſuis communib.opin.in verb. remedium.c.reintegranda.3.quæſt.1. nõ conceditur,&c.Beroius conſi.61.nu.17. & conſi.63.nu.19.& 30.volum.3.& hæc eſt magis recepta à Canoniſtis,ſecũdum deciſio. Pedemont. 93.nu.6.quæ plures ex ſupradictis refert, & inquit iuxta eã iudicaſſe ac cenſuiſſe Senatũ Pedemont. Eãdem dicit æquiorem & tenendam in practica Anton. Gomez in.l. 45.Taur. nu.192.verſic.2.non obſtat text.in cap. reintegrãdi,&c.in fine. quanuis ibidem fateatur,quòd in puncto iuris contraria videtur verior opinio:eandem refert eſſe communem aliorum teſtimonio,plures citãs in eam authores, teſtatus quòd hodie iſta videtur magis communis opinio,Anton.Gabriel vbi ſupra nu.31. qui eam videtur ſequi,quandoquidem ex eadem conſtituit primam ampliationem ad regul.d.c.reintegranda. & hanc opinionem,quòd remed.d.c.reintegranda, competat contra omnem poſſeſſorem, Rota complexa eſt,vt per Caſsiador. deciſ.7.de reſtitu.ſpoliat.vt refert & probat cum cõmuni nouiſsimè Puteus libr. 2.deciſ.176.nu.2.& ſeq.Habes igitur in ſupra citatis authoribus plusquam quadraginta hanc partem tenentes.

60 Contraria tamen ſententia, & ſic negatiua,ſequentibus aſtruitur fundamentis.Primò ex text.in.l.ſiue autẽ.§. ſi duobus.ff.de Public.in rem actio.vbi ſi duo titulum à diuerſis dominis vẽditoribus conſequuti ſint,& in bona fide vterque ſit,ille in Publiciana præfertur, qui de præſenti poſsidere reperitur:ea namque ratio, qua Publiciana non conceditur contra illum ſic poſsidentẽ,facit, vt nec detur hoc remedium reintegrandæ.Nec obſtat Abb.reſponſio in d.c.ſæpè, dicentis, in caſu d.§.ſi duobus.actum nõ fuiſſe de ſolo poſſeſſorio,vt in noſtra quæſtione,ſed etiam de petitorio,in quo nõ conſtabat de iure alterius, quare in dubio pro poſſeſſore fuit iudicatum:in

noſtra

Ayuntamiento de Madrid

noſtra autẽ ſpecie ſolùm agitur, vt ſpoliatus ante omnia reſtituatur,ob idq; antiquior poſſeſsio præfertur; non inquã obeſt hæc reſponſio: quoniam ſi in caſu.d.§.ſi duobus,antiquior poſſeſſor cũ titulo non præfertur nouo poſſeſſori cum titulo,quanto fortiùs in caſu noſtro nõ prçferetur,in quo antiquior poſſeſſor,qui vt ſpoliatus agit,nititur obtinere ex ſola antiquiori poſſeſsione?Proderit igitur noui poſſeſſoris titulus ad iuſtificandam poſſeſsionem,& ad tollẽdum omne clandeſtinitatis vitium: vnde minimé æquum eſſe videtur,vt actor qui nititur ex ſola antiquiori poſſeſsione ,obtineat cõtra nouum poſſeſſorem, qui ſuam poſſeſsionem ex titulo iuſtificat. Nõ etiam obeſt Antonij de Butrio reſponſio, quam diluit Alex. in d.l.rem quæ nobis,& ibi Rip.nu.27.& in d.c.ſæpè nu.28.verſi. circa ſecundum caſum, & Rubeus in d. §. nihil commune. numer.70.

61 Secundo loco hanc ſententiam confirmat ratio,quam contrariæ partis authores pro ea adducunt,nempe remediũ hoc reintegrandæ eſſe inductum, ne is, qui aliena occupauit, in peccato mortuus iaceat, nam cùm hæc ratio in ſpecie de qua agimus ceſſet,quia nouus hic poſſeſſor non poteſt dici ſpoliator, nec vitioſus poſſeſſor,ac per conſequens nõ ſit in peccato,cùm titulum & bonam fidem habeat, cõſequitur,vt ceſſare quoque debeat diſpoſitio noſtri tex.argum. l.adigere.§. quanuis. ff. de iure patrona. cum ſimilib.

Tertiò, & quidem,vt videtur,peremptoriè eadem ſententia comprobatur ex deciſione text.in dict.cap.ſæpè.de reſtitut.ſpoliat. cuius conſtitutio edita fuit per annos quinquaginta poſt promulgationem huius canonicis reintegranda: ibi nanq; conſtitutum eſt agi ſolùm tũc poſſe contra ſingularem ſucceſſorẽ ſciẽter in vitioſa poſſeſsione ſuccedentem: ſi ex dict. capit. reintegranda, ſpoliato ſuccurſum eſſet contra ſingularem ſucceſſorem cum titulo,& bona fide poſsidẽtem,fruſtratoria,& inutilis eſſet dict. cap.ſæpè,promulgatio,nec de dubio ſeruiret,contra.l. quod Labeo. ff. de Carbon.edict.nam ſi certum erat dari remedium contra poſſeſſorem cum titulo & bona fide,ex dict.c.reintegranda, à fortiori daretur contra illum, qui ſcienter in vitio ſucceſsiſſet:ne igitur fruſtra edita ſit conſtitutio dict.capit.ſæpè, fatendũ eſt, eiuſdem Decretalis authorem ſatis intellexiſſe non eſſe ſuccurſum contra ſingularem ſucceſſorem,quouis etiã modo poſsidentem,ex dict.cap. reintegranda:quæ ſanè conſideratio,quã non nulli ex ſupra citatis authoribus perpendunt , omnem videtur tollere dubitationem.

62 Quartò, & præcipuè eadem ſententia negatiua probatur,quoniam ſi aliud diceremus ſequeretur maximũ abſurdũ, nempe quòd remedium dict. cap.reintegranda.eſſet inuentum ad omnes iuſtos poſſeſſores ſpoliandos & inquietandos, non ſolùm ad tempus, ſed & perpetuò, prout aliqui ex doctoribus ſupra allegatis concedunt,quos refert nuncupatim Menoch.dict.remed.15. de recuperand. poſſeſſ.nu.421. & quos Rota aliquãdo ſequuta fuit,vt teſtatur D. Sarmient. de reddit.Eccleſ.1.part.cap.4.numer. 11.in principio,& conſtat ex Caſsiad. de reſtitutio,ſpoliat.deciſi.5.& 6.vbi dicit,Rotam affirmare eſſe hanc communẽ opinionem:& refert Ant.Gabriel vbi ſupra nu.54.nempè, quòd etiam per ſpatium immemorabilis temporis non præſcribitur huic remedio, & nume.55.nititur hanc opinionem & obſeruantiam dominorum de Rota defendere ab authoribus tenentibus contrarium,& etiamper mille annos,ſecundũ eundem Sarmient. & nouiſsimè eſſe communem, & in Rota iuxta eam pronuntiatũ à maiori parte contra minorem,teſtatur Puteus lib. 1.deciſio.115.in fine.& num.22. qui per totam illam deciſionem refert fundamẽta,& authores vtriuſq; partis, ac proinde hoc remedio admiſſo,omnes leges & canones,qui de præſcriptione loquuntur,hoc caſu ceſſarent:quod minimè eſt dicendum,cùm ſint poſteriores illo cap.



Ayuntamiento de Madrid

reintegranda. Nemo prætereà dicet, ex eo textu preſcriptiones, aliaq; iuris remedia eſſe ſublata, cùm verba eius ſint generalia, ideòque nihil poſſunt in ijs quæ ſpecialem habent conſtitutionem, argum. l. doli clauſula. cum ſim. lib. ff. de verb. oblig. Non enim veriſimile eſt, vno verbo omnem præſcriptionum materiam ſubuertere velle: ideoq; ſecũdum alios Canones debet ille text. interpretari.

63 Et in terminis ex prædictis fundamẽtis hanc partem probauit Bart. in d. l. rẽ quæ nobis. nu. 2. ff. de acqui. poſſ. & in. l. fin. §. ſed cum in ſecundam. num. 5. C. de furt. vbi limitat in habente poſſeſsionẽ & titulum ab authore vitioſo, & quando res erat vitioſa, nempe quãdo emit à malè fidei poſſeſſore, vt à fure: & Bart. ſequuti ſunt Ang. & Imol. in d. l. rem quæ nobis, vt ibidem refert Socin. nu. 12. in verſic. aliquando quinto, ac vltimo, qui in hoc parum ſibi conſtans eandem tenet ſententiam, & idem conſi. 266. nu. 15. 16. & 18. lib. 2. vbi eam probat, dicens videri magis communem, & melius eſſe eam tenere, quàm contrariam: & multos eiuſdem opin. etiam refert authores, nẽpe Nicol. de Mathar. Iacob. Butric. & Bal. in. l. 2. C. de furt. & alios. Idem Soci. conſi. 39. col. 2. nu. 5. verſi. circa ſecundã, volu. 3. dicens iſtam eſſe magis communem opin. Legiſtarum. Idem tenet Angel. in. l. ſiue autem. §. ſi duobus. verſi. & per hãc literam. ff. de Public. in rem act. & conſi. 116. in verſi. ſi autem ignorauerit. & conſi. 157. col. 2. voluit Paul. Caſtr. in. l. & ideo. §. Neratius. nu. 5. ff. de condi. furt. Andr. de Barul. Angel. & Ioan. de Platea in. l. ſi coloni. col. 2. C. de agri. & cenſi. lib. 11. Alex. ſibi diſsidens conſi. 118. lib. 1. & conſi. 89. nu. 7. lib. 5. latiſsimè Corneus dicens videri eſſe de mente communiter Doctorum conſil. 18. litera. F. & ſeq. & conſi. 23. col. penul. & fin. & conſi. 62. nu. 10. litera I. verſi. tamen præfertur, & conſi. 329. per totum. volum. 1. & latè conſi. 282. nu. 7. litera I. libr. 3. quos ſequitur Pariſ. conſi. 1. nu. 166. volu. 1. dicens hanc eſſe magis communem Legiſtarum Brunus conſi. 19. nu. 25. & conſi. 21. nu. 5. & 6. Calcan. conſi. 116. num. 3. Bertrand. conſi. 54. nu. 4. & 5. volu. 1. & conſi. 323. in fine. 1. part. lib. 2. latiſsimè Rub. conſi. 4. vbi reſpondet ad multa, quæ in contrarium adducuntur: & conſi. vltim. nu. 9. Ruy. conſi. 49. nu. 11. libr. 4. Anchar. conſil. 310. col. vltim. verſi. iſta enim iura. nu. 7. in fin. Practic. Papienſ. in forma libelli, quo agitur in cauſa ſpoliat. poſſeſſ. gloſ. 1. nu. 8. in fine. dicens, quòd hæc eſt communis opinio apud Legiſtas, contraria apud Canoniſtas. Ioan. Crotus conſi. 47. nu. 20. ſequitur Socin. Iun. ſibi contrarius conſi. 47. num. 25. & conſi. 48. in fine. nu. 13. lib. 2. vbi dicit iſtam veriorem & magis communem. Gozadin. conſil. 28. nu. 36. Frãc. Turza breuiter in ſuis communibus cõcluſ. cap. 50. Zabarel. conſi. 114. col. 1. Iaſ. ſibi contrarius conſi. 21. colum. 1. verſic. 2. reſpondetur. lib. 3. vbi eiuſdem ſententiæ citat Ioan. Fab. in. §. ſed iſtę. Inſtit. de actio. Ioan. Maria Rimmald. conſi. 238. nu. 10. lib. 2. & Hippolyt. in addit. ad eundem conſi. 67. nu. 7. lib. 1. amboparum ſibi conſtantes. Idem ſibi contrarius tenuit Rip. in d. l. rem quæ nobis. nu. 27. & in reſponſ. 1. aliàs 45. in 2. lib. decret. nu. 7. hanc ſemper probauit Rub. in d. §. nihil commune. nu. 71. & 72. & in conſi. 4. col. 2. & in conſi. 167. nu. 9. hanc ſequitur ſibi contrarius Alciat. in d. l. rẽ quæ nobis. nu. 8. & eam probaſſe videtur Molin. ad Alex. conſi. 6. nu. 5. in verb. non ſatis. lib. 3. dum citando Anchar. ſubdit nõ practicari Pariſ. in cap. ſi diligenti. num. 23. de præſcript. Mantua. conſi. 99. nu. 2. lib. 2. Anto. Matth. in d. §. nihil commune, ampliatione 20. eandem ſequuti ſunt Nathan conſi. 188. in fin. libr. 1. & Ioan. Cephalus conſi. 4. num. 1. & conſi. 100. nu. 22. lib. 1. & hæc eſt vera & magis cõmunis concluſio, ſecundùm Marant. de ordin. iudic. 4. part. princip. 7. diſt. num. 50. fol. 179. hanc, latiſsimè agens ad partes, ac plurimos ex ſupradictis referens, ſequitur & probat, & communem magis eſſe affirmat Menoch. d. remed. 15. de recuper. poſſ. num. 89. Hanc dicit magis commu-

Ayuntamiento de Madrid

communem Legiſtarum deciſ. Pedemõt. ſuprad. 93. nu. 6. quę etiam plures refert quanuis eam non probet, ſed concordiam, quam ſtatim referam: hanc ſecundam partem intrepide, audaciter & neruoſe probat D. Sarmient. de reddit. Eccleſ. 1. part. cap. 4. nu. 11. per totum, ſequitur & communem dicit nonnullos allegans D. Molin. de Hiſpan. primog. libr. 3. cap. 13. nu. 53. vbi contrariæ opin. non meminit: eandem communem & magis communem Legiſtarũ ex Corneo dict. conſi. 23. & Pariſ. d. conſi. 166. & Socin. conſi. 31. col. 2. in fine. nu. 3. affirmat Roland. à Valle conſi. 50. nu. 11. & conſi. 72. nu. 7. volum. 2. vbi alios eiuſdem opin. authores refert, quanuis eam non probet: eandem ſequuntur plures relati per Ant. Gabriel vbi ſupra d. n. 31. vbi quòd eſt magis communis, licèt vt prædixi, priorem videatur ſequutus.

Habemus igitur, ſi bene memini, quadraginta plus, aut minus authores huius ſententię negatiuæ ſequaces: & quanuis alios quadraginta aut plures ſupra enumerauerimus pro parte affirmatiua, eam tamen non probant indiſtinctè, ſed tantum in rebus Eccleſiaſticis & quoad earum poſſeſsionem, non verò quoad bona laicorum, prout ſunt glo. d. c. cùm ad ſedem. Ant. de Butr. Abb. Cald. Lap. & Lignia. vt animaduertit Rub. in d. conſi. 4. item & Caſsiad. in eiſdem bonis eccleſiaſticis loquitur, Hoſtienſ. verò & Innocent. in d. c. cùm ad ſedem. col. 2. nec vnam nec alteram affirmare videtur, ſed tantùm aſſerere remedium huius canonis non eſſe nouum: idem Innocent. in dict. c. ſæpè, dubitatiuè tantum loquitur nec audet ſententiam affirmatiuã probare, vt refert Menoch. vbi ſupra, nu. 90. Quid tenendum in articulo perquam difficili, & valde controuerſo? Ego vnam ex ſupradictis opin. electurus, hanc ſecũdam ſententiam negatiuam veriorẽ & magis communem Legiſtarum & tenendam in iudicando, & conſulendo exiſtimo, atque dijudico, ex fundamentis ſupra pro ea adductis, quę meo iudicio, vt fortiora, ita & meliora cæteris contrariæ partis ſunt: ſatis enim plus vrgent pro hac parte, quàm priora pro affirmatiua: ad quod potius in præſenti ſpecie aduertendum cenſeo, quàm ad numerum authorum, quandoquidem, vt videmus non ſolùm inter ſe diſsident in ea vtriuſque iuris interpretes, ſed, quod peius eſt, quàm plures ex eis ſibi ipſis parũ conſtantes, atque contrarij ſunt: non igitur multum eſt fidendum in eis, ſed in rationibus & fundamẽtis quæ meliora ac grauiora fuerint, prout eſſe exiſtimo ad ducta ſupra pro hac eadem parte negatiua, præterquam quòd eam probarũt magis communiter Legiſtæ: † quæ procul- 64
dubio procedet, ſi tertius hic ſingularis poſſeſſor cum titulo, & bona fide per tãtum temporis ſpatiũ poſſederit cum cęteris iuris requiſitis, vt legitimè præſcripſerit rem ipſam ſuper qua controuertitur, tunc enim indubium eſt, ipſum nec poſſeſſorio, nec petitorio conueniri poſſe, quinimò abſoluendus & liberandus eſt omnino in totum, non enim ſublatæ ſunt præſcriptiones legitimę ac canonicæ per remedium d. c. reintegranda, in præſenti ſpecie, vt modò dicebamus in quarto fundamento huius ſententię negatiuæ, quicquid perperam & abſque vllo iuris colore alij exiſtiment. Quòd ſi tempus legitimæ præſcriptionis adhuc completum nõ fuerit, nihilominus exiſtimo in noſtræ quæſtionis terminis nõ habere locum illud remedium poſſeſſorium, ſed tantùm iudicium petitorium, quo agi tunc oportet, vt clarius apparebit inferius ex reſponſione, † quam aſsi- 65
gnabimus ad noſtrum tex. ne obſit huic negatiuæ ſententiæ. Neq; obſtat quòd grauiſsimus Senatus Pedemont. iuxta affirmatiuã iudicauerit in caſu, de quo per Octauianum Cacher. vbi ſupra, quoniam in illo poſſeſſores cum titulo & bona fide nondum preſcripſerant, & præterea res habuerũt ab eo, qui ſine titulo poſsidebat, vt conſtat ex præd. deciſione in principio, & in fine: at verò nos agimus in ſingulari ſucceſſore cũ titulo & bona fide, qui cauſam habuit ab authore bonæ fidei titulato: quo modo ſupradict.

Ayuntamiento de Madrid

prædict.duas communes contrarias ſententias conciliauit rectè Ioan.Crotus.d. conſ.47.nu.20.& pleniùs conſil. 75.nu. 16.& Ripa vbi ſupra: quam cócordiam probare videtur Octauian. vbi ſupra.d. nu.6.qui aliam etiam refert, nempè, vt prior opinio ſit ſequenda in terris Eccleſiæ; ſecunda verò in terris non ſubiectis Eccleſię in temporalibus. Verùm hæc có cordia mihi non arridet exiſtimanti in vtriſq; terris negatiuam ſententiam eſſe ſequendam,vti communiorem & veriorem,dummodò iſte cóuentus habeat titulum à bonæ fidei authore titulato, vt prædiximus,aliàs ſecus: quod etiam voluit ac expreſsè ſenſit Menoch.vbi ſupra,num.89.verſ.contrariam etiam. Fateor tamen,quòd ſi Senatus Pedemont. vel alius in terminis noſtris eádem priorem ſententiam elegiſſet, nihilominus non multum erraſſet;quandoquidem illa ſit etiam magis communis opinio Canoniſtarum,quæ iudicio plurimorum virorum grauiſsimorum, & verior etiam cenſetur,quamuis nobis, quam prædiximus,communior,verior & probabilior videatur,iuxta quam iudicaremus, ſi caſus contingeret:nec æquitas nos mouere debet,vt ſpoliato ſuccurram⁹ hoc caſu,quandoquidem huiuſmodi poſſeſſor expers ſit huius vitij, actoriq́ remaneat ius ſuũ ſaluũ quoad petitoriũ,quod in iudicium deducere poterit,reſq; ſuas in eo vendicare ac recuperare.

66 Supereſt,vt ad argumenta & rationes contrariæ partis reſpondeamus,ex quorum reſponſionibus dilucidior ac magis roborata apparebit noſtra hæc tenenda ſententia.Et ad primum de clandeſtinitatis vitio,&c.reſpondeò, hoc minimè procedere,quinimo ipſum vitium tolli interuentu tituli & bonæ fidei, vt in.l. clam poſsidere.in princip. ff. de acquir. poſſeſſ.ita reſpondet Socin. in.d.l. rem quæ nobis.nu.12.verſ.aliquando quinto & vltimo,& ibi Rip.num.27.idem in c.ſępè.nu.28.verſ.ſecundò cófunditur, &c.de reſtitut.ſpoliat.& ante eos Alex. conſ.118.num.2.verſ.& dato. libr.2.vbi nu.8.ſubdit,actori hoc nihil prodeſſe, ſi poſſeſſor titulum oſtendat, vt refert Menoch.vbi ſupra,num. 81.idem probans, adijcienſque cum Pariſi conſ.12.num.9. lib.4.poſt Curt.Iun.conſ.17. col. vltim. verſ.duodecimo,quòd cùm contra hũc nouum poſſeſſorem non militet illa qualitas clandeſtinitatis,nec cótra eum hoc remedio agi poterit: quòd cùm apparet de titulo,vitium clandeſtinitatis à poſſeſsione tollatur,probat.l.ſiue autem.§.ſi duobus.ff. de Publi.in rem act.tenet plures referens Menoch.vbi ſupra,nu.70.

67 Ad ſecundum, nempè quod ex noſtro capit.reintegranda,ſupra adduximus, in illis verbis,Quacumque códitione temporis, &c. quibus ſublata videtur præſcriptio in propoſito, reſpondeo, hoc nó ita eſſe,vt ſupra probauimus in quarto fundamento partis negatiuæ. Quare reſpondere oportet illi text. in præfatis verbis,minimè illis tolli legitimam pręſcriptionem,ſi bona fides & cętera requiſita concurrant, vt in.l.final.in fine. C. de edict. diui Adrian. tollend. vt in terminis dicit ac reſpondet Paul. Caſtrenſ. conſ.105.colum.fin.lib.1.in ſecundo intellectu ad dict.cap.reintegranda. Quid igitur eſt,quod text. dicit, Quacumque conditione temporis, &c? nam etiamſi hæc verba ad illa,Perdidiſſe noſcantur, referantur,vt eſt verum,adhuc non euacuant inductionem text. illius prædictam,vt excludi per ea videatur præſcriptio, vt rectè obſeruauit D. Sarmient. vbi ſupra.

Sed vt omnino hoc ceſſet cótrarium, animaduertere oportebit ſecundùm Sarmient.text.illum loqui in fauorem bonæ fidei poſſeſſoris contra malæ fidei poſſeſſorem & prædonem,vt patet ex litera d.text.in principio huius capit.relata.Nam dum dicit,res eccleſiæ, vel proprias,id eſt ſuas ſubſtantias, præſupponit bonam fidem Epiſcoporum ſpoliatorum. Dum verò dicit, Spoliatis vel eiectis epiſcopis,& ibi, Captiuitate aut dolo,aut violétia maiorum per quaſcunq; iniuſtas cauſas,&c.inſinuat,poſſeſſorem modernum eſſe malæ fidei:quò caſu verum eſt etiam nullo temporis ſpatio obſtan-

ſtante prçſcriptionem tolli, quia cũ violentia ſit vitium reale, prædoque ſit verus & manifeſtus malæ fidei poſſeſſor, quia ipſe fuit primus ſpoliator & occupator, impeditur iure communi prçſcriptio, vt in. l. Pomponius. §. cum quis. ff. de acqui. poſſe. in. §. furtiuę. cùm ſimi-
68 lib. Inſtit. de vſucapi. † Quòd ſi violẽtia non interueniat, mala tamen fides adſit, vt adeſſe videtur in cæteris caſibus dict. cap. reintegranda, nullo tempore præſcribitur, vt in c. fin. de prçſcript. etiam immemorabili, vt reſoluit Balb. de prçſcript. 2. par. 3 part. quæſt. 6. num. 20. latè Crauet. conſi. 146. nu. 2. & de antiquit. temp. 4. particul. quartę part. princip. nu. 19. & 20. vbi refert Angel. Areti. di-
69 centem, malę fidei poſſeſſorem † in ęternũ ex Pontificijs conſtitutionibus prçſcribere, hoc enim caſu non poterit conuentus obijcere hanc exceptionẽ præſcriptionis, ſecundùm Bero. in cap. ſolicitè. nu. 39. de reſtit. ſpoliat. Menoch. d. remed. 15. de recuperãd. poſſeſſ. nu. 417.
70 Quod ſi quis ſit bonæ fidei poſſeſſor, etiam re vitio reali affecta, procedet ſaltim lõgiſsimi temporis quadragennaria præſcriptio, vt in. l. 1. §. ad hæc. C. de annal. except. & notat glo. in. l. ſicut. in fin. C. de præſcript. triginta vel quadragin-
71 ta annorum. † ſicque intelligẽda eſt cõmunis interpretum ſententia habens, quòd remedium d. cap. reintegranda, durat perpetuò vſque ad triginta annos, quam refert plurimos allegans Ant. Gabr. vbi ſupra nu. 53. & probat Puteus. d. lib. 1. deciſ. 115. nu. 14. & ſeq. aduerſus Rotam. Sicque eam interpretatur Menoch. vbi ſupra nu. 418. & ante eum Roland. à Valle conſi. 72. num. 19. & 21. lib. 2. vbi ambo eam intelligunt, vt procedat regulariter, vbi bonæ fidei poſſeſſor non haberet titulum, vel quando res eſſet affecta vitio reali.
72 Si verò vis, vel vitium reale non fuerit illatum, & quis iuſto titulo, & bona fide poſsideat, habeatque cauſam à bonę fidei authore titulato, nõ video cur prçſcriptio impediatur decem annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes, nec quomodò contra eum competat remedium d. c. reintegranda, cùm eo caſu minimè ipſum loquatur, nec de eo cogitauerit. Poterit igitur actori hoc caſu agenti remedio. d. c. reintegranda, opponi exceptio legitimæ ſupradictæ præſcriptionis: & in terminis ita tenet Balb. de prçſcript. 4. part. quartæ partis principa. q. 24. circa fin. verſi. quinimo videtur, & ſenſit Ruyn. conſi. 6. nu. 14. libr. 1. & expreſſè affirmauit Roland. à Valle. d. conſi. 72. nu. 21. & Menoch. vbi ſupra nu. 425. Sarmient. dict. nu. 11.
73 Declaratur tamen hic caſus, vt non procedat in illis caſibus, in quibus ratione & priuilegio perſonarum maius tempus ad præſcribendum requiritur, vt in Eccleſia, contra quam regulariter ſola præſcriptio quadraginta annorum currit, ſecundùm Balb. vbi ſupra. in verſic. ſed quoad Eccleſiam. Paul. Caſtr. conſi. 105. in fine. in. 1. part. conſil. Bertrand. conſi. 44. nu. 8. in. 1. part. lib. 3. Menoch. vbi ſupra. nu. 427. vbi in nu. ſeq. exemplificat etiam in fiſco, contra quem ſolo ſpatio centum annorum præſcribitur ſecundùm Angel. Alexand. Guid. Pape & Ruyn. quos refert: & ita eſt intelligenda hæc materia.
74 In beneficialibus autem illud hodie cõſtitutũ eſt ex regu. Cãcellar. de annal. poſſeſſ. vt pacifici poſſeſſores per annum, & ex reg. de triennali poſſeſſ. per trienniũ ſint tuti quoad poſſeſsionem, quæ regulæ, & ſpoliatorem adiuuant, dummodo non ſit violentus, vt declarat Gomec. in priori illa reg. de annal. poſſeſſ. quæſ. 64. quem ſequitur [illegible] in eadem, quam ſimul iunxit cum reg. de veriſimil. notitia. nu. 122. & Menoch. vbi ſupra, nu. 430.
75 Non etiam obeſt altera conſideratio ſupradicta ex generalitate ſupradicti noſtri cap. reintegranda, in illis verbis, Quacunq; conditione temporis, & c. & text. etiam in canon e Epiſcopi. 3. quæſt. 1. & in cap. Eccleſia. 3. quæſt. 2. in illis verbis, & à quibuſcunq;, & c. quia intelligũtur à quibuſcunque malæ fidei poſſeſſoribus, hoc eſt, de ipſiſmet occupatoribus immedia-

immediatis, cum ſic ratio, & ſubiecta materia ſuadeat: nam verba, quantuncunque vniuerſaliter prolata, reſtringũtur de habilitate, vt in.l.1. & ibi gloſ. & Doct.C.de ſacroſanct.Eccleſ.& in. l. vt gradatim. §.1. ff.de muner. & honor.ita declarat Rub.in dict.§.nihil commune. numer.72. & latè comprobat Menoch. vbi ſupra numer.82.& duob.ſeq.& paulò ſupra nu.72. in fi.

76 Ex ſuperioribus, præcipuè dictis num. 67.in verſi.ſed vt omnino. infertur, veram eſſe receptiorem ſententiam doctorum, quam refert Rip.in dict.c.ſæpè nu. 23.de reſtitut.ſpoliato.& alios plures citans Menoch. vbi ſupra nu. 62. & eam probauit Socin.in d.l.rem quæ nobis,n. 7.idem conſi.39.n.5.vol.3. dicens cõmunem, tenentium, remediũ d.c.reintegrãda, non concedi malę fidei poſſeſſori ſua poſſeſsione deiecto, tametſi Ant.de Butrio, Aret.Roma.& Alexan.quos refert & probat Ripa vbi ſupra, & Marant.de ordin.iudi.4.p.7.diſt.nu.50.& Menoch. d.nu.62.& præcedenti, contrariã ſententiam teneant, quæ in alijs remedijs iuris recuperandę poſſeſsionis, præterquam in eo de quo agimus huius cap.reintegrãda, cum ſint alia plura, locum habere poterit ex iuribus per eos allegatis, in iſto tamẽ de quo pręſens eſt ſermo, minimè: tum ex ſupradictis: tum etiã ex ijs, quæ latiùs pro magis recepta præd.ſententia adducunt Doct.vbi ſupra.

77 Ad tertium reſpondeo, non eſſe verum, quòd in interdicto vti poſsidetis, antiquiori poſſeſsione probata nouus poſſeſſor cum titulo ſuccumbat, ſed imo contrariũ, vt probat tex.in.l.ſi duo.in princi.vbi Bart. ff.vti poſsid. Rubeus ita reſpondens in d. §.nihil cõmune.n.92.idẽ conſi.4.nu.2.Curt.Iun.conſi.108.n.25. Menoch.d.remed.15.de recuperand.poſſeſſ.quęſt.11. & quęſt. 13.nu.89 vbi etiã alio modo reſpondet præd. tertio fun-

78 damento, † cum Socin. nempe non eſſe bonam eam conſequentiam, tituli exceptio non impedit poſſeſsionis reſtitutionem, ergo agi poteſt contra ſingularem ſucceſſorem habentem titulum &

79 bonam fidem, † nec hic titulus aliũ reſpicit effectum, quàm vt clandeſtinitatis vitium tollatur: quod declarat Rub. d.conſi.4.num.11.vbi nu. 14. verſi.non obſtat, reſpondet ad d.c.licet cauſam, vt refert Menoch. vbi ſupra.

Ad quartũ reſpondetur eodem modo, nempe non eſſe bonam cõſequentiam, dominij exceptio nõ impedit poſſeſsionis reſtitutionem, ergo conceditur contra poſsidentem titulo, vt patet in ipſomet interdicto vnde vi, in quo ſpoliatus ante omnia reſtituitur, & tamen contra ſingularem poſſeſſorem nõ datur, vt in l.cum à te.ff.de vi & vi armat.ſic in c.ſępè, ſpoliatus ante omnia reſtituitur, & tamen non conceditur cõtra ſingularem hunc ſucceſſorem, niſi ſcienter in vitio ſucceſſerit: quare potius retorquetur fũdamentum: ſi eſt inſtar interdicti vnde vi, illud non conceditur contra ſingularem ſucceſſorem, vt in d. l. cum à te. ergo nec hoc de quo in d. cap.reintegranda. Remanet igitur ex ſupradictis ſatis probata noſtra hac de re ſentẽtia magis cõmunis negatiua in quęſtione pręfata.

81 Quam limitat Marant.de ordin.iudic. 4.par.in 7.diſt nu.53. non procedere in regno Neapolitano, ex Regia illa cõſtitutione, circa violentiarum, &c.qua eſt prouiſum contra milleſimum etiam ſucceſſorem, in quem poſſeſsio hæc ſemel vitio ſpolij affecta tranſijt: ſequitur Menoch.d.remed.15.nu.94.

Diſſeruimus hactenus, an remedium d.capit.reintegranda, detur contra ſingularem ſucceſſorem cum titulo & bona fide poſsidentem, cauſamque habentem à bonæ fidei poſſeſſore, & hic eſt primus caſus.

82 Secundus caſus eſt, quoties nouus hic ſingularis ſucceſſor eſt cum bona fide, ſed tamen ſine titulo, & tunc contra eũ concedi remedium d.cap.reintegranda, eſt communis concluſio, vt teſtatur Socin.in d.l.rem quæ nobis, nu.12.in prin. ff. de acqui. poſſeſſ. ſequitur & probat alios allegans Menoch.vbi ſupra, num. 68.& ſeq.dicens, quòd ita affirmant vno ore interpretes.



Ayuntamiento de Madrid

83 Tertius caſus eſt, quoties nouus ſucceſſor & poſſeſſor hic eſt cum bonafide & titulo, ſed titulus ſuperuenit poſt poſſeſſionem illam antiquiorem, ſicque per fraudem titulus ille eſt inductus, & tunc cùm ſit nullus, vt fraude quæſitus, dabitur aduerſus eum præd. remedium: ita Bal. in diſputatione, accuſatus devi turbatiua, verſi. 3. modo. quem ſequitur Alex. conſil. 88. nu. 12. verſi. plus dicit. lib. 5. Decius conſi. 302. num. 11. Gozadin. conſi. 86. nu. 19. Bellon. conſi. 11. n. 4. Hi tamen authores minus rectè facti ſpeciẽ huius limitationis fingere videntur, quã doquidem loquimur de poſſeſsione recentiori titulata, ſicque ſemper præſupponimus, & poſſeſsionem, & titulũ poſt illam aduerſarij antiquioremſuperueniſſe. Quare rectiùs intellexit ſupradictam limitationem Curt. Iun. conſi. 108. nu. 25. in fine. quẽ ſequuti ſunt Aymon Crauetta cõſi. 158. nu. 21. in fine. verſi. ſecundò igitur, & Menoch. vbi ſupra nu. 72. quando nouus hic poſſeſſor poſt adeptam poſſeſsionem aſſequutus eſt titulũ, quia tunc fraudis ſuſpicione titulus hic non caret, cùm facile fuerit, amicum à quo emere fingeretur, ſupponere, eoque cauillo & dolo antiquiorem poſſeſſorẽ fallere: & quanuis adhuc Menoch. in pũcto iuris dubitet de hac tertia limitatione, ex ſubtili ratione, dequa ibi per eũ nihilominus tamen fatetur obſeruandam eſſe in foro (hoc eſt in praxi) quia eam plurimi auſi ſunt affirmare.

84 Quartus erit denique caſus, quãdo nouus poſſeſſor cum titulo & bona fide cauſam habuit ab authore vitioſo, ſicque res eſt affecta vitio perſonali: & tũc datur contra eum præd. remedium Canonis reintegranda, ſecundùm Socin. in d. l. rem quæ nobis, nu. 12. in verſi. aliquando & ſecundò. & ibi Alciat. nu. 8. quorum ſententiá in hoc probauit Menoc. vbi ſupra nu. 73. & ſeq. eamq; defendit à Bart. doctrina, qui in Publiciana tenet cõtrarium in. l. 3. §. opus. ff. de alien. iud. mut. cauſ. fact. nã Bartol. ni illa ſententia crebriùs reijcitur ſecundùm Menoch. ibidem nu. 75. Sed an idem procedat, quãdo res non eſt vitioſa, ſed poſſeſſor hic cum titulo & bona fide cauſam habuit ab authore malæ fidei & vitioſo? dubiũ eſt, de quo videndus Menoch. vbi ſupra nu. 78. vbi contra Socin. hoc caſu probat, non dari remedium dict. c. reintegrãda, aduerſus præd. poſſeſſorem cum titulo & bona fide, qui rem non vitioſam habuit à vitioſo authore. Verùm ſentẽtia Socin. in hoc comprobatur atque verior fit ex concordia, quam ſupra retulimus, atque probauimus num. 65. inter præfatas duas magis cõmunes ſentẽtias.

85 Quintus erit caſus, quando res eſt affecta vitio reali, vel ob furtum cõmiſſum, vel ob vim inpulſiuam, & tunc etiã contra ſucceſſorem ſingularem cum titulo & bona fide dabitur præd. remedium, cũ tunc temporis nec præſcriptio locũ habeat, vt ſupra dicebamus: ita in terminis tenet Socin. in dict. l. rem quæ nobis, nu. 12. verſi. aliquando & tertiò, & clariùs ibi Aretin. col. vlti. in princ. verſi. vnde miror. Corneus conſi. 18. nu. 11. & conſi. 62. nu. 10. verſi. tamen præfertur, quos refert & ſequitur Menoch. vbi ſupra, nu. 77. eſtque hęc limitatio verisſima, atq; ſine dubio meo iudicio. Limitatur tamen hic quintus caſus, vt procedat in pręſcriptione ordinaria, decẽ, vel viginti annorum: ſecus in lõgiſsimi temporis quadraginta annorum præſcriptione, quia tertius ſingularis poſſeſſor bonæ fidei rei vitio reali affectæ eam præſcribit prædict. ſpatio quadraginta annorum, vt ſupra nu. 70. prędiximus.

86 Circa tertium obſeruandum erit, appellare licere à lata in hoc remedio ſententia, cùm in foro eccleſiaſtico intentatum fuerit. Quoniam iure Canonico à quacunque ſententia in poſſeſſorio lata appellare licet, vt in capit. 1. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. & in Clemen. vnica. de ſequeſtrat. poſſ. & fruct. vbi expreſsè deciditur, non eſſe quem priuandum poſſeſsione ſua poſt vnam ſententiam in iudicio poſſeſſorio cõtra eum latam, & in dict. c. cum ad ſedem. vbi omnes, præcipuè Bellamer. nu. 10. qui latè rẽ hanc explicat, & Bero. quæſt. 52. ex. in Clem. 1.

de

Ayuntamiento de Madrid

de re iudic.Bald.in.l.1.C.ſi de moment. poſſeſſ.fuerit appell. deciſio vltim. Capellæ Toloſan. eſtque indubium, vt in terminis noſtris teſtatur Menoch. de recuperand. poſſeſſ. remed. 15. numer.
87 641.qui alios allegat, & ante eũ, † quòd iure Pontificio à ſententia lata in iudicio poſſeſſorio appellatio admittenda ſit ad vtrumque effectum,ſuſpenſionis, & deuolutionis, teſtatur communem Abb.in d.capit.cum ad ſedem. column. 3.&Matth.de Afflict.deciſ.Neapol.269. numer. 2. vbi dicit ita fuiſſe per totum Neapol.Senatum deciſum,& quòd communiter tenetur,ſecundùm Abb.vbi ſupra: idem probat plures referens Couar. in lib. pract. quæſtio. capit. 23.nume.8. in prima concluſione,& Marant. de ordin.iudic. 6. part. in princip.in titul.de appel.num.295.& Roland. à Valle cõſi. 38.numer.13.lib.2. Anton. Gomez in.l. 45. Taur. numer. 194. Ignatius Salzed. in addit.ad regu. Bernardi Diaz,in reg. 36.in.2.limit. teſtatur communem plures referens Mencha. lib. 2.controuerſ. vſu frequent.cap.38.nu.1.& d.c.40.n.3. & Anton.Gabriel lib.5.commun.opin. concluſ.5.num.124.loquens generaliter quòd ſit permiſſa hoc caſu appellatio de iure Canonico:idem laté probat,& ampliat,vt reuocentur attentata hoc caſu ſecundùm communem, Lancelotus in tracta.de atten.2.part. cap. 12. ampliat. 25.num. 18. & ſeq.Quare audiendi non ſunt Gozadin.conſi.50.nu. 4.& Aufrerius in deciſ. Capel. Toloſa. quæſt. vlti. exiſtimantes,iure Pontificio appellationem.à ſententia lata in iudicio poſſeſſorio non habere effectum ſuſpenſiuum, ſed tantùm deuolutiuum, hoc enim eſt contra text. in d. Clem.vnica, & communem opin. ſupra relatam, neque authores ab eis citati id tenent, quod ipſis aſcribitur,ideò merito Gozadin.& Aufrer.in hac ſpecie nuncupatim reprobãt Couar.& Salzed.vbi ſupra.

88 Superiora de iure canonico in interdicto recuperãdæ & adipiſcendæ rectè & [illegible]bié procedere videntur: verũ in interdicto retinẽdę,ſi notoriè conſtaret de poſſeſsione actoris,reuſque nihil peremptorium alleget contra eam, videtur appellationi locum non eſſe à prima ſententia in eo lata,qua actor in ſua poſſeſſione tueretur, & ne in ea à reo perturbetur præcipitur,vt in caſu cap. querelam,de elect.& ſimilibus: & ita in praxi obſeruatũ vidi in vna Salmantin.in qua fuit actum præd. interdicto retinendæ pro certo quodam annuo cenſu & penſione à capellano cuiuſdam capellaniæ, aduerſus quoſdam laicos,tanquam poſſeſſores cuiuſdam fundi,ſuper quo aſſerebatur conſtitutam olim fuiſſe prædict: annuam penſionem in fauorem dictę capellaniæ,qui ſe eximere prætendebant à ſolutione præd.annuæ pẽſionis,eo quòd ſibi non oſtẽdebatur,nec in iudicio producebatur inſtrumentum aliquod conſtitutionis dictæ penſionis. at verò actor ſuſpendit petitorium,& ſuper poſſeſſorio tantùm agi voluit atque proteſtatus eſt: iudex eccleſiaſticus Salmantin.probata prædi. poſſeſsione ſoluendi quotannis d.annuam penſioné ex præd. fundo capellanis eiuſdé capellanię,quòd non diffitebatur reus,nec aliquid peremptorium in iudicio poſſeſſorio deduxit, ſuam protulit ſententiam diffinitiuã aduerſus reos ſuper poſſeſſorio, reſeruato iure ſuper petitorio,eamque,appellatione reorum non obſtante,executioni tradendam iuſsit, à quo,& ab executione præd.ſententiæ, quia vna tantùm erat, & quia lata à iudice eccleſiaſtico contra laicos,oppoſita prius declinatoria, cum appellatum fuiſſet, & cauſa ad Regiam Cancellariam Pincianam per modũ violentiæ delata,ad eundem iudicem eccleſiaſticum non ſemel decretis curiæ remiſſa fuit,qui poſteà ad vlteriorẽ executionem proceſsit,prout vidi in actis proceſſus eiuſdem cauſę.

Quinimò quod prędiximus nu.86. ampliatur,vt procedat etiam cum laicus in foro ſeculari hoc remediũ Canonis reintegranda,mouerit, nam adhuc appellari poſſe conſuluit Bald.cõſi. 321.ad euidentiam præmittendum eſt, quòd aliquãdo col.1.in verſi.ſi enim dicim' ciuile,lib.3.



Ayuntamiento de Madrid

ſequitur Practi. Papieſ. in forma libel. in cauſa ſpoliat. poſſeſ. in verbo per noſtrã diffinitiuã nu. 3. Ripa in. c. ſæpé. in fi. de reſtit. ſpoliat. Natha. conſi. 566. lib. 3. ſequitur Menoch. vbi ſupra. n. 642. aduerſus Baldi reſtrictioné in d. c. querelã. col. 4. verſi. ſed nunquid à lata. de elect. intelligentis ſolũ procedere, cũ hoc remediũ ſuccedit loco actionis de dolo, vel quod
90 metus cauſa: † idé in remedio recuperandæ. l. ſi quis in tãtam. C. vnde vi, quòd à ſentẽtia lata eo caſu appellari valeat, tenet, & communem eſſe profitetur ex alijs Menoch. de recuperãd. poſſeſ. nono remedio. nu. 316. & ſeq.

91 Verùm hoc, quòd in foro ſeculari appellari poſsit à ſententia in poſſeſſorio lata, contra communes traditiones eſſe videtur, quibus cautum eſt, quòd de iure ciuili appellari non liceat à ſententia lata ſuper poſſeſſorio quoad effectum ſuſpenſiuũ, iuxta tex. in. l. quiſquis. C. de appell. non recip. & in. l. vnica. C. ſi de moment. poſſeſ. fuerit appel. & in c. vnico. § de poſſeſsione 2. q. 6. Decius cõſi. 28. n. 5. vbi in quolibet poſſeſſorio loquitur: ex quo hãc teſtatur cõmunem opin. Mẽcha. vbi ſupra. n. 3. & iterum c. 40. nu. 2. licèt admitti debeat hoc caſu appellatio quoad cauſæ deuolutionem, vt probant Bartol. in. l. 2. nu. 9. ff. de appel. recip. & Abb. in d. cap. cum ad ſedem. nu. 30. & in conſi. 55. lib. 2. incip. in cauſa. in verſi. aliam limitationem. Angel. conſi. 107. & Aufrer. vbi ſupra, & fuiſſe hãc opin. ſeruatam in cõſi. Neapolit. teſtatur eam ſequutus, pluresque referẽs Afflict. vbi ſupra nu. 3. & 4. ſequitur etiam Rebuff. ſuper ll. regi. Galliæ in tract. de ſentent. execut. artic. 5. glo. 3. Pariſ. conſi. 108. nu. 20. lib. 1. & Marant. de ordin. iudi. 6. par. in titul. de appel. nu. 294. Roland. à Valle conſi. 38. nu. 13. lib. 2. Petrus Dueñas in regul. 44. ſequitur & communem eſſe affirmat plures referens Couar. d. nu. 8. in princ. qui in. 2. concluſio. addit, hoc frequentiori conſenſu poſt Bart. receptum eſſe: idem fatentur Ignatius vbi ſupra, & Menoch. de adipiſcend. poſſeſs. remed. 4. num. 828. & de recupe. poſſ. remed. 9. nu. 322. plurimos referens, & de retin. poſſeſs. remed. 3. n. 843. vbi loquitur in remedio retinendæ, referens ſe priori loco ſupradicto, & magis cõmunem eſſe poſt alios teſtatur Petrus Benintend. in deciſ. Bononienſ. 17. nu. 5. & plures referens Lancelo. de attent. 2. p. c. 12. ampliatio. 25. nu. 3. & ſeq. & in tract. de appel. in poſſeſ. prohib. vel permiſs. in. 2. relatione ſecũdæ opin. Mench. vbi ſupra n. 4. * eſt receptior & magis cõmunis, à qua non eſt recedendum in iudicãdo & conſulendo, ſecund. Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſ. 20. num. 16. cum ſequentibus, vbi num. 25. limitat, quoties in actis conſtat
92 de iniquitate ſententiæ.* Quo fit, vt non dicatur attentatum, ſi hoc caſu ſententia prima in poſſeſſorio exequatur, appellatione non obſtante, vt firmat nouiſsimè Manfred. in practic. concluſ. ſuper attentat. concluſione 131. quem refert & ſequitur Lancelotus vbi ſupra, de attentat. numer. 8. vbi numeris ſeq. ampliat & limitat pluribus modis. Et quanuis veteres quidam (quorum opinio apud iuris ciuilis profeſſores communis olim fuit, & adhuc eſſe quibuſdam videtur, & vera, vt per Mencha. d. c. 40. num. 1.) tenuerint, neque quoad effectum deuolutiuum appellationem in iudicio poſſeſſorio vllum effectum habere, & Ripa poſt alios, quos refert in cap. ſæpè. nu. 3. de reſtit. ſpol. cõtra communem præfatam exiſtimet eſſe veriorem opin. nempe vt iure ciuili poſsit appellari à ſentẽtia lata in poſſeſſorio: præcedens tamen ſententia verior ac magis
93 recepta eſt & tenenda, † ex qua idem videtur concludédum in hoc remedio Canonis reintegranda, cum ſit poſſeſſoriũ, vt in eo appellatio non ſuſpendat effectum ſententiæ in fauorem ſpoliati latæ, quanuis quoad effectum deuolutiuum ipſa appellatio locum habeat: & quòd hoc in interdicto recuperandæ (prout eſt remediũ d. c. reintegrãda) procedat, fatetur magis communis ipſa ſententia modò relata, loqués in omni poſſeſſorio, adipiſcendæ nempe, retinendæ, recuperãdæ, vt conſtat ex ipſius authoribus,

b⁹, & pręcipuè ex Bart.in.l.1.C.ſi de mo mēt.poſſeſ.fuerit appel.Couar. Menoh. Dueñas,& Marant.vbi ſupra, & alijs,& extat deciſum in vltima deciſ. Capellæ Toloſanæ, vbi Aufrerius plurimis modis limitat.Quo fit,vt eadem pręfata magis communis ſententia ſeruāda etiā ſit in ſpecie d cap.reintegranda:nam quod prius retulimus † in laico in foro ſecula
94 ri remedium d. canonis dedacente, vt tunc appellari poſsit,iuxta Bald.ſententiam d.conſi.321.Pract.Papienſ. Rip. ac Menoch. iuxta aliam communem ſententiā,quæ habet,vt in ſpecie d.l. ſi quis in tantam.appellari valeat,intelligenda ſunt quoad effectū deuolutionis, ſecus verò reſpectu ſuſpenſionis, quoniā per appellationem in præd.remedijs poſſeſſorijs minimè de iure ciuili ſuſpenditur executio,iuxta ſupradict.magis receptā & tenendam ſententiam, vt conſtat ex prædict.authoribus: de nullitate tamen ſententiæ bene dici poteſt in poſſeſſorio,etiam de iure ciuili communis ſecundum Curt.Iun.conſi.163.nu.9. refert & ſequitur Mencha.vbi ſupra.nu. 2.Quinimò & ratione inordinati proceſſus bene admittitur appellatio à ſententia lāta in poſſeſſorio: communis ſecundùm Curt.vbi ſupra.Minor etiam reſtitui poteſt in poſſeſſorio, iuxta gloſ.in. d.l.vnica,eſt communis, vt plures referens teſtatur Mencha. vbi ſupra nu.3.
Iure tamen Pontificio quoad vtrunq;
95 effectum,& ſuſpenſiuum,& deuolutiuū, vt prædiximus,appellatio locum habet, * vt plurimos referens teſtatur eſſe cōmuniorem & receptiorem, & in practica non eſſe tutum ab ea recedere,Ioſeph Ludoui.vbi ſupra,nu.19.& 20.* Præter quām ſi eſſemus in notorio ſpoliatore, qui nec etiam attenta benignitate iuris Canonici poteſt appellare, vt in capit.cùm ſit Romana.§. præterea. de appellatio.& tenet Roma.conſ.324.in propoſita. Rip. in capit. ſæpè. numer. 3. de reſtitut.ſpoliat.Lancelot.vbi ſupra, nu. 25.Secundò non procedit in poſſeſſorio ordinario, in quo nec etiam de iure Canonico permittitur appellatio, vt per Cagnol.in l.in pari. ff. de regul.iur. & poſt alios latè tuetur Petr. de Benintend.vbi ſupra.in deciſ.Rotæ Bononienſ.79.num.2.& ſeq.dummodò in iudicio fuerit pars citata,& adhibita cauſæ cognitio,vt poſt alios tradit Alciat. conſi.37.ſub num.8.lib.6.Lancelot. vbi ſupra de attentatis.nu.26.
97 Sed iure noſtro Regio Hiſpanico poſt duas ſententias latas in poſſeſſorio non admittitur ſupplicatio *con las mil y quinientas doblas*,de qua in.l.28.de Madrid.Cōſe
98 quitur igitur inde manifeſtiſsimè,† iure Regio poſſe appellari ab vna ſententia lata in iudicio poſſeſſorio,ac proinde ipſam pendente appellatione vel ſupplicatione minimè mandandam eſſe executioni:& ita in terminis ex.d. l. 28.deducunt ac tenent D.Couar. vbi ſupra d.n. 8.in.1.concluſ.&Ant.Gomez in d.l.45. Tauri.num.194.in fine,& Ignatius Salzed. vbi ſupra in. 14. limitatione. Idem ex Pragmatic. 42.c.31. probat & tenet Mench.vbi ſupra.d.c.40.nu.3.
99 In caſu tamen ſpeciali.l.fin.C. de edict. diui Adrian. tollen.iure ciuili non tantùm,ſed & Pontificio appellatio admittenda non eſt quoad ſuſpenſionis effectum ab ea ſententia miſsionis in poſſeſſionem,quæ fertur in iudicio poſſeſſorio in fauorem hæredis ſcripti, vt tenet Bald.conſil.141.numer.1.lib.1. & conſi. 203. lib.4.Hanc alios allegans probauit D.Couar.vbi ſupra.in.3.concluſ. vbi de iure ciuili eſſe communem profitetur cum gloſ.verb.miſſus.Bartholo. & communiter Doct.in.d. l. fina. & Tiraquel. in tracta.*Le mort ſayſi le vir.*6.part.declaratione 6.nu. 2. text.in d.l.quiſquis. & in cap.vltim.§.ſi quis.2.quæſt.6.& de iure Canonico ex eo probat, quia nullibi ſit eo iure contrarium ſtatutum,& prætereà,quia fauore teſtamentorum & hęreditatum vacantium hoc iudicium poſſeſſorium ſummariè debet expediri,nec omnino ſequitur aliorum conditionem iudiciorum,quæ de poſſeſsione tractantur:& de iure Canonico hoc etiam probatur in d.§.ſi quis. vbi Archid. 2. q.6. Beroius q.44.Innocent.in.c.paſtoralis.



Ayuntamiento de Madrid

nu.3.verſi.ad hoc,ibi,Quid ſi ſine vlla iu
ſta cauſa,&c.de offi.delegat. Aufreri⁹ in
deciſ. vlti. Capell. Toloſa. ad fi. Lancelot.
vbi ſupra.nu.27.vbi nu.28.cũ Manfred.
vbi ſupra concluſ.140.tenet,quòd attẽ-
tata hoc caſu non ſunt reuocanda. Cõſi-
derãdum præterea eſt, quòd facile ſit ini
quis appellationibus legitimos ac veros
hæredes defunctorum poſſeſsione re-
rum hæreditariarũ interim iniuſtiſsimè
defraudare: eandem ſententiam ſequitur
ac probat Ignatius Salzed. vbi ſupra, in
ſublimitatione.2.limitatio.& deciſ.Pe-
demonta.25.num.9.eſtque recepta om-
nium opinio, quòd ab huiuſmodi ſenten
tia appellari non poſsit, ſecundùm Me-
noch.de adipiſcend.poſſeſ remed.4.nu.
826.& 840.quod quoad effectum ſuſ-
penſiuum præfati authores intelligunt,
ſecus quoad deuolutiuum.

100 Hinc eſt, vt in regijs prætorijs Hiſpa
niæ vſu forenſi receptum ſit, vt minimè
fiat reuocatio attentatorum appellatio-
ne pendente à ſententia lata ſuper miſ-
ſione in poſſeſsionem bonorum in fauo
rem hæredis, iuxta d.l.fin.C.de edict.di-
ui Adrian.tollẽd.vt referunt D. Couar.
& Salzed. vbi ſupra.

101 Hæc tamen recepta ſententia non pro
cedit, cùm iuſta & apparens cauſa appel
lationis extat, vt puta manifeſta iniuſti-
tia, tunc enim appellatio vtrunque effe
ctum, & ſuſpenſiuum, & deuolutiuum
operatur, ſecundùm Bald. vtrobiq; vbi
ſupra, id exemplificantem, quem ſequi-
tur Couar. vbi ſupra, & Menoch. d.nu.
840.& 844.qui numeris ſeq. ſex decla-
rationes ponit ad prǽd. receptam ſenten
tiam: ſed & alias limitationes ad præd. re
gulam generalem, quę habet, vt à ſenten
tia lata in iudicio poſſeſſorio non liceat
appellare, congerit Ignatius vbi ſupra.

102 Supplicatio tamẽ in hoc caſu, & reme-
dio d.l.fi.C. de edict. diui Adria. toll. be
ne admittitur, vt ſcribit Decius in d.l.fi.
n.50.quẽ ſequũtur permulti relati à Me-
noch.de arbit.iudic.q.70.n.21.& de adi
piſcend. poſſeſs. remed.4.nu. 903. & de
retin.poſſeſſ.remed.vltim.nu. 53.

Vltimò reſtat hìc examinanda quæ-
ſtio illa, an à ſententia lata ſuper reme-
dio, quod Hiſpani del interim vocant,
quod quidem poſſeſſorium eſt, locum
habeat appellatio? Pro cuius rei intelli-
gentia aduertendum eſt,

103 Quòd apud nos vſus forenſis obtinuit,
vt pendente lite, & expoſito principali
libello, iudicique oblato, petatur ab eo-
dem iudice, quòd dum ipſa cauſa & con
trouerſia diffinitur, & interim pendet,
actor vel reus defendatur, minimeq; tur
betur in poſſeſsione, quam tempore mo
tæ litis obtinebat, atque ita frequenter
pronuntiatur, præſertim apud ſuprema
Caſtellanæ Reipublicæ tribunalia: cu-
ius interdicti, & eius meminere Paul.
de Caſtro conſil. 3. incip. in cauſa, quæ
vertitur, &c. libr.2. Capicius deciſ. Nea-
pol.13.55.189.& 209.& apud Gallos Maſ
ſuerius in ſua practic. titul. de poſſeſſo-
104 rio, † & hoc iudicij genus præparato-
rium iudicij poſſeſſorij principalis atq;
plenarij rectè appellat Beroius conſil.11.
num.1.lib.1. cuius ſententiã probat text.
in. l. liberis. §. vltim. ff. de liberal. cauſ.

105 † Alij iudicium ſummariſsimum poſſeſ
ſorium nominãt: ita Neuizan. conſi.81.
nu.7. Alciat. reſponſ.386.n.1. Cagnol. in
l. in pari. n.6. ff. de regul. iur. Galli recre-
106 dentiam, † vel caſum nouitatis vocant,
ita Maſſue. vbi ſupra Guido Papę. q.552.
in materia Tiraquel. latè in tracta. *Le
mort ſayſit le vif.* part. 6. declaratione. 9.
ad fin. Rebuff. in comment. ad Regias
conſt. Galliæ, tomo. 3. titul. de materijs
poſſeſ. arti.1. gloſ. 1. num.4. idem in con
cordat. Regi. Franciæ, titul. de annat.
107 verſi. quinta tamen. † Hiſpani appellant
hoc iudicium del interim, de quo latiſsi
mè ac vtiliſsimè plura differit D. Couar.
in practi. q. c. 17. per totũ. & Ant. Gom.
in. l. 45. Taur. n. 126. & latè Menoch. de
retinẽd. poſſeſ. remed. vlti. per totũ, bre-
uiter D. Sarmien. lib. 2. ſelect. interpret.
cap.13.num.9.& ſequen. Burgos de Paz
* conſi. 39. per totum, * & nouiſsime plu
res differentias conſtituens inter hoc
iudicium poſſeſſorium, quod præpara-
torium & ſummarium appellat, & in-
ter iudicium poſſeſſorium plenarium,
Fran-

Ayuntamiento de Madrid

Franciſ.Beccius cōſi.21.n.10.lib.1. & Ioſeph Ludouic.deciſ.Peruſ.20.nu.1. cum ſeq. vbi.nu.7.& 8.quòd ſententia lata in hoc iudicio ſummario poſſeſſorio,eſt interlocutoria, non verò diffinitiua, ſecundùm communem opin. * Et in forma huius interdicti Hiſpani his vtuntur verbis in decreto tuitionis in poſſeſsione, nempe, *Entre tanto q̄ eſte pleyto ſe vee, y determina difinitiuamente, ſin perjuyzio del derecho de las partes en poſſeſsion, y en propiedad, &c.* ſecundum Couarr. vbi ſupra, numer. 2. & D. Molin. de primogen. Hiſpan.libr.3.capit.13.numer.70.& numer. 71. agit,an idem locum habeat in caſu.l.45.Taur. quibus etiam verbis vtuntur Neapolitani, vt refert Capitius d.deciſione 55.colum.vltim. & 189. nu-

108 me.11. †Modò quero,an à prima ſententia lata in hoc remedio, atque interdicto,locum habeat appellatio? Et de iure ciuili, cùm ſit hoc remedium ſummariſsimum, indubium eſt ipſam locum non habere, vt in. l. vnica. C.ſi de moment.poſſeſſ.fuer. appel. cum ſimil.ſupra adductis: & in terminis ita tenet Neuizanis d. conſil. 81. numer. 4. poſt Puteum in tracta.ſyndicat.in verſic.negligentia: quibus accedit Brunus conſi. 98.numer.9.Boerius in conſuet.Bituricenſ.§.4.de iuriſdict.omnium iudic.Rebuff. vbi ſupra,in commenta.ad Regias conſtitu. Gallica.numer.23. Alciat. reſponſ.386.numer.2.verſic.3. videtur,& copioſe Petrus Benintend. concluſio. 79.primo dubio,qui eam pluribus probat: & ſupradictos ſequitur Menoch. vbi ſupra, dict. remed. vltimo. de retinend.poſſeſs.numer.48. vbi numer.50. cum Petro de Benintend. d. concluſ. 79.in ſecundo dubio,eam extendit non ſolum quoad effectum ſuſpenſiuum, ſed etiam quoad deuolutiuum, niſi cum iudex ſequeſtrum emiſit contra poſſeſſorem, vt reſpondit Angel.conſil.107.

109 Iacobellus: † imo nec iure canonico hoc caſu locum habere videtur appellatio, * quo ad effectum ſuſpenſiuum, * cùm lata ſit ſententia in iudicio extraordinario,vt probat Benintend.d.concluſ. 79. nu.6.in fin.quem ſequitur Menoch. vbi ſupra nu.49. & dictum eſt ſupra nu.96. * & bene probans Ioſeph Ludouic. vbi ſupra nu.9.& 10. *

110 Hæc tamen ſententia de iure noſtro Regio procedere non videtur, quo duæ ſententiæ conformes debent eſſe in iudicio poſſeſſorio, ad hoc vt appellatio ab eo non admittatur, vt ſupra deduximus,præterquam ſi euidenter & abſq; controuerſia cōſtaret de poſſeſsione eius in cuius fauorem fuerit lata pręd.prima ſententia,tunc enim non eſt admittēda appellatio quoad effectū ſuſpenſionis propter notoriam iuſtitiam appellati,& malitiam pręſumptam appellantis, Limitari hoc etiam debet,cùm periculū eſſet in mora,& ſic cauſa celeritatē deſidera-

111 ret,ne partes ad arma, & contentionē priuatā accedant,quo caſu iudicis officio incūbit,ita rem cōponere inter litigantes,vt ad rixas & arma nō deueniāt, arg.l.ęquiſsimū.ff.de vſufruct.à quo Iuriſcōſulti reſponſo huius praxis origo exiſſe videtur,ſecūdū Couar.vbi ſupra.n. 1.Menoc.12.cuius tex.ratione multa tradiderūt Curt.Senior cōſi.60. Pariſ.cōſi. 168.lib.4.Gratus conſi.10.nu.9.Cū ergo res celeritatē deſideret, conſequitur, nō eſſe recipiendam appellationem,iuxta.l. quiſquis. C. quorum appel. non recip. cum ſimilib. & in terminis probat Menoch.d. nu. 49. cuius in hac ſpecie ſententia vera videtur, etiam attento iure noſtro Regio, præmaximè ſi euidenter conſtaret de poſſeſsione eius,cuius fauore lata fuerit ſententia del interim.

112 Sed an à ſentētia lata in hoc ſūmariſsimo interdicto in ſupremis tribunalibus locum habeat ſupplicatio? Et in hoc Menoch vbi ſupra nu. 53. refert obſeruari, quòd ſupplicatio non cōcedatur,ex Couar.vbi ſupra, nu.8.quem ipſe ſequitur. Verùm meo iudicio Menoch.non rectè perpendit verba nec ſenſum Couar. vbi ſupra: is ſiquidem contrarium ſenſiſſe ac tenuiſſe videtur eius,quod Menoc. exiſtimauit: inquit namq; Couar. Octauò ad huius rei faciliorem diffinitionem & vt quietè ac tranquillè litigantes ius



Ayuntamiento de Madrid

ſuum proſequantur, praxis obtinuit in hoc Regio ac ſupremo tribunali, quòd ſi ab interloquutione in hui9 interdicti cauſa pronunciata fuerit ſupplicatũ, nulla detur in hoc ſupplicationis iudicio ad probandum dilatio, ſatis enim eſt ad ſummariam cognitionem datam fuiſſe dilationem ad probandum, alioqui eſſet huius cauſæ examẽ omnino plenarium, & ordinariæ cognitioni ſimile: non igitur his verbis tenet Couar. ſupplicationem non concedi, ſed potius contrariũ, quamuis affirmet non concedi dilationẽ ad probandum in eo ſupplicationis iudicio ex praxi obtenta: conſequitur igitur ex his, admittendam eſſe ſupplicationẽ, quamuis ex eiſdẽ actis abſque nouis probationibus, cauſa in gradu ſupplicationis decidenda veniat: & ita etiam ipſe teſtis ſum vidiſſe me idem obſeruatum in praxi in eadem Regia Cancellaria, * & nouiſsimè poſt me, tacitum tamẽ, tenet Ioan. Garſia de nobilit. gloſ. 1. §. 2. numer. 5. *

113 Quæ ſententia interloquutoria durat vſq; quo lata erit ſententia diffinitiua ſuper poſſeſſorio ordinario, ſecundũ Paul. de Caſtro cõſi. 3. col. 2. verſi. 2. quia. lib. 2. idem ſcribunt Neuizan. conſi. 50. nu. 7. & Petrus Benintend. d. concluſ. 79. num. 4. quos refert & ſequitur Menoch. vbi ſupra. nu. 58. quia iudiciũ hoc eſt ſolum quoddam præparatorium iudicij ordinarij, vt prædiximus. Sed an ſi à ſententia lata ſuper poſſeſſorio ordinario contra eum, pro quo fuit in hoc iudicio ſummario pronuntiatum, fuerit appellatum vel ſupplicatum, vel in integrum reſtitutio petita, proderit eidem illa interloquutoria ſentẽtia del interim, appellatione vel ſupplicatione, vel in integrum reſtitutione pendẽte? Et in hoc nihil ei profuturam, ſed exequendam eſſe ſtatim ſententiam latam in plenario poſſeſſorio, reſpondet ex facto conſultus Menoch. vbi ſupra nu. 59. & 60. cuius in hoc ſententia in his regnis non procedit, cùm in eis iure Regio à prima ſententia lata in cauſa poſſeſſoria, etiam ſi momentanea, habeat locum appellatio, & ſupplicatio, vt ſupra probauimus: appellando igitur, vel ſupplicando à prima illa ſententia in poſſeſſorio plenario lata, executio ipſius ſuſpẽditur quouſq; cauſa iterum decidatur, duæq; ſententiæ conformes in poſſeſſorio plenario latæ fuerint: interim ergo durare debet virtus ac effectus d. ſententiæ del interim, quãdoquidem per appellationẽ, vel ſupplicationem cauſa reducitur ad eum ſtatum in quo erat ante ipſam ſententiam, ea namque per appellationem ſuſpenditur, vt in. l. 1. §. fina. ff. ad Turpil. iuncta communi reſolutione doctorũ: alioqui in ſecunda inſtantia poſſeſſorij plenarij eſſet opus iterum interloqui ſuper eadẽ re: quod eſt ſuperuacaneum, cùm iam ſit ſuper eo pronuntiatũ, nullaq; cauſa noua ſuperuenerit, data ſuſpenſione primę ſententiæ in iudicio plenario poſſeſſorio, ob quam ſuſpendi quoque debeat interloquutio prædi. del interim, adhuc enim hoc caſu rectè dicitur eſſe interim, quouſq; ſententia principalis in ſecunda inſtantia confirmetur, & ita exiſtimo tenendum.

---

*S V M M A R I V M.*

1 *Confraternitates diſciplinatorum, aliæque ſimiles, cùm ad bonum finem tendãt, ſunt licitæ, & permiſſæ.*

2 *Confraternitates huiuſmodi an ſint pia loca & religioſa, ita vt leges & aliæ diſpoſitiones loquentes in pijs locis, habeant locum in eis? & nu. ſeq.*

3 *Legatum piæ cauſæ factum huic confraternitati concedi poteſt, ſed contra nu. 11.*

4 *In prædict. confratrijs opera multa pietatis & miſericordiæ exercentur.*

5 *Statutum, quo cauetur, vt quilibet de collegio & cõfraternitate teneatur ſoluere ſingulis annis aliquid pro ſeruitio diuino, validũ eſt, dũmodo hoc fiat propter honeſtã cauſã, & non dicatur in ſtatuto ne quis recipiatur niſi ſoluat decem, aliamve quantitatem.*

6 *Epiſcopus poteſt & debet viſitare omnia hoſpitalia, & curare vt ad eum vſum teneantur, ad quem ſunt inſtituta.*

*Quarta Epiſcopo debetur ex relictis huiuſmodi con-*

Ayuntamiento de Madrid

*di confraterijs, tamquam relictis pijs locis, ſed contra. nu. 13.*

10 *Cofratres diſciplinatorum ſunt laici, vxores ducunt, & de ſe domi viuunt, mercaturaſq; exercent, ac proinde non coram iudice eccleſiaſtico, ſed coram ſeculari conueniuntur.*

12 *Trebellianica deducenda eſt ex relictis huiuſmodi confraterijs.*

14 *Confraternitates huiuſmodi non gaudent beneficio reſtitutionis in integrum.*

15 *Doctor publice profitens, vel ſcholaris, ſicut poteſt expellere fabrum, ita & hos diſcipli natos, ne alta & incencina voce eorum impediatur.*

16 *Bona horum confraternitatum poſſunt ad libitum alienari per corpus eiuſdem abſque ſolemnitate requiſita à iure Canonico in alienatione rerum eccleſiaſticarum: vide dicta nu. 22. & 23.*

17 *Epiſcopus non poteſt ſe intromittere ſuper bonis hoſpitalis pauperum infirmorum, nec ſuper redditibus ipſorum, nec aliquid habet agere cum adminiſtratoribus dictorum locorũ, nec eos cogere ad reddendam rationem.*

18 *Hoc fallit, quando pia loca eſſent cõſtructa authoritate Epiſcopi, vel quando eſſemus in dubio, & dicta loca haberent aliqua ſigna, per quæ oſtenderetur ea eſſe conſtructa authoritate Epiſcopi, vel quando eſſemus in dubio, & dicta loca haberent campanile, &c. vide nu. 20.*

19 *Hodie attento ſancto Concil. Trident. indiſtinctè Epiſcopus poteſt viſitare omnia pia loca, vt latius hic, & in nu. 26.*

21 *Confratres poſſunt renuntiare confratriæ, dum tamen nihil retineant de bonis illius.*

24 *Si de bonis confratriæ ab Epiſcopo approbatæ agatur, vel de recipiendis, vel excludendis confratribus, coram iudice eccleſiaſtico, non verò coram ſeculari diſcutiendum erit, & nu. 25.*

27 *Epiſcopus in viſitatione hoſpitalis, aliorũque piorum locorum, quid facere poſsit.*

28 *Epiſcopus viſitare poteſt depoſita publica frumenti, nempe las Albondigas, ac rationes reuidere.*

29 *Hoſpitalia an dicantur loca pia?*

30 *Exercentes ius patronatus confratrijs, communitatibus, vel hoſpitalibus competens, an dicantur patroni eccleſiaſtici.*

## CAP. XXXV.

### De confraternitatibus diſciplinatorum, ſeu confratrijs, an ſint loca religioſa, necne? deque alijs in propoſito.

1 Congregationes diſciplinatorũ, vel confraternitates, ſeu confratriæ, aliæq; ſimiles cùm ad bonũ finem tendant, ſunt licitæ ac permiſſæ, vt docuit Barto. in l. vlti. nu. 6. ff. de colleg. illicit. & in. l. cum ſenatus. nu. 4. ff. de reb. dub. latè Pariſ. conſi. 34. num. 39. lib. 4. nec eſt qui diſſentiat, ſecundũ Menoch. de recup. poſſ. remed. 15. num. 25. Hocq; præcipuè procedit, ſi ab ordinario loci approbatæ ſint, prout debent, quæ ad pias cauſas & ſpirituales fiunt, vt in. l. 3. titul. 14. lib. 8. nouæ collect. regię. Iure autem cõmuni approbatæ ſunt quando ad licitum tendunt, vt pote ad Dei ſeruitium. c. ſi qui clericorum. 11. quæſt. 1. vbi glo. & cap. ſanè. 16. quæſt. 7. Rebuff. in tract. de confratrijs. nu. 1. in. 2. tomo conſtit. ad ll. regias Galliæ, pag. 329. vbi num. 4. tenet, quòd iudex poteſt compellere hæc collegia & fraternitates, vt oſtendãt ſibi collegij ſtatuta: quod etiam tenet Montalu. & eum referens Auiles nu. 13. in loco ſtatim citando: ſed adhuc iure etiam communi requiritur licentia principis, vel prelati, licèt fiant cauſa pietatis, vt poſt alios tenet Auiles capit. 2. præto. in gloſſ. *ni confederacion.* nume. 10.

2 Maximè tamen concertatum eſt, an huiuſmodi confraternitates ſeu confratriæ ſint pia loca, ſiue religioſa, vt leges, aliæque diſpoſitiones, quæ loquuntur de pijs locis, habeant locum in dictis cõfraternitatibus? Et prima pars affirmatiua ex eo vera videtur, † quoniam legatum piæ cauſæ factum, huic confraternitati concedi poteſt, vt conſultus reſpondit Paulus Caſtrenſ. conſil. 5. lib. 2. quem ſequutus eſt Alex. conſi. 102. nu. 3.

3



Ayuntamiento de Madrid

lib.7.& Decius plures citans conſil. 72. col.3.verſi.3. principaliter. Rebuff. vbi ſupra nu. 3.& alij plures quos refert Tiraquel.de priuileg. cauſæ piæ in præfatione.pag.4.idem refert Pariſius d. cõſi. 34.nu.5.lib.4.& ſentit Bart.in.l. 1. §. ſed religioſis.ff.de colleg.illic. Abb. conſil. 31.volu.1.Ioan.Andr. in capit. Ioannes. de teſtament.Capra conſi. 115.

4 Secundò, quoniam in præd.confratrijs opera multa pietatis & miſericordiæ exercentur,vt cum Speculat. Abb. & Felin.tradit Pariſ. vbi ſupra nu. 4. & Capra conſi.54.nu.10.& ideò confraternitates dicuntur piæ,& legatum illis relictum, dicitur in piam cauſam,gloſ.in pragmatic.ſancti.Gallican. titul. de annat. verb. beneficiorum. ſequitur Alexand.conſil.102.& Dec.conſil. 72. ipſo

5 puncto. col.2.verſi.3.principaliter, † & eos referens Rebuff.vbi ſupra nu. 3. vbi nu.4.poſt alios,quos refert,ex hoc reſoluit,non eſſe prohibitum ſtatutum quo caueatur,quòd quilibet collegio,& confraternitati ſe adiungẽs,teneatur in ſingulis annis ſoluere pro ſeruitio diuino aliquid,dummodo hoc fiat propter honeſtam cauſam,& non dicatur in ſtatuto,ne quis recipiatur niſi ſoluat decem, quia excludit pietatem, & ſic communionem,bene tamen poteſt ſtatui,vt receptus ſoluat tantundem,pro Miſsis & ornamentis alijſque rebus neceſſarijs cõfratriæ.

6 Tertiò, quia Epiſcopus poteſt & debet viſitare omnia hoſpitalia, & curare, vt ad eum vſum teneantur,ad quem ſũt inſtituta, & inquirere an illud fiat propter quod conſtructũ eſt hoſpitale, quia talia loca cẽſentur eccleſiaſtica, vel quaſi,vt probauit Federic.de Senis cõſi.111. quæſtio talis eſt, &c. in princip.de quo latius agemus infra in.7. fundamento contrariæ partis.

7 Quartò, quoniam ex relictis huiuſmodi confraternitatibus,tanquam relictis pijs locis,quarta Epiſcopo debetur, vt latiſsimè conſuluit Barbat. conſil.1. nu.4.& tenuit Petr. de Vbald. vt refert Alex.d.conſi.102.nu.5.lib.7.

8 Et in terminis quòd fraternitas diſciplinatorũ dicatur locus pius,ſentit Speculat.in titu. de inſtrument. editio. §. nunc aliqua.nu.62.verſi.& ſcias. qui ait quòd loca pia dicuntur,vbi exercentur opera charitatis: idem dicit Ioan.Andreas in capit. Ioannes.verſic. vnum eſt quod refragatur.de teſtamen. vbi per iſtam rationem cõcludit,hoſpitale etiam non erectum authoritate ſuperioris,eſſe locum pium & ibi Cardin. in. 7. quæſt. idem tenet & Abb.in cap.fin.in. 2.notabil.eod.titul.de teſtamen.Paulus Caſtrẽ. conſi.167.nu.4.in.2.part.conſi.Alexan. conſi.219.volu.2.& quòd confraternitates dicantur pię,tenet Rebuffus vbi ſupra num.3.quanuis numeris ſeqẽn. alia adijciat,quæ videntur contraria: idem etiam probarunt alij relati ab Anto. Gabriele vbi ſupra nu.4.& 5.

9 Nihilominus tamen contraria ſentẽtia,& ſic negatiua,imò quòd confraternitates diſciplinatorum,& ſimilium perſonarum, non dicãtur loca pia, nec pro talibus habeantur,verior & magis communis videtur.Primò,quia ſinguli confratres laici ſunt,vxores ducunt, habẽt, vel ducere poſſunt,& de ſe domi viuũt, mercaturas, cæteraque negotia huiuſmodi exercent,atq; exercere valẽt, quare non ſub iudice eccleſiaſtico tanquam religioſi,ſed coram laico conueniuntur, atque conueniri debent, vt tenet Bart. in.l.vltim.nu.15.ff.de colleg. illic.quem ſequitur Iaſ.conſil.218 colu.2.verſic.ad prædicta etiam,lib.2.Marant. de ordin. iudic.4.part.11.diſtinct.nu. 23. pag.219. idem voluit Cardinal. conſil. 13. Pariſ. dict.conſi.34.num.28.vbi quòd Epiſcopus nullam habet in eos,nec in his confraternitatibus iuriſdictionem:ſequitur etiam Rebuff. vbi ſupra num.8.& Menoch.d.remed.15.de recuperãd. poſſeſs. nume.31.Anto.Gabriel lib.6. commun. opin.de cauſ.pia.concluſione.9. numer. 14.& 16.pag.384.col.2.& Auiles vbi ſupra.d.num.10.vbi ampliat,etiamſi conueniatur ipſa fraternitas,nam ſi ſingula-

1 riter,non eſt dubium. † Secundò, quia crebrior eſt ſententia,relictum loco pio,

vel

vel religioſo, non deberi, ſoluique non poſſe confraternitati, vt probauit Bald. conſi.162.quidam Franciſcus, colum.1. verſi.4.quæritur.lib.5.idem Bald.in.l.iubemus, & in authen.hoc ius porrectum, colu 2.verſic.2.quæro.C.de ſacroſanct. Eccleſ.& alios plures citat Tiraquel.vbi ſupra, idem ſequitur Calcaneus conſi. 21.colum.2.verſi.modò reuertendo. Iaſo.dict.conſi.228.nu.1.Capra dict.cõſi. 54.nu.11. qui nu. 14.id limitat cũ Bald. quando cõfratria haberet annexum hoſpitale.Paulus Pariſ.vbi ſupra nu.20.& ſequen.& hanc eſſe crebriorem ſententiã affirmat Menoch.vbi ſupra dict.nu.31. & magis communem eſſe, plures allegãs dicit Anto.Gabriel vbi ſupra nu.18.atq; proinde erit tenẽda aduerſus modò pro contraria relatos ſententia, tenentes cõtrarium.

12 † Quo fit, vt ex relictis dictis confratrijs deducẽda ſit Trebellianica, quaſi non ſint relicta pijs locis: ita expreſſè concludit Bald.conſi. 160. incip. in dicto teſtamento.quem & alios refert & ſequitur Corneus conſi.129.num.27. volu.2.& conſi.18.nu.5.volu. 4.& cõſi. 307.in fine.eodem volum. Pariſ.d. cõſi. 34.nu.24.volu.4.& conſi. 50. lib.2.Sed in hoc contrarium eſt verius, quia licèt non ſit locus pius, relicta tamen ei, videtur relicta ad pios vſus, & in piam cauſam, ac propterea ceſſare tunc debet Trebellianica, vt concludit Paul. Caſtren. cõſi.167.præſuppoſita.nu.3.lib.2. quem refert & ſequitur Socin. conſi.82.volu. 4.ſentit Bald.in authent.ſimiliter.verſi. & nota.C.ad.l.Falcid. ſequitur & ex alijs probat Anto.Gabriel vbi ſupra nu. 10.& 11.

13 Tertiò, quia ita etiam ſimiliter quàm plures authores tenẽt, ex relictis huiuſmodi confraternitatibus quartam Epiſcopo non deberi, vt eos referentes probarunt Pariſ.vbi ſupra nu.29. Menoch. dict.nu.31.& Anto.Gabriel num.13.vbi ſupra: ex quorũ authorũ numero patet hanc eſſe magis communem ſentẽtiam, quam latè probat Abb.d.conſi.31. nu.1. 2.& 3.in.2.part.conſi. & Auiles vbi ſupra.d.nu.10.

14 Quartò, quia huiuſmodi confraternitates non gaudent beneficio reſtitutionis in integrum, prout alia pia loca, vt tenet Petrus de Anchar.in capit.auditis. in 11.quæſt.de in integr. reſtit. ſequitur Pariſ. vbi ſupra nu.22. & Ant. Gabriel etiam vbi ſupra nu.21.

15 Quintò, quia quemadmodum doctor publicè profitens, vel ſcholaris præueniens fabrum ferrarium in habitatione, poteſt eum expellere, & ſimiles qui ob artem, quam exercent, eiſdem impedimento ſunt, ſic etiam hos diſciplinatos poteſt expellere, ne alta, atq; inconcina voce eorum impediatur, ſecundùm Iaſ.dict.conſi. 228. quem refert & ſequitur Menoch.vbi ſupra nu.32.

16 Sextò, quoniam bona harum confraternitatum poſſunt alienari per corpus earundem ad libitum abſque ſolennitate requiſita à iure canonico in alienatione rerum Eccleſiarum, piorumque locorum, quia confraternitas nõ eſt pium collegium, ſed profanum & ſeculare, & non priuilegiatum, vnde poteſt de bonis ſuis diſponere, ſicut de ſecularibus: ita in ſpecie tenuit ac conſuluit Baldus in dicta authent. hoc ius porrectum. n. 3.& in dict.l.id quod pauperibus, quæſt. 21.nu.34.C.de Epiſcopis & cleric.Felin. in c.de quarta.colu.1.nu.3.de præſcript. Rebuff.in compend.alien.rerum Eccleſ. nu.56.idem Felin.& Frãc.Balbus, & eos referens Auiles cap.2.Prætor. in gloſ.*ni confederacion*.nu.10.& Auend.in capit.4. nu.42.lib.1.Paul.Pariſ.vbi ſupra nu. 19. & 25.ſequitur alios allegans Anto. Gabriel vbi ſupra nu.12.& iuxta hanc ſententiam ipſe quoq; iam diu conſului, ac tenenda eſt, intellecta vt infra, licèt contrarium cum Angel.teneat Fabi. de Mõte in tract. de emptione & venditione: numer.28.volumi.5.tracta.diuerſ. doct. fol.474.

17 Septimò, quia Epiſcopus non poteſt ſe intromittere ſuper bonis hoſpitalis pauperum infirmorum, nec ſuper reddibus ipſorum, nec etiam habet aliquid agere cum adminiſtratoribus & gubernatoribus dictorum locorum, adeò vt



Ayuntamiento de Madrid

eos cogere non poſsit ad reddendam rationem, & ſi ageret contra illos, proceſſus eſſet nullus: ita Federic. de Senis cõſi. 130. & Petrus de Peruſ. in tractatu de quarta canonica, quos & alios referens idem probat latiſsime Paul. Pariſ. dict. conſi. 34. nume. 30. & ſeq. addens, quòd dicti adminiſtratores poſſunt diſtribuere prout eis videbitur, & quòd cura Epiſcopalis dicitur eſſe remota à tali fraternitate laicorum, & à miniſtris ipſius, & quòd Epiſcopus non poterit prædictos adminiſtratores moleſtare, neque ab eis tale regimen auferre, nec nouos adminiſtratores ad gubernandum dictum locum & ipſius bona, & ad diſpenſanda legata relicta dict. fraternitati deputare, nec habet ius viſitandi dict. locum, nec exigendi procurationem, nec etiam ſi Epiſcopus eſſet dominus temporalis loci, in prędictis ſe poſſet intromittere, vt ibidem latè probat: & quòd Epiſcopus non poſsit prædict. loca viſitare, probat etiam Anto Gabriel vbi ſupra. nu. 15. vbi refert Pariſ. vbi ſupra, & Decius conſil. 148. adde etiam Troilum Maluetium in tractu de oblat. 4. part. nu. 14. & Barbat. in cap. de his. nu. 6. de teſtament.

Hoc tamen fundamentum non multum pro hac parte aſtringit, quia Federic. de Senis in dict. conſil. 130. loquitur in hoſpitali, in quo non ſunt clerici, altare, nec campanile, nec Epiſcopus eſt in poſſeſsione exercendi communiter

18 in eo iura Epiſcopalia, † ex quo præſumitur locum eſſe profanum, aliàs enim quando pia loca eſſent conſtructa authoritate Epiſcopi, vel quando eſſemus in dubio & dicta loca haberent aliqua ſigna, per quę oſtenderetur eſſe ædificata authoritate Epiſcopi, vt ſunt altare & campanile, & ſimilia, Epiſcopus poſſet viſitare dicta loca ad effectum inquirendi, & videndi, an ibidem fiat illud propter quod locus ille conſtructus eſt, & exerceantur ea ſecundùm voluntatem illorum, qui ea reliquerunt, vt in terminis probauit idem Federic. conſi. 111. ſupra allegatus pro fundamento cõtrarię partis: quod eſt verum, & iure procedit, per tex. in authen. de eccleſiaſt. tit. §. ſi quis ædificationem. & Federicum in hoc ſequitur Abb. in c. inter dilectos. in fine. de donat. & alij plures, quos congerit Pariſ. vbi ſupra. num. 8. 43. & 46. ſequitur etiam Anchar. in cap. 1 de cenſib. lib. 6. colum. 3. in. 10. notabil. & ibi Geminian. & Philippus Francus, Bald. in. l. ſi quis ad declinandam. verſic. nec tamen eſt negandum. C. de Epiſcopis & clericis. Antonius Gabriel vbi ſupra nume. 17. & Ioan. Lupius Segouienſ. in tracta. de libert. eccleſiaſtic. quæſtione 16. num. 9. Altamiran. in tracta. de viſitatione, in verb. etiam teſtamentorum. numer. 19. & ſequen. fol. 251. & quid facere, & prouidere debeat Epiſcopus in viſitatione hoſpitalis pauperum, latè Frias in tracta. de viſitatione cap. 19.

19 Tum etiam, quia hodie, attento decreto de reformatione ſacri Concil. Trid. ſeſ. 22. c. 9. indiſtinctè cauetur, quòd adminiſtratores, tam eccleſiaſtici, quàm laici, fabricæ cuiuſuis Eccleſiæ, etiam cathedralis, hoſpitalis, confraternitatis, eleemoſynæ, mõtis pietatis, & quorumcunq; piorum locorum, ſingulis annis teneantur reddere rationem adminiſtrationis ordinario, conſuetudinibus, & priuilegijs quibuſcunq; in contrariũ ſublatis: niſi ſecus fortè in inſtitutione & ordinatione talis Eccleſiæ, ſeu fabricæ cautũ eſſet: quòd ſi ex conſuetudine, aut priuilegio, aut ex conſtitutione aliqua loci ad id deputatis ratio reddẽda eſſet, tunc cum his adhiberi debet ordinarius: & aliter factæ liberationes dictis adminiſtratoribus minimè ſuffragẽtur. Ex quo probatur ſententia Federici de Senis d cõſi. 111. & ſequaciũ, & ceſſant euaſiones ſiue intellectus eidem ſententiæ Federici aſſignatæ per Pariſ. vbi ſupra nu. 44. & ſeq. ne obſit ijs, quæ ſupra in illo conſilio tradiderat, & verba illa concilij Triden. d. c. 9. ſupra relata, Niſi ſecus in inſtitutione, &c. intelliguntur etiã habere locũ in hoſpitali, quod cum tali conditione cõſtitutum eſt, ſcilicet, vt non teneãtur adminiſtratores rationem ordinario reddere, vt cauetur in declaratione 159. Reuerendiſs.

Ayuntamiento de Madrid

rendiſs.Cardinal.adi nterpretationẽdubiorum ſacri Concilij deputatorum, vt ex quodam ſumpto earum deduxi.

Hæc tamen procedunt quoad viſitationem & rationem reddendam ſingulis annis ordinario,quo reſpectu confraternitates & hoſpitalia pijs locis equiparãtur à præd.Concilio. quoad reliqua tamen, de quibus nos agimus, extra id, quod nominatim continetur in prefato decreto,Concilium nihil definiuit,&ſic remanet ſub diſpoſitione iuris communis,de quo nunc diſputamus.

Et in terminis quòd præd.confraternitates non ſint pia loca,nec pro talibus habeantur,ſed profana,notat Bald.in. l. illud.verſic.quid de eo.C.de ſacroſanct. Eccle.idem in d. authen. hoc ius porrectum.d.num.3.probat latèPariſ.d.conſi. 34.nu.9.& ſeq. & ſequuntur alij plures relati per Anton.Gabriel,vbi ſupra. nu. 1.vbi quòd nec etiamſint loca religioſa, ſecundùm Abb. & Felinũ, quos refert: quam ſententiam ipſe videtur tenere n. 7.dicens, quòd videtur magis cõmunis opinio:eandem, quòd fraternitas laicorum non ſit priuilegiata, tenet Corneus conſi.260.in fi.nu.19.lib.1. & conſi.308. litera I.nu.9.lib.3.& conſi.297.nu.3.volu.4.& alij relati à Tiraquel.in præfatione,de priuileg.cauſæ piç.pag.4.adde Auend.2.par.c.14.Prçtor.nu.32.vbi idem tenet,quoties bona & fructusconfraternitatis conſumerentur in conuiuijs,vel in agitandis tauris,quem refert & ſequitur Altamira.vbi ſupra nu. 81. fol. 270. * *eſt magis cõmunis & magis vera hæc ſecũda opinio negatiua ſecũd.deciſion. Peruſin.90.nu.9.2.parte. *

20 Et procedit hæc ſententia, etiamſi in his locis & cõfraternitatibus ſit campanela.& altare portatile,vbi celebrentur Miſſæ in diebus feſtiuis, nam adhuc iſta non faciunt locum religioſum. & ſacrum, ſed remanet priuatus & profanus,ſecundùm Pariſ.vbi ſupra, numer. 15.plures ad hoc referentem: tenuit Cardinal.conſi.13. & Decius conſil. 148.loquens in oratorio indotato, & priuato, & à laicis gubernato,& pro tali ab Epiſcopo viſitato, & ſic concludit non eſſe locum pium,ſed priuatum.Quid tenendum in hoc articulo?

21 Reſoluo,conſiderando aliquos caſus. Primus eſt reſpectu ſingularum perſonarum confraternitatum, in quo dico ipſas non ita eſſe adeò religioni addictas, vt ab ea non poſſint ad libitum recedere: ideo poſſunt renuntiare confratriæ,dum tamẽ nihil retineant de bonis illius, alioqui antequam renuntient, ea reddere debent,vt docet Iacob. Rebuff. in.l.nemo.col.vltim.C de ſpectacul. lib. 10. quem refert & ſequitur Petrus Rebuff.vbi ſupra nu.12.& ſunt merè & propriè ſeculares & laici,quandoquidẽ vxores ducunt,& negotia exercent, quæ à religioſis & perſonis eccleſiaſticis exerceri non poſſunt, ob idque nulla eſt Epiſcopi iuriſdictio,ſed iudicis tantùm ſecularis: ſicq; intelligenda eſt ſententia Bart.in d.l.vltim.num.15.ff.de colleg.illic,& ſequacium,quos ſupra retulimus, & eiuſdem in.l. cum ſenatus. numer. 4. ff. de reb. dub. quem refert & ſequitur Roch. de Curt. de iure patron. verb.ius col.2.verſi.tertia quæſtio.tradũt Doct. præcipuè Felin.num.8.in.capit.2.de foro competenti. qui hoc modo ſunt intelligendi.

22 Secundus caſus eſt,quoad bona, quæ illius vniuerſitatis & confratriæ ſunt,& tunc ſi ea mente & animo illa ſunt vnà ſimul congeſta,vt confratriæ deſeruiãt, & poſsit illa confraternitas ad libitum de illis diſponere,& tractare,illa non habentur vt bona loci religioſi, ſed profani,& ad libitum diſtrahi,& redditus alienari poſſunt:& ſic intelligẽdus eſt Bald. in d authen.hoc ius porrectum nu.3. & cæteri qui eũ ſequuntur ſupra relati,tenentes,poſſe corpus cõfraternitatis alienare eius bona, de eiſq; diſponere,ſicut cætera collegia ſecularia, quia hoc non eſt pium collegiũ,ſed profanum, nec reſtitutio in integrum tunc competit.

23 Tertius caſus eſt,quando confraternitas,vel locus pius, vel oratorium eſt extructum principaliter vt ſacrum ſit, & Deo optimo maximo dicatum, & bona

Ayuntamiento de Madrid

bona ſunt eo animo ſimul congeſta, vt ad opera oratorij neceſſaria, nempe pro Miſsis dicendis, & cæteris illis concernentibus, & ad pauperes ſubleuandos perpetuò ſint: & tunc bona illa, isq; locus, religioſa, ac pia ſunt iudicanda, etiam ſi Epiſcopi conſenſus non acceſſerit, ideoque ad libitum illa bona diſtrahi non poterunt, niſi accedente totius confraternitatis conſenſu, ac authoritate Epiſcopi in illis caſibus, in quibus bona aliorum locorum piorum & religioſorum diſtrahi conceditur: reſtitutioque hoc caſu prædi. locis competet in integrum, ſi lædantur: & iuxta hanc diſtinctionem intelligenda ſunt omnia ſupra adducta pro vtraque ſententia: & in terminis prędictos caſus ita diſtinxit atque conſiderauit Menoch. vbi ſupra, * num. 34. & ſeq. * & ſequitur nouiſsimè, dicens æquiorem & veriorem eſſe hanc ſententiā contra plures quos retulit numero præcedenti, Ludouic. Sfortia in tractatu de reſtitutio. 3. par. quæſt. 3. articu. 6. nu. 46. cum ſequentibus, * & inquit Cæſar Lambert. de iure patron. art. 10. primæ quæſt. princip. primæ partis, lib. 1. num. 4. fol. 9. quòd quando præd. confraternitates laicorum non ſunt affixę alicui Eccleſiæ, vt laici cenſentur; aliàs ſecus, quando ipſæ ſunt affixæ alicui Eccleſiæ, vt ibi per eum.

24 Quò fit, vt in hoc tertio caſu, ſi de rebus ipſius communitatis agatur, vel de recipiendis vel excludendis confratribus controuerſia oriatur, coram iudice eccleſiaſtico, non verò laico pertractanda erit: & ita videmus hodie obſeruari ſecundùm Cæſar. Lambert. vbi ſupra numer. 6. quòd tales confraternitates pro rebus communibus ipſius confraternitatis conueniuntur coram iudice eccleſiaſtico, quia fraternitas ipſa eſt annexa Eccleſię, & ideò non coram iudice ſeculari eſt conuenienda, licèt de alijs eorum rebus & delictis conueniantur coram iudice ſeculari.

25 Quinimò idem exiſtimo in omnibus confraternitatibus pijs ab ordinario eccleſiaſtico approbatis, ex eius namque approbatione iam pietas cauſæ clariùs eluceſcit, præcipuè quia nunquam ad ordinarium huiuſmodi pro confirmatione confraternitatis, eiuſque conſtitutionibus occurritur, niſi cùm ad pietatem principaliter inducuntur, nempe pro Miſsis dicēdis, & defunctorum corporibus ſepeliendis, &c. ex quo locus religioſus efficitur, vt in titulo. ff. de religioſ. & ſumpt. fun. & intentio fundatorum manifeſta colligitur volentium principaliter ad cultum diuinum ea inducere.

26 Quartum caſum ipſe conſidero reſpectu viſitandi ac inquirendi, an bona prędictar. confraternitatū expendantur in eum vſum, in quem relicta ſunt, & iuxta voluntatem eorum, qui ea reliquerunt, & reſpectu etiam rationes accipiēdi: & tunc quando ſunt fundatæ vel approbatæ per ordinarium, vel in dubio, ſi in eis adſint campanela, & altare, in quo ſoleat celebrari, aliave ſigna ſacrum indicentia, hęc omnia facere poterit Epiſcopus, iuxta doctrinam Federic. de Senis d. conſi. 111. & ſequacium ſupra relatorum, alias ſecus: hodie indiſtinctè in vtroque caſu rationes ſunt reddendę Epiſcopo ſingulis annis, vt in d. decreto ſacri Concilij Tridenti, & iuxta illius

27 contexturam & formam: † quare cùm Epiſcopus hoc ius habeat à Concilio, vt ſibi rationes reddendæ ſint ſingulis annis, vt in d. decreto ſacri Concilij, liquet ipſum poſſe reformare, quę non iuxta voluntatem teſtatoris ſiue fundatorum, atque ipſorum piorum locorum conſtitutiones approbatas geri perſpexerit, ex præd. rationibus, atque in priſtinum, & debitum ſtatum reducere, pręcepta ſalubria faciendo, vt ea in poſterum obſeruentur, dummodò non excedat, nec reſiliat à fundatorum voluntatibus, & poteſtate ſibi ad hoc conceſſa expreſsè, & tacitè per conſequentiam à ſancto Concilio Triden. Poterit præterea & debebit malè conſumpta non admittere, ad hunc enim effectum ſibi rationes reddendæ ſunt, vt praua reformet, & dilapſa reſtauret, atq; omnia ad rectę rationis

modum

Ayuntamiento de Madrid

modum reducat, alias enim ſi hoc facere nõ poſſet, verbalis, nonfructuoſa, atq; inutilis eſſet rationum redditio eidem facienda, potius quam realis, nec eiſdẽ locis pijs vtilis, contra mentem Concilij ſanctiſsimã, quę ea eſt, vt pię fundatorum voluntates ad vnguẽ obſeruentur, atq; ab eis relicta in eum vſum omnino expendantur, ad quẽ legata, ſeu pręſtita, vel donata fuerunt: vt igitur hæc iſta adimpleantur, præcipit præd. Conciliũ (vt conijcio) vt rationes præd. ſingulis annis Epiſcopo reddantur, vt videat ac intelligat, an quid contra fiat, & quod fundatorum voluntates prætererit, à debita ratione deuiauerit, tollat & diſsipet, & ad eas reducat: poterit igitur malè cõſumpta non admittere, abuſus & prauas conſuetudines è medio ſufferre, & quæ puriori voluntatis fundatoris executioni conueniant præcepta facere, vt in poſterum omnia rectiùs gerantur.

28 Ex quibus idem forſan teneri poſſet in depoſitis publicis frumenti, nẽpe *Al hondigas*, quæ in rebuspublicis rectè conſtitutis pro pauperum alimonia relicta à teſtatoribus, vel aliàs fundata ſunt, vt rationes eorundem expoſcere poſsit Epiſcopus, atque eiſdem præſtandæ ſint, vel ſaltem, quæ fuerint acceptæ à publicis adminiſtratoribus reuidere, & inquirere, an rectè redditæ ſint, atque iuxta fundationum conſtitutiones expenſum & diſtributum, vt ſi hoc ita benefactum ei conſtiterit, approbet, ſin verò aliquid ſecus actum repererit, reformet, ac omnino curet, & præcipiat, vt omnia in poſterum iuxta conſtitutiones & ſtatuta depoſitorũ huiuſmodi obſeruẽtur. Quæ illatio ſanè probari poteſt ex eo, quòd hæc depoſita publica pro ſuſtentatione pauperum, communiſque reipublicæ, in qua maior pauperum pars, vt plurimum exiſtit inducta, atque fundata ſunt, ſicq; cauſa pia iudicantur, vt colligitur ex Bal. in d.l. id quod pauperibus, quæſt. 21. C. de Epiſ. & cleric. & ex alijs plurimis authoribus: quare verum meo iudicio, ac tenendum videtur, quod modò prædiximus.

29 Hoſpitalia an dicantur loca pia (vltra ſupradicta) videndus eſt in ſpecie latiſſimè id differens Anto. Gabriel vbi ſupra, concluſione 2. per totum. vbi diſtinguit, an hoſpitale ſit authoritate ſuperioris erectum, vel id præſumatur, prout præſumitur, quando in eis eſt campana, & publicè celebrantur diuina, & tũc dicantur pia loca, & gaudeant priuilegijs Eccleſiarum, & requirantur tunc in alienatione bonorum eorundem ſolennitates aliàs requiſitę in alienatione rei Eccleſiæ, ac proinde reſtituãtur in integrũ
* ſi lædantur: aliàs ſecus. * Intellige niſi in caſu ſupra numero 23. poſito. * Iuxta quam diſtinctionem intelligendus eſt Euerard. in cent. legal. loco 32. ab Eccleſia ad pia loca, partem affirmatiuam in his hoſpitalibus ſimpliciter tenens. Rationes tamen bonorum dictorum hoſpitalium, ſicut & cõfraternitatum, & quorumcunque piorum locorum indiſtinctè ſingulis annis Epiſcopo reddendæ ſunt iuxta formam decreti Concilij Triden. ſupra citati, quod in eiſdem, eorũq; adminiſtratoribus itidem loquitur: quare quæ n. 27. ſupradiximus reſpectu redditionis rationum bonorum confraternitatum circa interpretationem d. decreti Concilij Triden. hic erunt in memoriam reducenda ac dicenda.

30 De iure patronatus his cõfraternitatibus, vel locis pijs, aut hoſpitalibus cõpetente, an earum perſonæ illud exercẽtes dicãtur patroni eccleſiaſtici, vel laici, videndus eſt id agens Cæſar Lambert. vbi ſupra nu. 4. & ſeq. vſque in fin.

---

*SVMMARIVM.*

1 *Succeſſor debet fauorabiliter proſequi, quos nouit ſuo prædeceſſori fideliter paruiſſe.*

2 *Eccleſia in contractibus ſuis nullam debet fraudem adhibere.*

*Precarium morte concedentis non finitur.*

3 *Reges, Duces, Marchiones, & ſimiles qui habent dignitatem, per nõ electionẽ ſed per ſucceſsionem, tenentur ſeruare omnem contractum, & conuentionem, ſicut quilibet ſucceſſor priuati.*

*Succeſsor*

Ayuntamiento de Madrid

6 *Succeſſor prælati, vel rectoris, nõ tenetur ſtare locationi prædeceſſoris, imò ipſius morte ipſo iure extinguitur locatio, etiamſi prælatus vel rector nomine Eccleſiæ fructus, vel redditus ad ſe tantùm ſpectantes locauerit.*

7 *Succeſſor rectoris, qui beneficio renuntiauit ante finitã locationẽ, nõ tenetur eidẽ ſtare. Idem eſt in canonico optante alteram præbendam ex vi ſtatuti vel priuilegij.*

8 *Succeſſor maioratus non tenetur ſtare locationi prædeceſſoris, ſed poterit denuo locare.*

9 *Hæres vſufructuarij locantis fundum in quinquennium, & ante decedentis, non tenetur vtifrui præſtare, nec ſumptus, quos fecit conductor in fundo tanquam quinquennio fruiturus.*

10 *Si filius primogenitus conſenſit locationi à patre factæ de rebus maioratus, tenebitur poſteà in eo ſuccedens eidem locationi ſtare.*

11 *Succeſſor primus maioratus tenebitur ſtare locationi à fundatore ipſius factæ, ac eius debita pro rata perſoluere.*

12 *Conductor nõ tenebitur ſimiliter locationi prælati, rectoris, vel maioratus poſſeſſoris ſtare, quinimò poterit locatore mortuo, ab ea liberè reſilire.*

13 *Succeſſor beneficij, vel maioratus recipiens pẽſionem vnius anni, non cenſetur pro cæteris nondum decurſis contractũ approbare: idem erit in ipſo cõductore è conuerſo, vt in n. 14.*

15 *Sed an hoc procedat, ſi fructus omnium annorum poſt mortem locatoris decurrentiũ non ſint pares?*

16 *Hæredes, vel fideiuſſores prælati, rectoris, vel alterius beneficiati, vel etiam poſſeſſoris maioratus, qui locauerat ad certum tempus, ante id impletum decedentis, an teneantur de obiectione? & numer. ſequen. vbi & in nu. 27. & 28 l. 9. tit. 17. part. 1. expenditur & nu 24. quid in optante alteram præbendam: & numc. 25. in reſignante beneficium ante tempus locationis expletum, & etiam nume. 28.*

22 *Hæres vniuerſalis non admittitur contra factũ defuncti, quando ille actus fuit validus & efficax, ſecus ſi nullus.*

26 *Emptor licet non teneatur ſtare colono, venditor tamen tenetur eidem reddere partẽ penſionis, quam acceperat pro tempore reſiduo locationis non impleto, & ad intereſſe præterea eidem tenetur.*

29 *Cautela neceſſaria erit pro clericis locantibus, vt excipiant caſum, quo deſinant beneficia poſſidere, vt in eo de euictione, nec ad vllũ intereſſe teneantur.*

30 *Succeſſor maioratus, etiã ſi ſit hæres eiuſdem, non tenetur ſtare locationi, iuxta veriorem opinionem.*

## CAPVT XXXVI.

### An ſucceſſor prælati, alteriuſve beneficiati, vel maioratus, teneatur ſtare locationi prædeceſſoris, nomine proprio, & in ſui vtilitatem factæ?

QVæſtio hæc quamuis indubia pluribus videri poſsit, exiſtimãtibus omnino extingui locationem per mortem prælati, alteriuſve beneficiati, vel maioratus poſſeſſoris locãtium: alijs tamen adhuc forſan contrarium videbitur, præmaximè ſi prælatus, vel poſſeſſor maioratus pro ſe & ſuc-
1 ceſſoribus ſuis locationẽ fecerit: † quia ſucceſſor debet fauorabiliter proſequi, quos nouit ſuo prędeceſſori fideliter paruiſſe, vt in cap. hoc huius placiti. 12. q. 2. cap. literis. de reſcript. c. final. de pact.
2 in 6. Eccleſia enim † in cõtractibus ſuis nullam debet fraudem adhibere. cap. per tuas. de donat. nec precarium morte cõcedentis finitur, nec ante tempus conſtitutum, etſi ſit factum de poſſeſsionibus, & rebus Eccleſiarum, reuocatur. capit. fina. de precar. quare honeſtum & decens eſt, ſi tempus locationis non ſit finitum (vt in præſenti quæſtione præſupponimus) vt ſucceſſor locationem factam obſeruet, ac finem termini expectet. Quare inquit Iaſ. in. l. 1. n. 14. ff. de conſtit. princip. Quod Reges, Duces, Marchiones, & ſimiles, qui habẽt dignitatem, non per electionem, ſed prætextu ſucceſsionis, tenentur ſeruare omnem contra-

Ayuntamiento de Madrid

contractum,& omnem conuentionem, ſicut quilibet ſucceſſor priuati, per regulam.l. cum à matre. C. de rei vendic.

4 Nihilominus contrarium de iure veriſsimum eſt ac tenendum, nempè quòd ſi prælatus vel rector ad tẽpus iure permiſſum res locauerit,nomine tamẽ proprio & ad propriam vtilitatem, ſucceſſor non teneatur ſtare huiuſmodi locationi,imò ipſo iure morte locãtis extinguatur, quia vltra vitam ſuam non potuit ſucceſſorem obligare, per tex.in. c. fin.ne prælat.vices ſuas, facit cap.fin.de præſcript. in 6. & capit. ſignificauit. de cenſib. gloſ. communiter approbata in dict.cap. fina. ne prælat.vic.ſuas.& hoc communiter tenetur ſecundùm Abb.in quæſt.ſua.3.nume.16.in ſolutione 5. dubij,ſequitur Paulus Caſtrenſ.conſilio 2. lib.1.nume.3.& 5. vbi latè fundat, quòd locatio in hac ſpecie extincta eſt ipſo iure abſque declaratione ſucceſſoris ex defectu poteſtatis locantis, quia nõ potuit locare ad maius tempus quàm ipſe eſſet vſurus,& finito iure locatoris,finitur ius conductoris, quem in hoc refert & ſequitur Gregor.Lopez in l.2.titu.8. parti.5.in gloſ. *El hæredero*, & hanc partem tenuit maior pars dominorum de Rota deciſi.1.de locat.& conduct. aliàs 232.in nouis:eſt communis,vt plures allegans teſtatur D. Couar. eam ſequutus lib.2.variar.reſolut.cap.15.nume.6. Socin.conſil.34.lib.3. & alij, quos refert Petr.Dueñas in regul.240. ampliatione 3.& poſt eum Mencha.lib.3.controuerſ. vſu frequent.cap.53.num.7. Quare meritò inquit Abb.in cap.2.nume.6.de decim. non licere canonico ſuam præbendam obligare vltra tẽpus vitæ ſuæ idem tenet Roman.in.l.ſi filio.§.ſi vir in quinquennium.nume.22.ff.ſolut.matrim. & Antonio Padill.in l.vnum ex familia.§. ſi de Falcidia.num. 12.ff.de legat.2.inferens ex hoc,non trãſire locationis obligationem hoc caſu in hæredẽ, quamuis regulariter ſit contrarium, vt in l.ſed addes.§.penult.verſi.hæredem. ff.locat. §. final.Inſtit. de locat.& conduct. D. Molin.de Hiſpan.primog.lib.1.capit.21. numer. 2. regulare enim eſt, vt reſoluto iure dantis, reſoluatur etiam ius accipientis, vt in l. lex vectigali, cum ſimil. ff.de pignor.& vltra eos eandem ſupradictam communem ſententiam latiſsimè probat & ſequitur Petrus Anchar. conſil.216.per totum, præcipuè numer. 2.& ſeq. vbi ampliat,etiamſi in locatione interuenerit authoritas Epiſcopi, ex vi conſtitutionis ſynodalis: & ſupra dicta communis ſententia receptiſsima eſt ab omnibus,& lege Regia expreſsè probata,nempè.l.9. titulo 17. part.1. in illis verbis: *E ſi algun clerigo arrendaſſe los frutos de ſus beneficios por cierto tiempo, e ſe murieſſe ante de aquel plazo,el arrendador no puede auer aquellas rentas por mas tiempo, de quanto las auia de auer el clerigo,cuyos eran los beneficios: nin puede demandar que le dè la Ygleſia las deſpenſas que auia fecho por razon de aquel arrendamiento, ni aun los marauedis*

5 *que ouieſſe dado de mas:* † Quinimò ſecundum Couarru.vbi ſupra in fin.licèt prælatus vel rector nomine Eccleſiæ ſuæ fructus ac redditus ad ſe tantùm ſpectantes ratione dignitatis, vel beneficij, non verò ad Eccleſiam locauerit, adhuc idem erit, quandoquidem reuera non fructus Eccleſię, ſed ſuos locauerit, nec ad vtilitatẽ Eccleſiæ,ſed ſuam propriam idfecerit: adiectio igitur illa,quòd nomine Eccleſiæ id facit, cùm ſit verbalis tantùm, nec alterat naturam,nec quali-

6 tatem contractus,cum † de veritate cõſtet;idemq; erit, vbi rector Eccleſiæ,qui locauit fructus ſuos,beneficio renuntiauit ante finitam locationẽ,nam eius ſucceſſor non tenebitur ſtare locationi: ita Paulus de Caſtro conſil.4.lib.1. cuius in hoc ſententiam probauit Couar.vbi ſupra,dict.nu.6.verſi.idem erit,eſtque ve-

7 riſsimum.† Quinimò idem erit in canonico optante alteram præbendam ex vi cõſuetudinis, ſtatuti & priuilegij,vt tenet Anchar. vbi ſupr. qui in his terminis loquitur.

Idẽ eſt in maioratus ſucceſſore,vt quãuis poſſeſſor maioratus poſsit proculdubio rẽ maioratus ad modicum tempus locare,cum hæc locatio nullã alienatio-

8 nis ſpeciem † contineat,vt omnes probant: ſucceſſor tamen ipſius ſtare locationi non tenetur,ſed poterit rem maioratus denuo locare,quia cum maioratus poſſeſſor non habeat dominium perpetuum,ſed temporale, non poterit locare liberè, ſed cum ſua qualitate temporali, vt dixit Bald. in.l.fin.§.ſed quia.nu.7.C. comm.de legat.quod in fideicommiſſa-
9 rio † probatur ex.l.peto.§. prædium. ff. de legat. 2. & in fructuario ex l. ſi quis domum. §. 1. ff. locat. his verbis: Si fructuarius locauerit fundũ in quinquennium,& deceſſerit, hæredem eius nõ teneri,vt frui præſtet,non magis quàm inſula exuſta,teneretur locator cõductori: imò nec ſumptus, quos fecit in fundum tanquam quinquennio fruiturus nõ recipit, quia hoc euenire poſſe proſpicere debuit: ex quo textu in maioratus ſucceſſore probat D.Ant. Gomez in.l.40. Taur.nu.84.verſ.iuxta quod tamen: & latius idem probat Gregor.Lopez in. d. l.2.titul.18.p.5.in gl.*El heredero.* & Arias Pinel.in.l.1.C.de bon.mat.3.p.nu. 71. & D.Ant. de Padill. vbi ſupra nu. 12.& eſt communis & vera reſolutio,à qua nemò vnquam diſcrepauit, vt cum prædictis affirmat D.Molin.vbi ſupra nu.3. & ſequitur Pelaez de maiorat.4.p.q.25. nu. 2. & ſeq. vbi in idem citat Mencha. vbi ſupra: ex quibus ſtare non poſſe exiſtimo, quod Iaſ. vbi ſupra, in contrarium cenſuit.Nec obſtat d. l. cum à matre,ab eo allegata,quoniam loquitur, locumq; habet in ſucceſſore vniuerſali, & ſic in hærede,de quo poſteà modo agemus, an in ſpecie noſtra teneatur conductori ad intereſſe.

10 Supra dicta tamen communis ſentẽtia limitari primò debet, ſi filius primogenitus cõſenſum ſuum præſtaret huiuſmodi locationi, quia ex iure ſuperuenienẽte tenebitur,mortuo parente, locationi ſtare, arg.l.cũ.vir.ff. de vſucap. hocque eſſet vtile remedium àc conſilium conductori,vt tenet D.Anto. de Padill. vbi ſupra nu.13.& D.Molin.num.5.

11 Secundò limitat dictam communem ſententiam Pelaez vbi ſupra n.7.in ſucceſſore primo maioratus,quoties proximus anteceſſor illius,qui maioratum fecit,locauerat bona maioratus, hic nãq; ſucceſſor tenebitur eidẽ locationi ſtare, ex rationibus,de quibus ibi per eum:cui addo aliam,nempè ꝙ huiuſmodi primus ſucceſſor maioratus teneatur ad debita fundatoris maioratus pro rata, vt reſoluimus in lib.2.practicarum quæſt.quæſtio.84.num. 2.Eadem igitur ratione tenebitur ſtare locationi ſui fundatoris: quod tamen intelligendum cenſeo,quoties prius quam fieret maioratus irreuocabilis,locatio præceſſerat, ſecus ſi maioratum irreuocabilem ſubſequatur,niſi maioratus conſtitutio præcedens fuiſſet reuocabilis; & cum hoc temperamento veram eſſe exiſtimo præfatam ſecũdam limitationem.

Obſeruandum tamen eſt, quòd ſicut ſucceſſor prælati,rectoris,alteriuſve beneficiati,vel maioratus,nõ tenetur ſtare locationi à prædeceſſore factæ,etſi con-
12 ductor illi velit ſtare: ita † nec etiam ipſe conductor tenebitur eidem ſtare,quinimò poterit ab ea liberè,ſi placuerit,reſilire, inuito etiam ſucceſſore, vt æqualitas inter partes ſeruetur & ne cõtractus claudicare videatur,argu.l.Iulianus. §.ſi à pupillo.ff.de action.empt.ita in prælato,ſeu beneficiato tenuit Abb.vbi ſupra in d.3.quæſt. nu. 16. vbi ꝙ etiamſi vellet ſucceſſor, non poteſt conductore contradicẽte ratificare: quem ſequitur alios allegans D.Couar.vbi ſupra.& in maioratus ſucceſſore loquens idem probauit D.Ant.de Padill.vbi ſupra d.nu.13.& in vtroq; idẽ ſequitur D. Molin. vbi ſupra n.4.eſtque veriſsimum meo iudicio.

Dubitari tamen ſolet, quid ſi ſucceſſor in beneficio,vel maioratu poſt mor-
13 tem vltimi poſſeſſoris, † qui rem locauit, pretium locationis præteritæ recipiat, an cenſeatur eo ipſo contractum à prædeceſſore factum ratum habere & approbare, ita vt aduerſus eum venire poſteà non poſsit? quod videtur ex his, quæ latè tradit Bald. conſil. 184. libr. 2. per.l.ſi præteritus.ff.de bonor.poſſeſ.cõtra tab.& in l.ſi proponas.§.1.ff.de inof. teſtam.

Ayuntamiento de Madrid

teſtam. & plura adducit in propoſito Dec. in l. ſemper qui non prohibet, n. 9. ff. de regul. iuris. Nihilominus tamē cōtrarium verius eſt & tenendū, imò quòd in hac ſpecie ſucceſſor tantùm videatur habere ratum contractum pro eo anno, vel annis, pro quibus penſionem locationis recipit, non pro ſequentibus, etſi per plures alios annos contractus locationis à prędeceſſore factus fuerit, ſi pretium ipſum in ſingulos annos diſtinctū ſit: ita cenſuerunt domini de Rota in prælato ſucceſſore alterius, qui certa bona dignitatis ſuæ locauerat ad decem annos, & duorum, quibus vixit, exegerat penſionem locationis, & aliorum duorum recepit ſucceſſor, in deciſ. 2. de locat. & conduct. olim. 233. in nouis. ſequitur Bellamera deciſ. 748. Anania in cap. querelam. nume. 15. ne prælat. vices ſuas, & in vtroque ſucceſſore: tam beneficij, quàm maioratus, idem probauit D. Molin. vbi ſupra nu. 7.

14. Quare idem cenſendum eſſe exiſtimo in ipſo conductore, vt quamuis vno vel duobus annis poſt mortem locantis ſteterit locationi, atq; penſionē ſucceſſori perſoluerit, non videtur ex hoc pro reliquis annis locationis contractum approbare, quin poſsit pro futuris annis eidem contradicere atque non ſtare, ratione eiuſdem æqualitatis ſeruandæ, de qua ſupra: nec enim inter hūc caſum & illum congrua ratio differentiæ poſſe aſsignari videtur.

15. Limitanda forſan quibuſdam videbitur proximè dicta ſententia nume. 13. & 14. eo caſu quo fructus beneficij vel maioratus pinguiores, aut exiguiores ſperentur eſſe, vel fortè fuerint vltimorum annorū, pro quibus locationi non ſtatur, quàm præcedentium, quibus ſtatum fuit locationi: cōtendente in primo caſu conductore ſibi non eſſe auferendos, quādoquidem ſoluit penſionē præcedentium annorum, quibus minores fructus collecti fuerunt, cum crederet, ſucceſſorem ſtaturum reliquis annis locationi vſq; in finē tēporis contractus. Et in ſecundo caſu contendente ſucceſſore per contrarium locationem duraturam item toto tēpore cōtractus, quia ſi recepit penſionē præcedētibus annis, quibus ampliores fructus fuerunt, id fecit, credens etiam pro reliquis annis locationi eidem ſtandum eſſe: aut fortè alij dcēt in his duabus ſpeciebus, quòd pēſio ſoluta in priori moderetur, ad iuſtūq; valorem fructuum præcedentium reducatur, reſiduū verò reſtituatur conductori: in ſecunda verò maior penſio perſoluatur ſucceſſori pro modo fructuum perceptorū. Sed ad hoc ratione litium ſufferendarū verius eſſe credo, vt in caſibus ſupradictis partes ſuper huiuſmodi querelis minimè audiantur, ea potiſsimū ratione, ꝙ ipſæ poſſent à principio, ſtatim poſt mortem locatoris hoc ſibi præcauere, ac ſuper huiuſmodi controuerſijs, quæ contingere poterant, dimicare, eaſq; inter ſe cōponere, promittendo ſtare locationi per totū eius tempus, vel alio modo ſe componendo: cum igitur hoc non fecerint, ſibi imputandū eſt, ac per conſequens ſeruandum, quod prædiximus dictis numeris 13. & 14.

16 Controuerti autem ſolet, an hæredes prælati, rectoris, vel alterius beneficiati, aut poſſeſſoris maioratus, qui locationem fecit, decedentis ante impletum tempus locationis, teneantur de euictione locationis? Et hæredes ac fideiuſſores clerici ad hoc teneri probat expreſsè d. l. 9. tit. 17. p. 1. in illis verbis: *Mas el arrendador puede demādar a los herederos, y a ſus fiadores del clerigo que le den aquello q̄ auia de auer, demas, e las deſpenſas que auia fecho, por razon de aquel arrendamiento, ſi el clerigo auia otras riquezas de que ſe pudieſſen pagar, que no fueſſen de la yglesia*: per quam. l. ita tenet D. Anton. de Padilla vbi ſupra num. 12, vbi ex hoc idem probat in ſucceſſore maioratus, vt teneatur ſtare locationi, ſi alia bona habuiſſet à defuncto, hæc namque, maximè ſi eſſent hypothecæ ſubiecta pro ſecuritate cōtractus, obligatum reddunt ipſum ſucceſſorem, argumen. text. in l. cum à matre. C. de reiuendic. & in l. ex qua perſona. ff. de regul. iuris: quam ſententiā in ijſdem terminis ſuc-

ceſſoris maioratus, hæredis ſimul prædeceſſoris, vt teneatur ſtare locationi, tenet atque probat Pelaez vbi ſupra nu. 5. idem voluit Ant. Gom. vbi ſupra, dum reſoluit, quòd ſucceſſor maioratus non teneatur ſtare locationis contractui, ſi non eſſet ſucceſſor eius vniuerſalis.

17 In contrarium tamen vrget: nam locatio hæc facta à prælato, vel rectore, aliòve beneficiato, intelligitur ſub ea conditione, ſi ipſe prælatus vel beneficiatus vixerit, & vt effectũ habeat, dum ipſe prælatus ius habuerit percipiendi redditus illos, vt dictat materia ſubiecta: non igitur hęredes ipſius tenebũtur de euictione, cum contractus locationis morte locantis hoc caſu ipſo iure ab'q; declaratione ſucceſſoris extinguatur, ac ſit reſolutus, vt ſupra probauimus, & in terminis, de quibus agimus, ita voluit Anchar. vbi ſup. n. 6. verſ. ex prædictis, in fortioribus terminis, nempè in Canonico optante alteram præbendam, dicens, quòd licèt ſucceſſor non teneatur ſtare præd. locationi, canonicus tamen optans, qui locauerat, remanet cõductoribus obligatus, niſi ſe defendere valeat ratione nullitatis cõtractus, vel ratione reſolutionis iuris ſui in rebus locatis ab obligatione intereſſe vltra mercedẽ & afflictus, quæ percepit, ab iſta enim mercede, quòd reſtituat conductoribus pro tempore quo nõ poſſunt frui facto ſuo, proculdubio obligatus eſt · ecce igitur quomodò expreſsè ſentit ac tenet, canonicum locatorem, alteram præbendã optando, licèt facto ſuo deſinat priorem, poſſe liberari ab obligatione ſoluendi intereſſe conductoribus ratione nullitatis contractus & reſolutionis ſui iuris, quamuis facto ſuo proprio id contingat: à fortiori igitur idem erit, quãdo morte locantis extinguitur locatio, vt in ſpecie noſtra. Secundò facit, quia locatio prædicta ex natura rei finita fuit morte locantis, non aliter quàm ſi res locata periſſet, vt inquit alias Iuriſcõſultus in d. l. ſi quis domũ. §. 1. ff. locat. vbi omnes ſcribentes id notant: ergo hæredes locantis de euictione nõ tenebũtur: cogitare enim debuit cõductor euenire poſſe, vt ante finitam locationem locans poſſet mori, cuius morte contractus reſolueretur, vt in d. §. 1. ex quo tex. hanc opinionẽ in hęredibus poſſeſſoris maioratus locantis, quòd non teneantur de euictione, nuncupatim probauit ac tenuit D. Molin. vbi ſupra nu. 8. & 9. vbi nu. ſeq. id dupliciter limitat. Primò, niſi maioratus poſſeſſor bona maioratus tãquam bona libera locauerit. Secundò, quando ſimpliciter locauerit, nõ exprimens ea bona eſſe libera, vel maioratui

19 ſubiecta. Idemq; eadẽ ratione reſpõderi poterit in prælato, vel beneficiato eiſdẽ modis bona ſuæ dignitatis vel beneficij locante, vt in præd. caſibus hæredes ipſius de euictione quoq; teneantur. Ter-

20 tiò ipſe † limito, quoties conductor rei, vel fructuũ dignitatis, præbendę vel beneficij, aut maiorat⁹, pro ſecuritate vitę locãtis, & valore totius tẽporis contractus locationis ſibi præcaueret obligatione & hypotheca expreſſa, ſpeciali vel generali bonorũ locãtis, vel fideiuſſoribus præſtitis pro ſolutionibus anticipatis, aut pro intereſſe locationis totius tẽporis cõuenti: tunc enim cõuentio ſeruãda eſſet, quia cõtractus ex cõuẽtione partiũ legẽ accipiunt, vt in l. 1. §. ſi conueniat. ff. depoſit. & in l. ſemper in ſtipulationibus. ff. de reg. iur. cum ſimil. Tum etiã, quia venditio rei alienæ in eum ſenſum valet, vt ſi euincatur emptori ignoranti, vẽditor teneatur eidẽ ad intereſſe, vt in l. rem alienam. ff. de contrahend. empt. & in l. 19. tit. 5. part. 5. de quo per Matt. de Afflict. deciſ. 369. & Methymn. in ſuo C. de reſtit. q. 37. per totã. Roland. à Valle conſil. 60. num. 5. & 6. & ſequen. lib. 1. Præterea licet vendens rem alienã ſcienti non teneatur de euictione, ſi tũ eam promittat, tenebitur quidem ad intereſſe, vt in l. ſi fundum. C. de euict. & ibi glo. ordin. & cõmuniter DD. l. 19. tit. 5. part. 5. tradit latè Ant. Gomez 2. tomo variar. reſolu. c. de emptio. & vẽdit. nu. 42. Roland. à Valle conſ. 6. per totum. lib. 4. ergo ita & eodem modo dicẽdum eſt in caſu huius. 3. limitationis, vt ſi clericus

Ayuntamiento de Madrid

cus vel poſſeſſor maioratus locans rem beneficij vel maioratus ad certum modi cum tempus promittat euictionem, & ſe ſuaq; bona obliget, vel fideiuſſores præſtet pro ſecuritate ſuę vitę, ac totius temporis locationis, & intereſſe ipſius hæredes ac bona eius ad id teneātur per ſupradicta. Regulariter verò extra hos caſus minimè, nec hypotheca, vel obli-
21 gatio generalis, † vel ſpecialis bonorum vel fideiuſſores præſtiti ſimpliciter pro ſecuritate locationis, nec promiſsio, quòd ipſe nec alij eidem contrauenient ſub pœna ſolutionis intereſſe, aliquid in propoſito operari videntur, omnia enim hæc ſunt acceſſoria cōtractus, quo reſoluto, & extincto ex natura ipſius, per conſequens & acceſſoria prædicta ad nihilum rediguntur, quia cùm principale non ſubſiſtit, plerunque nec ea quæ ſequuntur locum habent, vt in regul. iuris vulgar. ad corruptionem enim principalis ſequitur corruptio acceſſorij, vt in l. ſi homo mortuus. ff. de verb. obli. & in terminis ſenſit Anchar. vbi ſupra, numer. 6. hæc nanque adiecta acceſſoria intelliguntur locum habere durante vita ipſius locationis, at ipſa finita, finiuntur & reliqua. Nō obſtat etiam regul. illa iuris pro contraria parte adducta, nempe, quòd hęres vniuerſalis non
22 admittitur contra factum defuncti, † vt in d. l. cum à matre. C. de rei vendica. & in l. ex qua perſona. ff. de regul. iur. quoniam illa procedit in actu valido, & efficaci. ſecus ſi eſſet nullus, nam ſicut faciens, contra eum venire poſſet, ita etiam & ipſius hæres admittendus eſſet, vt ſentiunt gloſ. Bald. & alij in d. l. cum à matre. per text. in l. quemadmodum. C. de agric. & cenſit. libr. 11. & tenet plures allegans Arias Pinelus in. l. 1. C. de bonis maternis in. 3. part. numero 83. limitatione. 10. at in propoſito licèt locatio ſupradicta facta ad modicum tempus valida ſit durante vita prælati, clerici, vel poſſeſſoris maioratus, eo tamen mortuo, ſtatim finitur, extinguitur, atque annullatur ipſo iure in poſterum, vt ſupra reſoluimus: ergo quãntũs locans pro tempore contractus currente in vita ſua contrauenire non poſsit eidem, pro tempore tamen reliquo poſt mortem ipſius, cũ ſtatim extinguatur, & annulletur locatio, poterunt ei cōtrauenire hæredes iure permittēte, ac proinde ad nullam tenebuntur euictionem.
23 Quid tenendum in articulo valde difficili? Et quidem in puncto iuris & rationis viuę & efficacis exiſtimo verius eſſe, hæredes vniuerſales, nec fideiuſſores prælati, rectoris, alteriuſve beneficiati prædefuncti teneri de euictione prædictę locationis in futurum, nec ad aliquod in-
24 tereſſe conductoribus ſoluendum, † quia ex natura rei morte locantis finita & extincta fuit locatio ipſo iure per ſupradicta. Quinimo idem exiſtimo eſſe in ipſomet clerico optante alteram præbendã, & dimittente quam locauit: is enim quãuis facto ſuo videatur priorem dimittere, atque in cauſa eſſe, vt contractus nō adimpleatur in totũ: nihilominus, quia tempore locationis ſibi competebat illud ius optandi ad præbendam vacaturam, & conductor id ſciens potuit de eo cogitare, ac ſibi in eum caſum præcauere, & non præcauit, ſibi imputare debet, arg. l. ſi quis domum. §. 1. ff. locat. Cautus igitur erit, ſi in eum caſum ſibi prouide-
25 rit conductor. † Secus tamen erit in prælato promoto ad alium Epiſcopatũ, quia is ſibi volenti, & acceptanti ex gratia potius, quàm ex iure conceditur: vel in alio clerico liberè renuntiante aut dimittente ſuum beneficium aut præbendam ſimpliciter, aut ex cauſa reſignationis, vel permutationis; cum enim hoc caſu ſuo proprio facto & volũtate Epiſcopatum vel beneficium dimittãt, ad intereſſe eos teneri videtur, præcipuè cũ ſe, ſuaque bona pro ſecuritate locationis obli-
26 gauerint. † Sicut videmus regulariter, quòd licet emptor non teneatur ſtare colono, venditor tamen tenetur eidem reddere partem penſionis, quã acceperat pro reſiduo tempore locationis nō impleto, vt in l. emptorem. C. locat. & l. 19. titu. 8. parti. 5. & ad intereſſe prętereà tenetur, arg. l. ſi merces. §. 1. ff. locat. & l. nihil.



Ayuntamiento de Madrid

-hil.§.fi.ff.de lega.1.& tenent in terminis Alberic.& Bar.in d.l.emptorē. Alex.in l.ſi filiofamil.§.ſi vir in quinquenniū.ff. ſolut.mat.& Greg.Lopez eos referēs in d.l. 19.in gloſſ.del loguero.Prætereà ceſſat hoc caſu ratio ac comparatio.dict.§. 1.l.ſi quis domum,inter mortem vſufructuarij locantis,& exuſtionem inſulæ, ibi,Non magis quàm inſula exuſta,&c. multum enim differt ac diſtat in propoſito inter mortem beneficiati,& eius voluntariam dimiſsionem beneficij,illa ſiquidem voluntate Dei contingit, hæc verò partis facto:quanuis adhuc in ſpecie noſtra, de qua agimus,conſultius ſit cōductoribus euictionem, ſeu intereſſe ſibi ſtipulari,in caſum nempe promotionis,aut dimiſsionis cuiuſcunq;.Hæc autem procedunt attento iure communi:
27 verùm attento iure Regio,† in praxi cōtrarium tenendum eſſe exiſtimo in clericis locantibus res ſuorum beneficiorū ad tempus, decedentibus ante ipſum impletum, per d.l.9.tit.17.par.1.in verſi.ſupra relato,quæ expreſſa eſt in hoc:nempe. *Que el arrendador puede demandar a los herederos, e a ſus fiadores del clerigo,que le den aquello que auia de auer demas e las deſpenſas q̃ auia fecho por razon de aquel arrendamiento.* Hoc tamen verum eſt,vt ipſamet lex ſtatim ſubdit, *ſi el clerigo auia otras riquezas de que ſe pudieſſen pagar que no fueſſen de la Igleſia.* Ergo ſi bona, quæ clericus relinquit ſuis hæredibus,non erant patrimonialia,ſed acquiſita intuitu Eccleſiæ, inſinuat lex illa,quòd tunc hęredes, vel fideiuſſores eiuſdem ad id minimè teneantur: quaſi velit lex,ſolùm bona aliundè quæſita quàm intuitu Eccleſiæ,ad euictionem locationis fundi,vel fructuum eccleſiaſticorum locatorum teneri,non verò quæ ex Eccleſia proceſſerunt: & cùm lex hæc ſit ſingularis in propoſito, quia nulla alia ante vel pòſt id induxerit, ac proptereà deuians à iure communi ad vnguem obſeruanda erit in ſuo caſu tantùmquo loquitur.quare alijs bonis deficientibus,videtur quòd hæredes vel fideiuſſores ex bonis clerici acquiſitis intuitu Eccleſiæ non teneantur id ſoluere,ſed quòd liberi ſint,pręcipuè cū id indiſtinctè iure communi ſit verius, vt prædiximus. Nihilominus tamen verus ſenſus d.l.9.non eſt hic, quia ipſa nō loquitur de bonis clerici acquiſitis intuitu Eccleſiæ ſiue beneficij in d.verſic: *Si el clerigo auia otras riquezas de que ſe pudieſſen pagar que no fueſſen de la Igleſia*, ad hoc vt ex ipſis ſolis exiſtentibus prædicta ſolui nondebeant, ſed tantùm de bonis patrimonialibus:ſed quod propriè & verè lex decidit,eſt, *Que el arrēdador pue de demandar a los herederos, e a los fiadores del clerigo, que le den aquello que auia de auer demas, y las deſpenſas que auia fecho por razon de aquel arrendamiento. ſi el clerigo auia otras riquezas de que ſe pudieſſen pagar, que no fueſſen de la Igleſia.* Ex quibuſcunque igitur bonis quæ clericus reliquerit,ſiue patrimonialibus,ſiue acquiſitis intuitu Eccleſiæ,vel aliàs, hæredes ipſius tenentur ſoluere prędicta,vt patet ibi, *ſi el clerigo auia otras riquezas de que ſe pudieſſen pagar*, dum generaliter & indiſtinctè loquitur in alijs diuitijs, ſiue bonis:neque quòd ſint intuitu Eccleſiæ acquiſita aliquid intereſt, cùm omnia ad hæredes clerici pertineant, præcipuè hodie attenta.l.fina. titul. 8. libr. 5. nouæ collect.regi.quòd autem poſtea ſubdit eadem.l.ibi, *que no fueſſen de la Igleſia*, intelligendum eſt planè prout iacet,nempe ex bonis ſiue fructibus Eccleſiæ, hoſt eſt,beneficij locati,poſt mortem clerici locantis cedentibus, & ad ſucceſſorem in eodem beneficio ſpectantibus,nō verò de bonis eiuſdem clerici, ad eumque pertinentibus, etiam intuitu Eccleſię acquiſitis. hocque perſpicuum ſit ex præcedentibus, ibi: *Nin puede demandar que le de la Igleſia las deſpenſas que auia fecho por razon de aquel arrendamiento: ni aun los marauedis que ouieſſe dado demas. Caſi como el clerigo, nin los que heredaſſen lo ſuyo, non podrian auer las rentas de la Igleſia deſpues de ſu muerte, otroſi no las deue aquel auer a quien las arrendaſſe:* & ex ſequentibus, ibi: *Eſſo miſmo ſeria, ſi non ouieſſe heredero el clerigo que heredaſſe lo ſuyo, e la Igleſia lo ouieſſe de heredar: ca eſtonce ella ſeria tenuda de lo pagar.*

Ecce

Ayuntamiento de Madrid

Ecce ergo quomodò ſi eccleſia ſuccedat in bonis clerici locatoris, indiſtinctè tenetur ad prędicta ſoluẽda: idẽ ergo erit, imò à fortiori, in quocumq; alio hęrede eiuſdẽ clerici: ſed quod lex illa excepit, eſt, quoties clericus bona non reliquit, tũc enim eccleſia ex ſuis bonis, hoc eſt, beneficiũ ipſum, nec in eo ſuccedens tenebitur ad ſolutionem prædictorũ, ex ſu pradictis ab ęadem. l. in verbis iam relatis, ibi, *caſi como el clerigo, &c.* & hic eſt verius ſenſus & literalis d. l. Regiæ, iuxta quẽ hæredes clerici in nr̃a ſpecie quęcũq; bona relinquentis tenebũtur de euictione, vt in d. l. expreſsè deciditur, atq; cauetur, nõ verò eccleſia, hoc eſt beneficiũ ipſum, nec ſucceſſor in eo, etiã in ſubſidiũ bonis clerici deficientibus: fideiuſſor autẽ clerici locatoris tenetur etiam ſoluere cõductori intereſſe atq; expẽſas factas ratione dictæ locationis id expoſ-
28 centi, vt ead. lex nuncupatim definiuit.† Qua. l. Regia attẽta, à fortiori idẽ erit dicendũ in prælato promoto, vel alio clerico optãte, vel dimittẽte ſuũ beneficiũ ex quacũq; cauſa: ſi enim hæredes & fideiuſſores clerici prædefuncti tenẽtur ad intereſſe & expẽſas conductori, alijs bonis quã eccleſię exiſtẽtibus, quo caſu nulla culpa imputari poteſt clerico locãti in nõ adimplẽdo contractũ, à fortiori idẽ erit dicendũ in clerico dimittẽte ſua volũtate beneficiũ, vel præbendã. & ita iudicatũ fuit in vna Ciuitaten. cõtra quẽdã canonicũ, reſignantẽ ſuũ canonicatũ ante tẽpus impletæ locationis, quã prius
29 ipſe fecerat eiuſdẽ ſui canonicatus.† Oportet igitur hodie, imò neceſſariũ exiſtimo, ſi clerici locantes velint in his caſibus ſibi pręcauere, cũ redditus ſuorum beneficiorũ locãt ad modicũ tẽpus triũ annorũ (quia ad lõgius eos locare nõ poſſunt) eã in locatione adijcere cõditionẽ, vt ſi ante illud tẽpus locationis deceſſerint, promoti ve fuerint, aut alio quocũque modo cõtingat eos deſinere poſsidere beneficia illa, ad nihilũ ex tũc teneantur ratione euictionis, vel intereſſe, ſed imò liberos ſe, & ſua bona, hæredes & fideiuſſores remanere: & ita ſolitus ſũ ob ſeruare in ſimilib⁹ locationibus, quas facio, atq; obſeruare ſolitũ accepi D. Simãcas epiſcopum Ciuitatenſ. & poſtea Zamorenſ. in locationibus ſui epiſcopatus.

In ſucceſſore autẽ maioratus, quãuis lex illa Partitæ loquẽs in clericis, poſſet adduci in argumentum, vt idẽ videatur eſſe dicẽdũ in eo, prout tenet D. Ant. de Padill. vbi ſupra: cũ tamen lex illa ſolùm loquatur in clericis, nec habeamus aliã l. in ſucceſſore maioratus idẽ diſponẽtẽ, imò iure communi attento verius ſit, ſucceſſorẽ maioratus, etiãſi ſit hæres vltimi poſſeſſoris eiuſdẽ, non teneri ſtare colonio, quia ex natura contractus ipſe morte locatoris reſoluitur, & correctio iuris nõ ſit inducẽda niſi in caſibus à iure expreſsis, vt in. l. ſancimus. C. de teſtam. & in. l. præcipimus. C. de appellationib. adhuc tenẽdũ eſſe exiſtimo, quod iure cõmuni probauimus ſupra, nẽpè ſucceſſorẽ maioratus, qui ſimul hæres ſit prædefuncti anteceſſoris, nõ tamẽ fundatoris maioratus, minimè quidẽ teneri ſtare locationi ſui prædeceſſoris, vt tenuit egregiè D. Moli. vbi ſupra, cuius in hoc ſententiã probo aduerſus cæteros ſupra in cõtrariũ allegatos, ſaluo meliori iudicio.

---

*SVMMARIVM.*

1 *Seducens virginem, dormienſque cum ea, tenetur eam ducere in vxorem atque dotare.*

2 *Stuprum in propoſito propriè eſt virginum defloratiò.*

3 *Clericus virginem ſtuprans deponi debet.*

4 *Iudex Eccleſiaſticus poteſt clerico ſtuprum cõmittenti imponere pœnam pecuniæ, iam arbitrio ſuo, vltra alias ſpirituales, quando illæ non ſufficiunt, quam ſi non ſoluerit, luet in corpore.*

5 *Sicut iura Cæſarea grauiori pœna puniunt vi corrumpentem virginem, quàm ſpontaneè, ita iudex Eccleſiaſticus id ſeruare debet, vt hic.*

6 *Diſpoſitio cap. ſ. de adult. in noſtro regno de cõmuni ſtylo & conſuetudine ſeruatur in practica.*

7 *Seducens & corrumpens virginem, an ad prædicta*

*dicta duo copulatiuè teneatur, hoc eſt, ducere & dotare eam, vel adimpleat dotando?*

8 *Stuprator non ducens ſtrupatam, debet tanto plus ei dare, quantum oporteret dare propter deflorationem virginitatis.*

9 *Praxis refertur, vt minor dos dari debeat contrahendo cum ſtruprata, quàm non contrahēdo cum ea.*

10 *Corrumpēs virginem, ſi nec ducere eam poßit, nec dotare, poteſt puniri iuxta poenas iuris ciuilis.*

11 *Quinimo in præd. caſu ſi fortè nolit contrahere cum ea, debet eam dotare, & præterà vapulabit.*

12 *Corrumpens virginem ſeductam, vel importunis & magnis precibus illectam, tenetur eidem damnum illatum reſarcire, vt hic.*

13 *Verba illa text. in c. 22. Exod. & c. 1. de adult. Dormieritque cum ea, quomodo intelligantur.*

14 *Peccans mortaliter, dicitur dormire in diuinis literis, & peccans venialiter dormitare.*

15 *Virgo quando dicatur ſeducta.*

16 *Importunæ preces metui æquiparantur.*

17 *Contractus ab vxore geſtus propter nimias preces mariti, reſcindi poteſt, ac ſi metu eſſet celebratus.*

18 *Sicut is, qui vi aliquem trahit ad ludendum, tenetur eidē ad reſtitutionem lucratorum, ita is, qui nimia prece & importunitate impellit colluſorem.*

19 *Mulier, quæ precibus pecunias magnas extorquet à ſuo amaſio, an & quādo teneatur eas eidem reſtituere.*

20 *Impediens ſeu prohibens teſtatorē, ne aliquod legatum vel hereditatē alteri relinquat, quādo teneatur eidem ad reſtitutionem?*

21 *L. 1. titul. 9. part. 7. verba optima referuntur.*

22 *Si quis corruperit virginem volentem abſque ſeductione, an teneatur eam dotare? & nu.*

23 *referuntur tres caſus pro reſolutione.*

24 *Voluntas libera puellæ hoc caſu an liberet ſtupratorem ab actione parentibus, vel curatoribus ſub quorum cura eſt pro dote & iniuria ſibi illata competente?*

25 *Quando ſtuprum ita occultum eſt, quòd non ſit infamata mulier, nec aliquam iacturam patiatur, ſtuprans ſponte volentem ad nihilum patri etiam, vel curatori puellæ tenetur.*

26 *Idem eſt, ſi parens, vel curator de lenocinio conuinceretur.*

27 *Quid ſi ſtuprans promiſit verè vel fictè ſe ducturum virginem?*

28 *Dos quæ danda ſit mulieri ſtuprum paßæ, quando ipſa, & pater ſuus recuſant matrimoniū cum ſtupratore.*

## CAPVT XXXVII.

## De ſtuprāte virginem ad quid teneatur?

1 EXodi. cap. 22. ita cauetur, Si ſeduxerit quis virginem necdum deſponſatam, dormieritque cum ea, dotabit eam, & habebit eam in vxorem: ſi verò pater virginis dare noluerit, reddet pecuniā iuxta modum dotis, quā virgines accipere conſueuerunt: habetur trāſſumptiuè in capit. primo. de adulte.

2 Sed antequam dilucidemus tex. hunc, ac eius materiam differamus, operæpretium duxi præmittere, ſtuprum in propoſito eſſe virginum illicitam deflorationem, vt in c. lex illa. 36. quæſt. 1. l. ſtuprum. ff. ad. l. Iuliam. de adult. l. inter liberas. §. lex Iulia. eod. titu. & in. l. inter ſtuprum. ff. de verbo. ſignific. vbi Alciat. & Brecheus, & in. l. eum, qui duas. C. ad. l. Iuliam de adult. & in. l. qui adulterium. eod. tit. Committitur etiam ſtuprum cū vidua, & cum puero, vt ex dictis iuribus doct. infra citandi tenet. ¶ Pœna autem ſtupri ſine vi commiſsi iure communi eſt in honeſta perſona, & in dignitate cōſtituta, publicatio medietatis bonorum, & in vili perſona coertio corporalis arbitraria cum relegatione: text. in. §. item lex Iulia de adulterijs. Inſt. de publi. iud. & ibi communiter Doct. l. 2. tit. 19. part. 7. Si verò ſtuprum cum vi committatur, habet locum pœna impoſita pro raptu, de qua in. l. vnic. cum ſimil. C. de raptu virgin. nempè mortis, & publicationis omnium bonorum, vt in. l. 1. §. fin. ff. de extraordin. criminib. tradit latè Grego. Lopez in d. l. 2. in gloſſ. *deue perder.* & Anton. Gom. in. l. 80. Tauri. nume. 5. & 41. plures Doct. allegantes, & Iulius Clarus in practic. crimin. §. ſtuprum. verſic. ſed quęro.

quæro.ibi,De iure autem ciuili,& Menochi.de arbi.iudic.lib.2.cent.3.caſu. 228. nu.7.& ſequentibus.

3 Clericus virginem ſtuprans deponi debet,vt notat Abb.in cap. at ſi clerici. col.12.de iudicijs.idem Abb.in capit. 2. de adult.vbi etiam credit clericum poſſe cogi ad dotandam virginem ab eo corruptam: & quòd pœna ſtupri in clerico,ſit depoſitio,eſt communis opinio ſecundùm Paulum Grilandum in tractatu de pœnis omnifariàm coitus, in capi.

4 ſeptimo.videndum,† vbi etiam ſequitur doctrinam Abbatis in cap.vt clericorũ. de vita & honeſtate clericor.tenentis, quòd iudex Eccleſiaſticus poteſt imponere pœnam pecuniariam clerico pro arbitrio ſuo, vltra alias pœnas ſpirituales,quando illæ non ſufficerent, quia illas non timeret,quas ſi non ſoluerit,luet in corpus:quia non ſufficit dotare mulierem ſtupratam,ſed vltra dotem tenetur ſoluere pecuniariam, vel corporalẽ pœnam,ſecundùm eum poſt Abb. in. d. cap.2.num.4.de adulter.& prædicta ſequitur Bernard.Diaz de Luco in pract. crimin.canoni.c.77.nume.2. vbi addit. num.3.quòd cùm iuraCæſarea( vt vidi-

5 mus)† grauiori pœna puniant vi corrũpentem virginem,quàm ſponte, eodem modo iudex Eccleſiaſticus ſeueriùs puni re debet vi perpetrantem tale facinus,vt ſic vltra depoſitionem,in arctum monaſterium vel carcerem trudat delinquentem:& opin.Abb.vbi ſupra, quòd arbitrio iudicis poſſit puniri huiuſmodi cleric9,& quòd ipſe pro ſtupro deponatur, teſtatur cõmunem cum Paulo Griland. vbi ſupra,Iulius Clarus vbi ſupra.ſequitur etiam Menoch.vbi ſupra,nu. 5. Ego vtroque caſu hodie pœnam arbitrariã imponẽdam eſſe exiſtimo,quamuis grauiorem pro ſtupro vi commiſſo, quàm ſine vi.Et qua pœna puniatur ſtuprans virginem nondum viripotentem, vidẽdi ſunt Iulius Clarus vbi ſupra, in verſi. fuit aliquando.& Menoch.d.lib.2.caſu. 294.per totum.

6 Modò accedo ad interpretationem text.in d.cap.32.Exodi,& dict. cap. 1.de adult.Et primò obſeruandum eſt, quòd quamuis eius pœna videatur intelligenda ſolùm de iure canonico, & in terris Papę,nõ verò in terris Regis,vel alterius domini temporalis,in quibus ius commune ciuile & Regium,de quo ſupra,ſeruandum eſſet,vt tenet Salic.in. d.l. eum qui duas,num.3.& Auguſt.Arimin.in addit.ad Angel.de malef.in parte, *Que me ha adulterato*.col.16.verſ. tu autem in hac materia.Abb.& magis communis opinio in c.2.de adult.De communi tamen ſtylo & conſuetudine in noſtro Regno ſemper ſeruatur in practica diſpoſitio d.c.1.de adulte.& eius pœna, tam in foro ciuili,quàm canonico,ſecundùm Anton.Gom.in.l.80.Taur.nũme.7.& 8.in princ.cuius praxis ego etiam teſtis ſum, & vbique ita ſeruatur,vt credit Iul. Clarus vbi ſupra,in verſi.ſed quæro.ibi,Sed quidquid ſit de iure.

7 Secundò obſeruandum eſt,quòd quãuis iuxta literam d.c.1. de adul. videatur probari,quòd qui ſeducens virginem,eã corruperit,præciſè & copulatiuè teneatur ad illa duo,ſcilicet ducere eam in vxorem,& inſuper eam dotare; per quẽ text.ita tenent ibi Inno. Hoſtien. Ioan. Andr.Anton.de Butrio,& Cardi.verius tamen eſt,huiuſmodi ſtupratorem ad alterum tantùm teneri,vel ducere eam in vxorem,vel dotare:quod probat tex. in capit.2.eiuſdem tituli,ibi:Aut quam ſtuprauit,vxorem habeat,aut ſi renuendam putauit,corporaliter caſtigatus,excommunicatuſque,in monaſterium, in quo agat pœnitentiam,detrudatur. Nec obſtant verba d.c.1.dum copulatiuè loquũtur,quia illa non eſt præciſa coactio,ſed cauſatiua,ſi recuſat eam dotare, dotãdo enim videtur ab iſta obligatione liberari,vt declaratur ſtatim in d.c.2.eod.titu. & in terminis ita tenent Abb.numer.4. Ancharr.num.5.Ioan.de Anania. nu.4. in d.c.1.& ita practicatur ſecundùm Anton.Gom.vbi ſupra,num.8.& Iul. Clar. vbi ſupra,qui idem ſequitur.Addit Abb.

8 † quòd hoc caſu,ſi ſtuprator nõ contrahat cum illa,debet tanto plus dare,quantum oporteret dare propter defloratio-



Ayuntamiento de Madrid

nem,cùm virginitas ſit ſecunda dos, vt ibi dicunt communiter Doct. ſequitur Anton.Gom.vbi ſupra nume.8.intelligens Abbatem dicere,quòd ſi non ducit eam,tenetur eã bene dotare,taliter quòd debet plus dare quàm eo caſu, quo eam duceret:ſed re vera Abbas hoc nõ dicit,
9 † niſi quod prædiximus. Verum eſt tamẽ quòd in praxi ſeruatur, quòd Ant. Gomez præfatur,ſolet namque mulier hæc accuſans criminaliter ſtuprante,petere eum puniri grauiter iuxta iuris pœnas, ac præterea incidẽter ex iudicis officio implorato,vt condemnetur,ac compellatur eam ducere in vxorem,atque vt eã dotet in certa quadam quantitate,pecuniarum(moderata tamen)quam lucri facit mulier ſoluto matrimonio propter delictum viri,ſecundùm Abb. in d.cap. 1.num.3.& in euentum quòd hoc recuſet,vt eam dotet in alia maiori quantitate,qua eget propter deflorationem,ad inueniendum cum ea virum idoneum,cui nubere poſſit,qualem inueniret antea,ſi
10 corrupta non fuiſſet:† ſicque iudices vtroque caſu ſolent condemnare reũ ad huiuſmodi mulierem dotandam,amplio ri tamen quantitate in hoc vltimo, quo recuſatur matrimonium, quàm priori, quo cum ipſa contrahitur:quòd ſi nec ducere eam poſſit,nec dotare,quia vxoratus,& adeò pauper ſit,vt nõ poſſit dotem aliquam mulieri ſoluere,tunc poterit per iudicem puniri pœna ſupra dicta iuris ciuilis:ita Anto.Gomez vbi ſupra, num.9.dicens ita apertè colligi ex mente gloſſæ & Doct.in d.cap.1. & in locis ſupra citatis.

11 Quinimò ille, qui virginem, vel pro tali reputatam corruperit, ſeducẽdo eã, tenetur ipſam ducere atq; dotare: quòd ſi fortè nolit contrahere cum ea, debet eam dotare,& etiam corporaliter caſtigari,pœna nẽpè flagellationis,& in hoc debet condemnari in foro exteriori, vt tenet Abb.in d.c.2.nume.3.de adult.per text.ibi,comm.in d.cap.1.& 2. vt teſtatur Nauarr.in manual.cap.16.nume.16. vbi quòd in dubio præſumitur virgo,licèt id negetur à virò, & ſeducta: quod omnes de hac re agentes fatentur. Hoc tamen de pœna corporali non videtur placere Anto.Gomez vbi ſupra d.num. 9.exiſtimãti hoc caſu,quo nolit eam accipere in vxorem,ſed tantùm dotare,debere adhuc puniri aliqua leui pœna; quod benignius eſt,& in praxi receptius,nempè vt in ea ſpecie cõdemnetur in aliqua pœna exilij,& pecuniaria fiſco applicanda,quidquid Iulius Clarus vbi ſupra ex alijs referat,quòd hodie etiam in Hiſpania contra ſtuprantes virgines ſine vi non ſit in vſu alia pœna,quàm vt illas ducant in vxores,vel condecenter dotẽt.

12 In foro autem conſcientiæ corrumpens virginem decipiendo eam, vel importunis & magnis precibus, falſis ve perſuaſionibus, tenetur tãtùm damnum illatum reſarcire, nempe ducere eam in vxorem,vel dotem eidem conſtituendo damno illi ſatisfaciẽdo condignam,ſcilicet quanto pluris egeat ad inueniendũ virum ſibi coæqualem, quàm indigeret ſi eſſet virgo,iuxta arbitrium boni viri: non tamen integram dotem, quia hoc ad pœnam criminis ſpectat,quæ in foro conſcientiæ non debetur ante condemnationem:aut alio modo eidem ſatisfacere,atque contentum præſtare, vt probat Archiep.Floren.in ſumma, in.2.parte,tit.5.capit.6.§.1.& Bernard.Diaz vbi ſupra,& Couar.in quarto.2.part. cap.6. §.8.num.15.vbi dicit communem, & in reg. peccatum.2.part.§.3.num.7.ad fin. & Nauar.vbi ſupra,num.17.& Mexia in pragmatic.taxę panis.concl.6.num.117. cum ſeq.& latè F.Ant.de Cordub. lib.1. ſui quæſtio.q.13.in verſ.& notetur, pag. 132.Quinimò,vt addit Nauar.vbi ſupra, aliquid plus debet ei dare propter verecundiam,quam ſemper patietur,& conuitia quæ ob id audiet à marito.

13 Tertiò obſeruandum erit, verba illa tex. Dormieritq; cum ea,intelligenda eſſe,id eſt,peccauerit mortaliter cũ ea(hoc eſt)cognoſcendo eam carnaliter,alias enim abſurdum videretur,dicere,eſſe neceſſarium,præter ſeductionem, ad hoc vt diſpoſitio d.c.1.de adult. procederet, quòd vir dormiat actualiter cũ ea, cùm

etiam

Ayuntamiento de Madrid

etiamſi extra dormitionem eam corru-
perit,teneatur ad id,quod dictus tex. de
cidit,vt omnes,tam Theologi,quàm Iu
riſtæ de hac re agentes fatentur: quare
verba ſupradicta intelligẽda ſunt,vt prę
dixi;pecans enim mortaliter cum mulie
re,dicitur cum ea dormire,quaſi extra-
ctus à contemplatione Dei,eiuſque præ
14 ceptis: †vnde in ſcriptura diuina,peccãs
mortaliter,dicitur dormire, venialiter
verò,dormitare,iuxta illud Matthæi 25.
Dormitauerunt omnes & dormierunt;
in ſenſu allegorico:ad diſpoſitionem igi
tur d.c.1.nõ exigitur dormitio,ſed ipſa
defloratio virginitatis,vt in terminis te
nẽt ibidem Doct.præcipuè Abb. nu.2.
& Anania nu.3. & cęteri,vbi quòd nec
ſufficit ſola ſeductio ſine corruptione.

15 Quartò ſciendum eſt,quòd in propo
ſito virgo dicitur ſeducta,vel coacta,
quando promiſſionibus,donis,aut vehe
mentibus ſolicitationibus ad opus ſtu-
pri inducta eſt,quæ aliàs nolebat & re-
pugnabat,ſecundùm Abulenſ. ſuper E-
xod.dict.capit.22. quæſtione. 2. Nicol.
de Lyra ibidem, eſt communis opinio
Doctorũ,vt plures referens teſtatur An-
ton.à Cordub. vbi ſupra in.7.dicto.bo-
nus text.in cap.2.ibi,Stupro decepit,de
adult. Quod enim vehementibus preci-
bus & ſolicitationibus extorquetur ab
eo,qui non aliter vellet,dicitur quodam
modo coactè fieri,& non omnino volũ
tariè,quia importunę preces metui ęqui
parãtur,vt in.l.1.iuncta glo. verb. extor
16 ta.C.ne filius pro patre,†vbi extortũ di-
citur quod ſuaſionibus fit. Quare ſcri-
bit eleganter Innocent.in cap.petitio.in
17 princ.de iureiurand.† cõtractum ab v-
xore geſtũ propter nimias preces mariti,
reſcindi poſſe, ac ſi metu eſſet celebra-
tus: quam ſententiam ſequitur Matthę.
de Afflict.deciſi.Neapolit.69. nu.5. Iaſ.
in §.quadrupli.nu.66. Inſtit. de action.
Palac.Rub.in repeti. rubricę de donat.
inter vir.& vxor.§.81.n.10.&D.Couar.
in quarto de ſponſal.2.part.cap.3.§.6.in
fine.& alios allegans D.Anto.de Padill.
in l.interpoſitas.nu.32.C.de tranſactio.
18 †Sic eadẽ ratione,ſicut is,qui alterum vi
trahit ad ludendum,tenetur illico ludo
acquiſita reſtituere,ita etiam, qui nimia
prece,vel importunitate impulit collu-
ſorem,vt tenet Innoc.in cap.quia pleri-
que.nu.4.de immuni.eccleſ.Palac.Rub.
vbi ſupra nu.6. eſt communis ſecũdùm
Couar.alios allegantem in regul. pecca-
tum.de regul.iur.in.6. ſecunda parte.§.
4.n.7.& Padilla vbi ſupra.ſequitur Me-
din.in ſuo C.de reſti.q.20.& Ant.à Cor
19 dub.vbi ſup.col.fin.† ſic etiã(inquit Me
dina & Corduba vbi ſupr.) mulier. quæ
precibus pecunias magnas extorſit à ſuo
fornicatore,eas tenetur eidẽ reſtituere,
quia nõ omnino voluntariè: datæ ſunt:
quod cũ Sanct. Thoma intelligit Soto
lib.4.de iuſt.& iur.q.7.art.1.ad ſecũd.in
verſi.adiecit tamen.pagi.350. ad finem,
quoties mulier ſuperfluum per fraudem
& dolum extorſit,tunc enim tenetur id
amaſio reſtituere,alias ſecus, nẽpe ſi ne-
que fraus nec dolus adſit: fraus autẽ eſt,
ſi(verbi gratia) mulier diceret ſe eſſe vir
ginem incognitã,aut nõ niſi ſemel, idq;
à magnate, qua fraude plus extorque-
ret,nam hoc caſu reſtituere profectò te
neretur:ſed ſi falſò dicat ſe perditè illum
deamare, aut facetijs, & illectamentis
quippiam extorſerit,fraus illa non obli-
gat ad reſtitutionem,quoniã probè om-
nes norunt illas eſſe meretricum tech-
nas.

20 Sic etiam,qui per fraudem,timorem,
vel falſitatem,aut importunis precibus,
quæ vi atque metui æquiparentur,pro-
hibuerit,atque impedierit teſtatorẽ ali-
quod legatum vel hæreditatem alteri
relinquere,quod ei alias relicturus erat,
tenetur eidem ad reſtitutionem quanuis
ſecus ſit,ſi blãdo ſermone & leuibus pre
cibus id fiat,vt in.l.fin iuct.glo.ver.ma-
ritali ſermone.C.ſi quis aliquẽ teſt. pro-
hib.Sanct.Antonin.in 3.parte ſuæ ſum-
mæ.tit.10.cap.1.§.2.Palac.Rubi.vbi ſu-
pra.nu.11.vbi illud de blandis verbis li-
mitat,niſi prius eſſet res donata,vel hæ-
reditas relicta alteri,& vxor vel alius blã
dis verbis induceret maritum vel alium
ad reuocandum,& ei relinquendum, nã
tunc primus donatarius,vel hæres,auo
cabit

Ayuntamiento de Madrid

cabit à ſecundo illa bona per actioné de dolo, vel in factum: & Matthæus de Afflict. dicta deciſi. 69. nu. 4. vbi loquitur in marito nimia importunitate & fraude rogante vxorem, vt ſibi relinqueret domum, ob quod fuit reuocatum dictũ legatum: & Nauar. in manual. c. 17. nũ. 72. & 73. & cap. 26. nu. 36. Anton. à Cordub. in ſua ſumma *de caſos de conciencia*, quęſt. 100. in prin. Medina in ſua inſtru. confeſſ. lib. 1. § 31. in princ. fol. 163. & cæteri communiter Doctor. Sic in propoſito dicitur puella ſeducta, quia prædictis
12 modis extra plen ã libertaté † quodammodo ducta, & non à ſe, nec à ſua concupiſcentia inducta eſt. Pro quo vltimo conſidero optimam l. Regiam in propoſito mirè loquentem in. l. 1. tit. 19. parti. 7. in illis verbis. *Otroſi dezimos que fazen gran maldad aquellos que ſoſacan con engaño, o falago, o de otra manera las mugeres virgines, o las biudas que ſon de buena fama, e biuen honeſtamente e mayormente quando ſon hueſpedes en la caſa de ſus padres, o de ellas, o de los otros que fazen eſto vſando en caſa de ſus amigos. E no ſe puede excuſar que el que yoguiere con alguna muger deſtas, que no fizo muy gran yerro, maguer diga que lo fizo con ſu plazer de ella no le faziendo fuerça: ca ſegun dizen los ſabios antiguos, como en manera de fuerça es, ſoſacar, e falagar las mugeres ſobredichas cõ prometimientos vanos, faziendoles fazer maldad de ſus cuerpos, e aquellos que traẽ eſta manera,*
22 *mas yerran q̃ ſi lo fizieſſen por fuerça* † Nũc verò iam nobis obuiam exit quæſtio illa ſatis controuerſa, quid ſi quis non ſeduxerit virginem, ſed illa ſponte acquieuerit, an tunc eam ſtuprans teneatur eã ducere, & dotare, necne? Quæſtio profectò celebris eſt, & in praxi quotidiana, in qua videtur primò dicẽdum, idem eſſe ac ſi eam ſeduxiſſet, & ſic in ea ſpecie habere adhuc locum diſpoſitioné dict. c. 1. & 2. de adult. cum ſuprà adduct. tum quia, vt omnes fatentur, virgo in dubio præſumitur ſeducta atque decepta, argumento. l. vnicæ. C. de raptu virg. circa fin. vbi quòd pœna illius. l. habet locum, ſiue volentibus, ſiue nolentibus virginibus illud facinus perpetretur, quia hoc ipſum velle mulieré, ab inſidijs iniquiſſimi hominis, qui meditatur rapinam inducitur, niſi enim eam ſolicitauerit, niſi odioſis artibus circumuenerit, non faceret illam velle in tantum dedecus ſe prodere: tum etiam quia nemo eſt dominus mẽbrorum ſuorum, vt in. l. liber homo, cum ſimilibus. ff. ad. l. Aquil. Ergo cum virgo hæc non ſit domina ſuæ integritatis, ſicut nec membrorũ ſuorum, non poterit in ſui violationem atq; corruptionem conſentire: tum & tertiò ex l. 3. §. ſi quis volentem. ff. de lib. homine exhib. & in. l. 1. §. perſuadere ex profeſſo. ff. de ſeruo corrup. vbi habetur ꝙ doloſa perſuaſio, plus eſt quàm violenta correctio. Quartò deniq; ex d. l. partitæ in verbis ſuprà relatis, quæ in hoc expreſſa videtur, & in terminis ex prædictis hanc ſententiam tenent ac ex profeſſo, probant Abb. in d. c. nume. 2. & ibi Ant. nu. 1. inquiens, quòd hoc inquiũt DD. Eandem ſententiam tenet, maximè probata violentia, dolo, vel perſuaſione viri, & etiã in dubio quando de his non conſtat, Anto. Gomez in. l. 80. Tauri n. 10. & indiſtinctè eam probat F. Bartholom. à Medina in dict. ſua ſumma de inſtruct. de Confeſſ. lib. 1. *En la declaracion del ſexto mandamiento*. §. 18. fol. 122. & iterum del ſeptimo. §. 30. fol. 160.

Sed pro contraria parte, & ſic negatiua, imò quòd hoc caſu corrumpés virginem volentem, non teneatur eam ducere, nec dotare, facit text. in dict. c. 1. & 2. de adulter. cũ ſupra adductis pro eius intellectu, dum loquitur, & procedere diximus in ſeducente virginem, hoc eſt, eam ſtupro decipiẽtem per fraudem vel dolum: ſed corrũpens virginem volentem abſq; fraude & dolo, nõ dicitur eam ſeduxiſſe nec decepiſſe, vt in regula ſcienti & conſentienti, de regul. iur. in 6. & ibi gloſſ. ergo in eo non habebit locum diſpoſitio d. c. 1. & 2. de adult. quia vbi nõ cõueniunt verba legis, ibi diſpoſitio eius locum non habet, vt in. l. 4. §. toties. cum ſimilib. ff. de damn. infect. Prætereà, cuius per errorem dati repetitio eſt, eiuſdem conſultò dati donatio eſt,

eſt, vt in regula iuris vulgar. Quãuis ergo
hæc mulier coacta, & omnino inuolun-
tariè corrupta poſſet corrumpentem in
virum ſuum, atq; dotem ab eo poſcere,
vel ipſo iure poſtulãte: conſultò tamen
acquieſcens, abſq; coactione, fraude vel
dolo, ſuique volens copiam faciẽs viro,
videtur iuris ſui donationem ac remiſ-
ſionem facere, ac proinde id petere mi-
nimè poterit. Nec tenendo hanc partem
obſtant fundamenta pro contraria ſupra
adducta, & non quidem primum, quòd
in dubio præſumatur ſeducta, ex dict. l.
vnica. C. de raptu virgi. nam ratio illa
procedit, quando ſumus in dubio: ſed
quando conſtat de libera voluntate abſ-
que ſeductione, aliud videtur dicendũ.
Nõ etiam obeſt, ꝙ dict. l. vnic. procedat
etiam in rapiente virginẽ volentẽ, quia
non ſequitur, pœna contra raptores pro
cedit etiã volentibus virginibus: ergo
eodem modo procedit pœna, de qua in
d. c. 1. & 2. de adulter. quia text. in d. c. 1.
& 2. loquuntur per verbum, Seduxerit,
& ſtupro deceperit: debet igitur hoc ali-
quid operari, ita vt deficiẽte deceptione
& dolo, quinimò cõſentiente libera ipſa
virgine, non habeat locum diſpoſitio di-
ctorũ capitul. Præterea text. in d. l. vnica
loquitur in raptore per inſidias & dolũ,
& ideò meritò quòd tunc voluntas vir-
ginis non attẽdatur, cùm fuerit extorta
per inſidias & circumuentionem ini-
quiſsimi hominis, ſicque non eſt libera,
ſed coacta atque ſeducta. Non obſtat &
ſecũdum, quia licèt in corporis abuſu, &
membrorum plenum ius illa nõ habeat
contra legẽ id probibentem, vt ſine pec-
cato eis, poſsit abuti, habet tamen in eis,
& in temporalibus, in quibus damnifi-
cata eſt ius politicum & actionem, ideò
illi ſcienti & conſentienti nulla inuria
nec iniuſtitia facta eſt, & eo ipſo quòd
liberè conſenſit, omne ſuum damnũ re-
mittere cenſetur illa, quæ ſui iuris eſt, ſi-
cut poſt commiſſum ſtuprum idem ius
remittere poſſet. Tertium & quartũ nõ
obſunt, quia agunt de doloſa perſuaſio-
ne, nos autem de ſimplici petitione, cui
voluntariè acquieuit mulier; & ideò
hanc partem probauit libẽter Bernard.
Diaz in dict. pract. criminal. canon. cap.
77. in prima quæſtio. dicẽs vider. quòd
ſicut clericus ſtuprator, de quo ibi lo-
quitur, eſt liber à pręſtatione dotis in fo-
ro conſcientiæ, ex ſententia Doctorum,
quos ibi allegat, ita etiam videtur abſol-
uendus in foro cõtentioſo per iudicem
Eccleſiaſticum, quem decet ſemper ſe-
qui veritatem: aduertit tamen, quòd li-
cet iſta concluſio poſsit ſuſtineri, mul-
tùm tamen debent iudices aduertere, an-
tequàm illam ad praxim adducãt in iſto
caſu, propter difficultatem ſufficientis
probationis, quæ in hoc requirenda eſt,
vt verè conſtet virginem non ſedu-
ctam, ſed voluntariè fuiſſe defloratam,
quia facilè poſſent decipi per ſtupran-
tem clericum in priuatione voluntatis:
ſed & eiuſdem opinionis ſunt alij autho-
res, quos refert Anto. Gomez vbi ſupra,
& etiam ſumma Victorię in tit. de biga-
23 mis. q. 267. Quid tenẽdum? Ego † vt ve-
ritatem meo iudicio in hoc articulo re-
ſoluam, tres caſus cõſidero ac diſtinguo,
quorum duo priores abſque difficul-
tate procedere vidẽtur, tertius verò cõ-
cordia planus efficietur.

Primus igitur caſus eſt, quando quis
virginẽ ſeduxerit dolo vel fraude, vanis
ve promiſsis, vel vehemẽtibus perſuaſio
nibus, ac importunis precibus eã vitia-
uerit, tunc enim etiam ſi ipſa cõſentiãt,
vt ex omnibus ſupradictis patet, tenetur
in vtroque foro eam ducere vel dotare,
quia hoc velle mulieris ab inſidijs ne-
quiſsimi hominis inducitur, & in hac
propriè ſpecie loquuntur dicta capita
1. & 2. de adulter. præſupponunt enim
neceſſariò voluntatem mulieris, quam-
uis non liberam, quandoquidem non lo-
quuntur de ſtupro vi commiſſo, ſed per
deceptionem & fraudem, cui æquipara-
tur is, qui per importunas preces com-
mittitur, vt vidimus ſupra, & hic caſus
eſt abſque dubio, & in eo concordant
communiter ſcribentes, tam Theologi,
quàm Canoniſtæ, quos citauimꝰ. Quod
procedit primò, nedũ quando propter
id mulier infamata, & in nuptijs dam-
nificata

Ayuntamiento de Madrid

nificata eſt,ſed etiam ſi nupſerit alij viro decenter,ſi tamen is poſtea id ſentiēs vel ſciens, ideò eam relinquat abiens ad regiones lōginquas, vel eam odit,vel malè tractat, nam propter hoc ſtuprator ille tenetur etiam ei ad arbitrium boni viri aliquid ſatisfacere:ſecus ſi ita occultum ſtuprum ſit,quòd vltra læſionem ſignaculi virginalis nihil detrimenti propter hoc in perſona, honore,vel rebus illa paſſa eſt, tunc enim ad nihilum tenetur, vt ex Nauarro vbi ſuprà dicto capitulo 16.numer.17.& 19.probat latè Cordub. in dicta quæſtionē 13. in 4. dicto. Idem erit, ſi propter ſtuprum mulier nupſit viro deterioris conditionis, veluti pauperiori,vel ignobiliori, nam tunc arbitrio iudicis erit ſatisfaciendū ei, ſecūdū Bernar. Diaz vbi ſuprà in 2.q. num.7.& ita obtinui hoc caſu in praxi. Secundò procedit eadem concluſio, atque caſus primus hic nō ſolùm in ſeducēte & corrumpente virginem,ſed etiam iam corruptam, quæ tamen in æſtimatione & fama virginis erat,& ob hoc infamata eſt, quia quamuis in foro conſcientiæ ratione ablatę virginitatis,quæ nō erat, ad nihilum teneatur,ratione tamē damnificationis in fama, cui⁹ cauſa ipſe fuit, tenebitur ad arbitrium boni viri prædictę mulieri ſatisfacere,ac ſi tunc temporis,cum eam cognouerit,eſſet virgo,vt communiter DD.tenent,præcipuè Nauar.vbi ſuprà nu. 16.& 19.& alij, vt teſtatur Cordub.vbi ſuprà in 5.dicto.

Secundus caſus eſt,quando apertè cōſtat & probatur, quòd ipſa mulier ſe ingeſsit & conſenſit abſque aliqua violētia,dolo, vel perſuaſione ex parte viri, vt puta,quia ipſa attraxit illum ad concubitum, veniendo ad lectum eius,eo illam repellente,vel aliud ſimile, & tunc indubium eſt ſtuprantem ad nihil eidem teneri in vtroque foro, quia ipſa eum prouocauit atq; induxit. Hanc ſententiam præſupponunt apertè omnes, qui in tertio caſu magis dubio ſtatim ſequenti idem probant in foro conſcientiæ,& nuncupatim in ſpecie probat Nauar.dict.cap.16.num.16. Bernard. Diaz d.cap.77.numer.4.& Anton,Gomez in dict.l.80.Tauri nume. 10.ad fin.pro quo eſt bona.l. vltim. titul. 7. libr.4.fori,vbi diſponitur, quòd ſi aliqua mulier nullo compulſa matrimonio domum alterius libidinis cauſa intrauerit, nulli pœnæ in hoc caſu locus eſt,& ita eſt tenendum, quamuis F.Bartholomęus à Medina vbi ſuprà,ex rationibus, quibus iam ſatisfecimus, contrarium minus benè in his etiam terminis exiſtimauerit.

Tertius caſus eſt,quādo mulier virgo, vel pro tali communiter reputata, deficiente ſeductione,dolo,fraude,atque nimia perſuaſione, vel prece, ſed verbis blandis leuiter rogata liberè ſtupro conſenſit: & tunc verſatur propriè noſtra quæſtio,in qua ſunt pro vtraq; parte rationes & authores,vt ſuprà vidimus:ſed pro vera reſolutione dicendum eſt,quòd prima opinio affirmatiua, quam tenent Abb.Anania & cæteri,procedat in foro exteriori tantùm, in quo iudicatur ex pręſumptionibus à iure inductis:ex quo enim vir incepit virginem rogare,atque verbis, quamuis blandis & leuibus,eam ad actum copulæ attrahere, præſumitur eam decipere atque ſeducere, quandoquidem idem in dubio communi omnium conſenſu receptum eſt,atque ideò meritò vt huiuſmodi ſtuprator in foro exteriori iudiciali ſententia condemnetur,vt eam ducat in vxorē, vel eidem dotem congruentem arbitrio boni viri conſtituat,iuxta deciſionem dictor. cc. 1.& 2. de adult. & communes traditiones Doctorum ſuprà dictas: at verò ſecunda opinio negatiua præfata procedat in foro interiori animæ,in quo iudicatur non quidem per præſumptiones, ſed ſecūdùm veritatem, vt compertum eſt; cum igitur cōſtiterit mulierē huiuſmodi leuibus & blandis verbis, abſque aliqua coactione,fraude vel deceptione liberè ſtupro conſenſiſſe, attendendum nō eſt ad præſumptionē iuris,ſed ſtando rei veritati,iudicare debemus in foro interiori immunem virum à præd.obligatione de rigore iuſtitiæ, attenta libera voluntate,qua ſtupro acquieuit: ſcienti

enim

Ayuntamiento de Madrid

enim & conſentienti non fit iniuria nec dolus, vt in regula iuris, & in terminis ita voluit Summa Aſtenſ.lib.2.tit. 46.in c. incipienti, ſequitur videre de tertio, allegādo Rodonenſem dicentem, quòd ſi defloret quis voluntariam, non tenetur: & tenet Guilliermi.quem refert Florent. in ſua ſumma, in ſecunda parte.tit.5.cap. 6.§.1.& Angel.in ſumma, verb.ſtuprum, in verſ. quòd ſi non ſeduxit eam, vbi poſtquàm retulit opinionem Abbatis contrariā: inquit, Sed in cōſcientia ſufficit quòd quærat eam in bono ſtatu reducere, quantum in ipſo eſt: & expreſsè eandem concordiam probauit Syluest. in ſumma, verb.luxuria, verſ.5.quęritur, & ſumma Tabien.in verb. reſtitutio. §. 22. incip. quid de eo, vbi vterque allegat Bonauenturam hoc tenentem, & optimè Nauar.in d.c.16.num.16.Dominic.à Soto libr.4. de iuſt.& iur.quæſt.7. articul. 1. ad ſecundum, verſ. an verò.& Anto.à Cordub.vbi ſuprà dict.13.quęſt. in 6.dicto. Specul. coniug. in appendic. de impedimen.raptus.numer.4. pag.84. Silua nupt.lib.3.num.23.volum.6. tract. diuerſ.Doct.fol.38. itaque hæc eſt communis reſolutio, & tenenda, quāuis Medina vbi ſuprà indiſtinctè teneat primā affirmatiuā: & licèt Bernard.Diaz etiam vbi ſuprà in foro exteriori iudiciali etiā velit tenere ſecundam negatiuam: nihilominus tamen æquitas honeſtatis eſt, vt ſi ob illam cauſam mulier ſic leuiter rogata, conſentiens nuptui tradi non poſsit, aliquid eidem elargiatur, ſecund. Dominic. à Soto vbi ſuprà, & præterea ſi aliquid illi mulieri promiſiſſet, teneretur quidem omni iure hoc illi perſoluere.

24 Dubitari etiam ſolet circa prædicta, quid ſi puella ipſa ſic volēs corrupta habeat parētes, vel curatores, ſub quorum cura ſit, an eo caſu ſuperiora proximè dicta procedāt, nempè vt ſtuprator eam dotare minimè teneatur, quia ſponte acquieuerit? Etiam hoc Domini.à Soto vbi ſuprà adhuc idem tenet, & Specul. coniug.3.parte artic.19.in fine. Sed contrarium verius exiſtimo, & tenendum, imò quòd hoc caſu ſi pater vel curator puellæ accuſaret ſtupratorem, debeatur illi æſtimatio damni ſibi prouenientis, quia maiori eget pecunia ad dotandum eam, & etiam iniurię, quæ ſibi illata eſt, quod firmat Florent. vbi ſuprà, ſic limitando prædictam concluſionem, & Bernard. Diaz vbi ſuprà nume.6. & Siluanus vbi ſupra numer.24. Remiſsio igitur puellæ ſufficiens non eſt, quia ſecundùm Beat. Thomam 2. 2. quæſt.154. artic.6.& ibi Caieta. iniuria non ſolùm puellæ, ſed etiam parentibus vel tutoribus habentibus cuſtodiam puellæ, & ſignaculi virginalis, facta eſt: ergo hi habent ius & actionem ad prædictam dotem petendā, quandoquidem ſunt offenſi & damnificati in eo: ergo eis ſatisfaciendum eſt, ſi iacturam aliquam inde puella pateretur, quia infamata ſit, vt rectè etiam probauit Cordub. vbi ſupra in.6.dicto, in verſic. vbi & iſti, &c.

25 Poſſet tamen procedere opinio Soti, & Speculi coniugior. primò, quando ita occultè mulier volens ſtuprata ſit, vt propter id nullam iacturam in fama, rebus, vel nuptijs paſſa ſit, maximè quia quantū ad iuſtitiam attinet, quoad actus naturales, pręcipuè occultos, puella cenſetur domina ſuorum mēbrorum, dum nullum aliud damnum inde redundat exterius, vt ait Soto in 4.diſtinct. 18. q. 2.arti. 4. licèt Caiet. oppoſitum ſignificet: † ita reſoluit Cordub. vbi ſupra.

26 Secundò poſſet procedere opinio Soti vbi ſupra, ſi ipſe pater vel curator de lenocinio conuinceretur, quia tunc id ius perderent, vt probat Bernard. Diaz. vbi ſupra num.6.& ſentit Cordub. vbi ſuprà ibi, dum modò in fraudem contra puellā nihil agatur: ex quibus infertur, ꝙ ſi de pretio ſtupri cōuentū eſſet cum virgine, vel parētibus, tūc ſola pretij pręſtatione liberaretur ſtuprator ab onere dotandi reſpectu eius, cum quo cōuētionē fecit: conuentio tamen hæc ſolius filiæ, parētibus non noceret, nec ē conuerſo, ſecūdùm Bernard. Diaz vbi ſupra, qui nu. 8. agit, qualiter iudex arbitrabitur dotis ęſtimationem in hac materia.

Superiora

27 Superioria omnia procedũt,quando ſtuprator expreſsè non promiſit mulieri ſe eam ducturũ: quid autem ſi ei promiſerit verè vel fictè ſe eã ducturũ?tradunt DD. vbi ſupra, præcipuè Angel. & Silueſt. & Nauar. ſed latius omnibus Specul.coniug.d.artic. 19. vbi procedit per ſex concluſiones,& Ant.à Cordub. d.q. 13.& idem in ſua Sũma de caſos de conſcient.q.50 ad eos me remitto.

28 Vltimò circa finalem partem d. cap. 1. de adult. in illis verbis, Si pater virginis dare noluerit,reddet pecuniã iuxta modum dotis, quam virgines accipere conſueuerunt;reſtat ſciendum, an vltra hoc(ſi pater vel ipſa puella iungi matrimonio ſtupratori recuſet) teneatur ipſe dare illud,quo plus indiget corrupta ad inueniendum virũ æqualem ſibi,necne? nam ſi text. prout iacet intelligẽdus eſt, ſequeretur inde,quòd huic corruptę totum damnum ex corruptione ſibi proueniens minimè ſatisfiet, nam cum ipſa ſit corrupta,patet quòd cum dote, quam virgines accipere cõſueuerũt,non inueniet virum ſibi coæqualẽ, cum ipſa iam non ſit virgo,ſed corrupta.ergo ſibi pręſtandum inſuper eſt illud,quo plus indiget corrupta propter deflorationem ad dict.effectum inueniendi ſibi virũ coæqualem: & ita in terminis tenent Ioan. Andr.Abb.nu. 4. & alij ibidem. Rurſus Ioan.de Anania ibi colum.2.nu.4.contrarium exiſtimat,nempè text.illum intelligendum eſſe ſimpliciter prout iacet ſine vlla additione, quando corruptor vult cõtrahere matrimonium, ipſa verò vel pater hoc recuſant, vt pote eo caſu illis ſit imputandum, & text. nihil aliud præſtandum decidat, quàm dotem ſolitam à virginibus accipi. Quid tenendũ? Et profectò vbi corruptor eſt vir cõueniens ipſi virgini ad matrimonium,& iniuſtè recuſatur,opinio Ananiæ eſt verior,& tenenda iuxta literam illius text. alioqui Abbatis, quia cum puella & pater culpa ſtupratoris ſint offenſi ac damnificati,non ſolùm in hoc,ſed etiã in ampliori dote quàm virgines accipere cõſueuerint, non tenentur aliam ſimul iniuriam pati,nubẽdo filiam indigno:textus igitur noſter in d. c. 1. in finali parte intelligi debet, quãdo corrupta cũ dote cõſueta dari virginibus conſequi poteſt, aut conſequitur maritũ ſibi æqualẽ, parem,atq; conuenientẽ, aliàs ſecus ex ſupradictis:& ita in terminis rectè probat ac cõcordat prædictas opiniones D.Couar.in quarto.2.parte.c.6.§.8.n.15.

## SVMMARIVM.

1 *Vxor, quæ falſo ſibi partum alienum ſuppoſuit, & adultera, quæ filium ex adulterio inſcio marito concepit, ad quid teneantur in foro conſcientiæ & num.ſequen.*

2 *Damnificans omni iure, naturali & diuino, tenetur dãnificatis ſatisfacere, & fur rem furtiuam vero domino reſtituere.*

3 *Scandalum vtilius naſci permittitur quã quòd veritas relinquatur, & ſic ſcandalum fratris poſtponendum eſt veritati vitæ.*

4 *Falſum teſtimoniũ ſi quis in iudicio contra aliquem inſontem & innocentem dixerit, tenetur quidem in iudicio dictum ſuum retractare,& innocenti ſuam famã reſtituere, etiam cum damno propriæ famæ & vitæ.*

5 *Læſus huiuſmodi, ſiue creditor, poteſt famam, ſiue rem ſuam, quam alius furto abſtulit, in iudicio ſibi reſtitui petere, quamuis ex huiuſmodi repetitione ſit mors furis veriſimiliter ſequutura, & n.24.*

6 *Principes poſſunt terras ſuas & iura ſua ab vſurpatoribus auferre, eoſque per bellũ cõpellere, vt quæ iniurioſe retinent reddant; etiam ſi ſit veriſimile multorũ mortẽ inde ſequuturam.*

7 *Prædicator tenetur veritatẽ impio prædicare, quamuis certò ſciat illum minimè crediturum.*

8 *Qui cumpluribus alijs infamauit innocentem, tenetur palinodiã cantare, vt pro ſua parte eidem famam reſtituat, quamuis ſciat ſibi non eſſe præſtandam fidem.*

9 *Mulier adultera, vel quæ falſum partum ſibi ſuppoſuit, non tenetur cum iactura vitæ aut famæ crimẽ prodere, nec hoc modo fraudatis ſatisfacere, etiam ſi id aliter fieri non poſſit.*

*Reſti-*

Ayuntamiento de Madrid

10 *Reſtituere nemo tenetur cum maiori damno, quod minoris eſt, nec rem inferioris ordinis cum detrimento ſuperioris, quinimo hoc caſu creditor, ſeu dominus rei rationabiliter id velle non debet. & num. 18.*

11 *Petens enſem vel gladium ſuum ab alio cuſtoditum obligatur velle vt non ſibi reddatur ad percutiendum innocentem.*

12 *Conſtitutus in extrema neceſſitate vitæ poteſt pro vita ſeruanda alienum capere atque detinere, & num. 19.*

13 *E duobus malis minimum in dubio eſt eligendũ, vt vitetur maius.*

14 *Sicut magis teneor me ipſum quàm proximum diligere, ita magis debeo famam meã, quàm proximi illæſam ſeruare.*

15 *Cap. officij, de poenitent. & remiſſion. intellectus.*

16 *Procedit ille tex. etiam ſi periculum mortis inſtet ex malitia cognatorum mariti.*

17 *Idem eſt in adultera iam facta vidua, quia adhuc non tenetur adulterium ſuum detegere cum grauiſſima famæ iactura.*

20 *Scandalum quid ſit, & quid ſignificet, & eſt duplex, datum & acceptum, hoc eſt, actiuũ & paſſiuum.*

21 *Regulæ, qui ſcandalizauerit, &c. de regul. iur. intellectus, & nu. 22. & 23.*

25 *Cautela Aiciati, qua vſa fuit quædam vidua Auenionen. in caſu dict. cap. officij. de poenit. & remiſſ. improbatur.*

26 *Mulier iã diffamata adulterij, vel ſuppoſitionis partus, credẽs ſe ſine periculo corporis & animæ id reuelare poſſe, ac quòd ſibi maritus & filius credent, tenetur ipſis reuelare.*

27 *Sed an idem ſit, ſi maius ſit damnum, quod reſtitui prætenditur ex huiuſmodi reuelatione, quàm fama mulieris, nempe cum magnum patrimonium, vel illuſtris maioratus eſt, at mulier non eſt nobilis nec tanti nominis?*

28 *Adultera habens patrimonium, ex quo valeat damnificatis damnum reſarcire, tenetur id omnino facere.*

29 *Adultera quid facere debeat, ſi alia bona non habet, ex quibus læſis ſatisfacere poſſit?*

30 *Filius non tenetur credere matri ſibi dicenti eſſe adulterinum, nec hæreditatem reſtituere ſi non habet conſcientiam læſam, aliàs ſecus.*

31 *Stultus fuit quidam regis filius, qui nimis credulus matri credidit ſe non eſſe regis, ſed militis filium, & ob id regno renuntiauit: quod procedit etiam in foro conſcientiæ, niſi tam vehemens eſſet matris perſuaſio, vt adulterinus filius credere intus mente conuincatur, num. 32. & 33. & numer. 35. ponitur alia limitatio, & numer. 36. quando filius haberet conſcientiam læſam.*

34 *Ponitur alius caſus, in quo filius matri in hoc credere tenetur.*

37 *Adulter an teneatur ad reſtitutionem integram faciendam hoc caſu læſis? & numer. 38.*

39 *Damnum legitimo hæredi totum integrum reſtituendum eſt, quoties filius putatiuus iam ſucceſſit in hæreditate patris putatiui, ſecus verò antequam ei ſuccedat, ſi poenitens ſit in mortis articulo ratione dubij an ſuccederet vel non ille filius putatiuus in bonis mariti ſui matris.*

## CAPVT XXXIX.

### De vxore, quæ falſo ſibi partum alienum ſuppoſuit, & de adultera, quæ filiũ ex adulterio inſcio marito concepit, ad quid teneatur in foro conſcientiæ.

1 QVæſtio profectò inſignis (quæ tametſi vulgaris, atque pertrita, difficilis ſatis ac controuerſa exiſtit) eſt illa, an mulier nupta, falſo ſibi partum alienum ſupponens, vel quæ ex adulterio filium inſcio marito concepit, teneatur ſe marito, vel filio alieno ſuppoſito, aut proprio adulterino prodere, ne filij legitimi, & maritus bonis ſuis atque hæreditate propria defraudentur pro illa parte, atque expenſis alimentorum, quæ ſuppoſito, vel adulterino filio tangere poſſunt, non obſtante quòd mulier huiuſmodi ſe prodẽs exponat ſe periculo probabili mor-

tis, vel infamiæ? Qua in re videtur primo dicendũ, quòd ſi mulier hęc alio modo ſatisfacere non poſsit, teneatur quidem factum prodere, nec aliter releuanda ſit à debito ſatisfaciendi.

2 Primò, quia omni iure, naturali & diuino, tenetur damnificans ſatisfacere lęſis & fur rem furtiuam vero domino reddere, atq; reſtituere, vt patet, atque prætereà probatur in regula peccatum, de regul. iur. in. 6. Sed quòd iure naturali & diuino agendum eſt, non eſt propter timorem mortis omittendum, vt etiam patet: pro vitanda enim morte aut ſcandalo non eſt licitum furari à diuite, vt pauperibus ſubueniamus, etiamſi pauperes ipſi alioqui parati ſint furta vel homicidia, aut alia peiora mala cõmittere: igitur nec filij legitimi ſunt defraudandi, vt ſpurio prouideatur, prout contingeret, ſi mater hęc ſuum crimen manifeſtare non teneretur.

3 Secundò, quia vt inquit Venerabilis Beda, cuius dictum refertur in regula iuris, qui ſcandalizauerit, vtilius ſcandalum naſci permittitur, quàm quòd veritas relinquatur: ſed reſtitutio rei alienæ eſt neceſſaria ad ſalutem, vt in regula, peccatum, de regul. iur. in. 6. atque ita ad veritatem pertinet: ergo quanuis timeatur ſcandalum mariti, & ſic perditio vitæ, vel famę huiuſmodi mulieris, vel peccatũ mariti ex præd. proditione, non ob id omittenda eſt reuelatio atque reſtitutio, quæ marito, eiuſque hęredibus per præd. reuelationem fit. Prætereà ſcandalum fratris poſtponendum eſt veritati vitæ, quæ ineſt ſatisfactioni læſionis: ergo à fortiori ratione fama & mors pro eadem vitæ veritate poſthabenda ſunt, cùm ea pro ſcandalo vitando ſint offerẽda, & nihili facienda: ergo mulier adultera iuſtè excuſari non valet, ſi ob vitandam mortem, aut ob effugiendam infamiam, miſſam faciat damni per illam illati ſatisfactionem, quæ abſq; mortalis culpæ labe omitti non poteſt.

4 Tertiò, quia ſi quis falſum teſtimoniũ contra aliquem inſontem ſeu innocentẽ in iudicio dixerit, tenetur quidem in iudicio ſuum dictum retractare, innocentiq́ue ſuam famam reſtituere, non obſtãte, quòd ex tali reſtitutione ipſe maneat infamatus; quinimò, & quod pœna talionis eidem veniat imponenda, vt probãt omnes Theologi, præcipuè Medin. vbi infra citabitur, & Dominic. à Soto lib. 4. de iuſti. & iur. quæſt. 6. art. 3. ad quartũ in verſi. idem cenſerem de vita. pag. 334. Mercad. in ſuo tract. *de tratos, y contratos*: lib. 6. capit. 10. ad fin. Igitur infamia & mors, quæ ex reſtitutione euentura timentur, nõ liberant debitorem, quo minus ſatisfacere nõ teneatur.

5 † Quinimò læſus, ſiue creditor, poteſt famam ſuam, vel rem quam alius furto abſtulit, in iudicio ſibi reſtitui petere, quanuis ex huiuſmodi repetitione ſit mors furis veriſimiliter ſequutura.

6 † Principes etiam poſſunt terras ſuas & iura ſua ab vſurpatoribus auferre, eoſq; per bellum compellere, vt quæ iniuſtè retinent, reddant, etiã ſi ſit veriſimile multorum mortem inde ſequuturã, vt patet: à fortiori igitur mulier præfata in ſpecie propoſita poteſt & tenetur ſuum crimen prodere ad ſatisfaciendum læſis.

7 Quartò, huic ſimile eſſe videtur, quod in prædicatore Doct. tradunt, dicentes teneri quidem eum veritatem impio prędicare, quãuis certò ſciat illum minime

8 crediturum: & prætereà, † qui cum pluribus alijs infamauit innocentem, obligatur ſe infamare, & palinodiam cantare, vt pro ſua parte famam innocenti reſtituat, quanuis ſciat ſibi non eſſe præſtãdam fidem, proptereà quod videt alios, qui ſecum illũ infamauerunt, in ſua priori ſententia perſiſtere: ergo mulier hæc, de qua agimus, obligata eſt ad reuelandũ crimen marito, & filio ſuo, vt hac via illum ab hæreditate reuocet, quanuis certò ſciat eum minimè crediturũ, & à fortiori ſi de hoc dubitet: & in terminis quando aliter debita reſtitutio & ſatisfactio fieri non poteſt, & periculũ mortis non timetur, licèt famæ timeatur, hanc partem tenuit Adrianus de reſtit. q. 1. dubio. 1. & in. 1. quodlib. art. 3. in reſponſio. ad 2. argum. principal. & Paludan. in. 4. diſtin.

Ayuntamiento de Madrid

diſtin.27.q.2.art.1.idem voluit Maior in 4. diſtin.15.q.13.& alij plures,quorũ partes latè agit, defendit ac probat dicens, quòd hæc opinio quanuis rigida,verior apparet,F.Ant.à Cordub.lib.1.ſui quæſtionarij,q.31.per totam,præcipuè in primis columnis,& fol.250.col.2.illius folij,verſi.igitur hoc idem iudicium.

9 His tamen omnibus non obſtantibus, contraria ſententia negatiua, imò quòd mulier hæc non teneatur cum iactura vitæ aut famæ ſuæ crimen prodere, nec hoc modo fraudatis ſatisfacere, etiam ſi aliter id facere non poſsit, verior eſt proculdubio, & ab omnibus alijs Theologis,& Canoniſtis receptiſsima,ac proinde tenenda abſque aliquo ſcrupulo, ex ſequentibus.

10 Primò,quoniam in materia reſtitutionis regula hæc veriſsima eſt, atq; communiter per omnes Theologos tradita, nempe nunquam aliquem teneri ad reſtitutionem alicui certæ perſonæ faciendam,quando multo maius damnum pateretur ille pro rei reſtitutione, quàm valere poſſet res ipſa illi,cui eſt reſtituenda, eo enim euentu dominus rei debet velle,ne res ſua,quæ modica eſt,cum maximo damno alterius ſibi reſtituatur: debet enim quilibet velle, vt inquit Scotus in.4.ſenten diſtin.15.quæſt.2. art.4. quòd vitetur magnum incommodum proximi reſtituentis,potius quàm modicum incommodum ſuum: quam regulã ſequuntur ibidem communiter Theologi,& alibi ſæpiſsimè. Nemo enim tenetur reſtituere rem inferioris ordinis, vt pecuniam cum detrimento famę ſeu honoris,nec famam vel honorem cum detrimento vitæ : ita Caiet.2.2. quæſt.62. arti.6.quem iuniores nonnulli ſequuntur,vt inquit D.Soto lib.4.de iuſti.& iure.quæſt.6.artic.3.ad 4.pagi.333.col.2.ſequitur & latè probat Nauar.in manual. c.17.nu.87.& ſeq.vbi tamen ait,quòd ſi quis hoc vltro faceret,liceret, & creditor hoc caſu tenetur ex lege charitatis magis velle ſe re illa carere,quàm eam cũ tanto damno ſibi reſtitui : quòd ſi aliud vellet,profectò id eſſet cõtra ordinẽ charitatis:itaque creditor hoc caſu non eſt rationabiliter inuitus,ſi ſibi ea in ſpecie non ſatisfiat:ergo ita & eodẽ modo mulier de qua agimus in propoſito,non tenebitur ſuum crimen reuelare marito, nec filio ſuppoſito vel adulterino, aliter enim faciens exponeret ſe periculo manifeſto amiſsionis vitæ; vel famæ,tacendo autem ſolum verſatur iactura rei tẽporalis,puta hęreditatis,in qua alij hæredes remanebũt defraudati, & maritus in expenſis & alimentis,quod eſt minus damnũ,maius nãq; ſequeretur reſtituenti,quàm cõmodum ipſis,quibus reſtitutio fieret: hoc autẽ ipſi velle non debẽt, nec poſſunt,iuxta rectũ ordinem charitatis,vt eſt prædictum,ergo ad id mulier
11 minimè tenetur.† Sic etiã videm⁹,quòd petens enſem vel gladium ſuũ ab alio cuſtoditum,obligatur velle vt non ſibi reddatur ad percutiendũ innocẽtẽ, vt in.c. ne quis arbitretur,verſi. illud 22.q.2.

12 Secundò hæc eadem ſententia probatur,quia conſtitutus in extrema vitæ neceſsitate,poteſt pro vita ſeruanda alienũ capere, atque retinere, vt in cap.ſi quis propter. de furt. adeò vt iuxta communem ſententiã perueniens poſtea ad pinguiorem fortunam,reſtituere id minimè teneatur,quanuis contrarium probet Nauar.in manual.c.17.nu.60.& 61. & num.118.& 119.ergo mulier adultera conſtituta in periculo famæ vel mortis, poterit tacere proprium crimen, & permittere,quòd mariti hæreditas à legitimis hæredibus in extraneos deferatur aduerſus mariti voluntatem : ſicut enim pauperes & rei alienæ retentione ad conſeruationem vitæ, ita mulier adultera pro ſua vita, & fama ſeruandis indiget omiſsione ac taciturnitate reuelationis adulterij,ac per cõſequens omiſſione reſtitutionis, & compenſationis damni illati.

13 Tertiò,quia quando aliquis ſic eſt perplexus,vt neceſſarium ſit illi duorũ malorũ alterum eligere,ſemper debet eligere minus,vt euitetur maius, vt in.c.duo mala.13.diſt.cuius rationẽ expendit Couar.in.4.de ſpõſal.2.part.c.4.nu.2.& 2.

part. cap. 7. §. 2. nu. 9. At mulier hęc hac neceſsitate conſtringitur, vt quocunq; ſe vertat, in alterum duorum malorũ incidat: ſi enim adulterium ſuum celat, eo ipſo eſt cauſa, quòd filius ſuus adulterinus vel ſuppoſitus alienam hęreditatem capiat: ſi illud reuelat marito, mortem, aut ſaltem infamiam patietur, quorum vtrumq; eſt maius malum, quàm alieni retentio: ergo hoc potius eligendum eſt quàm illud, quia ſi maius malum eſt rapere famam proximi, quàm illius diuitias, multo maius malum erit famam propriã rapere, quàm alienas diuitias retinere: ſicut enim magis teneor me ipſum quàm
14 proximum diligere, † ita magis debeo famam meam quã proximi illæſam ſeruare. Nec valet reſpõſio atq; euaſio Adria. contrariam opin. tenentis, ea ſiquidẽ ſatis diluitur in propoſito per Methymnã & F. Alfonſ. à Caſtro, vbi ſtatim infra citabuntur: nec reſpõſio Anto. à Cordub. vbi ſupra, in reſponſ. ad primum argu. vim argumenti omnino eneruauit, quinimò fortius id reddit.

15 Quartò, hæc pars ſatis apertam pro ſe habet deciſionem Eccleſiæ in cap. officij. de pœni. & remiſ. vbi Papa ſcribit, non eſſe negandam pœnitentiam mulieri adulteræ, aut quæ falſum ſuppoſuit partum, ſed dicit competentem ſatisfactionem eſſe illi iniungendam: & quanuis gloſ. ibi miretur, quomodò mulier illa verè pœnitere poſsit, cùm ſemper retineat alienum, vt in cap. ſi res. 14. quæſ. 6. non perpendit cauſam & rationẽ radicalem illius diffinitionis, quæ eſt illa, quam prædiximus, nempe, quia etſi alienum retineat, dominus tamen iuxta rectæ rationis iudicium deberet velle, ne cum tam graui damno, quale eſt famæ vel vitæ diſpendium, illud ſibi reddatur: quare dum textus definit, mulierem illam eſſe ad pœnitentiam admittendam, intelligendus eſt, ad pœnitentiam Sacramentalem, etiamſi marito id non reuelet, quia id facere iuſto timore non audet, ſicque abſoluenda eſt Sacramentaliter, quæ abſoluta nõ remanet in peccato, non reuelando crimen ſuum marito, ſi enim peccaret, ad pœnitentiam admitti non deberet, nec ſibi prodeſſet, pœnitẽtiam ſatisfactoriam pro peccatis iniungere, hæc namque locum habere nõ poteſt, antequam culpa ſit quoad Deum remiſſa, vt rectè tex. illum ſic interpretatur Methymna in ſuo cod. de reſtitu. quæſt. 3. cauſa 4. in verſ. his non obſtantibus: pro quo faciũt verba tex. ibi, Hac fraude durante, &c. Nec illud de competenti ſatisfactione iniungẽda, quod tex. ille in fine præcipit, intelligendum eſt de reuelatione, nec proditione ſui marito facienda, nam ſi ad id teneretur ad finem ſatisfaciendi defraudatis, certè hoc illi eſſet neceſſariò per confeſſorem & Papam iniungendum ac præcipiendum, ad hoc vt admitti poſſet ad Sacramentum pœnitentiæ, ſicque tex. prætendit illam excuſare à debito reuelandi crimẽ ſuum marito ob iuſtum timorem, ſecundùm Methynam vbi ſupra. Nec obſtat ſi dicatur, text. illum tantùm loqui in caſu, quo mors adulteræ iuſtè timetur ex reuelatione prędicta, quo caſu Adrianus & cæteri prioris opinionis authores fatentur, ipſam ad id non teneri, non verò quando ſolum famæ detrimẽtum paſſura eſt mulier, quaſi hoc, cùm in eo textus minimè loquatur, mulier opportunè reuelare teneatur, hoc ſiquidem verum non eſt (quandoquidem, vt dixit Salomon Prouerb. c. 22. Melius eſt nomẽ bonum, quàm diuitiæ multæ, hoc enim magis permanebit tibi quàm mille theſauri pretioſi & magni. & Eccleſiaſt. 41. Curã habe de bono nomine) ergo cum fama pręualeat cunctis rebus, vt latè probat Nauar. in repet. c. inter verba. 11. quęſt. 3. n. 217. & 86. ipſa eis præferenda eſt, ac proinde non debet nec tenetur mulier cum tam graui ſuo damno reſtituere quod minus eſt, nẽpe hęreditatẽ, ex pręſumpta, ſeu potius elicita voluntate fraudatorum, iuxta rectæ rationis charitatem, vt prædicebamus in primo fundamẽto huius partis Tũ etiam, quia bonis perſonis maior iſte metus eſſe debet quã rerum, argumen. l. iſti quidem. ff. quod met. cauſ. Nec tex. in d. cap. officij, obeſt in

Ayuntamiento de Madrid

in propoſito, quia tantùm loquitur, quã do mulier iuſtè timet reuelare marito crimen ſuum, timor tamen amittendi famam talis eſt, ergo itidem procedit iniuſto timore amittendi famam, ſicut vitã: ex quibus omnibus fit, adulterã, vel partum alienum ſupponentem non teneri in hac ſpecie cum periculo mortis, vel famæ, ſeipſam prodere, etiamſi certò ſciat (non ſolum ſi dubitet) futuram vtilem eius criminis proditionem ad reparationem damni illati, ne filius ſpurius iniquè patrimoniũ mariti habeat: & in terminis hanc ſecundam partem tenent & intrepidè probant Innoc. & Abb. nu. 5. & cæteri Doct. cõmuniter in dict. c. officij. Ant. Gomez in d. l. 80. Taur. n. 75. & quanuis ipſi loquantur in periculo & timore mortis, idem eſt in periculo famæ, vt prędiximus, & tenet Scotus in. 4. diſt. 15. quæſt. 2. Caiet. in 2. 2. quæſt. 62. art. 6. ſuper reſponſio. ad 2. idem in opere. 16. quæſtionum, quæſt. 14. & latè & optimè Ioan. à Methymna vbi ſupra, & Alfonſus à Caſtr. libr. 2. de poteſta. leg. pœnal. cap. 11. in verſi. ob hanc cauſam. vbi inquit, quòd fere omnes Theologi cõcorditer hoc ſentiunt, Silueſt. in ſua ſumma, verb. adulterium, quæſtione. 1. & D. Couar. in d. regul. peccatum, in princip. nu. 3. & ſeq. prçcipuè num. 6. verſ. 4. vbi quod ita creberrimo omnium conſenſu reſpõſum & receptum eſt: & Nauar. optimè in manual. c. 16. n. 43. & 44. & c. 17 n. 89. & 90. & hanc opin. tenent cõmuniter Canoniſtæ, & Theologi, ſecũdum Ant. à Cordub. vbi ſupra, in. 2. opinione in verſi. hanc opin. quanuis ipſe contrariam veriorem eſſe exiſtimet, ad quẽ locum ſe idem author refert in ſua ſumma *de caſos de conciencia*, quæſt. 102. † Idem
16 erit, ſi periculum mortis inſtet ex malitia cognatorum ipſius mariti, qui eũ fortè minimè iracundum ad vxoris occiſionem commouebunt, cùm parum referat quòd periculum adulteræ immineat ex ira mariti, vel ex eius conſanguineorum malitia & perſuaſionibus, cũ ſemper adſit periculum mortis, & ſic ipſa cauſa, quę adulteram à reuelatione excũſat, vt aduerſus Adrian. & Methymnam rectè docet D. Couar. vbi ſupra. vbi idem etiã exiſtimat aduerſus Maior. in. 4. diſtin. 15. quęſt. 17. & in 3. diſt. 37. quæſt. 34. in adultera iam vidua, vt quanuis ſit liberata à
17 periculo mortis, † nihilominus non teneatur adulterium ſuum detegere cum grauiſsima famæ iactura, quia quanuis maius ſit vitæ quàm famæ diſpendium, attamen frequentiſsimo omnium conſenſu receptum eſt, vt vidimus, ſatis ſufficiens eſſe periculum aut diſcrimen famæ, ad hoc vt adultera interim excuſetur à proprij delicti reuelatione, & ita eſt tenendum. Ad fundamenta cõtrariæ partis reſpondetur. Ad primum eſt dicẽdum, in noſtro caſu ius naturale nec diuinum obligare huiuſmodi mulierem cum præfatis damnis vitæ vel famæ ſa-
18 tisfacere læſis: † tunc nanque ius naturale & diuinum obligat ad reſtituendum alienum, & lęſis ſatisfaciendum, quando iniuſtè ſeu iniurioſè alienum retinetur; quando autem ex conſenſu domini elicito aut debito res eius detinetur, nõ eſt iniuſta nec iniurioſa detentio, ideò tunc ceſſat obligatio reſtituendi, vt prędiximus: nemo enim vt plurimum tenetur rẽ inferioris ordinis reſtituere cũ rerum ſuperioris ordinis detrimento, puta nõ pecuniam cum detrimẽto famæ, vel honorem cum iactura vitæ, ſed rẽ cuiuſcunq; ordinis cum detrimento rei eiuſdem ordinis, vel minoris: ita Caiet. in 2. 2. quęſ. 62. art. 6. Nauar. & Cordub. vbi ſupra, & cæteri communiter Theologi: ſed in pręſenti noſtro caſu maritus nec hæredes ipſius velle non debent nec poſſunt, vt cum maiori detrimento reſtituatur ſibi, quod minus eſt vt eſt prædictũ: igitur non eſt iniuſta nec iniurioſa retentio vxoris, quatenus occultat nec prodit crimen ſuum. Prætereà, illud quod in primo fundamento prioris partis diximus, nempe non licere à diuite fura-
19 ri, † vt pauperibus ſubueniamus pro vitanda morte aut ſcandalo, non omnino procedit: nã ſi pauper ſit in extrema neceſsitate cõſtitutus, ita quòd veriſimile eſt eum moriturũ, niſi illi prouideatur licitum



Ayuntamiento de Madrid

citum eſt mihi propria vnde ſubueniam non habenti, aliena à diuite accipere; vt indigentiæ extremæ illius pauperis ſubueniam: nec in hoc erit diues ille rationabiliter inuitus, cùm id de ſuis bonis agam, quod ipſe facere debuiſſet, & à fortiori hoc caſu id ipſum poterit facere ille pauper, vt propriam mortem euitaret vt in d.cap.ſi propter.de furt.ſecus ſi nõ ſit in extrema neceſsitate.

20 Ad ſecundum, hoc eſt ad regulam iuris, vtilius ſcandalum naſci permittitur, quàm veritas relinquatur, omiſſo intellectu Innocent. Hoſtienſ. & Abb. in d. cap.officij, quod illud procedit in iudice, & in teſte, quem reprobant Adrian. & Alfonſ.à Caſtro vbi ſupra, vbi rectè probat, d.regulam procedere etiam in iudice & in teſte, accuſatore, & denuntiatore, vt ibi per eum, reſpondeo, præſupponendo prius, quòd ſcandalum eſt dictio Græca, hoc eſt, iuxta Latinam traductionem offendiculum: & ſignificat quãdam mali occaſionẽ, quę ruinę cauſam dat, quaſi cadendi occaſio, ſi quid obſtet eunti: & impactio pedis, vt in cap.diffinimus.18.quæſt.2.& explicat Diuus Hieronymus Matthæi.capit.15. Duplex autem eſt ſcandalum, datum & acceptum, hoc eſt actiuum & paſsiuum: datum autem, hoc eſt actiuum, authore eodem diuo Hieronymo, eſt dictum vel factum minus rectum, quod ex ſe alteri occaſionem præbet ruinæ, & ſemper eſt peccatum in eo qui ſcandalizat, cùm ipſum opus ſit peccatum, vel habens ſpeciem peccati: ſcandalum acceptum, ſeu paſsiuum eſt peccatum proueniens ex bono alterius opere, vel ſaltem ex facto, quod mali ſpeciem non habet; contingitque propriè ſcandalum hoc in eo, qui ſcandalizatur, vt conſtat ex latè traditis per Felin.in.c.nihil.de præſcript.& alijs Doctoribus, & diuo Thoma 2.2. quæſt.43. art.1.& 2.& quando quodlibet ſcandalum ſit vitandum, latiſsimè agit D.Couar.in d. regul. peccatum. in princ.nu. 4. Nunc verò præfata regula, vtilius, &c.

21 † quæ de hoc ſcandalo paſsiuo intelligitur, omnino accipienda in eum ſenſum eſt, vt de triplici veritate eam intelligamus, nempe vitæ, iuſtitiæ, & doctrinæ, non enim veritas vitæ, doctrinæ, nec iuſtitiæ omittẽda eſt propter proximi ſcãdalum vitandum: ita interpretantur regulam illam glo.& Canoniſtæ in d.cap. qui ſcãdalizauerit. Thomas in.4.quæſt. 43.arti. 7. & 8. Alexand. Halenſ.2.part. quæſt.189.memb.6. Adria.quodlibet. 1. artic.1.& 3. Alfonſ.à Caſtro lib.1.de iuſta hæretic.punit. cap.20. & dict.lib.2. de poteſt.leg.pœnal.cap. 11. quod latius declarat atque exemplificat multa inde inferens Couar.vbi ſupra.

22 † Prætereà regula illa eſt intelligenda nõ de omni veritate, ſed de ſola illa, quæ eſt ad ſalutem neceſſaria, ſiue illa ſit veritas vitæ, ſiue iuſtitiæ, ſiue doctrinę, vt ijdem nouiſsimi authores pręfantur: aliàs enim ſequeretur ex eadem regula, quòd interrogatus de crimine ſuo occulto, de quo nulla habetur ſuſpicio, obligaretur fateri illud, & dicere veritatem; quod tamen eſt falſum, quia nemo tenetur ſe ipſum prodere, quando crimen eſt potius occultum, & omni ſuſpicione carens, vt reſoluimus ſupra cap.11.n.39.& 42. Sequeretur etiam, confeſſorem de crimine pœnitentis interrogatum teneri illud propalare, quod nullus Catholicus concedet, vt ibidem docuimus nu.49. & ſeq. quia veritatem illam dicere non eſt ſacerdoti neceſſarium, imò neceſſarium eſt illi eam tegere quando igitur veritas, aut doctrinæ, aut vitæ, eſt ad ſalutem neceſſaria, nunquam eſt illa relinquenda, quanuis inde ſcandalum naſci timeatur: at mulierem adulteram reuelare ſuum crimen, nõ eſt de huiuſmodi neceſſarijs veritatibus, & ideò ad tollendum ſcãdalum mariti, hoc eſt vxoris ipſius necẽ, non eſt inconueniens veritatem illam omittere, quia non eſt neceſſarium ad ſalutem eam propalare cũ periculo mortis vel infamiæ.

23 Deinde regula illa eſt intelligẽda de ſcãdalo aliorum, & nõ de ſcãdalo proprio, quia ſi ex prolatione veritatis doctrinæ oritur mihi ſcãdalum, hoc eſt neceſsitas alterius maioris peccati, debeo relinquere veri-

re veritatem ad quam non eſt tanta obligatio, vt euitem aliud maius peccatum, quod mihi inde neceſſariò paratur: hoc contingit in hac muliere adultera, vt Caſtro vbi ſupra oſtendit, igitur, &c. Ex quibus patet, regulam illam receptiſsimæ præfatæ ſententiæ minimè obſtare.

Ad tertium reſpondeo, nil mirum, ſi teſtis falſarius ad id teneatur, cum ſit neceſſarium ad liberandum innocentem, quem falſo infamauit, à pœna mortis vel infamiæ: ſecus eſt in noſtro caſu, in quo id, quod debetur, non eſt fama, ſed res, ſeu patrimonium, quod læſis ad vitam, vt ſupponitur, neceſſarium non eſt: damnum autem, quod ex reſtitutione huiuſmodi fieret, eſt longè maius, nempe infamia reſtituentis, & mortis probabile periculum, vt patet, ergo non concurrit hoc caſu eadem ratio. † Præterea non obeſt, quod de repetente in iudicio rem ſibi furto ſubtractam diximus, nam reſpondeo, illud licitum eſſe, quia quanuis inde mors ſit euentura, quando iuſtè euentura eſt, hoc eſt iudicis authoritate interueniente, ſecus eſſet, ſi aliundè eſſet mors lædentis iniuſtè euentura, vt ex indignatione, odio, vel ignorãtia occidentis, tunc enim illicitum eſſet debitum cum tanta iactura debitoris petere: ſed in caſu præſenti, ſi vxor crimen proprium marito reuelet, timetur mors ex indignatione mariti euentura: ergo ceſſat argumentum: idem dicendum eſt in principibus bellum contra rerum ſuarum vſurpatores mouentibus, data iuſtitia belli, vt probat Methymna vbi ſupra. Nec obſtat ſi replices, quòd ad minus præſumi debeat, quòd maritus non defacto nec iniuſtè occidet vxorem, ex præd. reuelatione, ſed iuridicè contra eam in iudicio procedet vſque ad condemnationem iuridicam, & quòd tunc eadem ratione debet crimen reuelare, vt læſis ſatisfaciat, quia negatur conſequentia, cum reus minimè ad hoc teneatur, nempe ſponte ſe prodere antequam contra eum agatur, nec etiam ſi contra eum agatur, ſi crimen occultum ſit, vt prædiximus.

24

Ad quartum reſpondeo, valde diſsimile eſſe à noſtro caſu, nam auditor prædicatoris veritatem prędicantis tenetur prædicatori credere, & ita prędicator obligatur ad prędicandum: quòd ſi aliquis non crediderit, nullum ex tali prędicatione ſequitur damnum prædicatori: filius verò ſpurius, vt infra dicemus, non obligatur credere matri, & mater ex tali reuelatione magnum patereturdamnum, vt videmus. Prętereà, is qui ſe infamat reuocando dictum ſuum, vt alteri famam, quam ab eo abſtulit, reſtituat, non infert ſibi maius damnum quàm valet res, quam alteri reddit, ſed tantum ipſe perdit, quantum alteri reddit, hoc eſt famam, & ideò ſiue ſperet alios credituros, ſiue non, obligatur famam illi reſtituere, & pro illa quantum potuerit laborare. quòd ſi alios in ſua ſententia perſiſtere viderit, debet confidere illos aliquando eam mutaturos, & ſic ipſe facit, quod poteſt & tenetur. Remanet igitur ex ſupradictis ſatis probata, ac defenſata noſtra magis communis, & receptiſsima ſententia negatiua in fauorem mulieris adulteræ, vt ipſa quidem minimè debeat, nec teneatur ſe prodere hac in ſpecie propter periculum vitæ, aut famæ, etiam ſi credat ſuam reuelationem vtilem fore ad ſatisfaciendum læſis, quia probari id poſsit.

Nec mihi tuta videtur cautela, qua vſam fuiſſe quandam viduam Aueniomenſem, refert Alciatus libro præſumptionum, regula tertia, præſumptione 37. numer. 4. & idem parergon iuris capitul. 12. numer. 6. quæ cum plures liberos haberet, quorum vnus erat ex adulterio conceptus, eis moriens accerſitis, ita loquuta eſt: Filij, mei vnus veſtrũ eſt natus ex adulterio, & ideò bona mei mariti detinet indebitè, ego cum antequam moriar nuncupare, ac indicare intendo, niſi vos inuicem remiſeritis omne ius quod habet alter aduerſus alterum: tunc filij, cũ quilibet de ſe ipſo dubitaret, mutuò ſe ipſos ab eo onere abſoluerunt, & liberauerunt, iuſque inuicem ſibi remiſerunt:

ſerunt: per hanc enim cautelam minimè tollitur damnum ex adulterio, nec fit liberatio ſufficiens, ſi quidem præfata mutua abſolutio ſpontanea non eſt, ſed coacta, quia is filius qui legitimus eſt, nullũ ex ea commodum habet, ſed damnũ patitur, nec id remiſiſſet, ſi certò ſciret alterum ex adulterio conceptum fuiſſe, imò coactus metu, ne forſan ipſe à matre ſpurius manifeſtaretur, eidem liberationi à matre inductus conſenſit. Tunc enim liberatio creditoris valida eſt, præcipuè in foro conſcientiæ, cùm eà ſponte, & ex animo, liberè, ac veritate plenè narrata, bona fide fit, aliàs verò inuoluntaria & ſubreptitia, atq; extorta iudicatur, ac proinde nulla, & ita meritò prædictam cautelam reprehendit Couarruuias vbi ſupra num. 6. ad finem. verſicu. nec mihi placet, & Menoch. lib. 2. de arbitrar. iudic. centur. prima. caſu 89. nu. 29. & 30. & Antonius à Cordub. dicta quæſtio. 31. in prima opinione. in verſic. notandum eſt.

26 Supradicta tamen magis communis ſententia multas patitur declarationes. Prima eſt, vt non procedat, ſi hæc mulier erat iam diffamata adulterij, vel ſuppoſitionis partus, & prætereà credat ſe ſine periculo corporis, & animæ id reuelare poſſe, ac quòd ſibi maritus & filius credent: tunc enim id reuelare ipſis tenetur pro ſatisfactione competenti, de qua in dicto capitul. officij, vt ibidē probauit Innocentius & cęteri omnes communiter, vt teſtatur Nauar. in dicto cap. 16. num 45. & Couarruuias etiam vbi ſupra, nu. 6. verſi. 3. Quinimò idem erit, ſi mulier crederet, huiuſmodi filium præ eius virtute, ac nimia, quam de matre fidem, habet ſibi omnino ſecretò reuelanti crediturum, atque hæreditatem alijs relicturum tunc enim tenetur eidem ſecretò reuelare, ſecũdùm Nauarrum vbi ſupra dicto numer. 45. & Cordub. in dicta ſua ſumma, quæſt. 102.

27 Secunda declaratio eſt, vt procedat communis ſententia, quando damnum, quod reſtitui prætenditur ex reuelatione, nempe hæreditas patris, eſt minus quàm diſpendium, quod ex reuelatione mulieris ſequeretur, in quibus terminis ipſa communis loquitur, tunc enim meritò vt ipſa committatur propter periculum mortis, aut famæ, cùm hæc ſint maioris valoris: at verò ſemoto vitę periculo, etiam cum famæ iactura teneretur mulier hæc ſuum crimen detegere, ſi ſciat vtilem futuram hanc reuelationē, & ei creditum iri, nempe cum tantum, ac tam ingens eſt patrimonium mariti, quod à legitimo ſucceſſore iniquè aufertur adulterio vxoris, & ſpurio filio traditur, vt rectitudine pēſata arbitrio diſcretiſsimi viri maius ſit eius quàm famę ipſius adulteræ diſpēdium, vt exiſtimat Couar. vbi ſupra num. 6. verſi. ſed ſi adamuſsim, dicens, hoc maturè & diligenter eſſe conſiderãdum. Idem videtur voluiſſe Dominic. à Soto lib. quarto de iuſtitia, & iure. quæſtio. 7. ſeptima. artic. 2. in reſponſione ad primum, & quęſtion. 6. artic. 3. in reſponſione ad quartum argumentum, dicens per prudentiam librã dam eſſe tunc adulteræ famam cum iactura, quã verus hæres facit: ſi enim pretioſior eſt multo fama mulieris aliàs nobilis & honeſtæ, quàm hæreditas, quæ fortè tenuis eſt, conſulendum eſt illi vt taceat: ſi autem hæreditas contrà maioris æſtimatur, nempe ſi eſt illuſtris maioratus, & illa non eſt tanti nominis, detegere ſe tenetur, ſaltem ſub mortis articulum, vt periculum homicidij nō ſubeat, cæteris tamen paribus, melior eſt conditio legitimi hęredis. Idem erit ſecundũ ipſum, ſi regnum aliquod, aut pręclariſſima domus, ſilente adultera, ad alienos deberet tranſire: nam tūc vix poſſet aut deberet eiuſdem adulteræ conſciētia pacari, ſi res eſſet certa quòd eſſet omnino ſuo teſtimonio profutura, niſi ſe etiam cum periculo vitæ proderet: dummodò prius tale periculum caueatur, nam peccatum mariti ipſa non tenetur cum tanta iniuria veri hæredis euitare.

Hęc tamen declaratio indubia nō eſt, quia tex. in dict. capit. officij. indiſtinctè & generaliter loquitur, ac illud decidit ob timorem iuſtum mulieris reuelandi ſuum

Ayuntamiento de Madrid

ſuum crimē,qualis eſt vitę,vel famæ nec nuncupatim loquitur in periculo mortis,ergo indiſtinctè eſt intelligendus, & ita contra hanc ſecundam declarationē improbans Sotum optimè tenet,& pluribus rectè probat cum Caieta. quem refert,Nauar.in manual.cap.17.nu.89. & ſeq.cui aſſentio indiſtinctè abſque moderatione Cordubæ vbi ſupra, in tertia opinione,& ſic hæc ſecunda declaratio non videtur tenenda.

28 Tertia declaratio veriſsima communis,atque ſine controuerſia eſt apud omnes Theologos, & Canoniſtas, nempe quòd adultera habens patrimonium, ex quo valeat cōmode legitimis mariti hæredibus atque ipſi marito damnum reſarcire,teneatur id omnino facere,cùm ea reſtitutio ſatisfieri poſſet abſq; iactura vitæ,famæ,vel honoris ipſius adulterę: ita indiſcriminatim omnes ſupra citati fatentur, ex quibus nonnulli in noſtris regnis Hiſpaniæ exemplificant,& bene, in tertio,& quinto bonorum in quibus parens filium,vel filios,aut filias meliorare poteſt iuxta.ll.Regias,ita Nauar.vbi ſupra num.47.& Alfonſ.à Caſtro dict. c.11.in verſi. ſi religio monachatus, addens,quod ſuadeat etiam marito,vt idē faciat.quòd ſi ab eo impetrauerit,minimū erit,aut fortè nihil,in quo reliquos filios lædat.In regno autem Aragoniæ, in quo parentes etiam ditiſsimi nō coguntur vnicuique filio relinquere vltra quinque argenteos ſolidos,qui vix conſtituunt quartam vnius ducati partem, facillimum eſſet remedium: quod apud illos ideò conſtitutum eſt,vt hac via filij cogantur parentibus magis obedire: & idem fieri poteſt in ea Cantabriæ parte, quę nunc Vizcaya dicitur,quoniam illic ferè ſimilem habent parentes teſtandi facultatem,vt fertur:& hæc eſt competens ſatisfactio,quam diſcretus confeſſor huic mulieri confitenti imponere debet,de qua in dict. capit. officij. in fine.Sed ſi maritus vxoris adulteræ nullum habeat filium,cui ſit facienda reſtitutio, videndus eſt hoc caſu Alfonſ. à Caſtr.vbi ſupra,in verſi.ſi maritus.

29 Quarta declaratio eſt,vt quoties mulier hęc alia bona non habeat,ex quibus læſis ſatisfacere poſsit, tunc debeat filio perſuadere,atque pro ſuis viribus inducere,vt religionē ordinis incapacis bonorum in communi ingrediatur,vel clericus efficiatur,beneficiumque eccleſiaſticum recipiat,quo ſe contentum reputet,& hæreditatem fratribus relinquat: quòd ſi hoc facere filius noluerit, tunc mulier conteratur,& peccati pœniteat cum voluntate ſatisfaciendi quando potuerit,& cum hoc ſufficit, ad ampliuſq; non tenetur, niſi ad plus laborandum, multiplicandumque bona mariti,quàm ratione matrimonij aliàs tenetur,minores ſumptus faciendo in veſtibus & alimentis quàm honeſtè facere poſsit, ita quòd hoc cum damno adæquet, ſi poſsibile ſit:quòd ſi adhuc hoc non ſufficiat, orationibus & bonis operibus cum prædicta pœnitentia, & animo reſtituendi quando potuerit,ſatisfaciat, & hæc eſt etiam competens ſatisfactio, de qua loquitur dict.capitul.officij.in fine.quam diſcretus confeſſor debet iniungere prædictę mulieri: ita colligitur ex pluribus ſimul iunctis ſupra citatis authoribus, pręcipuè Scoto vbi ſupra,Innocent.Abbate, & cæteris in dicto capitul.officij. Antonius Gomez vbi ſupra.Medina,& Nauar. Alfonſus à Caſtro & Cordub. dicta quæſtione 102.& in dicto quæſtionario,quæſtione 31.in princip. verſic.2. etiam,quanuis Sot. dicta quæſtion.7.in reſponſione ad primum,exiſtimet de iuſtitia non teneri mulierem inducere ad religionem huiuſmodi filium: ſed eum in hoc improbat Cordub.dicta quęſtio. 31.in princip.tenens cum Scoto & cęteris quod prædiximus,nam de iuſtitia tenetur facere quantum poteſt,vt hæredes legitimi ſint indemnes: ſi ergo per hunc vel illum modum,& nō per alium id efficere poteſt,vtique de iuſtitia, vel quouis alio iure tenetur:& hęc reſpectu mulieris dicta ſufficiant.

30 Reſpectu autem ipſius filij ſuppoſiti, vel ex adulterio concepti dicendum eſt, ipſum matri hoc aſſerenti,ſibique reue-



Ayuntamiento de Madrid

lanti non teneri credere,nec hæreditatẽ reſtituere:itaAbb.in dict.cap.officij nu. 4.tenuit prius gloſ.in.l.etiam.ff.de probationibus, Bartol.in. l.filium.ff.de his qui ſunt ſui vel alien. iur. Gozadinus conſi.12.nume.27 Alciat. in dict.regul. tertia.præſumptione.37.num.4.Couar. vbi ſupra num.6.in verſi.2.vbi ampliat, etiamſi filius ſciat matrem adulterium commiſiſſe,affirmans,quòd id omnes fatentur in cap.per tuas. de probationib. & in dicta.l.filium.Methymna vbi ſupra in verſicu.an autem filius.Domini. à Soto vbi ſupra,in reſponſione ad primum, & Alfonſ.à Caſtr.etiã vbi ſupra, in verſicul.filius tamen.Menoch. de arbitrar.
31 iudic.lib.2.centur.1.caſu 89.nu.27. † Ex quo inferunt omnes, ſtultè egiſſe illum Regis filium, qui nimis credulus matri credidit ſe non Regis,ſed militis filium eſſe;& ob id regno renuntiauit, vt referunt Cinus & Bartolus in dicta.l.filium: & ibi Bald.& conſi.74.lib.1.& Neuizanis libr. 1.ſiluæ nuptia.num.50. Barbat. conſi.58.numer.2.lib.1.Corneus conſil. 293.in fine lib.4.poſt Abb.in dicto cap. officij. in fine, & alij etiam idem pro-
32 bant. † Quod procedit etiã in foro conſcientiæ,ſecundùmCorneum vbi ſupra, quem in hoc ſequitur Andreas ab Exea in cap.1.nume. 336. de conſtitutio.idem probat Methymna vbi ſupra,& Mercado *de tratos y contratos*,lib.6. cap.13. ad finem,*de la reſtitucion enlos bienes temporales*: quod verum exiſtimo,præterquam,ſi tã vehemens eſſet matris perſuaſio,vt adulterinus filius credere intus mente con-
33 uincatur, † quia licèt tunc in foro exteriori ſibi adiudicetur hæreditas,nihilominus in conſcientia teneretur illam à ſe abdicare, quia tunc ſententia fundatur in falſa præſumptione: ita Dominicus à Soto vbi ſupra,in verſicu.tametſi. quem refert & ſequitur Menoch. vbi ſupra nu.28.& hæc eſt prima limitatio.

34 Secundò limitat Methymna vbi ſuprà,ſi mater benigne, & amanter filium tractauerit,ipſaque ſit moribus reformata,timoratæ conſcientię, & propriæ famæ amica, nec mentiri ſolita,maximè ſi in articulo mortis ſit,aut tempore ſacro puta in hebdomada Sancta quando factum filio ſpurio reuelat,nam tunc videtur quòd filius debeat illi fidem adhibere, cùm cauſam ad oppoſitum credẽdũ non habeat efficaciorem,ſecus ſi illa durè filium tractauerit,quòd eum odio habuerit,è contra verò legitimos amanter proſequitur,illiſq; ſigna dilectionis oſtendit, cum tunc ſpurius audita matris narratione poſsit præſumere ex odio potius,& vt cęteris filijs proficiat,quàm ex veritate id velit filio ſpurio perſuadere.

35 Tertiò limitatur,niſi veritas tam euidenter probetur,vt nulla poſsit tergiuerſatione celari,tunc enim licèt in foro exteriori poſſet filius iuxta præſumptionem iuris agere, in conſcientia tamen obligaretur agere ſecundùm veritatem ſibi euidenter probatã,quia veritas ſemper eſt præferenda præſumptioni:ita Alfonſus à Caſtro vbi ſupra.

36 Quartò limitatur,ſi filius hic ex reuelatione matris haberet conſcientiam læſam,quia tunc deberet eidem credere,& omnia bona reſtituere,aliàs enim ſi faceret contra conſcientiam,ædificaret ad gehennam,vt in capitul.literas.de reſtitutione ſpoliatorum, & in capitul. per tuas. de ſimon. ſecundùm Abb.in dict. cap.officij.num.4.quas limitationes veras eſſe,& tenendas exiſtimo.

37 Poſtremò reliquum eſt videre de ipſo adultero,qui ex aliena vxore prolem ſuſtulit,an teneatur marito reſtituere quæ in alenda, educandaque illa prole expẽdit,& legitimo hæredi eam,qua defraudatur hæreditatem,ſicut ipſa mulier adultera tenetur, vt prædiximus, necne? Et quidem ſi ipſe certus non ſit,nec credat,nec credere debeat prolẽ eſſe ſuam, quia mulier illa cum alijs adulteriũ commiſit,vel ſi illa quoque dubitet, an filius ex adulterio cõceptus fuerit,vel ex matrimonio, aut quia iuſtè credit mulierẽ mentiri ad eum obligandum, ad nihilũ tenetur, argument. capitul. graue. 11. quęſtio.3.& cap. dominus, de ſecundis nuptijs. Ita Florentinus in 2. part.ſuæ

ſummę

ſummę,titul.2.cap.7.ſub finem,quem refert,& ſequitur Nauar.vbi ſupra nume. 49.& Anton.à Cordub.dict. quæſtion. 31. in quarto dicto in fine. Sic ſi ſoluta mulier cum duobus conuerſetur,neuter eorum tenetur credere ex ſe habuiſſe in vtero: imò licet Petrus ſuum eſſe credat,& Paulus eum ſuſcipiat,nutriat & ditet, non tenetur Petrus rē detegere,quādoquidem alter,vel ſua leuitate,vel mulieris impoſtura deceptus eſt,nec ipſe eū decepit,vt inquit Sot.vbi ſupra,in verſi. ad hoc igitur.

38 Si verò adulter rationabiliter credat, aut credere teneatur filium eſſe ſuum,videtur etiam ad nihilum eum teneri, tum quia non ſit cauſa propinqua damni,vnde etiam ſi de facie,aut alia via ei conſtiterit prolem eſſe ſuam,tamen illum non ſuppoſuit marito: tum etiam,quia non ſcit an alium ſecum ipſa admiſerit, quæ enim vnum recepit, abſque iniuria credi poteſt alium pariter admittere: quocirca iure definitur filiationem eſſe difficilis probationis,vt in l.Lucius.ff.de cōditionibus & demonſtrationibus. Menoch.latè dicto caſu 89. lib.2. & in terminis hanc partem probauit Dominicus à Soto vbi ſupra, addens re vera ſe non videre cur adulter ad aliquam de iuſtitia teneatur reſtitutionem, quāuis ob honeſtatem & decentiā ad id teneatur.

Sed his non obſtantibus,contrarium in hac ſpecie tenendum eſt,nempe,vt adulter credens filium ex adulterio à ſe commiſſo conceptum,eſſe ſuum,teneatur de iuſtitia ad prædictam reſtitutionē faciendam,tam marito illius mulieris adulteræ,quàm vero hæredi.Primò,quia qui cauſam damni dat, damnum dediſſe videtur. l. qui occidit.§. in hac.ff.ad legem Aquiliam.cum ſimilibus.Secundò, quia adultera ad idem tenetur,vt eſt prædictum, quanuis non ſit cauſa proxima damni, quod non ſequitur immediatè ex ſuo adulterio,nec ex partu,ſed ex vita ipſius filij. Tertiò, quia adulter ſatis cauſa propinqua eſt damni, quanuis nō proxima,& nō oportet eſſe proximam, ad hoc vt de damno quis teneatur,iuxta notata in capit.fina.de iniur.& damno dat. maximè cum partus ſit effectus ſequutus ex adulterio, quo caſu etiam cauſa remota nocet,capit.fin.de homicid.lib.6.nec enim dum de alio nō conſtat,eſt præſumendum mulierem illam alteri ſui copiam feciſſe,cùm factum nō debeat præſumi niſi probetur, vt in.l. in bello.§.factæ.ff. de captiuis & poſtlimin.reuer.l.ſi emācipati. C.de collatio. quòd ſi adhuc id præſumi poſſet,incertum & generale eſſet, ac proinde leuis præſumptio: at verò illa quæ credit filium ſuum eſſe,fortior eſt,atque ſpecialis, quandoquidem certus eſt cum illa muliere cōcubuiſſe, alijſque rationibus credit filium ſuum eſſe,ac proinde ſtandum potiùs huic eſt,quàm contrariæ: & ita ex ſupradictis hanc partem tenent & probant Florēt. vbi ſupra, & Silueſt. in ſumma,verb.adulterium.quæſt.5.eſtq; communis opinio,& tenenda aduerſus Sot.ſecundùm Nauar. vbi ſupra nu. 49.& Anton.à Cordub. d. quæſt.31.in. 4.dicto, & in d. ſua ſumma,quæſt.102. circa fin.

39 Damnum autem hæredi legitimo totum integrum reſtituendum eſt,quoties filius putatiuus iam ſucceſſit in hæreditate patris putatiui: antequam verò ſuccedat,ſi pœnitens ſit in articulo mortis, ratione dubij,an ſuccedet, vel non,tanto minus reſtituere poteſt,quantum bonus ac prudens vir arbitrabitur,vt cum Scoto vbi ſupra, rectè probat Nauar.d. numer.49.

## SVMMARIVM.

1 *Capit. in ciuitate, & capit. nauiganti de vſuris referuntur.*

2 *Intellectus & concordia dictorum iurium & numer.5. reijcitur alius nouiſſimus Magiſtri Palacio.*

3 *Qui ſuas non erat merces venditurus vſque ad tempus,quo pretium auctum iri conijcitur, poteſt rogatus pluris vendere quàm tempore venditionis valeant,deductis expenſis,laboribus,& periculis.& nu.2.*

4 *Qui vſq; ad menſem Maij erat ſeruaturus frumentum,*

Ayuntamiento de Madrid

mentū poteſt ſub Natalem Domini carius quàm tunc valeat vendere, ſi dubium veriſimile ſit, quòd illo tempore plus minuſve ſit valiturum.

6 Poteſt quis vendere frumentum pretio, quo valebit hebdomada, mēſe, vel die, ad quem vſque erat ſeruaturus, non tamen exigere debet pretium maius illius diei vel menſis, ſed mediocre vel commune.

7 Venditor, qui merces ſuas erat alioqui ſeruaturus poteſt eas vendere ea conditione, vt cum ei libuerit, eligat pretium commune, modò ſemel eo conſtituto & electo variare non poßit.

8 Venditor merces ſeruaturus ad Calendas Martias, non poteſt eas vendere Calendis Octobris pretio, quo valebunt Calendis Maij.

9 Illicitus eſt contractus, quo res venditur pretio, quo pluris valebit à tempore contractus vſque ad menſem Martij.

10 Pactum, vt ſoluatur medium pretium rei venditæ, quod magis aut minus eſſet valitura à die contractus vſque ad tempus, quod eā venditor eſſet ſeruaturus, ſiue excreſceret, ſiue creſceret eius valor, non continet vſuram nec peccatum.

11 Non licet ratione crediti prorogatiq; pretij rem carius vltra latitudinem iuſti pretij vendere quàm in præſenti valet: nec vilius emere infimo pretio iuſto ratione anticipatæ ſolutionis, niſi veriſimiliter dubitetur tēpore ſolutionis plus vel minus valiturā rem illam.

12 Læſor in caſu præcedenti tenetur in conſcientia reſtituere læſo exceßum iuſti pretij vltra latitudinem, vel ſupplere defectum vſque ad iuſtum infimum pretium.

13 Quando in diſſolutione nundinarum mercium pretia decreſcunt, non poteſt mercator vendere credito, quanti præſenti numo vendidiſſet in emptorum feruore.

14 In foro exteriori non eſt contractus vſurarius iudicandus, quoties res carius venditur ad creditum, quàm in promptu valet, vel vilius anticipata ſolutione, niſi conſtiterit ob eam rationem carius vel vilius venditam fuiſſe, & nu. 16.

15 Abbas & alij ſimpliciter aliud dicentes, ſupplentur ac intelliguntur iuxta ſupradicta.

17 An idem ſit in domo vel prædio vendito cæteriſque rebus, quæ in pondere, numero & menſura non conſiſtunt: & num. ſeq.

18 Pretium commune alicuius rei in promptu ſoluendum debet conſiderari omnibus ſuis partibus ac qualitatibus perpenſis & æſtimatis, vt latiùs hic.

19 L. curabit. C. de action. empt. non procedit re vendita, & tradita, habita fide de pretio.

20 Intereſſe in recompenſatione fructuum interim perceptorum, de quo in d. l. curabit. C. de actio. empti. eſt licitum etiam attēto iure Canonico.

21 Vendens carius ad creditum mulos, pecora, & alia animalia ob dilatam ſolutionem, quam pretio communi præſenti valeant, vſuram committit.

22 Vſura licet propriè committatur in his rebus, quæ pōdere, numero & menſura conſiſtunt, hoc verum eſt quoad formam, ſed quoad intentionem deprauatam poteſt etiam committi in cæteris rebus.

23 Mercatores an ratione lucri ceſſantis, vel etiā damni emergentis poßint carius vendere rē ad creditum quam in promptu? & nu. ſeq. præcipuè nu. 26. 27. & 28.

24 Licitum eſt mutuanti ſtipulari ſe indemnē ſeruari tam in lucro ceſſante, quàm in damno emergente.

25 Caſus in quo mercatores, vel quiuis alij poſſunt carius rem aliquam vendere ad creditum, quàm pretio communi de præſenti valeat ratione lucri ceſſantis, & à fortiori damni emergentis, tribus concurrentibus, & nu. 29.

30 Mercatores an poßint merces ſuas carius ad creditum vendere quàm præſenti pecunia valeant, ratione periculi cui venditor ad emptoris inſtantiam ſe exponit, tam reſpectu capitalis, quàm expenſarum pro eius recuperatione?

31 Creditor poteſt à debitore exigere quicquid in recipiendo debitum diſpendit.

32 Pactum de certo ſalario conuentum pro expenſis & laboribus inter creditorem & debitorem initum, quoties debitor ab vrbe loco diſtat, in caſu moræ retardatæ ſolutionis licitum eſt.

33 Licitum eſt emere debitum minori pretio, quod expoſitum eſt periculo, vel cum expenſis exigi ſperatur.

34 Pactum in contractibus cenſuum redimibiliū, continens

Ayuntamiento de Madrid

*continens moroſum cenſus debitorem teneri ad intereſſe lucri ceſſantis, vel ad cambiũ, ſeu certas expenſas, aut certa ſalaria iuramento creditorum liquidandas, eſt nullũ propter ſuſpicionem fraudis vſuræ.*

35 *Vendere an liceat merces aliquas ad creditum carius quàm præſenti pecunia valeant, quoties eius ſint conditionis merces illæ, vt communiter illo pretio ſoleant vendi ad creditum, quia rarò niſi parua pecunia venduntur in promptu? & num. ſeq.*

36 *Vendere nõ licet carius merces ad creditũ, etiã ob gratiam & commoditatem emptorum.*

37 *Nulla reſpublica totius orbis diuerſa pretia vnquam conſtituit mercibus à ſuis ciuibus vendendis præſenti pecunia, & ad creditum, ſed ſemper taxatur idem pretium ſoluendum de præſenti, vel ad creditum ſoluendũ.*

38 *Merx venditioni expoſita, ſi non inueniat emptores niſi parua pecunia emere volẽtes, paruo pretio, æſtimatur ſicut è contra.*

39 *In venditionibus groſsis (hoc eſt, de por junto) non etiam licet carius vendere ad creditum quàm pecunia præſenti: infra latitudinem tamen pretij ab infimo vſque ad rigoroſum bene licet, vt in nu. 40. dummodo non ſumatur pretium quo minutatim prædict. merces venduntur, quanuis in promptu, quia hoc modo carius licet eas iuſtè vendere ratione laboris, & adminiſtrationis, item & diminutionis mercium, non verò ſi ſimul omnes vendantur, vt ibidem, & nu. 42.*

41 *Merces maritimæ an carius vendi poßint ad creditum, quàm pecunia præſenti valeant? & numer. 42.*

43 *Lanæ non poſſunt vendi in diem carius quàm in promptu valeant vltra latitudinem iuſti pretij: niſi veroſimile dubium ſit, plus vel minus valituras tempore traditionis, vel ratione veri damni emergentis, vel lucri ceſſantis, vt in nu. 46. & nu. 47. quid ſi emptor ſuſcipiat in ſe periculum?*

44 *Lanæ an anticipata ſolutione vilius infimo pretio communi in promptu emi poßint? & numeris ſequent.*

45 *Emptio frumenti, vini, vel olei anticipata ſolutione ita demum permittitur minori pretio quàm valeat, quando dubium eſt veriſimile, vtrùm plus vel minus tempore traditionis ſit valiturum.*

48 *Frumentum futurum anticipata ſolutione quo pretio in his regnis emi poſsit?*

49 *Frumentum vetus an licitè mutuari poſsit ad renouandum, hoc eſt, vt nouum ſoluatur? & numeris ſequen.*

50 Frumentum *vetus ad renouandum dari poteſt bona intẽtione, ne frumentum pereat, & vt recipienti gratia fiat, ſi granum vetus tantum, vel plus valeat tempore quo traditur, vel quo reddendum eſt, quantum nouum cũ redditur, vel ſaltem id ſit veriſimile, vel dubium ſit plus vel minus valiturum, vt in nu. 53.*

51 *Quinimo & in caſu præcedenti licitum eſt plus expetere de nouo grano, ſi vetus melius exiſtimaretur, vel plus valere quàm nouum tẽpore traditionis.*

52 *Si tempore mutuationis frumenti valet fanecã octo regalia, & tunc eſt veriſimile, quòd tempore ſolutionis valebit quatuor, & infra; poterit mutuator conuenire, vt pro ſingulis fanecis duplices reddantur, dummodo veriſimile dubium ſit, plus minuſve duas fanecas tunc valituras quàm tempore mutuationis valeat vna.*

54 *Mutuans granum vetus principaliter, vt melius ſeu præualens recipiat committit vſurã.*

55 *Quod procedit nedum quando ſcitur nouum melius & pretioſius futurum, ſed etiamſi veriſimiliter credatur plus frumentum valiturum tempore traditionis, & non erat vſque ad illud tempus ſeruaturus.*

56 *Quando granum quod mutuatur, eſt iam putrefactum, vel corruptioni proximum, aut ſub marcidum (aut eadem ratione impurum) pro alio nouo (vel etiam veteri, meliori tamen) non eſt licitus contractus, ſed potius vſurarius.*

57 *Quod prædictum eſt in grano dato ad renouandum, procedit etiam in vino, oleo, & alijs ſimilibus.*

58 *Tempore egeſtatis frumenti licitum eſt id æſtimatum, vt tunc communiter valet, alteri mutuare in frumento, reddendum eo pretio, quo tempore ſolutionis valuerit.*

59 *Non licet mutuare frumẽtum appretiatum vt tunc valet, ſoluendum tamen tempore cõſtituto inter partes in frumẽto, vel ind. pretio, prout mutuans maluerit & elegerit: ſecus ſi electio mutuatario detur.*

*Emens*

Ayuntamiento de Madrid

60 *Emens frumentum, vinum vel oleum, &c. extendatur, vt in nu. 60.*

61 *Conductores redditũum eccleſiaſticorum vili pretio anticipata ſolutione an ſint ſecuri? & num. ſeq. plura de dubio euentu, & incertitudine fructuum.*

70 *Vendere merces oppreſsis aliqua egeſtate ad creditum carius vltra pretium rigoroſum, vt ab eodem ſtatim reemant viliori pretio ſtatim ſoluendo, impium atque illicitum eſt, quod vulgò dicitur, mohatra.*

72 *Fallit ſi infra latitudinem pretij ambo contractus caderent.*

## CAPVT XXXIX.

### De vendentibus carius ad creditum quàm in promptu res communiter valeat, & de minori ementibus anticipata ſolutione.

1 EXtant de hac re duæ decretales, prima quidem Alexandri Genuenſi Archiepiſcopo, ſecunda Gregorij Noni Fratri R. Summorum Pontificum, in titul. de vſuris. illa in hũc modum: In ciuitate tua dicis ſępè contingere, quòd cũ quidam piper, ſeu cinnamomum, ſeu alias merces comparant, quæ tunc vltra quinque libras non valent, & promittunt se illis, à quibus illas merces accipiunt, ſex libras ſtatuto termino ſoluturos: licet autem contractus huiuſmodi ex tali forma non poſsit cenſeri nomine vſurarum, nihilominus tamen venditores peccatum incurrunt, niſi dubium ſit merces illas plus, minuſve ſolutionis tempore valituras, & ideò ciues tui ſaluti ſuę bene conſulent, ſi à tali contractu ceſſarent, cum cogitationes hominũ omnipotenti Deo nequeãt occultari.

Iſta: Nauiganti vel eunti ad nundinas certam mutuans pecuniæ quantitatem, eo quòd ſuſcipit in ſe periculum, recepturus aliquid vltra ſortem vſurarius eſt cenſendus. Ille quoque, qui dat decẽ ſolidos, vt alio tempore totidem ſibi grani, vini vel olei menſuræ reddantur, quę licèt nunc plus valeant, vtrũ amplius vel minus ſolutionis tempore fuerint valituræ, veroſimiliter dubitatur, non debet ex hoc vſurari⁹ reputari. Ratione huius dubij etiam excuſatur, qui pannos, granum, vinum, oleum, vel alias merces vẽdit, vt amplius quàm tunc valeãt in certo tempore recipiat pro eiſdem, ſi tamẽ ea tempore contractus non fuerat venditurus.

2 In primis obſeruandum eſt, priorem illam decretalem, ibi, Niſi dubiũ ſit, &c. intelligendam eſſe per ſecundam, ibi, Si tamen ea tempore contractus non fuerat venditurus: itaque ſolum dubiũ, merces nempe, plus minuſve valituras tempore ſolutionis, non ſufficit, ſed copulatiuè, & ſimul requiritur & hoc, quòd venditor eas tempore contractus non fuerat venditurus, aliàs enim vnum ſine altero non ſufficit, vt in d. cap. nauiganti, hoc expreſsé probatur in. 3. eius parte, hoc eſt finali, quæ in eodem caſu dict. cap. in ciuitate, loquitur illud declarans prædicto modo, vt tenet gloſ. ibi, verb. venditores, & communiter Doct. & probat latiſsimè optiméque Ioan. à Medin. de reſtit. quęſt. 38. cauſa 5. vbi dicit communem. Dominic. à Soto lib. 6. de iuſti. & iure. quæſt. 4. arti. vltim. verſi. poſterior concluſio. Nauar. in manual. c. 17. nu. 241. & latè D. Couar. lib. 2. variar. reſolut. capit. 3. nu. 6. per totum, vbi teſtatur hoc eſſe frequentiſsimo omniũ conſenſu receptum aduerſus Caieta. in 2. 2. quęſt. 78. arti. 2. ad 7. contrarium tenentem, nempe ſufficere priorem conditionem abſq; poſteriori ad ipſius cõtractus iuſtificationem, atque ita ſatis eſſe merces vendi pecunia credita maiori pretio quàm valeant tempore contractus, quã do adeſt dubium, an tempore ſolutionis ſint pluris minoriſve valituræ, tametſi non foret venditor eas ſeruaturus in tẽpus deſtinatæ ſolutionis: ſed Caietanum in hoc improbant communiter omnes poſt eum, exiſtimantes neceſſariam eſſe hanc ſecundam conditionem, nec ſuffi-



Ayuntamiento de Madrid

3 cere priorem. † Iuxta quam receptiſsimam ſententiam,qui ſuas non erat merces venditurus vſque ad tẽpus,quo pretium auctum iri conijcitur,poteſt rogatus pluris vendere,quàm tempore venditionis valeant,expenſis deductis, quæ in prædictis mercibus ſeruandis aut cuſtodiendis eſſet venditor expenſurus arbitrio boni viri, laboribus ac periculis:
4 & ſic † qui vſq; ad menſem Maij erat ſeruaturus frumentum, poterit ſub natalẽ Domini carius quàm tunc valet, vendere,ſi dubium veroſimile ſit illo tempore plus minuſve valiturum,vt probant prę fati authores ex ſupradictis iuribus poſt Silueſt. in ſumma verb. vſura.2. §. 2.& Maior in.4.diſtin.15.quæſt.32. Et ita eſt tenendum,quicquid aliàs ediſſerat nouiter contra præfatam communem ſen-
5 tentiam, † atque contra Methymnam Magiſter Palac.lib.4.*de contratos*,capit.3. fol. 150. & ſeq.niſus probare in diuerſis contractibus loqui dict.c.in ciuitate,& cap.nauiganti, de vſur. nempè quòd in dict.c.in ciuitate.exhibeatur res emptori,& non ſoluitur pecunia, ſed eius ſolutio differtur:in cap.verò nauiganti., vtrunque fit,& frumenta traduntur,& pecunia ſoluitur,& ſolũ eſt anticipatio in magnitudine pretij, quod ſoluitur pro ratione temporis venturi:hoc tamen de ſolutione pecunię,quòd ſtatim interuenerit in caſu d.c.nauiganti,non ibi conſtat,ac proinde diuinat: quinimò pretiũ non erat ibi ſoluendum niſi ad terminũ conſtitutum, vt patet ibi,in certo tempore recipiat pro eiſdem. Nec obſtat ſi dicatur,hoc referri ad magnitudinẽ pretij, vt videtur probari ibi,Vt amplius: hoc nanq; eſt ipſum pretium carius quã tunc valeant,non enim rationi cõgruit diuidere in pretium iuſtum ex vna parte,& hoc diuinare eſſe traditum,& in exceſſum ex altera, & hoc ſolum eſſe ſoluendum in termino: vnum igitur cum ſit pretium,licet exceſsiuum, hoc idem ad terminum conſtitutum fuit dilatum, & nihilominus excuſatur venditor ratione dicti dubij,&c. & ſic eſt idem caſus cum caſu d.c.in ciuitate,ſuper addita illa conditione,ſi aliàs erat ſeruaturus,vt communis rectè habet.

6 Ex quibus primò infertur,poſſe quẽ vendere frumentum pretio,quo valebit hebdomada, menſe,vel die ad quẽ vſq; erat ſeruaturus,non tamen exigere debet pretium maius illius diei, vel mẽſis, ſed mediocre vel commune,ſecundùm Bernardin.ſermone.34.art.1.colu.3.Silueſt.vbi ſupra d.§.2. verſi.3. Nauar. vbi ſupra.nu.241.& Couar.d.nu.6.in verſi. item ſecundò. Debent tamen hoc caſu deduci ex dicto pretio expẽſę prędictę, & quod merx debebat minui illo medio tempore,iudicio expertorum,aliàs, vel ſi non eſſet ad illud tempus ſeruaturus, eſſet vſura,cum obligatione reſtituẽdi, vt ind c.nauiganti,de vſur. & expreſsè Nauar.vbi ſupra d.nu.241.

7 Secundò infertur,hunc venditorem, qui merces eſſet alioqui ſeruaturus poſſe eas vendere ea conditione, vt cum ei libuerit,eligat pretium commune, modò ſemel eo conſtituto & electo variare non poſsit:ita Silueſt.& Couarr. vbi ſupra.

8 Tertiò infertur,eodem iure venditorem,qui merces eſt ſeruaturus ad Calẽd. Martias,non poſſe eas vendere Calendis Octobris pretio,quo valebunt Calendis Maij,ita Scotus d.diſt.15. quęſt.2.art.2. in fine. quem refert, & ſequitur Couar. vbi ſupra.

9 Poſtremo adnotandum erit,illicitum eſſe illum contractum, quo res venditur pretio,quo pluris valebit à tempore contractus vſque ad menſem Maij aut Iulij:conſtituitur ſiquidem tunc in tuto venditor,qui frumentum aut alias merces vendit pretio,quo iuſtè valent tempore contractus, & deinde, quo pluris valebũt ad diem dilatæ ſolutionis:quod iniquum eſt ſecundùm Hoſtien.& alios plures, quos refert & ſequitur Couar. vbi ſupra,verſi.cæterum. & Armilla aurea verb.vſura.nu.12.ſequitur Nauar.in
10 manual.c.17.num.242.† vbi infert,non eſſe vſuram,nec peccatũ,pactum vt ſoluatur mediũ pretij rei venditę,quod magis aut minus eſſet valitura à die cõtractus

ctus

Ayuntamiento de Madrid

ctus vſque ad tempus in quod eam eſſet ſeruaturus, ſiue decreſceret, ſiue creſceret eius valor.

11 Ex quibus decretalibus manifeſté probatur, nullatenus ratione crediti prorogatiq; pretij licere rem carius vendere vltra latitudinem iuſti pretij (intra eam enim licitum eſt) quàm in præſenti valet: nec vilius emere iuſto pretio infimo ratione anticipatæ ſolutionis, niſi veriſimiliter dubitetur tempore ſolutionis plus vel minus valituram rem illam. Perinde quippe eſt rem decem valenté, creditò vendere duodecim, acſi decem ſtatim connumerata emptori mutuò darentur ſub duorum fœnore, vt dicit Ioã. Andr. in d. c. in ciuitate. in fine. Abb. & cęteri communiter idem ſequuntur, itẽ Decius conſi. 111. nu. 1. Dominic. à Soto lib. 6. de iuſt. & iur. quæſt. 4. art. 1. verſic. 2. id patefit: eandem ſententiam latiſsimé probat ac defendit communem dicens, pluresque eam tenentes allegans, loquens etiam in mercatoribus paratis ad vendendum ad creditum, Anto. à Cordub. in ſua ſumma, quęſt. 84. in 2. opinione, & ideo Summus Pontifex ibi ciues Genuenſes admonet, vt ab huiuſmodi contractibus abſtineant, ſi eorum ſaluti conſulere velint. Idem probatur in cap. conſuluit. eodé tit. de vſuris. licet enim talis contractus ex forma eius non cenſeatur vſurarius, quando non conſtat propter dilatam vel anticipatam pretij ſolutionem carius vel vilius reſpectiuè merces venditas fuiſſe, ex mente tamen & praua intentione illicitus iudicatur,

12 vt dicitur in d. c. in ciuitate, † & ideò in conſcientia tenetur læſor reſtituere læſo exceſſum iuſti pretij vltra latitudiné eius, vt eſt text. de hoc expreſſus in d. c. conſuluit, in finali part. & ibi expreſsè notant & tenent Abb. n. 5. & cæteri ſcribentes, vel ſupplere defectum vſq; ad iuſtum pretium infimum, cum in eo foro iuxta crebriorem ſententiam non ſit licita læſio, etiam intra dimidium iuſti pretij, ac proinde reſtitutio fieri debebit, nemo enim locupletari debet cum iactura aliena, præcipuè cum contractus hic ſit cum peccato, ac proinde illicitus & malè ſapiens, & ſaltem negari non poteſt quin contineat vſuram mentalem, & vſurarius mentalis tenetur ad reſtitutionem vſuræ, vt in dict. cap. conſuluit. vbi Abb. nu. 5. teſtatur communem, & ibi cęteri Doct. & in c. fin. de ſimon. Nauar. in c. 1. 14. quæſt. 3. nu. 13.

13 Quare quando in diſſolutione nundinarum mercium pretia decreſcunt, nõ poteſt mercator vendere creditò quanti præſenti numo vendidiſſet in emptorum feruore, quia res tunc, hoc eſt in diſſolutione nundinarum, minoris ęſtimatur: ita Dom. à Soto vbi ſupra, quod veriſsimum puto.

14 In foro tamen exteriori, niſi conſtiterit ob dilatam pretij ſolutionem carius merces venditas fuiſſe (quàm in promptu valerent) vltra latitudinem iuſti pretij, vel niſi confiteatur venditor, quòd aliàs eſſet venditurus tempore contractus pro iuſto pretio, vel ob anticipatã ſolutionem vilius fuiſſe venditas, nõ eſſet contractus vſurarius iudicandus ex forma ipſius, vt in d. c. in ciuitate, quia vſura cõmittitur regulariter in mutuo: ita Abb. ibidem nu. 5. Ananias. 5. & 6. & cæteri, & ita in praxi hoc iure ſolent ſe véditores defendere, quoties ratione vſuræ in præd. caſibus apud iudicem eccleſiaſticum deferuntur ac denuntiantur, & teſtes quanuis deponant de exceſsiuo pretio ad creditum, vel de viliori ob anticipatam ſolutionem non tamen ſolét concludere in ſuis depoſitionibus, id ob dilatam, vel anticipatam ſolutioné pretij factum fuiſſe, nec pactum vſurarium de eo interceſsiſſe (cum ab hoc ſoleant huiuſmodi véditores pręcauere, ne probari poſsit, quamuis aliud in mente habeant) cauſidici namque ſtatim allegãt, contractum huiuſmodi minimè eſſe vſurarium iudicandum per prædicta, ac proinde reos eſſe abſoluendos, & ita fit ac ſeruatur, & ſolum propter malũ odorem contractus, ac peccatum in eo commiſſum in expenſis condemnantur cum præd. monitione, vt à ſimilibus contractibus inpoſterũ ſe abſtineãt: quę praxis

originem

Ayuntamiento de Madrid

originem duxit à capit.in ciuitate.& hoc
niſi ipſi venditores contrarium in ſui de-
fenſionem probent,nempe pretium credi
tum eſſe iuſtum, & commune, quod in
promptu currebat tempore illius contra
ctus;tunc enim abſolui omnino debét,tã
à principali denũtiatione,quàm ab expen
ſis,nulla monitione eiſdem facta, quia eſ-
ſet indebitè eos infamare: quòd ſi iudex
ordinarius aliud iudicet,iniudicio appella
tionis reuocabitur ſua ſẽtẽtia, & ita ſæpiſ
ſimè obtinui,& pronuntiatũ vidi,imò &
in expenſis condemnari fiſcalem eccleſia
ſticum hac in ſpecie à ſentẽtia omnino li
15 beratoria appellãtem. † Ex quibus intelli
gendus eſt Abb.in dict.c.in ciuitate.nu.5.
& in cap.nauigãti.nu.7. dum ſuperiora li
mitat,ſi certum ſit,quòd plus nõ valet res
tẽpore ſolutionis pretij, quia tũc in caſu
dict.cap.in ciuitate,eſſet cõtractus vſura
rius,vt procedat quãdo ob dilatam pretij
ſolutionem carius venditur quàm pręſen
ti pecunia res valeat, & eodem modo ſup
plendus eſt etiam modernus Mercado *de
tratos,y contratos.*lib.2.capit.13.fol.73. exi-
ſtimans,vendentem ad creditũ carius quã
in promptu,eſſe vſurarium:aliàs enim niſi
ita,vt prædiximus intelligamus pręfatos
authores,eorum dicta non videntur rectè
procedere poſſe: quia etſi tunc in ſpecie
qua ipſi loquuntur,contractus ſit illicitus
ac cum peccato,vt vult exceptiua illa di-
ctio,Niſi dubium ſit,&c.d.c.in ciuitate.à
contrario ſenſu, non tamẽ ideò probatur
in illo text.eſſe alias cõtractum vſurariũ,
in foro exteriori,deficiẽte prædict. pacto
nempe vt carius vendatur ob dilatam pre
tij ſolutionem,quinimo contrariũ,ſed ha
bebit locum tunc remedium.l.2. C.de re-
ſcind.vend. &.c. cum dilectus, &.c.cum
cauſa.de emptio. & vendit. ſi læſio vltra
dimidiã contigerit:& ita Sylueſt.in ſum-
ma,verb.vſura.2.nu.2.quãuis idem quod
Abb. vbi ſupra, teneat:in ratione tamen,
quã aſsignat, hoc inſinuat dicẽs, Cũ hoc
caſu habeatur reſpectus ad terminũ,nam
cũ id fit,patet eſſe vſuram,vt ſtatim dice-
mus,aliàs ſola præſumptio mentalis,quòd
habitus fuerit reſpectus ad terminũ, ſi de
hoc non conſtat in foro exteriori,nõ ſuf
ficiet ad iudicandũ huiuſmodi contractũ
vſurarium ex ſua forma,vt in dict. cap.in
ciuitate,quanuis in foro interiori animæ
propter deprauatã intentionem huiuſmo
di venditoris iudicandus ſit malè agere,&
ad reſtitutionem teneatur, vt in dict.cap.
conſuluit,& ibi gloſ.verb.malè agere, &
Doct.præcipuè Laurentius de Rodulph.
in.4.oppoſitione,& quòd in caſu Abbatis
contractus non ſit vſurarius ex forma,vt
in dict.c. in ciuitate, ſed ex effectu,decla-
rat Anania ibi,nu.6.ac ſi diceret,quod in-
tendimus,ſaluando, & intelligendo Abb.
vt prædiximus.

16 Vendens autem carius ad creditum vl-
tra latitudinem iuſti pretij quàm in prom
ptu res valeat,ob dilatam pretij ſolutionẽ
aut viliùs emens ob anticipatam ſolutio
nem minus infimo pretio, non exiſtente
præd.dubio,de quo ſupra, nu.11.ſi de hoc
conſtiterit,vſuram committit etiam in fo
ro exteriori,quãdoquidem vſuræ vitium
eſt vendere tẽpus,ac proinde peccat mor
taliter huiuſmodi vẽditor,& ad reſtitutio
nem tenetur,vt in dict.c.conſuluit,& om
nes de hac re agentes profitẽtur,pręcipuè
ſanct.Thom.in opuſ.67. & in 2.2.quæſt.
78.art.2.ad 7.& ibi Caiet.& Florẽti.in.2.
part.ſuæ ſummæ,titu.1.cap.8.§.3. & 4.&
Sylueſt.verb.vſura.2.§.1.& F.Barth.à Me
thymn.in ſua ſũma inſtruct. cõfeſſ. lib.1.
fo.134.dicens eſſe vſuram palliatam:& an
te hos vltimos idẽ probauit Abb. in dict.
cap.in ciuitate, in vlti.notabil.& in d.c.
conſuluit.poſt Hoſtien.& ibi cęteri ſcri-
bentes,Decius d.cõſi.111. nu.2. vbi quòd
de iſtis idem iudicatur, quod de vſurarijs
manifeſtis,ac proinde nõ poſſunt teſtari,
niſi pręſtita cautione iuxta tex.in c.quan
quam.de vſur.in.6. ſecundùm Abb.in.c.
ad noſtram.de empt. & vẽdit. vbi inquit
ſe ita conſuluiſſe:idem Decius conſi.119.
nu.13.& Dominic.à Soto vbi ſupra,& la-
tiùs Nauar.in dict.c.17.n.206.& 228.vbi
in terminis cũ Bernardino in ſuis ſermoni
bus tenet,quòd text.in d.c.in ciuitate,&
c.fi.de vſur.intelligãtur in eo,qui ratione
dilationis lucrũ immoderatũ accepit:idẽ
Nauar.in commenta.de vſur.n.4.& alijs
pluribus nu.meliùs in comment. de cam-



Ayuntamiento de Madrid

bijs.nu.71.vbi quòd hęc concluſio eſt cō ſtitutiſsima ſanct.Thomæ,Scoti & aliorū quos ibi allegat,& D.Couar.vbi ſupra.n. 7.itaque hęc eſt indubia,atque receptiſsima omnium Canoniſtarum & Theologorum ſententia,quam etiā profitentur ſumma Armil.aurea,verb.vſura nu.11. & Magiſt.Palacio libr.4.de contract.& reſtitu. capit.3.pag.244.

17 Hæc tamen receptiſsima ſententia vera eſt, & procedit, quando res,quæ vēditur, cōſiſtit in pondere,numero, vel menſura, quia in his tantum rebus vſura committitur:ſecus ſi vēdatur domus, vel prædium, prçſertim cū emptor interim percipit vtilitatem,vt in.l.curabit.C.de actio. empt. ita Bald.in rubrica nu.4.C.de vſur.quem defendit Ant.Burgen.in.c.ad noſtram. n. 18.de empt.& vendit.& eius meminit D. Couar.vbi ſupra nu.7.ad fi.nec approbās nec reprobans,ſed aſſerēs quòd alibi examinabitur ad interpretationē. l. curabit. C.de action.empt.quā facit libr.3.c.4.per totū,vbi hoc in ſpecie nō tangit:ſed opinionē præfatam Baldi expreſsè ſequitur Menchac.lib.3.controuerſ.vſu frequent. c.50.nu.5.& c.60.nu. 19. allegans alios.

Hæc tamen ſententia Baldi vera nō eſt, nec tenenda meo iudicio,ſed potius indiſtinctè ſupradicta magis communis ſententia in venditione cuiuſcunq; rei,licèt nō conſiſtat in pondere,numero & menſura. Primò,quia in propoſito non videtur cōſideranda res ipſa,quæ venditur, ſed pretium , quod eſſem habiturus de præſenti, quaſi illud plus, quod ex vi pactionis ratione dilationis in futurū ſū habiturus,ſit vſura pretij,quod de præſenti fuiſſē habiturus,quia vt prędiximus,ſecundùm omnes,proinde eſt rem decem valentem ,creditò vēdere duodecim, acſi decem ſtatim cōnumerata emptori mutuò darētur ſub duorum fœnore:hæc autem ratio ita concurrit ac militat in rebus ad creditū cari⁹ vēditis non conſiſtentibus inpondere,numero & mēſura,ſicut in his cōſiſtentibus, ergo in vtriſque locum habet cōmunis opinio.Prçtereà cōtingit ſępiſsimè,quòd prædiū venditum interim vtilitatem non habeat,quia tēpus colligendi fructus non dum venit,& tamen adhuc hoc caſu vult Bald.vſuram nō committi, etiamſi carius propter prorogationem temporis vendātur,vt patet ex hisverbis,ibi,Prçſertim tamē cùm emptor interim percipiat vtilitatem,nā manifeſtè præſupponit,idem eſſe, ſi interim illā non percipiat,quia ea eſt natura dictionis,Prçſertim,vt explicet caſū minus dubium, & implicet magis dubiū, vt diximus ſupra.c.20.nu.6.& 7.

18 Secundò , quia pretium commune alicuius rei,veluti domus,vel prædij, de præſenti,hoc eſt in promptu,debet conſiderari,ac cōſideratur omnibus ſuis partib⁹ ac qualitatib⁹ perpēſis & æſtimatis,ac proin de ſi domus vel prædium fructiferum vēdatur,ſecundùm valorem cōmunem proprietatis,cum fructibus percipiendis vſq; ad terminum ſolutionis pretij conſideratur:ſi igitur vltra hoc,propter pretij ſolutionē dilatā conuenitur , vt amplius præſtetur,nihil intereſt ad excuſationem vſuræ,quòd emptor interim percipiat aliquā vtilitatē, quia etiam huius vtilitatis ratio fuit habita in ęſtimatione iuſti & cōmunis pretij de prçſenti,& adhuc ea attenta, excellum eſt à iuſto pretio ratione tēporis porogati ad ſolutionē totius pretij,& ſic cōmittitur iniuſtitia & vſura.Tertiò, quia licèt emptor interim percipiat vtilitatem,† vt in d.l.curabit.C.de acti.empt. 19
hoc operatur,vt pretiū conuentū,vel partem ipſius inſolutā reſtituere teneatur vēditori cum vſuris,quas & perceptorū fructuum ratio,& minoris ętatis fauor(licet nulla mora interceſſerit ) generauit : qui eſt proprius caſus d.l.curabit . Attamē re tradita à vēditore emptori,data dilatione ad ſoluendū,habitaq; fide de pretio,& ſic nulla exiſtēte mora regulari nec irregulari emptoris, ex qua cōſtitutio dict.l.curabit,rationē habet,ceſſat ipſius diſpoſitio, ac proinde ſi ad terminum ſolutioni pretij conſtitutum ſolutio fiat, nō debentur eius vſuræ,hoc eſt,intereſſe licitum in recompenſationē fructuum,vt tenet glo.in c.conqueſtus.de vſuris.verb.de feudo.dū aſſerit,vſuras à venditore peti poſſe loco eius , quod intereſt,ſi pretium conuētum ad terminum & diem conſtitutum ſolutū non

Ayuntamiento de Madrid

nō fuerit,igitur pretio ſoluto eo die, quo
pactum eſt,vſuræ licitè peti non poſſunt:
idem probarunt Socin.cōſi.76.lib.2. col.
final.Bartho.Soci.conſi.88.lib.4. & 103.
in fin.& 139.eodem lib.4.Decius d.conſi.
119.nu.7.& 13.Anto.Rubeus conſi.88.&
Aymon Crauet.conſi.139.col.3. quos ſe-
quitur D.Couar.lib.3.variar.reſol.c. 4.n.
5.quanuis cum alijs plurimis,quos refert,
probet poſſe eo caſu venditorem paciſci
vſuras pretij non ſoluti eo tempore, quo
dies cōſtituta expectatur,hoc tamē differt
à noſtra ſpecie.Quartò, quia etſi hoc pa-
ctum fieri poſſet,eoque inito,vel abſq; eo
poſt moram pretium cum vſuris ſoluen-
dum ſit in caſu d.l.curabit,hoc tamen lo-
cum habet tantùm in vſuris pretij non ſo
luti ratione eius,quod licitè intereſt in re
compēſationem fructuum interim perce
ptorum,vt in d.l.curabit quod etiā atten
20 to iure Canonico,† eſt licitū ac permiſſū,
iuxta d.gloſ.c.conqueſtus, quam omnes
ſequūtur,quorum plurimos,tam Iuriſtas,
quàm Theologos,cōgerit Couar. d.lib.3.
variar.reſolut.capit.4.nu.1.eam latè pro-
bans omni iure in num.ſequen. & Domi.
à Soto lib.6.de iuſti.& iur.quæſt.2. arti.1.
colu.penul.latè nos de iuramen.confirm.
1.part.cap.2.nu.3. quicquid in contrariū
pluribus fundamentis, ſed non rectè meo
iudicio,probare nitatur nouiſsimè F.Ioan
nes Garſia *de contratos*.1.p.c.23.fol. 620.&
pluribus ſeq. & iterum in 2. part.c. 4.fol.
138.allegans pro ſe Syluest.verb. vſura.2.
num.2.qui in diuerſo caſu loqui videtur:
quod autem idem ſit in pretio principali
rei immobilis ad creditum venditę,vt ob
dilatā pretij ſolutionem poſsit cariùs ven
di vltra latitudinem iuſti pretij nullo iure
cauetur,quinimo contradicit menti ac ra
tioni ſummorum Pontificum in dictis ca
pitulis in ciuitate,conſuluit,& nauiganti,
de vſur.& ideo minimè tenendum,præci
puè cum prædicti contractus ſint pericu-
loſiſsimi,à quib⁹ vniuerſalis paſtor anima
21 rum conſulit abſtinendū. † Quintò,quia
ſi ſententia & limitatio Baldi vera eſſet,ſe
queretur inde, idem dicēdū eſſe in equis,
mulis,pecoribus,& alijs animalib⁹ carius
venditis ob dilatam pretij ſolutionem ad
tempus,quandoquidem hæc non conſtāt
pōdere,numero,vel menſura,nec functio
nē recipiunt in ſuo genere,vt in.l.1.tit.1.
part.5.& ibi Greg.Lopez in glo.1.tametſi
aliquē vſum & vtilitatem ex eis emptor
percipere poſsit ac valeat: quod eſſet ab-
ſurdū & abſonum,& contra praxim com
munem Eccleſiæ, punit enim, & meritò
ſimilia committentes,& in edictis publi-
cis viſitationis præcipitur, vt hæc ad di-
ctū effectum denūtientur.Sextò, quia li-
cet vſura propriè cōmittatur in his, quæ
conſiſtunt pondere,numero & mēſura,&
ſic in mutuo, hoc verū eſt quoad ſui for-
22 mā, vt in d.c.in ciuitate: † ſed poteſt etiā
committi quoad intentionem deprauatā,
prout in ſpecie noſtra cōtingit,vbi fingi-
tur pretium ſolutum ab emptore, & ſibi
poſteà mutuatū cū aliquo lucro,vt eſt prę
dictum,ſicque in caſu Baldi committitur
etiam vſura reſpectu dicti ficti mutui: &
ita meritò cōtra Bal.in hoc viſus eſt tene
re Salyc.in dict.authen.ad hęc.nu.8.C.de
vſur.& additio eiuſdem Bal.ſuper eo lite-
ra.C.& expreſsè Laurent.de Rodulph.di
cens non videri verum dictum Baldi tra-
cta.de vſur.2. part. hoc eſt in repetitione
dict.c.conſuluit. in 4. oppoſitione.nu.9.
volum.16.tract diuerſ.doct.fol.mihi 121.
& Decius conſil.111.nu.1. in fine.& iterū
conſi.119.nu.13.Socin.d.conſi. 88. nu.12.
& 15.vbi alios allegat,dicens eſſe ſequēdā
hanc ſecundam opinionem contra Bald.
Anchar. & alios quos ibi prius retulerat
num.5.Tùm quia videtur magis commu-
nis,tùm quia tutior,quam etiam & nos ſe
quuti ſumus in noſtro tracta.de iuramēto
confirmat.1.part.cap.2.nu.6.vbi notaui-
mus Menchacam malè in priorem partē
Baldi allegaſſe Soci.& Dec.vbi ſupra, cū
potius in reſolutione hanc ſecundam te-
neant:ibiq; etiam reſoluimus,veram æſti
mationem conſiderandam eſſe ſecūdùm
valorem proprietatis fūdi cum fructibus
percipiendis tempore quo nondum ſolu-
tionis dies venerit.

23 †Reliquum eſt,vt iam videamus,an com-
munis & inueterata conſuetudo mercato
rum vēdentiū merces ſuas cariùs ad credi
tū quàm præſente pecunia valeāt,eos ex-



Ayuntamiento de Madrid

cuſet,ſeu potius cauſa,ob quã ſibi eſſe per miſſum omnes hi exiſtimant, nempe ob lucrum ceſſans?Et quidem pars affirmati
24 ua eo videtur ſolidari fundaméto,† quòd etiã ex cauſa mutui poſsit creditor ab ini tio cõtractus pactum inire cum debitore de repetédo eo quod creditoris intererit, ſiue in damno,ſiue in lucro,pendente dila tione data ad mutui ſolutionem,etiam an te moram, quia iuſtè poteſt quis ſtipulari ſe indemnem ſeruari, tam in lucro,quàm in damno:ita tenet Hoſtien.& Abb.nu.3. in cap.ſalubriter.de vſur. probat laté Ioã. à Methymna de rebus per vſuram acquiſi tis fol.137.& ſequen.& eſt communis opi nio frequentiori calculo recepta & obſer uanda,vt plurimos allegans aduerſus alios affirmat D.Couar.d.lib.3. variar.c.4.nu. 5.reſoluens veram eſſe prefatam communem opinionem,etiam quoad lucrum ceſ ſans ,vbi fraus abſit & veriſimilis ſit lucri ceſſantis certitudo,ac verè ſit lucrum ceſ ſans:nam ſi hoc vel tãtum damni paſſum creditorem fuiſſe poſt moram verè conſtet,abſque dubio etiam in animæ iudicio tenetur debitor id ei reſarcire: quod & nos laté quoq; probauimus allegãtes alios in dict.c.2.nu.3.& ſequent. vſq; ad nu.9. excluſiuè,& in terminis noſtræ quæſtionis,quòd liceat mercatoribus ré,vel merces ſuas vendere carius ad creditum,& ſic pretiũ augere ratione intereſſe lucri ceſſã tis,tenent Conrad.de contract.q.59.concluſione 3.Abb.n.15.Anan.nu.16.in dict. c.nauiganti,& Caiet.2.2.quæſt.78.art. 2. & Methymna latius de reſtitution.d.quęſtione 38.in.2.cauſa.& iterum in.4.cauſa. verſi.eſt itaq; reſolutio.Dec.d.conſi.111. nu.9.12.& 13.& ſimpliciter idem pro con ſtituto habet in damno emergenti & lucro ceſſante M.Palacio vbi ſupra.

Sed partem negatiuam contrariã in noſtra ſpecie aduerſus Conrad. & Caieta.latè probat Dominic.à Sot.lib.6.de iuſti.& iure.quæſt.4. arti. 1.ad primum,poſt Florent.quem refert.2.part.ſuæ ſumæ,titu.1. cap.8.§.2.dicens ęgerrimè in priorem ſententiam trahi poſſe,eo ſanè argumẽto ductus,quòd neque lucrum ei ceſſat qui ven dere non cogitur,neq; vltro abſque vi & fraude cogitur,neque vllus abſque vi, & fraude cogitur,nam qui rogatus tantũ vẽ dit,vltro vendit, & re vera ex iſto capite lucri ceſſantis frequẽtiores crebreſcerent vſurę in mercatura quã in mutuo,qui etſi non vſque adeò aſſeueranter audeat opinionem Conrad.& Caiet.refutare, perma net tamen in ſua formidine, vt ipſe ait,ex quo ſatis colligitur ſibi non placere pręfa tam priorem ſentẽtiam,verùm eam intrepidè improbat, hanc ſecundam latiſsimè comprobans & ſequẽs Mercado in ſuo ti tul.*de tratos,y contratos* lib.2.capit.13.*del mercar y vender al fiado*,per totum.& latè eandem probat,non ſolùm in lucro ceſſante, ſed etiam in damnis emergentibus, quia ſunt friuola in mercatoribus,cùm maiori ex parte vendant in diem,& recuperent ſi bi debita nullis expẽſis.M. Palacios d. lib. 4.*de cõtratos*.c.4.in quinto dubio.pag.267 & ſeq.Quid tenendũ? Mihi hęc ſecunda pars verior & tenẽda videtur regulariter, ne aliàs anſam & occaſionem demus mer catoribus animas ſuas perdendi prę nimia cupiditate,qua maior eorum pars ſemper ardet.

25 Nihilominus tamen eſt dare caſum,vbi in noſtra ſpecie licitum ſit carius ad credi tum vẽdere ratione intereſſe lucri ceſſantis,& à fortiori damni emergentis,quãuis raro inter prędictos mercatores omnimo do & pręciſe obſeruetur,nẽpe tribus con currentibus.Primò,quòd mercator vel alius vellet, & poſſet ſtatim merces ſuas vendere pręſente pecunia, quia erant em ptores,qui eas in promptu ſoluendas eme re volebant & prætereà ſtatim cum prædi cta pecunia prę manibus haberet aliã negotiationem,ex qua certum, vel veriſimi le eſſet ſibi lucrum.Secundò, quòd preci b⁹ & importunitate alterius id omitteret, vt illi ad creditum venderet,ex quo certè ac veriſimiliter omiſit lucrari certam quã titaté pecuniæ.Tertiò,quòd hoc caſu nõ exigat totũ qđ ex illa negotiatione lucra ri potuiſſet,ſed id minus quo æſtimantur expenſę,labores & incertitudo dicti lucri hoc eſt,quãto valet minus lucrum nõ habitum,licet ſperatum,ob eius incertitudi nem,quàm valeat actu habitum: quibus omnibus

Ayuntamiento de Madrid

omnibus interuenięti bus,vel ſitunc non
erat merces vēditurus, ſed eas ſeruaturus
in tēpus quo plus eſſent valiturę,& roga-
tus vēdat,licitè poteſt haberi conſideratio
totius damni verè emergētis, & intereſſe
lucri ceſſantis detractis ſumptibus, labo-
ribus,& aliquid amplius ratione incerti-
tudinis illius lucri, vt augeatur pretiū ſe-
cundū hoc in his venditionibus ad credi-
tū:aliàs his deficiētibus,vtpote,quia mer-
26 cator † mercibus nō vēditis eſſet eas retē-
turus,nec emptores earū haberet pretio
ſtatim numerato,vel ſi erat paratus ad vē-
dendū omnibus ita pecunia pręſente ſicut
ad creditū, aut ſi habebat plures merces
ad vendēdū,tam in prōptu,hoc eſt pecu-
nia præſenti, ſicut ad creditum,quia non
ſunt emptores ad cōparandas eas oēs pe-
cunia præſente,prout cōmuniter contin-
git in his mercatoribus vulgò *dichos tra-
peros*,& alijs huiuſmodi,tunc nullo modo
liceret pretiū ad creditum augere ratione
d.intereſſe lucri ceſſantis: hæc reſolutio
colligitur ex Sylueſtro verb.vſura.2.n.1.
ibi,& qđ dicit Magiſter, & in verſ.& qui-
dem,què in propoſito refert & ſequitur
ſic declarās & intelligens priorē ſenten-
tiam Conradi,Caietani & ſequacium, de
qua ſupra Couar.d.lib.2. variar.reſol.c.3.
n.6.verſi.tertio.& non cōtradicit Ioan.à
Methymna,quandoquidē in fin.d.ſecun-
dæ cauſæ ſuam opinionem affirmatiuam
admittendā eſſe dicit,ſuppoſito ꝙ condi-
tiones certę cōcurrāt, quę neceſſarię ſūt
ad hoc, quòd licitè poſsit loco intereſſe
aliquid recipi,de quib9 in ſuo tract.de re-
bus per vſur.acquiſit. fol. 138. & ſeq. vbi
latè de eis agit, & ex profeſſo eandē reſo-
lutionē probat & ſequitur Mercado vbi
ſup.& optimè Ant.à Cordub.in ſua ſum-
ma de caſos de conſcien.q.84. in ſecūda
opinio in verſ. *tampoco juſtifica*, vbi quòd
communiter DD. dicunt requiri prædi-
27 ctas tres conditiones,† qđ ibi benè & latè
probat. Quinimò deficiēte aliqua ex præ
dictis duobus cōditionibus prioribus,prę
cipuè prima,idē exiſtimo eſſe in damno
emergente, quandoquidē ex huiuſmodi
venditione ad creditum,eo caſu non pro-
ueniat prædictum damnum, ſed aliundè:
in mercatoribus igitur prædictis, cùm,vt
28 plurimū & † propè ſemper ceſſent præfa-
tæ conditiones, quia nō vendūt ad credi-
tū rogati, nec moti, vt benè faciāt proxi
mo,ſed ipſi ob ſui gratiam lucrum ac in-
tereſſe quærunt cupiuntq; habere empto
res,quinimò ad id ſunt expoſiti,atq; para-
ti ad vendendum omnibus vtroq; modo,
haberi non debet nec poteſt iuſtè reſpe-
ctus ad dictum intereſſe lucri ceſſantis,&
ideò ipſi non poſſunt licitè pretium cō-
mune,quo merces in prōptu valent com-
muniter,ad creditū augere vltra latitudi-
nem d.iuſti ac cōmunis pretij, ſub reatu
peccati mortalis,ac reſtitutionis exceſſus
ſaltem in foro animæ, & intereſſe lucri
ceſſantis & dāni emergentis: hoc probat
Magiſter Palacio vbi ſupra d.c.4. in quin
29 to dub. Si tñ † in ipſis,vel alijs venditori-
bus re vera & abſq; vlla fraude & fictio-
ne prædictæ tres conditiones aliquo caſu
concurrerent,tunc locum habere poſſet,
quod prædiximus, nempè augeri licitè
poſſe pretiū ob prædictū intereſſe dam-
ni emergentis,& lucri ceſſantis,dummo-
do magna cura & moderatione id fiat.
30 Præter ſuperiorem cauſam dāni emer-
gentis & lucri ceſſantis, aliā addit Ioan.à
Methymna vbi ſupr. cauſa.3.& 4.ob quā
vendenti ad terminū licitum eſt paciſci
de maiori pretio, quàm ſit in prōptu cō-
muniter tunc currens, nēpè ratione peri-
culi,cui venditor ad emptoris inſtantiam
rem ſuam exponit:illi fortè egeno,vel fo-
renſi vēdendo:itē & ratione dubij,ſeu ti-
moris iuſti & probabilis, cui ipſe emptor
cauſam præſtat de litigādo,& expēſas fa-
ciēdo pro capitalis recuperatione,nō ve-
rò de timore leui,vel ficto: hocq; latè pro
bat,quāuis afferat eā cauſam cōiter DD.
non admittere: eandem opinionem Me-
thymnæ ſequitur Nauar.in manual.c.17.
nume.239.& 240.eo additamento, quòd
huiuſmodi vēditor in præfata ſpecie det
chirographum ſua manu ſubſcriptū em-
ptori,ꝙ ſi tempore cōſtituto ſoluerit ſine
litigio, remittet ei tātū ex ſolutione: hoc
tñ non tollit malitiam contractus, ſi qua
ineſt,& prætereà non videtur decēs:qua-
re potius probo indiſtinctè contrariū ad-



Ayuntamiento de Madrid

uerſus Methymnam cum cōmuni quam ipſe fatetur, nēpè, vt his caſibus minimè liceat carius ad creditum vendere, prædictis rationibus, vt melius, atq; efficacius pluribus probauit, reſpondens fundamētis cōtrarijs Methymnæ, Domini. à Soto d. lib. 6. de iuſti. & iur. q. 4. art. 1. ad primū, cuius opin. videtur ſequi Cordub. vbi ſupra,
31 † in verſic. *tampoco ſe juſtifica* fatentur tamen ſupradicti authores, præcipuè Soto, id quod verum eſt, nempè, ꝙ quicquid creditor in recipiendo debitū diſpendit, poſsit à debitore exigere, quāuis multo tutius ſit, dū hominis vafricies, & infidelitas timetur, nihil ei mutuare neq; credito vēdere, vel ſi hoc fiat, expectare ſolutionis terminū, nam expenſarū anticipatæ conuentiones vix vſuræ ſuſpicione vacant.

32 Quāuis nihilo ſecius vbi omni procul fraude bonis cōiecturis timentur expenſę, nempè vbi debitor ab vrbe loco diſtat, nulla eſt iniquitas de expēſis, & laborib⁹ pactū cum illo inire, conſtitutumq; pretium recipere, etiā ſi nullos ſit poſteà facturus, nam etiā ſi eſſet plura expenſurus, nō poſſet amplius recipere quàm fuit cōuentione firmatum: quod nos quoq; probauimus in noſtro tracta. de iuramē. con-
33 firma. 1. p. c. 36. nu. 10. Similiter † licitum eſt emere debitū minori pretio, quod expoſitum eſt periculo, vel quod cum expenſis exigi ſperatur, vt fatetur ipſe Sot. vbi ſupra, & probat Palacio. d. cap. 4. pag. 269. vbi limitat, ſi vendēs actionem, aſſecuret integrum debitum emptori.

34 In cōtractibus autem cenſuum redimibilium, propter ſuſpicionē fraudis vſurę pacta cōtinentia moroſum cēſus debitorē teneri ad intereſſe lucri ceſſantis, vel ad cābium ſeu certas expenſas, aut certa ſalaria, ſeu expēſas medio iuramento creditoris liquidādas, ſunt nulla, vt cauetur nouiſsimè in Motu ꝓprio Pij V. *de los cenſos*, ann. 1569. lato 14. Calend. Febr.

35 Sed quid ſi aliquæ merces cōmuniter & freqūētius in aliqua ciuitate, vel oppido ob pecuniæ penuriā, vel ob conſuetudinē patriæ venduntur ad creditum, quia rarò niſi parua pecunia vendūtur in prōptu (nō enim ſunt ementes niſi ad terminum) an tunc liceat ad creditum cariori vltra latitudinē iuſti pretij eas vendere, vel an tunc etiam pretium, quo in promtu ſolét vendi, conſiderari debeat, ſaltem ſupremum, vt illud ad creditū non excedatur? In hoc Salyc. in d. authenti. ad hęc. 9. q. num. 8. verſ. conſiderandum eſt. C. de vſur. tenet, hoc caſu non videri vſuram cōmitti, quia pecunia non poteſt videri ab his tradita, & poſteà illis numerata, quia illā prōptam ſolutioni pretij nō habuerunt, quem refert & ſequitur Ioan. de Anania in d. c. in ciuitate. 1. col. n. 3. de vſur. & ex profeſſo Decius d. conſ. 111. n. 8. & 12. quæ ſententia defendi poteſt ſecundū D. Couar. lib. 2. var. reſol. c. 3. n. 6.

Hæc tamen ſententia omnino falſa eſt meo iudicio, qui in hac ſpecie exiſtimo adhuc inſpiciendum eſſe pretium commune in promptu, ſaltem ſupremum, hoc eſt rigoroſum, licèt rarò merces ſic vendantur. Primò, quia text. in. d. c. in ciuitate & d. c. conſuluit. & d. c. nauiganti, indiſtinctè prohibent vendi ad creditum merces carius quā præſenti pecunia valeant, niſi ſolùm quādo dubium eſſet veriſimile, ꝙ tempore ſolutionis illę plus aut minus eſſent valituræ, & vēditor eas ad illud tempus eſſet ſeruaturus: pretium igitur commune de præſenti currens inſpiciendum eſt regulariter, nō verò quod in diem ſoluendum ſolet conſtitui, vendere enim tempus, vitium habet vſurę, vt prædiximus. Præterea illud, quo plus vēcitur ad creditū, ex auaritia, & praua potius intentione mercatorum videtur extortum, qui malunt ad creditum vēdere, vt plus exigant, quàm præſenti pecunia moderata, hoc eſt pretio currenti, tēpus enim citò currit, pecunia autē nō creſcit: ideò ampliorem potius volunt ad terminum, quàm paruam ſtatim: trahendum igitur hoc minimè eſt ad conſequentiam, quandoquidem conſuetudo praua, & contra ius naturale & diuinum, neminē excuſat. Tertiò, quia licet hi mercatores rectè poſsint inducere conſuetudinē vendēdi ad creditum, præcipuè, quia hoc eſt in fauorem emptorū, non tamen poſſunt ſecurè grauius ex hoc pretiū exigere

& habere

Ayuntamiento de Madrid

& habere,quàm merces ſuæ præſenti pe-
cunia valeant,atq; venduntur.Imò etiam
36 ſi ob gratiã, † commoditatẽ & neceſsita-
tem emptorum illum terminum conſti-
tuant ſoluendi pretium,ad hoc nempè,vt
illas res venales habeant,& per hunc mo
dum negotientur, atque victum quęrãt,
non ob hoc cariùs eis eas vẽdere poſſunt,
quam præſenti pecunia valeant vltra la-
titudinẽ iuſti pretij,cùm ſit ita diſpoſitum
præd.iure canonico,excepto dubio euẽ-
tu,nõ enim pretio vendere poſſum com-
moditatem vel neceſsitatẽ emptorum,vt
vt frequẽtiùs DD. probant,& tenẽt Sãct.
Thom. & Scotus recepti ſecũdũ Nauar.
in c.fin.de vſur. num.58. quia huiuſmodi
contractus nõ ſunt pendendi ex vtilitate
accidentali proueniente,vel emptoribus,
vel vẽditoribus,vel reipublicæ,ſed ex na-
tura ipſorum,quicquid contrariũ teneant
Salyc.& Decius vbi ſupra.d.conſ.111.nu.
8.& 12.ſic limitãtes, & malè, dicta noſtra
iura. Quartò,quia nullam Rempublicam
37 totius † orbis legimus diuerſa pretia con-
ſtituiſſe mercibus à ſuis ciuibus vendẽdis
pręſenti pecunia,& ad creditũ,ſed ſemper
taxat idem pretiũ de præſenti,vel ad cre-
ditem ſoluendũ: non igitur licebit aliud
ſeruare in illis mercibus, quibus pretiũ à
Republica vel Rege taxatũ nõ eſt.Quin
tò, quia eadẽ ratio prohibitionis militat
hoc caſu, quæ in reliquis,nempè quando
merces cõmuniter etiam vendũtur pecu-
nia pręſenti,ſicut ad creditũ, fingitur eñ
ſolutũ pretiũ, & poſteà numeratum em-
ptori ſub vſuris,illius pluris, quo cariꝰ ad
creditũ ſibi vẽditæ fuerunt:quia licèt illã
in promptu nõ haberent, fingitur tamen
habuiſſe,cùm poſſent eam habere,præci-
puè moderatiorem,quã in promptu,licèt
rarò illæ merces vendãtur in illa ciuitate,
vel oppido, ſicq; ratio cui nititur Salyc.
cõtrariũ tenens,eſt nullius vigoris & mo
menti;nõ enim ad pręd. fictionẽ & frau-
dem vſurarum inſpiciendũ eſt, ꝙ empto-
res pecuniã non habeant in promptu ad
ſoluendũ, quia hoc ferè ſemper contin-
git in emẽtibus ad creditum,ſiue reperiã-
tur pecunia pręſenti ementes,ſiue nõ,ſed
ꝙ carius multo ad creditũ merces ven-
dãtur,quàm in promptu, vt communiter
Doct.cõcludũt.Quare licet verũ ſit in ſpe
cie noſtræ quæſtionis,emptores nõ reperi
ri,qui præd. merces velint emere pecuniã
ſtatim ſoluẽda,hoc verũ eſt illo pretio ca
riori,quo ipſi mercatores eas ad creditum
vendũt vltra latitudinem iuſti pretij: mo-
derato tamen pretio,hoc eſt iuſto & com
muni infra latitudinẽ ipſius, fortè plures
erũt,qui ſibi coemere velint:ſed quia ven
ditores maius multo pretium deſiderant,
atque expoſcũt,emptores præſentis pecu
niæ non inueniunt: culpa igitur adeſt ex
parte mercatorum vendentium, imò po-
tius nimia auaritia,qua propter hoc eis nõ
38 licet. † Sextò & vltimò,quia ſi merx ven
ditioni exponitur, & nõ reperiuntur em
ptores niſi paruo & infimo pretio eã emẽ
re volẽtes,conſequitur inde, in illa Repu
blica mercẽ huiuſmodi paruipẽdi: ſicut è
contra ſi multi reperiantur emptores,qui
magno pretio illam emerent, ſignũ eſſet
eã mercẽ pluris æſtimari:ſicut ergo in hoc
caſu iuſtũ pretiũ illius mercis eſſet maius,
illudq; poſſet iuſtè venditor pro ea recipe
re, ita in illo parua pecunia dicetur iuſtũ
pretiũ eiuſdẽ mercis,ac proinde eo debet
eſſe cõtentus, ſi illam vẽdere velit,ſiue in
promptu,ſiue ad creditum:& in terminis
hãc partem tenet Ioan.à Methymna de re
ſtit.d.q.38.cauſa.6.& Ant.à Cordub.d.q.
84.in 2.opinione.in verſ. *lo tercero*, & D.
Soto lib.6.de iuſti.& iur.q.4.art.in 3.arg.
* & ſimul in reſponſione ad 4. * & eſt tu-
tior ſecũd.Couar.vbi ſupra * Idem in vẽ
ditionibus groſsis, hoc eſt, *de por junto en
grueſſas partidas*,probat Mercad.vbi ſupra,
39 d.lib.2.c.13.fol.76. † vbi infra latitudinẽ
iuſti pretij,vſque ad rigoroſum pretiũ per
mittit vẽdi,quanuis ad creditũ infimo, eo
40 dem modo,† hoc eſt,*de por junto*,in prõptu
vendantur,nempe,*a quatro,o cinco por cien-
to auiendolo de fiar*,non tamen eſt ſumẽdum
pretium quo minutatim vendũtur quan-
uis in promptu, quia hoc modo, ſcilicet
minutatim,cariùs licet eas iuſtè vendere
ratione laboris & adminiſtrationis, item
& diminutionis mercium,non verò ſi ſi-
mul omnes vendantur.

41 Hoc tamen limitat Soto vbi ſupra,quę



Ayuntamiento de Madrid

refert & ſequitur Cordub. etiã vbi ſupra, in mercibus maritimis, quę niſi in magna copia aduehi non poſſunt, quia cum totũ nauis onus vendi ſimul nequeat præſenti pecunia, ſed expectãdum ſit tempus, quo emptores eaſdem valeant merces minutatim diſtrahere, iuſtum pretium erit, quod in futurũ, hoc eſt in creditũ promittitur, quanuis maius illo ſit, quod ſtatim numeratur: qua ratione idem eſſe videri dicit in ſimilibus mercibus, quæ ſine graui præiudicio reipublicæ vendi nõ poſſunt niſi in magna quãtitate ad creditũ, veluti in piſcatu marino in portu maris, nã, vt inquit Soto, qui naues eiuſmodi mercib⁹ onerãt, neceſſe eſt, vt partim credito coemãt, ob idq́; & ſperare eis licet etiã in portu alijs mercatoribus eo ſimul pretio vẽdere, qđ ex ipſis minutatim vẽditis cõficiendũ eſt. Hæc autem limitatio quanuis æqua videatur, mihi non arridet, non enim video vllum vrgens fundamentum, quo probetur, quinimò priora ſex, quæ iecimus aduerſus opin. Salyc. & ſequacium conſimilem, quanuis in diuerſo caſu loquentem, maximè contra præfatam, de qua agimus limitationẽ aſtringunt. Præterea nulla recta ratio differentiæ cõſtitui poteſt inter merces maritimas & alias, ſi enim illæ in magna quantitate ſunt, vel vẽdãtur ſimul eodem pretio, quanuis rigoroſo ad creditum, quo præſenti pecunia, quãuis viliori pretio vẽduntur, ſic ſimul iunctæ, & ſic intra latitudinem iuſti pretij, quandoquidẽ negari nõ poteſt, imò fatetur Soto, ſolere etiam vendi in promptu, quanuis rarò, aut

42 in partes iuſto pretio diſtrahantur. † Sumere autem pretium iuſtum ſimilium mercium minutatim venditarum ad vẽditas omnes ſimul ad creditum, cum hæc diſsimilia ſint, & ideò diuerſa pretia iuſta ſingulæ habeant, non videtur licitum, nec tenendum, vt rectiùs meo iudicio probauit Mercad. vbi ſupra, & iterum. c. 14. fol. 79. in verſi. *ay otros mas humanos.* loquens generaliter in mercibus *de por junto* venditis; licèt non exprimat de maritimis: hoc tamen, ꝙ maritimæ ſint, diuerſum ius in rigore iuſtitię nõ cõſtituit: quare verius in diſtinctè reputo tenendum contra Salyc. & Decium vbi ſupra per ſupradicta. Nõ miror Decium contrarium tenuiſſe, quia id fecit cõſulendo in fauorem ſuę partis, vbi etiam alia cõcurrebant, vt ibi per eũ: Salycetus autem in fine quęſtionis dicit, intentio tamen eorum (ſcilicet vẽditorũ huiuſmodi) multum attenditur propter fraudes: hęc nãq; intentio, vt ex ſuperioribus patet, in vẽdentibus carius ad creditum deprauata eſt, atque ideò peccant, & ad reſtitutionem in foro animę tenentur, vt vidimus, & probãt d. c. in ciuitate. &, c. conſuluit, & c. nauigãti. de vſur. quare neſcio, quo ſpiritu potuit dicere Salyc. videri ſibi procedere à ſe dicta de mẽte. c. nauiganti. de vſuris, cùm potius verba & mẽs d. tex. in finali parte ſint contraria, & apertius in dict. capit. in ciuitate. & in dict. c. conſuluit. nunquam igitur eſt fidendum in verbis & opinionibus periculoſis Doctorum, ſed in ſolidis iuris fundamẽtis, ac rationibus radicalibus Legiſlatorum.

43 Ex quibus omnibus infertur, idem eſſe dicẽdum in lanis, quas in Hiſpania mercatores emũt anticipata ſolutione, eas in Italiam vel Flandriam venditurí, non enim eas fas erit carius in diem, quàm numerata pecunia vẽdere vltra latitudinem iuſti pretij, vt habet communis omnium ſententia, vt teſtatur Cordub. in ſua ſumma, quæſt. 85. in reſpõſione ad ſecundum dubium, quanuis ipſe magis in aſſertionem inclinans fluctuet, relinquens prælatis ac doctioribus iudicandum. ſed res eſt expedita ac clara in partem negatiuã cũ communi, ex dictis cap. in ciuitate, & cap. nauiganti, quod enim contra adducitur à præfato authore, nihil valet.

44 Ex ſuperioribus etiam dubia redditur ſententia eiuſdem Dominici à Soto libr. ſexto de iuſtitia & iure, quęſtione 4. articul. 1. column. final. tenentis, poſſe licitẽ abſque labe vſuræ emi lanas à paſtoribus, vel dominis gregum anticipata ſolutione, viliùs quàm cum traduntur valeãt, dummodo nõ anticipetur ſolutio niſi per duos aut tres menſes, quãdo ſolet fieri herbarum ſolutio, aut ad plurimũ intra eundem annum, quo ſunt lanæ recipiendæ: ſecus ſi in alterum annum, vt ratione tam

longæ

Ayuntamiento de Madrid

longæ dilationis minoris emantur, quia
tunc eſſet manifeſta vſura:& ratio prædi
ctæ permiſsionis eſt,quòd merces ipſæ na
tura ſua hoc exigũt, nẽpe quòd ſumptus
paſcendi tam numeroſos greges, eorum
domini ferre nequeunt,niſi ex ipſa nutriẽ
da lana præſens ſibi ſubſidium commu-
niant;& prætereà quia forma huiuſmodi
fori adeò iam & vſu percrebuit, vt ipſi e-
tiam paſtores,in quos grauamen tẽdit, re
nuant aliter vendere:quam ſententiam la
tiſsimè ex pluribus nititur probare ac de-
fendit nimis prolixè ſatis friuolis rationi
bus Ant.à Cordub.d.quæſ.85.per totam,
& prius ſimpliciter quæſtion. 84.in fine.
Hoc nãque videtur expreſsè repugnare
Pontificiæ deciſioni text. in dict. capit.
nauiganti.in 2.part. in verſicul. ille quo-
45 que. † vbi ita demũ permittitur emptio
frumenti,vini vel olei minori pretio quã
valeat, quando dubium eſt veriſimile,v-
trum plus vel minus tempore traditionis
pretij ſit valiturũ:ergo ceſſãte hoc dubio,
prout verò ceſſare præſupponimus in prę
ſenti ſpecie lanarum,minimè erit permiſſa
nec licita emptio minoris facta quã infi-
mo pretio anticipata ſolutione,ſicut nec
frumẽti,vini, vel olei,vt in his idẽmet So
to vbi ſupra fatetur,& probat latè in fru-
mẽto Merca.vbi ſupra.c.15.fol. 82.niſi in
caſu liciti intereſſe lucri ceſſãtis, vel dãni
emergentis,cõcurrentibus his, quæ ſupra
diximus:eſtq; cõmunis omniũ ſententia.
Nec ratio differẽtię à Soto aſsignata inter
emptionẽ lanarũ ex vna parte, & frumẽti
& aliorũ huiuſmodi ex alia,anticipata ſo-
lutione factã, cõcludẽs eſt nec vrgẽs:qua-
re ſicut nõ licet ab agricola anticipata ſo
lutione minoris infimo pretio emere fru
mẽtum ex ſua proxima frumẽti collectio
ne,niſi exiſtẽte prædicto dubio, vel licito
intereſſe,de quo ſupra, ita nec etiã lanas:
nec enim ratio cõmoditatis,aut neceſsita
tis vẽdẽtis eſt cauſa augẽdi pretiũ,nec iux
ta eã eſt pendendus huiuſmodi cõtractus,
ſed ex natura ipſius,quæ eſt(vt niſi in ex-
ceptis caſibus,nẽpè exiſtentiæ dubij euen
tus præd.& intereſſe licito,de quo ſupra)
ſit illicitus & vſurari⁹.Pręterea diſtinctio
Soti in anticipata ſolutione duorum vel
triũ menſium,vel ad ſummũ eiuſdẽ anni,
vt hoc caſu liceat emere lanas minori pre
tio,ſecus quãdo anticipatur ſolutio in al
terũ annũ,non eſt eſſentialis: ſi enim hoc
non licet,nec illud,cũ habeat ſuam ratio-
nem prohibitionis reſpectiuè ſicut hoc:
quare aduerſ⁹ præfatos authores indiſtin
ctè eſt tenẽdũ,minimè licere emere lanas
anticipata ſolutione minori pretio quàm
infimo,quod ipſæ habent,& conſtat habi
turas tẽpore detõſionis,& traditionis eo-
46 rũ.† Pręterquã primò ſi veroſimile dubiũ
ſit,plus vel minus valituras tẽpore tradi-
tionis.Secũdò,ratione veri dãni emergen
tis, vel lucri ceſſantis cõcurrentibus tunc
ſupra dictis nu. 25.vt latiſsimè cõprobat,
atq; reſoluit reſpõdens fundamẽtis cõtra-
rijs Cordubę,eumq; increpãs Magiſter Pa
47 lacio vbi ſupra d.c.3.pag.245.& ſeq.† vbi
limitat & tertiò, ſi emptor ſuſcipiat in ſe
periculũ lanarũ futurarũ,quia cũ hoc præ
ſens ſit certius quàm quod abeſt,licitũ eſt
eo caſu diminuere de pretio iuſto,quãdo
emuntur ad pręd. rationem ex anticipata
pecunia,ſiquidem latet emptorem,an pro
uenient lanę,necne,& ideò ſi ſolum dubiũ
veriſimile an valebũt plus vel minus tem
pore traditionis eſt iuſta cauſa diminuen
di pretium, idem erit cenſendũ de dubio
prouentus. Hæc tamẽ tertia limitatio du
bia & non vera videtur,quinimò impro-
pria eſt in propoſito,cùm experientia do
ceat,certum eſſe lanam prouenturam ex
gregibus. Pręterea lanę ſemper emũtur ad
pondus,vel ad numerum vellerum, ſingu
lis ponderibus vel velleribus certo quodã
pretio conueto,& ita nemo ſuſcipit in ſe
periculum lanarum, cùm etſi contingere
poſſet(quod diffiteor) nullam lanam pro
uenire,niſi omnis grex periret intõſ⁹, tũc
cũ contractus fuerit factus ad pondus,vel
ad numerum, hoc deficiente,nihil emptũ
videtur: ſi vero aliquæ lanæ ꝓuenient pro
illis tantũ ſoluet emptor,& nõ plus:quod
ſecus eſt in valore, qui nõ ſemper certus
eſt,ideò malo hanc tertiam limitationem
non amplecti in præfata ſpecie:in alijs au
tem,quorum prouentus incertus eſt, atq;
in cõtingenti, poſſet fortè procedere, nõ
verò in lanis,prædicta ratione. Eãdẽ prin



Ayuntamiento de Madrid

cipalem concluſionem cõtra Sot.& Cor dub.licèt eos non referat,firmiſsime tenet Albornoz in ſua arte *de los contratos*,lib. 2. titul. 16. *del precio ,y comprador.* fol.83.colu. 1.& Medina in ſua inſtructione confeſſorum.lib.1.fol.134.col.2. dicens cõmitti in hoc euidenter vſuram palliatam.

48 Circa emptionem futuri frumenti anticipata ſolutione,hodie.l.Regia 17.tit.11. lib.5.nouę collect.Regi.iuſtiſsimè ad euitandas fraudes,& vſuras cautum eſt, *Que quien mercare pan adelantado, lo pague al precio que valiere communmente en la cabeça del lugar do comprare,quinze dias antes,o deſpues de nueſtra Señora de Septiembre, no embargante que lo ayan comprado a menos precio*. Et intelligendum eſt de pretio,quod magis durauerit illo tempore,quia hoc eſt generale, & commune pretium, vt tenet Mercado vbi ſupra dict.capit.decimoquinto. fol.82.

49 Poſtremò in calce huius capituli illa quęſtio examinanda ſe nobis offert,cuius caſus frequenter in hoc Epiſcopatu cõtingit an abſque vſura liceat tempore abundantiæ frumenti, quo minoris venditur nec illo pretio ſunt emptores,qui magnã quãtitatem eiuſdem velint ſimul emere, poſsint habentes frumentum vetus,illud dare in permutationem noui recipiendi tempore colligendarum meſsium, quod vulgò dicitur, *darlo a renouar*? Et videtur id minimè licere, nam petitur frumẽtum melioris qualitatis quàm traditur,præcipuè ſi haberet intentionem deprauatam mutuans,vt tenet Abbas in dicto cap.nauiganti.nume.20.in fine.& Dominicus à Soto libr. 6. de iuſtitia & iure. quęſtione 1.articul.2. pagin.504. columnn.1. verſic. at verò, addens,non referre, vtrùm nouum viliùs vendatur,& quòd ideò iſti reconditores frumenti caritatem exoptantes,renouatorum nomine infamãtur:mutuant enim frumentum ſubmarcidum, & corruptioni proximũ,vt reddatur eis nouum:atque idem in oleo,& vino, & alijs cenſet,vt ſi ſubacidum vinum mutuetur, vt dulcius reddatur: quòd ſi quis ductus bona intentione mutuauit ſuum frumentum, licèt tẽpore ſolutionis varietur pretium,videtur quòd ſecura conſcientia recipere illud poſsit,vt tenet Abb. vbi ſupra in princip. dict. nume. 20. Sed nihilominus pro vera & clara huius quæſtionis dilucidatione,atque reſolutione,ſunt conſiderandi,ac diſtinguendi ſequentes caſus.

50 Primus eſt,quando mutuatur ſeu datur granum vetus ad renouandum, ſeu vt nouum recipiatur,ne frumentum pereat, & vt recipienti gratia fiat,& ſic bona intentione,& tunc non eſt vſura, ſi granum vetus tãtum,vel plus valet tempore quo traditur, vel quo reddendum eſt, quantum nouum cum redditur: vel ſaltim id ſit veriſimile, quia licitum eſt vnicuiq; vitare damnum ſuum ſine damno alterius,ita tenent Raymund.Goffred.& Hoſti.eoſque referens Silueſt. in ſumma, verbo, vſura, primo, quęſtion.17. Idem probat Ioan.à Methymna de reſtitut. quęſtione 38. ſtatim poſt ſextam cauſam, cariùs vendedi, in capit.incipienti.eſt itaque in ſumma tenendum,colum.antepenultima.verſi.erit igitur,&c.& colum.penultim. fol.132.in verſicu.ſi denique datur,&c.& Nauar.in
51 manual.cap.17.numer.224. † Ampliatur iſte caſus,vt etiam in eo licitũ ſit plus expetere de nouo grano, ſi vetus melius exiſtimaretur,vel plus valeret quàm nouum tempore redditionis,ſecundũ Syluestrum vbi ſupra:idem probat Nauar.dict. num. 224.dummodò veriſimiliter plus non valeret nouum reddendum, quàm valeat vetus tempore mutui,vel quando erat vendendum,quia nihil hoc caſu lucratur mutuãs ex mutuo,nec perdit recipiens iuxta mentem communis in dict.cap.nauiganti.& in dict.cap.in ciuitate.

52 Quinimo amplius exiſtimat eadem ratione Methymna vbi ſupra in verſi. inde ſequitur,nempe quòd ſi tempore mutuationis valet faneca octo regalia,& tũc eſt veriſimile quòd tempore ſolutionis valebit quatuor,& infra,poterit mutuator cõuenire, vt pro ſingulis fanecis duplices reddãtur,dummodò veriſimile dubiũ ſit, plus,minuſve duas fanecas tunc valituras, quàm tempore mutuationis valeat vna, quia perinde eſt,acſi mutuator daret octo regalia mutuatario ꝓ duabus fanecis,poſt

eã,

Ayuntamiento de Madrid

eà, quando duplo minus valebunt, ſoluendis. † Secundò ampliatur prædictus primus caſus, vt procedat etiam, non ſolùm quando conſtat, vel eſt veriſimile, quòd prędict. granum vetus tãtum, vel plus valebit tempore quo reddendum eſt, quantum nouum, cùm redditur, ſed etiamſi id non conſtet, modò dubium ſit, an frumẽtum nouum ſit plus, vel minus valiturum quã vetus, vel quando qui dat frumẽtum vetus, eſſet illud ſeruaturus in tempus meſſium colligendarum, habita ratione eius quo pluris eo tempore ſolet æſtimari frumentum nouum, quàm vetus, vt probauit Couarr. libr. 2. variarum reſolutio. capit. 3. numer. 6. propè finem. in verſicul. ſic etiam, dicens, hoc deduci commodè poſſe ex prædictis conſtitutionibus: nec diſſentit Methymna vbi ſupra, in duobus locis allegatis: ſequitur vtrunque Nauar. d. cap. 17. nu. 219. addens ad ſecundum, ſcilicet quando erat ſeruaturus, &c. dummodo libertas liberandi ſe intra terminum, debitori non ſit ſublata, ſecundùm Angel. in ſua ſumma, verb. vſura. 1. §. 36. dicẽtem, ſecus eſſe aliàs, nempe ſi prædicta libertas ſufferatur, quia tũc erit vſura, etiã ſi aliàs eſſet ſeruaturus.

53

54 Secundus caſus principalis eſt, quoties mutuans granum vetus, id facit principaliter, vt melius ſeu pręualens recipiat, & tũc eſt vſura, quia intenditur vtilitas ex mutuo: ita tenẽt verius communiter Doct. ſecundùm Sylueſtr. vbi ſupra, quem in hoc ſequitur Nauar. dict. num. 224. dicens eſſe peccatum mortale cum obligatione reſtituendi, pręmaximè ſecundùm ipſum, ſi aufert mutuatario libertatem ſoluendi, quãdo voluerit, obligans eum ad nouum reddendum. † Ampliatur, vt procedat nõ ſolùm, quando ſcitur nouum melius & pretioſius futurum, vt in caſu pręďicto, ſed etiam ſi veriſimiliter creditur plus frumentum valiturum tẽpore redditionis, & non erat vſque ad illud tẽpus ſeruaturus, quia aliquid ex mutuo lucratur: ſecus ſi veriſimiliter dubitabat, plus, vel minus illo tempore valiturum, vel ſi vſque ad illud tempus erat ſeruaturus, & libertatem non auferat intra terminum ſoluendi, ſecundùm Nauar. dict. cap. 17. num. 219. & ante eum Methymna prædictam ampliationẽ ſimpliciter tenuit, vbi ſupra, verſi. ſecus.

55

56 Tertius caſus principalis eſt, quãdo granum quod mutuatur, eſt iam putrefactũ, vel corruptioni proximum, aut ſubmarcidum (vel eadem ratione impurum) pro alio nouo (vel etiam veteri, meliori tamẽ) & tũc, quia huiuſmodi frumentum, quod mutuatur, parum valet, quia habet in ſe vitium patens, & intenditur vtilitas ex mutuo, non eſt licitus contractus, ſed potius vſurarius, ac proinde peccatur mortaliter cum obligatione reſtituendi quod plus valet nouum ſoluẽdum: & in hoc caſu & ſenſu rectè ꝓcedit, quod ex Abbate & Dominic. à Sot. in princ. huius quæſtionis ſupra retulimus, quod & tenuit Ioã. de Lig. vt refert Sylueſt. vbi ſupra. † Et quod prædictũ eſt in grano dato ad renouandũ, procedit etiam in vino, oleo, & alijs ſimilibus eiſdẽ rationibus in ſuo caſu expreſsis, qđ tenet Dominic. à Soto vbi ſupra. & idem in reliquis reſpectiuè dicendum eſt.

57

58 Ex quibus omnibus infertur, tempore egeſtatis frumenti licitum eſſe id æſtimatum, vt tũc communiter valet, alteri mutuare in frumento reddendum eo pretio, quo tẽpore ſolutionis valuerit, iuxta mentem Doctorum in dictis Pontificijs cõſtitutionibus, dummodò circa valorem frumenti reddendi attẽdatur ad deciſionem l. 17. titul. 11. lib. 5. nouæ collect. regiæ, de qua ſupra, vbi habetur, vt non poſsit emi frumentũ ante tẽpus collectionis ipſius, niſi eo pretio, quo communiter valuerit quindecim diebus ante, vel poſt Natiuitatem beatæ Mariæ virginis: ita Nauar. d. c. 17. nu. 224. quod probo.

59 Non autem meo iudicio liceret mutuare frumentum appretiatum, vt tũc valet, ſoluendum tamen tempore conſtituto inter partes in frumẽto, vel in dicto pretio, prout mutuans maluerit, & elegerit: hoc enim caſu creditor ius ſuum tutum ac ſecurum facit, periculoque futuri euentus non ſubmittitur, debitor verò eidem ſubijcitur: quare cũ non ſeruetur æqualitas inter vtrũque, illicitus erit huiuſmodi contractus, vt ex mente omniũ hac de re agen-

Ayuntamiento de Madrid

agentium colligitur. Secus erit,ſi per cõtrarium electio mutuatario detur, quia tunc ei non fit iniuria,ſed potius gratia.

60 Deducitur etiã ex ſuperioribus, quod emẽs frumẽtũ, vinum,vel oleum alicuius fundi,antequam fructus eſſent maturi,vi liori pretio quã infimo, quò valitura veriſimiliter tẽpore collectionis eſſe ſperatur ratione anticipatæ ſolutionis,cõmittit vſurã mortalẽ cum obligatione reſtituendi,ſecundùm Abb.in d.c.nauiganti. n.ſexto.per illũ textum.de vſuris.Caieta. in ſumma,verb. vſura, in quarto caſu,ſequitur Nauar.d.c.17.nu.227.dicens ſecus eſſe,ſi pretio honeſto ea emiſſet,diminuto eo quod rationi congruat, ob periculum,cui ſimilia ſubſunt, non verò ratione anticipatæ ſolutionis: nec differre, ꝙ ematur frumentũ,vinũ vel oleum, determinatum ex tali fundo, agro, vel vinea, vel cum facultate eligẽdi ex fundo,agro, vel vinea, quo maluerit emptor,dũmodo ratione illius facultatis eligendi ſoluatur plus,quod iuſtum fuerit.

61 Infertur prętereà ex ſupradictis ad deciſionẽ illius quæſtionis,an licitum ſit,& ab vſuræ vitio ſemotũ,conducere redditus Eccleſiaſticos alicuius prębẽdæ,beneficij vel præſtimonij anticipata ſolutione multò viliori pretio, quàm reuera valẽt tempore perceptionis eorũdum,paulò vel poſt,terminis quibus ſolutio fiat locari ſolitorũ,prout frequẽter fit in hoc Epiſcopatu Ciuitatẽ ſi,necne? Et in primis videtur id licere ratione dubij euẽtus,vt in dicto c.nauiganti.in.2.parte,ibi, Quæ licèt plus tũc valeãt,vtrùm plus vel minus ſolutionis tẽpore fuerint valituræ,veriſimiliter dubitatur : non debet ex hoc vſurarius reputari: cũ ergo veriſimiliter dubitari poſsit,vtrùm reddit⁹ prædicti Eccleſiaſtici plus, vel minus valituri ſint,nullã in hoc vſuram cõmitti videtur:cõductor enim periculo,quod in ſe ſuſcipit,ſe exponit,ac proinde ſi modicum poſteà percepiſſet,nihil repetere poſſet ex pretio,qđ ſoluit.Secũdò ex text.in.l.ſi ea lege.C.de vſur.vbi pactum inter debitorẽ & creditorẽ,cui fundus fuit obligatus, vt creditor ipſe fructus fundi cõſequeretur in vicem vſurarũ,non reſcinditur,etiam ſi maius emolumentũ ex dictis fructibus proueniat, quã ſit quãtitas vſurarum debita, & hoc propter incertum fructuũ euentum:eſt igitur ibi text.ſecundùm Bald. &

62 oẽs ad hoc † quòd ratione incertitudinis fructuum futurorum aliquid dicatur iuſtum, quod aliàs ſi apparet certum,eſſet iniuſtum : idem probat text.in.l. ſi ea pactione.C.eodem titul.de vſur.& ibi gloſ. Cyn⁹ & alij:quo fit,vt incertitudo & dubius euẽtus cauſet tolerantiã contractus, & ab eo vſuram excludat,vt in d.iuribus, & tenet Abb.in d.c.in ciuitate.num.7. & in cap.conqueſtus.num.8.verſ.nonus eſt ratione dubij.de vſur.Roman.conſi.302. verſic. quartò conſiderandum. Paul. de Caſtr.in.l.de fideicommiſſo.num.3.C.de tranſaction.latè Tiraquel.in. l.ſi vnquã, verb.donatione largitus. n.131. C. de reuocand.donatio.& de vtroq; retract.tit. 2.ad finem tituli,num.126.& 133.vbi plures allegat,& inter alios Alberic.Bart. & Bald.in dict.l.ſi ea lege,dicentes id procedere in † foro conſcientiæ. Hinc infert

63 Hippol.de Marſil.in rubric.de probationib.n.408. quòd ſi emo ab aliquo fruct⁹ fundi certo pretio ad vitã meã,licèt poſsibile ſit,quòd ego viuã tantum, vt ex longa vita plus percipiam ex dict. fructibus, quàm ſit pretium à me datum : attamen quia etiam poſsibile eſt, quòd moriar in modico tempore, ideò propter iſtam incertitudinẽ valet talis contractus,nec dicitur vſurarius.Hinc etiã deducitur,lici-

64 tam eſſe emptionẽ † annuorũ redditum ad vitam emẽtis,imò iuſtiorẽ cæteris eſſe hunc cõtractum,propter incertitudinem lucri & damni,vt in d.iuribus, mortuo ſi quidem emptore, non eſt reddenda ſors ipſa quæ in pretiũ data fuerit,vt probant Innocent.& DD. in d. c. in ciuitate. Oldrad.conſil.207.Abbas.diſputatio.5.col. penult.Florent.2.p.ſuæ ſummæ, titul.1.c. 8.§.11.Ioan.à Medi.de reſtitut.c.de cenſu temporali.Conrad. de contract.quæſtione.81.ſequitur Roman.vbi ſupra, & Anton.Capicius deciſio. Neapolita. 159. nu. 16.eſt communis ſecundùm Couarr. qui alios refert libr.3.variar.reſol.c.7.n.3.vbi

eam

Ayuntamiento de Madrid

eam probat aduerſus Henricum Gandauenſem,qui eum contractum vſurarium eſſet cēſet,& ita eſt tenendū,modò pretio
65 iuſto emptio fiat. † Infertur etiam ex d. iuribus, quòd ſi aliquis ex pacto inito cū monaſterio,vel priuato, dederit certā pecuniæ quātitatem,vt eum alat toto tempore vitæ ſuæ, ſi huiuſmodi alendus citò moriatur,antequam ſit conſumpta pecunia data, vel promiſſa,monaſterium, vel priuatus poterit eam retinere,atq; exigere inſolutam,propter incertitudinē, poterat enim ille viuere parum & multum: ita tenet Marſil.vbi ſupra n.409.dicēs,id velle ſcribentes in d.c.nauiganti,& alios quos ibi refert.Cùm igitur hæc ita ſe habeant,& fructus ſiue redditus præbendæ, beneficij, vel præſtimonij Eccleſiaſtici futuri in ſpecie noſtra tēpore conductionis ſint incerti,præcipuè ſi ipſi tunc non apparebant, quia veriſimiliter dubitatur an plures, vel pauci naſcentur,ratione huius incertitudinis contractus huiuſmodi locationis, etſi paruo pretio anticipato factus,validus & licitus erit.

His tamen omnibus non obſtātibus,in caſu noſtræ quęſtionis contrariū exiſtimo verius & tenendū, imò ꝙ huiuſmodi contractus in foro animæ ſit illicitus, & cum peccato fiat,ac proinde cōductor in conſcientia teneatur ad reſtitutionem,& ſupplementum iuſtæ mercedis, ac pretij honeſti locationis, etiamſi nō conſtet ob anticipatam ſolutionem multo minoris cōduxiſſe,ſed tantùm factum ipſum,cum immodica lęſione clerici locatoris,vt patet ex d.c.in ciuitate.& cap.conſuluit.de vſur.& ex ſupra latiùs traditis in propoſito.In foro autē exteriore cōtractus huiuſmodi ex ſui forma nō iudicabitur vſurarius,quāuis abſtinendum ſit à ſimilibus cōtractibus, vt ex ſupradictis apparet,& præterea prope in terminis probat Roman.conſ.423.verſicul.tertio dubitatur, loquens in oliueria locata pro penſionę nouem annuorum florenorum, quæ cōmuniter reddebat ſummam 100. florenorum, & inquit D. Anton. de Padilla
66 in.l.2.C.† de reſcind. vendit. numer. 15. quòd cum locatio depēdet à viribus fortunæ,non habet locum beneficium dictę l. 2. vt in conductione fructuum beneficij,vel pręſtimonij, vel quartarum Regiarum, vel Epiſcopalium (non tamen agit de ſolutione anticipata,ſed ſimpliciter loquitur in locatione alicuius pręſtimonij, vel beneficij) quia tunc ſola ſpes empta videtur,quæ quidē vēdi poteſt, vt in.l.nec emptio.ff.de cōtrahend.empt.& in l.ſi iactum retis.ff.de actio.empt.quod duobus modis limitat. Primo,vt non procedat ſi ſpes illa æſtimata à principio excedat,dimidiā partē iuſti pretij, nam hoc caſu habebit locum legis illius beneficiū, ſecundùm Cremen.ibidem num. 119. Secundò,vt intelligatur,ſi fructus parui aut diminuti naſcantur: ſecus ſi propter caſum fortuitū inopinatū omnino nō naſcerentur,per.l.ex conducto.§.1. l.ſi merces.§.vis maior.ff.locati.Intellige niſi caſibus fortuitis opinatis, & inopinatis renūtiatū fuerit,iuxta latē tradita per Pinelum in.l.ſecunda.1.part.cap.3.num.26. & ſeq.C.de reſcind.vend.

Si verò conſtiterit,ob anticipatā ſolutionē multo minori pretio, quàm redditus cōmuniter valerent pretio iuſto debito tempore ſoluendo conductos fuiſſe, tunc proculdubio erit contractus vſurarius,iuxta receptiſsimam omniū ſententiam,de qua ſupra nū.16.egimus.

Præterea ſuperiora probantur,quoniā etſi huiuſmodi locationes fructuum, ſiue redditū Eccleſiaſticorū incertitudinem cōtinere videantur ratione futuri euētus, vt prædiximus,nihilominus tamē ſingulæ præbēdæ ac beneficia Eccleſiaſtica, & ſic ſpes ipſa fructuum ſuum communem valorem à communiter accidentibus habēt ex præteritis annis,ex quibus in futurum iudicatur,& ita cōmuniter ſcitur atque refertur,quòd præbendę talis Eccleſiæ Cathedralis reddūt ſingulis annis tantum,& ſic de cæteris:quo fit,vt ad ſciēdū
67 quæ dicatur † iuſta rei locatæ penſio,ſeu merces,in dubio cōſuetudo præterita inſpicitur,ſcilicet quāti ea res,ſeu ſibi ſimilis locari ſolita eſt,iuxta gl.per text.ibi,in l.excepto.gl.fin.C.locati.& ibi cōmuniter DD.& Platea in.§.actionū.col.4.ad

finem

Ayuntamiento de Madrid

fine. n.18.de actionib.& ibi Iaſ.n. 190.idé Iaſ.in l.in ſumma.§.in fruméto.nu.2.in fi. ff.de condict.indeb.eſt communis ſecundùm Ari.Pinel.in repeti.rubri. C. de reſcind.vend.2.part.c.3.n.4.& tenet Rom. d.conſi.423.in prin. Sic etiam aliàs valor beneficij expreſſus in impetratione ipſius
68 ſecundũ ſtylum †Rotę,ita probari debet, nempè quòd beneficiũ,de quo agitur tempore prouiſionis,& oneribus deductis,valet in portatis centum,& quòd per quinque annos ante & poſt,anno ſterili cũ fertili computato,communi æſtimatione tãtũ valuit,& ita teſtis de tali beneficio notitiam habens dicit ſe ſcire , & ſi plus vel minus valeret,ipſe non ignoraret,vt probat latè Gomec. in regul. de valor.exprimend.in impet.benef.quæſt.fin. pag. 950. Cùm igitur beneficiorũ eccleſiaſticorum redditus ęſtimari à communiter accidentibus poſsint,clerici auté eorum poſſeſſores egeſtate oppreſsi multo minoris ob anticipatam ſolutionem eos locant,cóſequitur illicitos eſſe huiuſmodi contractus ex parte conductorum,iuxta diſtinctionem prędictam:nec ſcientia eorum veri valoris conductores excuſat,quandoquidem nó ex libera voluntate id faciant clerici ,ſed potius inopia coacti.

Supereſt modò reſpondere ad fundamenta contraria veriſimilis dubij,atq; incertitudinis fructuum naſciturorũ, quod videbatur contractum licitum facere&,à labe vſurę purum:ſed his vnico verbo peremptoriè reſpondeo , procedere nempe, quando tempore contractus probabiliter poterat dubitari de eo quod véturũ eſſet, quia ſtatus præcedens inconſtans erat,ſe-
69 cus verò,† ſi tépore contractus communi opinione quodammodo certum erat , & indubitabile videbatur aliquid eſſe venturum,quia tũc admittitur petitio & reſcinditur cótractus,etiam ſi aliter euenire poſſet ,iuxta gloſſam notabilem in d.l.ſi ea lege.C.de vſur.glo.fina.& ibi Bald.in prin. Alber.Saly c.& Paul.de Caſt.in d.l.ſi ea pactione.deciſ.Pedemon.95.nu.52.in fi. Cũ igitur beneficia hęc eccleſiaſtica habeant ſuum communé propè valorem annuũ, conſequitur,vt in eorum locationibus minori multo pretio anticipata ſolutione celebratis minimè ſupradicta locũ habeant.

Accedit præterea, ꝙ prædicti conductores redditũ eccleſiaſticorũ, niſi pro certo haberent,& veluti præ manibus lucrũ magnum ſibi ex huiuſmodi locationibus obuenturum ob anticipatam ſolutionem quam faciunt,minimè vellent pecuniam ſuam periculo alicui ſubijcere,præcipuè anticipatis ſolutionibus,quaſi tempus illud,ꝙ ea præueniunt,ampliori valore fructuum commutent:& quanuis cótractus huiuſmodi(niſi ob anticipatã ſolutionem is fiat)in ſua forma non ſit iudicãdus vſurarius,vt prędiximus,continet tamen peccatum,& ideò ad reſtitutionem in cóſciétia obligat:nemo enim eo in foro negabit quin ob præd.preuentionem temporis in ſoluendo pretium ſeu mercedem locationis,minoris multo emit prædict. fructus quã aliàs eſſet empturus,& niſi eo exiguo pretio ſibi darẽtur pecuniã ſuam minimè præſolueret:conſtat igitur in animæ iudicio de deprauata intentione,quãuis in foro exteriori aliter iudicandum ſit,niſi cóſtet ob anticipatã ſolutioné minoris multo locationem celebratam fuiſſe. Poſtremò euidẽtia res hęc claret:nam ſi incertitudo illa fructuum futurorum in propoſito ſufficeret ad efficiendum contractum purum,licitum ac iuſtum,idem eſſet dicédum, quanuis præbenda vel beneficium quotannis communiter mille aureos reddere ſolita vel ſolitum , ducentis,& ſic in quinta tãtum parte penſionis ſolitæ locaretur,quandoquidem ita poteſt eſſe incertitudo reſpectu quatuor partium,ſicut reſpectu duarum vel trium : pręmaximè cũ eam incertitudinem conductores ipſi præ auaritia inſatiabili fingant ac commentiãtur abſque alicuius boni viri arbitrio: cóſequens eſt falſum manifeſtè,igitur & antecedens:reſoluo igitur,conductores prædictos minimè tutos eſſe in cóſcientia,ſed peccare mortaliter,& ad reſtitutionem teneri:quinimò & in iuſtitia &foro exteriori,ſi conſtiterit ob anticipatam ſolutioné multo viliori códuxiſſe præd.redditus eccleſiaſticos,contractus erit vſurarius iudicandus, & etiamſi hoc non cóſtet, ſi tamen

Ayuntamiento de Madrid

tamen læſio vltra dimidiā iuſti pretij excedat, æſtimata ſpe illa à principio iuxta communem valorem præcedentium annorum, vt prędiximus, habebit locum reſciſsio contractus.

70 Nihilominus tamen non ſunt ita amàrè ac ſtrictè intelligenda ſupra dicta, nam ratione periculi veriſimilis, cui ſimilia ſubſunt, non verò ratione anticipatę ſolutionis diminui poſſet de honeſto pretio, quod rationi & arbitrio boni viri cōgrueret, iuxta tradita per Nauar. in manual. c. 17. nu. 217. in emptione frumenti, vini vel olei alicuius fundi, antequā fructus eſſent maturi, quæ in hac ſpecie cōuenire ac conducere etiam videtur, dum tamen cautè & moderatè id fiat: ſed quia auaritia atq; obcæcata cupiditas rectum arbitrium plerunq; habere non ſinit, cōſulo pro animarum ſalute, vt fideles Chriſtiani ab huiuſmodi contractibus ſe abſtineant, niſi iuſto ac honeſto pretio ij fiant.

71 Illud profectò latrocinij genus maximè execrandum eſt, quo mercatores vtūtur, qui pecunia credita vēdunt indigentibus & aliqua egeſtate oppreſsis merces cariùs vltra rigoroſum, ac ſupremū pretium, quod in promptu valeant, pacto vel propoſito principali, vt ſtatim ab eo emant per ſe vel alium viliori pretio de præſenti ſoluendo, hoc namque impium atque cōtra charitatem Chriſtianam eſt, & iuſtis pœnis vindicandum: appellatur namque vulgò, *Mohatra*: ita tenet Caiet. in ſua ſumma, verbo, vſura, in 7. caſu, circa finem. dicens eſſe vſuram palliatam: & D. Couar. lib. 2. variarum reſol. c. 3. nu. 6. ad fin. & Nauar. d. c. 17. nu. 242. vbi limitat,

72 quoties venditio prædi. † ad creditū fieret pretio rigoroſo, emptio verò infimo, & ſic ambo contractus caderent infra latitudinem iuſti pretij, quia hoc caſu non auderet condemnare mercatorem huiuſmodi, vt aſſerit Florent. in. 2. parte ſuæ ſummæ, titul. 1. c. 8. quinimò laudandus eſſet ſi hoc faceret, proſpiciens, quod nemò tandundem ei reddet pro illa merce, precipuèq; ſi eam emeret iuſto mediocri pretio, ceſſante in omnibus omni fraude vſuræ, & iniuſtitia pretij, quāuis hoc periculoſum eſſet famæ mercatoris id facientis, quinimò & conſcientiæ eiuſdem vendendo ad creditum illi, quem ſcit eo genere emendi & vendendi vti velle, hoc eſt, *Mohatrar*, ad malos & vanos vſus.

---

*SVMMARIVM.*

1 *Reſtitutio ablati vel debiti neceſſario ſtatim facienda eſt, vel dilatio petēda, ab eo qui vſum rei concedere poteſt.*

2 *Poſſunt tamen ſpecies tamen ſpecies & caſus aliqui conſtitui, in quibus boni viri arbitrio reſtitutio differri poteſt.*

3 *A reſtitutione excuſatur quis propter inopiam.*

4 *Non tenetur quis ad reſtitutionem, quoties re aliena indiget ad ſubleuandam propriam neceßitatem in caſu extremæ neceſsitatis.*

5 *Conſtitutus in extrema neceßitate poteſt rem alienā inuito domino capere & retinere, niſi creditor ſit in eodem articulo extremæ neceßitatis.*

6 *Debitor, qui habita ratione ſtatus & dignitatis grauiſsimam pateretur ex reſtitutione iacturam, an teneatur ſtatim reſtituere, vel poßit reſtitutionem differre, ſi modò leue detrimētum ex ea dilatione imminere creditori. & nu. ſeu. tres opiniones referuntur: eligitur num. 7. negatiua, dummodò debitor hoc caſu parſimonia vtatur in viuendo, vt in nu. 8. Limitatur ſecundò ſi creditor, vel is cui eſt facienda reſtitutio, ſit in æquali neceßitate vel incommodo rei ſuæ, vt in nume. 10 & num. 11. agitur an id procedat in debitore bonæ fidei, & de re aliena extante nu. 12.*

9 *Confeſſarius non debet ſecundo abſoluere poenitentem, qui tenetur ad reſtitutionem ſtatim faciendam & eam primo iuſſus omiſit, niſi actualiter nunc ſatisfaciat præterquā in caſu hic relato.*

13 *Debitor, qui induci non poteſt ad reſtituendum, cum poßit, an ſit abſoluendus cum cautione quòd certo tempore reſtituet.*

14 *Differentes reſtitutionem vſque ad mortis articulum, cum poßint & teneātur eam in vita facere, verſantur in aperto periculo, & non nunquam in manifeſto iacent peccato.*

15 *Idem eſt dicendum de illis, qui ambigentes an id,*

*id, quod habent, alteri debeant, nolunt in ſua vita id iudicio decernere.*

16 *Idem eſt de illis iudicandū, qui ſub mortis articulum cum ipſi poßint per ſe reſtitutionem facere, id renuunt: arbitrantes ſat eſſe id hæredibus iubere.*

17 *Hoc potißimum periculum in magnatibus imminet, quorum teſtamenta nunquam aut vix hæredes complent, ſed ſatis ſe feciſſe arbitrantur, vt quam reſtitutionem auus patri, & pater ſibi teſtamento præcepit, eandē ipſe alij recētibus onuſtam filio iubeat, quam ipſe poſteà committat nepoti.*

18 *Limitatur, niſi debitor credat verè & pro certo, quòd detentio talis non ſit contra voluntatem domini, vel etiam contra ipſam inordinatam.*

19 *Limitatur ſecundo niſi moriens omiſerit reſtitutionem in vita faciendam, ſciens eam ſuum hæredem melius facturum, proponens, quòd ſi aliud crederet ipſe ſtatim reſtitueret.*

## CAPVT XL.

### De reſtitutione, an differri poſſit, vbi debitor, habita ratione ſtatus & dignitatis, grauiſsimam pateretur ex reſtitutione iacturam?

1 CVM reſtitutio ablati vel aliàs neceſſario ſtatim facienda ſit, vel petenda dilatio ab eo, qui vſum rei concedere poteſt, quia nunquam licet, nec momento temporis rem alienam domino inuito detinere: ſi quidem ea detentio peccatum eſt, & nunquam peccare licet: & præterea Leuitic. cap. 19. cauetur, Non morabitur opus mercenarij apud te vſque manè: quare hanc doctrinam tenet Sanct. Thom. 2. 2. quæſt. 62. articu. vltim. & Florent. 2. parte ſuæ ſummæ, tit. 2. cap. 8. in princ. Sylueſt. verb. reſtitutio. 5. § 1. D. Couarru. in reg. peccatum. 1. parte relect. in princ. † numer. 1. quamuis nihilominus adhuc non ſemper ſit neceſſaria
2 præciſe reſtitutio alieni ad dimiſsionē peccati, poſſunt enim ſpecies & caſus aliqui conſtitui, quibus boni viri arbitrio ipſa differri poſsit, ſecundùm Sanct. Thom. & Caiet. d. q. 62. art. vlti. quorum ſententia communi omnium Theologorum conſenſu recepta eſt, vt ex infra citādis patet.

3 Species certior atq; præcipua eſt propter inopiam & paupertatem debitoris, ob quam quidem excuſatur à reſtitutione, quia non tenetur quis reſtituere eo caſu, quo non poteſt reſtitutionē animo deliberatam executioni mandare, ſecundùm Diuum Auguſti. in epiſt. 54. & probatur in c. quanquam. de vſur. in 6. vbi gloſ. etiam in dict. regul. peccatum. & ibi Dynus & Anchar. col. 9. text. in c. breui. & in c. querelam. de iur. iur. Diuus Thomas vbi ſupra.

4 Imò non tenetur quis ad reſtitutionem, quoties re aliena indiget ad ſubleuandam propriam neceſsitatem, data ipſius debitoris extrema neceſsitate, ſiquidem eo caſu poſſet rem alienam inuito domino capere. ca. ſi quis propter neceſſitatem. de furt. vt tenet Scoto in 4. diſt. 15. & Syluest. verbo, reſtitutio. 5. nu. 2. & Couar. vbi ſupra nu. 2. & omnes communiter id fatentur: niſi creditor ſit in eodē
5 articulo extremæ neceſsitatis: † nam tūc, ſaltem cum agitur de ſpecie aliena dominium ſemper remanſit penes creditorem, ſecundùm Nauar. in manual. capit. 17. nu. 60. aduerſus ſummam Tabienam, verbo, reſtitutio. § 4.

6 Supereſt videre, an idem ſit cēſendum, vbi neceſsitas extrema non ſit, ſed tamen debitor, habita ratione ſtatus & dignitatis, grauiſsimam pateretur ex reſtitutione iacturam, ſi modò leue detrimentum ex ea dilatione immineat creditori? Quæſtio profectò ſæpè contingens in praxi, atque difficilis & controuerſa: in qua Adrian. in 4. ſenten. de bello. cap. incipient. Aggredior. quæſtion. 6. & Ioan. à Methymna de reſtit. quæſtio. 5. latè pluribus probant negatiuam ſententiā, nempe in hac ſpecie non idem eſſe, quod in illa extremæ neceſsitatis, quinimò hoc caſu teneri debitorem omnino ſtatim reſtituere, cùm poſsit, licèt cadat à ſuo decenti ſtatu: tantùm enim videtur excipere ab obligatione ſtatim reſtituēdi, extremam

mam inopiam,quæ cogeret ad eleemoſynam creditorem, vel alium quemcunque hominem diuitẽ,iuxta tradita per D. Couar. lib.3.variar.reſol.c.14.nu.5.hanc etiã partem,vt in hac ſpecie non habeatur reſpectus ne egeat,etiam ſi oporteret illum mendicare, & quòd nihil poſsit retinere niſi ea,ſine quibus moreretur,tuẽtur Ricardus,Raymun.Hoſtien.Innocẽt.& alij quos pro ea refert Syluestr.vbi ſupra nu.1.

7 Sed contrarium,imò ꝙ iuſtè in foro animæ differatur reſtitutio,ſi ea fieri nequeat abſque maximo debitoris damno, vt quia oporteret res proprias ad reſtitutionẽ vili pretio vendere,vel inſtrumẽta,quibus viuit,aut artẽ relinquere,ſi modò creditor ex hoc nõ patiatur detrimentũ graue ſaltim,cum animo tamen & propoſito reſtituendi cum primũ poſsit,probat Archid.in capit.ſi res.14.quæſt.6.& Ioan.de Neapol.quodlibet.9.quæſt.22. Scotus & alij in.4.diſt.15.Florẽt.in.2.part.ſuæ ſummæ.tit.2.c.8.Angel.verb.reſtitutio.3.nu.4.Syluest.latè verb.reſtitutio.5.nu.2.& 3. vbi refert alios plures caſus, in quibus is, qui decenter viuit,nõ tenetur ſtatim reſtituere in foro animæ, etiam ſi dilationem continere non poſsit,modò habeat firmũ propoſitum reſtituẽdi in totum, & paulatim ſecundùm poſſe reſtituat in parte tẽporibus ſuis: eandem ſentẽtiam ſequũtur ac probant Caiet.d.quæſt.62.art.8.quæſ. vltim & Anchar.in d.reg.peccatũ.col.9. &Palac.Rub.in repet.rubr.de dona.inter vir.& vxo.§.65.n.51.Nauar. in man.c.17. nu.56.& ſeq.præcipuè nu.62.& Couar.in d.reg.peccatum.1.part.in princi.nu.2.nõ diffitẽs opus eſſe ſincero acerrimoq; iudicio ad diſcernẽdum hoc grauiſsimum debitoris nocumentũ à leui creditoris iactura,vt hinc licita iudicetur debitoris dilatio,& inordinata cenſeatur creditoris petitio.Et hæc ſententia humanior eſt, & tenenda meo iudicio,ex fundamentis adductis per ſupradictos:quia creditor hoc caſu rationabiliter debet velle debitorẽ excuſari,aliàs inordinata eſſet ipſius petitio: & prętereà,quia huiuſmodi debitor ratione impotentiæ etiam hoc caſu iuſtè excuſatur,non enim dicitur honeſtè poſſe,qui cum tanto detrimento ſuo poteſt, vt probat Caiet.vbi ſupra:vbi amplius tenet, debitorem nempè hunc minimè teneri ad ſatisfaciendum creditori in hac ſpecie illud modicum intereſſe,ſiue prçiudicium eidẽ ſubſequutũ ex eo,quòd ſibi ſolutio illo tẽpore facta non fuerit,quandoquidem ratione dict.impotentiæ,ac magni detrimẽti debitor excuſationem iuſtam habuit,ac proinde non fuit in mora.

8 Intelligenda tamen eſt hæc ſententia,dũ modò debitor hoc caſu parſimonia vtatur in viuendo intra vltimũ gradum decẽtiæ ſui ſtatus,quia nõ debet laute, opiparè & ſplendidè viuere,& pompoſe veſtiri,filiaſq; nuptui magnis dotibus tradere,ſicut ſi non eſſet obligatus ad reſtitutionẽ, ſed in omnibus moderatè procedere,reſecando ſuperflua,& ſi nõ poteſt filias æqua lib⁹ nuptui tradere,alijs tradat,quibus minores dotes ſufficiunt:faciendo enim huiuſmodi debitores cum effectu quod poſſunt ad reſtituẽdum,& in alijs bene & cũ timore Dei ſe habẽtes,poſſunt abſolui per confeſſarium,& communicari Sacramentaliter. Illi verò, qui de eo quod poſſunt, ſemper procraſtinant & annuatim reſtitutionem promittũt,idq; non adimplẽt, nõ videntur abſoluendi,niſi prius reſtituant, vel efficaciter negotiũ diſponant,vt executionem habeat,nec etiam communicãdi,quatenus ad iudicium confeſſoris ſpectat:ita Syluest.vbi ſupra nu.4.& Nauar. d.c.17.n.62.Ant.à Cordub.in ſua ſumma, quæſt.68.in 2.opin.& alij ex ſupra citatis

9 Quod adeò verum eſt & procedit, vt confeſſarius non debeat ſecundò abſoluere pœnitentem,qui tenetur ad reſtitutionem ſtatim faciendam,& eam primò iuſſus omiſit,niſi actualiter nunc eam faciat: prouidendum eſt enim,ne ſicut ſemel defecit in hoc,iterum quoq; deficiat in creditoris detrimentum:ita Caiet.in ſumma, verb.reſtitutio. c.6. & Florent.in 2 part. titu.2.cap.8.col.8.niſi talis eſſet pœnitẽs, & cauſa ob quam reſtitutionẽ omitteret, & prætereà tempus & locus, vbi cõfeſsio fit,quòd abſolutionem impartiendam indicarent arbitrio prudentis cõfeſſoris cũ vero propoſito reſtituendi,quandoquidẽ

erga

Ayuntamiento de Madrid

erga Deũ hoc ſufficit, ſi opportunitas ad aliud non adſit, ſecundùm Nauar. d. c. 17. nu. 59. & à fortiori erit deneganda abſolutio debitori, qui ſæpè reſtituere promiſit, & nõ reſtituit, vt probat Frater Angles in ſuis florib. Theologi. quæſtion. in quęſt.
10 de reſti. pag. 157. † Secũdò ſupradicta principalis ſentẽtia limitatur eo caſu, quo creditor vel dominus, cui eſt facienda reſtitutio ſit in ęquali vel prope ęquali neceſsitate, vel incõmodo rei, quàm debitor, quia tunc integre ſtatim ei eſt facienda reſtitutio, quanuis debitor omnino pauper remaneat, quia nõ licet alicui in re aliena incõmodare dominũ, vt ſe ipſum commodet, & hoc caſu rationabiliter & ordinatè creditor vel dominus ſtatim vellet rem ſuã, quia charitas bene ordinata incipit à ſe ipſo, vt in c. nõ ſatis. cum ſimilib. 86. diſt. ita Doct ſupra citati, præcipuè Caiet. & Angel. verb. reſtitutio. 3. nu. 4. Sylueſt. & Cordub. & fatentur cæteri. Hoc tamen ſublimitat Frater Angles vbi ſupra, fol. 159. in verſi. debitor, &c. in debitore bonæ fidei, nam is cũ mutatione ſtatus reſtituere nõ
11 tenebitur, † quãuis creditor ex dilatione ſolutionis ſtatum quoq; mutare cõpellatur, quia in pari cauſa neceſsitatis melior eſt conditio poſsidentis: obligatur tamen debitor reſarcire creditori damnũ, quod ex illa dilatione ſolutionis patitur. Hęc tamen ſublimitatio vera non eſt meo iudicio, nec tenẽda, quia cùm ſit debitor, etiã ſi habeat bonam fidem, hoc eſt, debitum bona fide contraxerit, tenetur reſtituere creditor, etiam cũ mutatione ſtatus, quando creditor eſt in æquali, vel prope, neceſſitate: nec in pari cauſa melior eſt cõditio debitoris, niſi tantũ in cauſa extremæ neceſsitatis, qui nõ eſt iſte, vt eſt prędictum & probatũ: loquitur igitur iſte author ſine vero fundamento contra communes traditiones.

12 Tertiò limitatur prefata ſecunda opinio principalis ſecundùm eũdem Angles vbi ſupra fol. 158. & rectiùs, quando res obnoxia reſtitutioni extat, & debitor non laborat in extrema neceſsitate, tunc nanq; illã ſtatim reſtituere tenetur, etiam ſi ſtatum mutare cogatur, vt ſi detineat redditus alienos, quia tunc poteſt reſtitutio differri, quando quis damnum in re propria patitur, ſecus ſi in re aliena, quando ipſa extat, quia nemo cum aliena iactura locupletãdus eſt: quare nobiles, qui detinent oppida & alienas poſſeſsiones, ne à magnitudine ſtatus, & familiæ cadant, & eorum confeſſores facti conſcij in ſtatu damnationis eſſe dicuntur, niſi ignorantia alicuius Doctoris opinione excuſarentur ſecundùm ipſum, cuius illa ratio, ne quis, ſcilicet cũ aliena iactura locupletetur, & ſi in cæteris debitis, etiã militet: & tamen adhuc in eis non admittitur, fortius tamẽ vrget in propoſita ſpecie ad præd. limitationẽ fundandam, pręcipuè cum ipſa alia fortiori pręd. ratione probetur, & ideò mihi placet quæ colligitur etiam ex Caieta. vbi ſupra. d. q. 62. art. 8. quæſt. vlti. Imò etiam ſi debitor ſit in extrema neceſsitate, tenetur reſtituere rem alienam extantem creditori in eadem neceſsitate conſtituto, vt ſupra diximus nu. 5. aduerſus Tabienam.

Non deſunt tamen qui diſtinguãt inter has duas opiniones, vt ſi acceptio ob quã debetur reſtitutio, fuerit iniuſta, nempè ex furto, vſuris, alijſve iniurijs, debitor in hac ſpecie, qualecunq; citra extremã neceſsitatem patiatur detrimentum, teneatur illis reſtituere, etiamſi ſtatum perdat, hoc enim non eſt de ſtatu ſuo cadere, imò in ſuum ab illo deſcendere, qui non erat ſuus, & in hoc caſu procedat. 1. opinio ſupra poſita. Si verò quis per acceptionẽ iuſtam debita contraxit, & citra ſuam culpam in pauperiem inciderit, faciliùs illi ſit indulgẽda reſtitutionis prorogatio, ſi creditor dilationem ferre poſsit, aliàs ſecus, nam citra extremam neceſsitatem melior eſt multo creditoris conditio quàm debitoris, & in hoc ſecundo caſu procedat ſecunda opinio principalis ſuprapoſita: hãc concordiam videtur tenere Caiet. d. q. 62. arti. 3. & eam probat Domi. à Soto lib. 4. de iuſt. & iur. q. 7. art. 4. in verſ. quin verò pag. 369. quem ſequitur pluribus cõprobans Cordub. vbi ſupra, in 3. opinione. & Frater Angles fol. 158. & ſeq. hæc tamen concordia vera mihi non videtur, ſed potius ſecunda ſententia ſupra d. indiſtinctè

in

Ayuntamiento de Madrid

in vtroq; caſu,quia ad præd. excuſationẽ non attenditur,ꝙ quis teneatur reſtituere ratione delicti, ſed ꝙ egeſtate grauetur, quæ apud Deum ſufficiens eſt excuſatio, dum ipſe debitor ab animo alienã detinen di verè abſtinuerit,ſecundùm Auguſt.d. epiſt.54.& reſtituere proponat:cũ primũ poſsit:ergo idem erit in impotentia reſti-tuendi mediocri,vt mediocriter excuſet, vt ſentit ſanct.Anton.2.p.tit.2 c.8.col.4. & Couar.vbi ſupra nu.2. circa fi.ibi,Nec enim ad hanc excuſationẽ,&c.& ex pro-feſſo Nauar.d.c. 17.n.58.& ita eſt tenẽdũ.

13 Dominicus autem à Soto vbi ſupra,car-pit Sylueſt.verb.reſtitutio.5.§.5. directo-rium ſequutum,affirmãtem, ꝙ ſi creditor non vult reſtitutionem expectare,& debi tor induci non poteſt ad reſtituendum ſta tim,tunc ſacerdos poteſt eum abſoluere,ſi cautionem capiat, ꝙ certo poſt tempore ſoluat,quia tunc vtiliter gerit creditoris negotiũ:ſi enim pœnitens non abſoluere tur, forſan ille nũquam debitum ſuum re cuperaret:hoc nãq;,inquit Soto,procede ret in foro exteriori,non tamen in cõſcië tia: ſacerdos nãq; non eſt inter creditorẽ ac debitorem ſequeſter,aut creditoris pro curator,ſed nomine Dei conſcientiarum expurgator, & ideò in hoc tantùm debet eſſe intentus,vt ſecũdùm cauſas & merita perpendat,an debitor ſit ſoluendo,necne: nam ſi ſoluendo eſt,nullatenus inuito cre ditore eſt abſoluendus,niſi reſtituat, quan uis periculum immineat, vt nunquam ſit reſtitutio facienda:ipſe enim pœnitẽs ſibi viderit:poteſt tamen accidere, vt ſatisfa-ciat, ſi per partes ſtatis temporibus reſti-tuat:quod vltimum intelligendũ eſt,quã do aliud commodè,iuxtã ſupradicta, fieri non poteſt,vel alio caſu excuſetur,ex tra-ditis per Syluest.vbi ſupra.& per Ant.de Cordub.d.q.68.in primis folijs: at verò ſi debitor,cũ poſsit,nolit ſimul,ſeu integrè debita creditori ſoluere,ſed annuatim aut paulatim,cõfeſſarius non poterit eidẽ præ dictam dilationem concedere ,nulla iuſta & probabili cauſa exiſtente,ex relatis à ſu pra citatis authoribus,nec eum abſoluere niſi cum effectu fiat reſtitutio ſtatim, vel tempore quo commodè fieri poteſt reſpe-ctu ſupradictorum,vt latius probauit Me thymna d.q.5.circa fi.in verſ.nunc ad id. & Frater Angles in ſuis floribus Theolo gicarum quæſtio.in quæſt.de reſtitu.pag. 156.Sed quod ad reprobationẽ Syluest. ra ctam à Soto attinet,credo Sylueſtrum nõ id ſimpliciter tenuiſſe, quod Soto eidem attribuit,ſed illud refert ex directorio & Angelo in verb.reſtitutio.vlt.q.5.quini-mo ipſemet Syluest.inquit,illud procede-re quo ad forũ cauſarũ: ſed quoad Deum id intelligit,quãdo peccator eſt taliter vo lũtate & conſcientia diſpoſitus, quòd nõ habet animũ perſeuerandi in mortali,qui de attrito virtute clauium poſsit effici cõ tritus,puta,quia credit ſe non poſſe,cùm poſsit;aut nõ teneri ſtatim cùm teneatur, aliàs non eſſet abſoluẽdus,nec capax abſo lutionis. Ego verò quoad veritatẽ huius dicti attinet,exiſtimo ſtãdum eſſe facti ve ritati in hac ſpecie,vt ſi ſecundùm cauſas & merita cõfeſſarius perpenderit, ꝙ debi tor ſit ſoluendo ſtatim,eum non abſoluat quouſque reſtituat,niſi veriſimiliter cre-dat creditorem permiſſurum,ſi cordis in-tima debitoris penetraſſet,vt ipſe cõfeſſa rius,& præterea debitor animo decerneret ſtatim ſoluere,ſi ſibi nõ videretur cum eo adimplere, quãuis ſibi graue nimis id eſſet vt rectẽ declarat Nauar.d.c.17.n.65.Si ve rò contrarium intelligat confeſſarius,vel ſit dubius,dilationem rationabilem eidem præſtare poteſt,recepta cautione ꝙ prædi cto tempore ſatisfaciet, & cum hoc eum abſoluat, vt in effectu ſentit ac exprimit Sot.vbi ſupra:& ita intelligo hãc materiã

14 Ex quibus facilè colligitur, in quã aper-to verſentur periculo,& nonnunquã ma niſeſto iaceãt peccato, qui reſtitutionem vſque ad mortis articulum differunt,cùm poſsint & teneãtur eam in vita facere: cer tum namq; eſt,quòd quicunq; ſcit ſe ære alieno grauari,& nõ habet propoſitum re ſtituendi vſque ad mortem,cùm tamẽ an tea poſsit ,licèt firmiſsimum illud habeat tunc reſtituẽdi,aut reſtitutionem in teſta-mento præcipiendi, perdurat in peccato mortali,nec eſt abſoluendus, quia hab.ta opportunitate per nullum tẽpus licet re-tinere alienum inuito domino:quare ſi ſu bita

Ayuntamiento de Madrid

bita fuerit morte correptus, vt pluries ac
cidere ſolet in ſtatu deſcendit dãnationis:
ita Soto vbi ſupra pag. 370. Frater Angles
vbi ſupra, in quæſt. de reſtitut. pag. 154. &
inquit Soto, idem eſſe cenſendum de illis
15 qui ambigentes, † an id quod habẽt, alteri
debeant, nolũt in ſua vita id iudicio decer
nere, ſed ſatis ducunt, ſi proponãt in teſta
mento id hæredi ſuo demandare: quòd ex
preſsim ſequitur Cordub. vbi ſupra. d. q.
68. verſi *y de lo ſuſo dicho.*

16 Idem eſt omnino iudicandum de illis,
qui ſub mortis articulũ, cùm ipſi poſsint
per ſe reſtitutionem facere, id renuunt, ar
bitrãtes ſatis eſſe id hæredibus iubere, quo
niam illi reuera non habent ſincerum ani
mum reſtituendi, nam qui tunc non reſti
tuunt, indicant, quòd neque ſi vixerint re
ſtituent, vt cõtingit ſępiſsimè, ac proinde
videtur illis intentionem puram reſtituẽ
di deficere, ſed tantùm eſſe conditionalẽ
ſcilicet, ſi moriantur: quę profectò ad pœ
17 nitentiã non ſufficit: † & hoc potiſsimũ
periculum in magnatibus imminet, quo-
rum teſtamenta nunquam, aut vix hære-
des complent, ſed ſatis ſe feciſſe arbitran-
tur, vt quam reſtitutionẽ auus patri, & pa
ter ſibi teſtamento præcepit, eandem ipſe
alijs recẽtibus onuſtam filio iubeat, quam
ipſe poſtea committat nepoti, ſicq; reſti-
tutio omittitur, quia ſi primus hęres & ſe
cũdus eam non fecerunt, nec poſteriores
facere volunt aut poſſunt, aut tenentur, ſi
bona libera à parentibus non habuerunt,
& ita omnino prætermittitur, aut plena-
ria nõ fit, nec debito tẽpore, vt tenent Do
minic. à Soto, & Frater Angles vbi ſupra:
quod intelligit verum Archid. poſt Ioan.
de Neapol. & eos referẽs Sylueſt. verb. re-
ſtitutio. 5. nu. 7. niſi debitor credat verè &
18 pro certo, † quòd detentio talis non ſit cõ
tra voluntatem domini, vel etiam contra
ipſam, inordinatam tamen, vt in ſecunda
opinione principali ſupradicta.

19 Secundò intelligendũ eſt, niſi moriens
omiſerit reſtitutionem in vita faciẽdam,
ſciens eam ſuum hæredem melius facturũ
proponens, quòd ſi aliud crederet, ipſe ſta
tim reſtitueret, ſecũdùm Angelũ in verb.
reſtitutio. 3. §. 2. quem refert & ſequitur
Nauar. d. capit. 17. numer. 68. verſicul. 13.
& Cordub. d. quęſtion. 68. verſicul. 1. di-
cens alios plures hoc tenere. Et cum his
impoſita eſt vltima huic operi manus, ad
laudem, & gloriam Dei omnipotentis, &
intemeratæ Virginis Mariæ matris eius,
omniumque Sãctorum: in quo quicquid
dictum eſt, cenſuræ ſacroſanctæ matris
Eccleſiæ, iudicioq; meliùs ſentientis ſub-
mittimus.

# LAVS DEO.

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid



Num.942. Lo ſegundo,porque tãbien lo es dezir,que Mẽcia de Vargas no adquirio de nueuo poſſeſsion en la Higuera, por virtud de la tranſaccion.

Secundò , porque tambien es falſo preſuponer,que Mencia de Vargas retuuo ſolamente la poſſeſsion de la Higuera,en virtud de la tranſaccion,porque tãbien la adquirio de nueuo, reſpecto de la poſſeſsion que tubo tambien de la miſma villa doña Leonor Suarez ſu hermana, antes de la ſentencia arbitraria,en que deſpues fue manutenida , y mandada amparar mientras pendia el pleyto, por autos de viſta,y reuiſta de la Chancilleria de Valladolid,que vienen inſertos en la carta executoria,preſentada por la otra parte,que ſu Abogado pudiera auer viſto: quo caſu nemò eſt,qui non ſentiat que todo lo que ſe percibe por cauſa de la tranſaccion ſe adquiere por nueuo titulo, ex quod inducitur nouatio præcedentium ex aductis ſupra num.939 & 944

Num.943. Lo tercero , porque las doctrinas de Baldo, que ſe citan,ſe fundã en vna diſtincion falſa.

Tertiò,porque las doctrinas de Baldo,que cita el Abogado contrario,ſe fundan en vna diſtincion,que aunque parece ſer recibida comunmente,es falſa,y no ſe debe admitir.

Num.944. Entre la coſa que ſe entrega , ò ſe dexa por la tranſaccion.

La diſtincion es,que ò por la tranſaccion ſe entrega la coſa de qua erat cõtrouerſia;ò ſe dexa en poder del poſſeedor.En el caſo primero confieſſan,que por la tranſaccion ſe transfiere el dominio,y ſe adquiere,velut ex nouo titulo.In ſecundo autem contra putant,quaſi tranſigentibus deficiat animus transferẽdi, & acquirẽdi dominiũ, & nil amplius velint quam à lite recedere,& poſſeſſorem rem ſibi retinere,prout antea poſsidebat,& ex priore titulo,cuius authores ſunt *Acurſ.in l.ſiue apud acta,verbo,pẽdente,verſi.vel dic.C.de tranſact.* vbi *Bart.* & alij ex Antiquijs,idẽ antiqui *in l.ſi profundo,C.eodem,tit. de tranſact. idem Acurſ.verbo,obtulit,& alij in l. 1.ff. pro emptore, & in l.ex cauſa.8.verbo,habentes.C.eodem,tit.* quibus ſe ſubſcripſit *Anton.Gomet.in l.45.Tauri,num.71.verſic.ſed attende,& num.72.Roderic.Suarez allegatione.* 19.*nu.* 18. *verſ.ad quod.*

Num.945. Que es inepta,y ſin fundamento,y ſe conuence por otros muchos.

Sed hæc diſtinctio prorſus inepta eſt, & nullo iuris fundamento ſubſtinetur,porque aunque ſe ponderan algunos por ella,& maximè *textus in dict. l.ſiue apud acta,& in dict.*

Ayuntamiento de Madrid